

R-333

BAEZA, Diego de (1552 - 1647)

Commentaria moralia in Evangelicam historiam: Tomus primus/
auctore... Didaco de Balza... —

* Vallisoleti: Apud Joannem Baptistam Varesium, 1623



4333

COMMENTARIA
MORALIA IN
EVANGELICAM
HISTORIAM

AUTHORE PATRE DIDACO
DE BAEZA PONFERRADINENSIS
SOCIETATIS IESU THEOLOGO
è Prouincia Castellana.

TOMVS PRIMVS

COMPLECTENS D. IOSEPHI, B. MARIAE
& Christi Domini magnalia, & tractatus de Eu-
charistia, de Spiritu sancto, & de Beata
Trinitate, omnia moraliter.

*Ad Reuerend. admodum Patrem Mucium Viseleschum
propositum Generalem Societatis Iesu.*



VALLISOLETI,
Apud Ioannem Baptistam Varesium.

Anno. M. DC. XXIII.

*Admodum Reuerendissimo Patri Mucio Viselescho
Generali Societatis Iesu*

A

Quintessence

Prouincialis licentia.

EG O Melchior de Pedrosa Societatis Iesu in Prouincia Castellæ præpositus Prouincialis: Potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre nostro Mucio Vitelleschi præposito Generali, facultatem facio, vt Tomus inscriptus, *Commentaria moralia in Euangelicam Historiam, Auctore Patre Didaco de Vaeza Ponsferradensi, nostre Societatis Theologo,* & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur: In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Salmanticæ in Regio nostro Spiritus sancti Collegio, die vigesima sexta Martij, anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo.

Melchior de Pedrosa.

IVDICIVM P. F. GABRIELIS LOPEZ,

Ordinis Minorum S. P. Francisci de Paula Diffinitoris, &

à sancti Officij Inquisitionis censuris Ministri.

SVpremo Regio mihi iubente Senatu, attentè perlustravi, & alta meditatione perpendi præclara Commentaria moralia in Euangelicam Historiam, auctore admodum Reuerendo Patre Didaco de Vaeza Societatis Iesu fausta prole, Theologo insigni: Opus sanè incredibili eruditione refertum, & improbo labore probè elaboratum, mihi visum est, numerisque absolutissimum. In quo, nil mutandum, nil delendum, corrigendum, aut expoliendum nihil, & non censura, sed laude dignum, omni dubio, omni assentatione procul iudicatur. Celsa illius, & plausibilis doctrina, non modò ad vsum, cum magno diuini Verbi Præconum fructu, & emolumento sufficet, sed in stuporem, in miraculum vsq; procedet. Ea parte diuinæ scientiæ, quæ ad Scholas pertinet, adeò mirum in modum excellit Auctor, vt nec latum unguem à Catholicæ verita-

tis, & pietatis via diuersum abiisse, conspiciatur. In alterius
 Theologiæ, quæ expositiua est, peritia instructum, assiduaque
 lectione exercitatum, diutiusque insudasse, tot, tamque maturi
 fructus, palam ostendunt, quatenus plenè sublimiorem mora-
 lem interpretationem desiderandam, haud relinquunt. Etenim
 sacro textu germanam, & subtilem explanationem adaptat,
 Tropologicum sermonem, è sanctorum, & priscorum Patrum
 sententijs decerptum coherentem adducit, ita vt si cum anti-
 quiorum labore, & industria, hæc tanti interpretis elucubra-
 tiones componas, illis superioribus, hūc neges inferiorem, qui
 veterum placita, tam concinno, & apto ordine connectit, vt vix
 agnoscas, suisnè dum alienis, & dum alienis, an suis verbis vta-
 tur: ac inter præsentis ætatis Scriptores eximios, ipsum mag-
 num fatearis. Ingenuè, & candidè dicam, quòd quoties hæc
 scripta in manus sumpsi, non sine admiratione deposui. Viuat,
 valeat Auctor, nè in communem iacturam, fiat, vt Venerem
 Coam, quam Apelles inchoauit, qui perficiat, inueniatur ne-
 mo. *Nimirum* (verba sunt C. Plinij) *inuidit mors, peracta parte, nec
 qui succederet operi, ad præscripta lineamenta, inuentus est.* Hæc de
 operis nucleo pro dignitate pauca De cortice pauciora. Verba
 singula, miram quandam grauitatem, & energiã præferunt.
 Abeat qui non desiderans has cupèdias, & lautias dicat, *Vilius
 esurio.* Cuius (inquam) fames, erga electiles cibos contenta sit
 leuiori condimento. Satius ego: *Grammaticis placebunt, & sine
 Grammaticis.* At seriùs cum D. August. id quod de sacra pagina à
 superno Spiritu, obscuris velata ænigmatibus, reuelata: *Ad in-
 tellectum* (inquit) *à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata, plerum-
 que viliscunt.* Et alibi: *Sed hæc voluptas* (nempe quæ de eloquio
 Dei dulci super mel capitur) *allegoricæ tegminibus, inuoluta est, vt
 desideretur ardentius, nudeturque iucundius.* Tandem Scriba doctus
 noster non tantum de thesauro suo, nobis profert noua, & ve-
 tera, sed & thesauros locupletissimos, pleno de pectore, Marte
 proprio. Hi, quando non absconditi? Fodiat, qui inuenire cu-
 piat, thesaurizabit, ditescet multum, ditabit plurimos. Ita sen-
 tio, senceo. In hoc Conuentu Deiparæ de Victoria Matritensi,
 Ordinis Minorum. S. P. N. Francisci, de Paula, die 15. Iunij, anno
 1622.

Martia-
lus lib. 7.
epig. 24.
Martia-
lus lib. 10
epig. 21.
D. Aug.
lib. 1. de
doctrin
Christ. c.
6.

Fr. Gabriel Lopez.

Suma del Priuilegio.

POR quanto por parte de vos, Diego de Vaeza, de la Compañia de Iesus, nos fue fecha relacion, que auia des compuesto vn libro en lengua Latina, intitulado, *Commentaria moralia in Euangelicam Historiam*, suplicandonos os mandassemos dar licencia para le poder imprimir, y priuilegio para el tiempo que fuessemos seruido, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto para los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que la Pragmatica por nos vltimamente fecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado, que debiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos suuimoslo por bien, por la qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad, para que vos, ò la persona que vuestro poder huuiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro intitulado, *Commentaria moralia in Euangelicam Historiam*, de que suso se haze mencion en todos estos nuestros Reynos de Castilla, por tiempo, y espacio de diez años, que corren, y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula, sopena que la persona, ò personas, que sin tener vuestro poder le imprimiere, ò vendiere, ò hiziere imprimir, ò vender, por el mesmo caso pierda la impresion que hiziere, con los moldes, y aparejos della, y mas encurra en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que le acusare, y la otra tercia para nuestra Camara, y la otra tercia para el Iuez que lo sentenciare. Con tanto que todas las vezes que huuieredes de hazer imprimir el dicho libro durante el tiempo de los dichos diez años, le traygays al nuestro Consejo, juntamente con el original, que en el fue visto, y va rubricado cada plana, y firmado al fin de Martin de Segura, ò Lalqueaga nuestro Secretario de Camara de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impresion està conforme al original, ò traygays Fe en publica forma de como por Corrector nombrado por nue

mandado se vió, y corrigió la dicha impresión por el original, y se imprimió conforme a el, y quedan impressas las erratas por el apuntadas para cada libro de los que así fueren impressos, para que se tasse el precio, que por cada volumen ouieredes de hauer. Y mandamos al Impresor, que así imprimiere el dicho libro, no imprima el principio, ni el primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al Autor, o persona a cuya costa lo imprimiere, o a otra alguna para efecto de la dicha correction y tassa, hasta que antes, y primero el dicho libro esté corregido, y tassado por los del nuestro Consejo. Y estando hecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego: y successiuamente ponga esta nuestra cedula, la aprobacion, y tassa, y erratas, fopena de caer, e incurrir en las penas contenidas en las leyes, y pragmatikas destos nuestros Reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier iusticias dellos, que guarden, y cumplan esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fecha en Madrid, a onze dias del mes de Julio de mil y seyscientos y veynte y dos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor:

Pedro de Contreras.

REVE-



REVERENDISSIMO
PATRI MUCIO VITELESCHI
IESVITARVM APICI.



*SQVE ad temeritatem me exul-
gata dignatione vestra promovistis:
fiducia paterna charitatis extitit ma-
ter audacia. Scilicet honores, etas, me-
ritum quod vobis, candidissime pra-
sul, facem prae tulit, me in umbram co-
gebat: nisi culminis vestri imperia à
iugo charitatis noscerem non immunia. Scio cōscientiam re-
ligiosam grande aestimare compendiū, si praestandi nascatur
occasio, his maxime quos devotos extitisse meminere. Hac re
non clauda mea fides, vobis qui inter Doctorum curas grādi-
ditas messe colloquij estis in nutriti, tabellae nostrae culmos
non veretur praemittere. Praeclara claritudinis tuae affectione
possessus, patrocinium ambui; immo pagina nostra tanti pa-
rentis & Doctoris expectat vultum; ne degeneri te credas ex-
hibere filio patrocinium. Putabam scientiae dotes, rem tantū
ingeniorum esse, non familiae. nec duci per stemmat. i quod la-
bor continuus & indefessus adipiscitur. Sed quantum in
me apparet, ordines suos servat sapientia & oris pompa, quae
exundavit in veteribus migrat ad posteros: cōcordat scientiae
cursus & fluminū per cōsuetos alucos, & dicēdi unda pra-
labitur. Venit ad me cum censu familia Iesuitarū eruditio,
cui hoc velim debere beneficiū si tuis pastoris optimi addar*

curis: cuius oues, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est
inter illas. Igitur quos de Iesu habui conceptus, tua lime
tutelari committo, cuius generi, doctrina, & meritis, no-
minis sui amplissimam Iesus ipse commisit familiam.
Deus bone indulta custodi: auge successibus quod dedisti:
fac circa pastorem meum, seruum tuum, primum esse gra-
dum, qui summus est.

LEC-

LECTORI.

IN feraci librorum ætate, quãdo singulæ sacri Textus lineæ libros parturiunt integros; quando quilibet liber commẽtationum aggeribus, in Bibliothecas exurgit; ea mihi potior cura visa fuit si Bibliothecas in vnum conferrem librum, & ex pluribus non omnia quę possent, sed illustriora seligens, conuiuium pararem prorsus alienum à fastidio. Sapiens ille Pater familias apud Matth. 22. vt ad conuiuium inuitaret suum, hoc persuadebat inuitatis, nimirum quod *altilia occissa erant*; semel esurienti Petro repentia & communia oblata sunt, posthac non communia, sed altilia parantur, quibus vesci gaudeant, quicumque vocantur ad sapientiæ conuiuia. Hanc ebibit mentem Theophilus Alex. epist. Pasc. 1. vbi inquit. *Cernentes à sapientia immolari thauros & altilia iuxta Euangelij parabolam, vescamur fortioribus, plenisque neruorum, & pinguioribus doctrinarum cibus, vt lac infantia deserentes solidum capiamus alimentum.* Lactis humanioris sapientiæ cupedias alij ministrant, alij exundantes nectareis succis crateres propinent, alij de Assueri ambitione floridas mensas ferculorum varietate factas exhibeant. Mihi sanctum est illud à B. Ennodio dictum libr. 1. epist. 12. nimirum. *Pulchra sunt quæ scribis, sed ego amo plus fortia. Redimita sunt floribus sed poma plus diligo.* Itaque dum fortiores cibos sapientiæ quæro, de Euangelico astu, altilia solum aucupari festino, quibus lectorum fames ambiciosius ad impleam. Et dum vobis altilia aucupor, in manna incido, nec metuo quod sapientiæ filijs de leuitate damnetur mannæ cibus. Sed quale istud manna? illud indigitat Petrus Dam. lib. 6. epist. 5. vbi nomen manna expendens ex cap. 16. Exodi *Manna? quid est hoc?* sic statim pergit ipse.

Illi

Illi ergo manna, id est? Quid est hoc? veraciter comeditant, qui dum legunt, vel audiunt diuini verbi mysterium, solerter inquirunt. Qui nimirum intra literalis palea techam, dulcem intelligentia spiritualis ambiunt enucleare medullam. Hic certe quid est hoc? veraciter vescitur, qui in assidua scriptura sacra solerter inquisitione versatur. Totus hic meus liber sic quæque scripturæ loca sollicitat, vt tot sint illius quæstiones, quot verba, proponit simplicia, & dum statim quid est hoc? inquit, de manna parat suis lectoribus cibos. Religiosa fuit in manna nouitas, in diem colligebatur, semper enim hesternus inuentus est putridus. Equidem in sapientis ore vilescunt hesterna, à quibus se lætissimus expedit Ezechiel cap. 4. inquit. O Domine nunquam contaminata est anima mea, & morticinum aut immundum non introiit in os meum. Sed neque caro hesterna introiit in os meum. Vnde solerter Orig. hom. 5. in Leui. sapientes monet, vt cum proferre ad populum sermonem coeperit, non hesternaproferant, non vetera proloquantur, sed per gratiam Dei noua semper proferant, & spiritualia semper inueniant. Molestè feram quod hic manna nouitatis sapor, hoc requiratur in libro, in quo laboraui noua, & spiritualia inuenire. Noua, inquam, non quia recentia, sed quæ apud veteres obscura nostris commentarijs claritatem præferant nouitiam. Nonne doctus scriba de thesauro suo profert vetera & noua? Qualiter de thesauro noua proferantur? Thesaurus is est qui custoditas hominum memoria antiquiores seruat diuitias. Et quidem non dixit noua de thesauro profertur, sed vetera & noua, hoc est illa quæ à veteribus recondita sunt, & nouitio, de Doctoris industria splendore vestiuntur. Verissimū enim est illud à Beat. Ennodio dictum orat. 3. nimirum. Fului nobilitatem metalli, nisi ad unguē manus ducat artificis, maternis pene hebetatur in tenebris. Et si non magistra pollitione venustetur, nihil ei prodest subli-

mitas quam vena concesserit. Pretiosiora sunt apud veteres Patres eloquia super aurum & topacium, quæ ne maternis tenebris hebetentur, meam aliqualem adhibui industriam, utinam de laboriosa mea pollitione sic renouentur, ut quam vena concessit, eorum appareat sublimitas; quo de thesauris patrum proferam vetera & noua simul. Ausim aurea vobis promittere, quibusdum diuites Patrum thesauros percurro, ditor. Sæpissime quæ non ferunt magna flumina, grana aurea inueniuntur inter arenas parui, & humilis flubij, quando hic per auri fodinas transit & currit. Testantur sane huius operis aurea ingenij mei paruitatem, sed & meos, per diuites sanctorum venas, quotidianos decursus. Quibusdum librum facio, vitium caui merito reprehensum a Plinio, eorum qui ut doctrinam publicent suam, nil aliud præstant quam nomina Authorum, a quibus acceperunt, expungere. Nepotiani potius amaui plenam modestiam gloriam de quo hæc asserit D. Hieron. *Ingenio pudore qui ornabat atatem, quid cuius esset, simpliciter confitebatur. Atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud aiebat Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, istud Hilarij est.* Quorum Doctorum autoritate, meam non puto obtenebrari doctrinam, sed potius & collimari, & perfici. Sic monebat Ennod. lib. i. epist. 12. *Labora ergo circa studia, lucem in colloquijs dilige, lectioni deuotus insiste, ut fructus eloquentia multiplicum authorum ventilatione purgetur.* Aliquis contemnet forsam hanc innumerabilem multitudinem paragraphorum, in singulis breuitatem accusans, quod idem crediderim esse, ac si quis Auroram accuset, quod infinitis pene roris guttulis terram impleat, vel pluuiam, quod non instar amplissimorum stagnorum, sed linearum instar sese terre communicet. Sapientius Moyses Deut. 31. hinc commendabat doctrinam dicens. *Concresecat in pluuiam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum.* Sua illis Rethorum flumina relin

quo, qui fontibus innutriti paradisi, nil nisi Iordanem spirat. Ego in extremis terræ dimissus, ac despectus ap-
tor potētia Dei; qui ab extremis terræ nubes educit, vt
cōcreseat in pluuiam doctrina mea, & minutissimis pa-
ragraphi, distinctū fluat, vt ros eloquiū meū. Id Orbi,
opime lector, vt spero, non erit in fœcundum.

ERRATA INSIGNIORA.

Folio 12. col. 2. matellam leg. in accessam, fol. 1. col. 3. filio leg. filo, f. 59. c. 2. vocandi leg. vacandi,
f. 25. c. 2. labitum, labilem, ibidem habitum, aurum, f. 30. c. 1. luto, luctu, f. 35. c. 1. sitiente, sitiente
f. 34. c. 4. recernantur, leg. discernantur, ibidem darent, lege clarent, f. 81. c. 2. pupillos, lege pupillas, f.
81. c. 4. desideria, desideria, f. 87. c. 2. signo, signo ibidem cangaluerit, cangluerit, instauratio, instaura-
ti, f. 88. c. 4. diuini, diuini, f. 89. c. 2. gaberebat, gerebat ibidem ipse, ipse, f. 90. c. 3. Paradisi, Paradisi, f. 92.
c. 2. incitens, incitens imperali, imperiali, f. 93. c. 2. sine, sine, f. 94. c. 2. dexterrime, dexterrime, f. 97.
c. 2. vagentis, vagentis, c. 4. asimulari, asimulari, f. 100. c. 2. timui, timuit, c. 3. largi, largiti, f. 101. dif-
ficer difficulter, f. 105. c. 1. contibant, continebant, c. 2. entuit, caruit, c. 3. cumuist, cumulanit, f. 118.
c. 1. vespide, cusvide, augustissimo, augustissimo, f. 117. c. 4. hercios, hereticos, f. 124. ipfus, ipfus, f. 125.
c. 1. feride, foculle, f. 128. c. 3. cernunt, ceruunt, f. 135. c. 4. monstratum, non statim, f. 151. col. 2. deera ei,
deerat ei, f. 169. c. 2. celebrare, celebrari, f. 170. c. 1. inuat, innuat, f. 27. c. 1. proligauit, proligauit, f.
179. marchebite, marchabile, f. 181. c. 2. firmaterit, firmauerit, f. 187. c. 1. circumspeta, circumsepti,
f. 184. c. 2. regum, regum, f. 186. c. 2. corceos, broceos, f. 190. scula, oscula, f. 192. c. 1. gregium, egregiū.
ibidem quam, quom, f. 193. c. 3. proterit, poterit, f. 194. c. 3. mentanea, momentanea, ibidem, moh, noli,
f. 197. c. 4. quo, quos, f. 201. c. 3. dicit, dicit, f. 208. c. 3. postet, posset, f. 210. c. 1. astrupens,
astrupens, f. 225. sic vuens, sic vuens, f. 21. col. parauerata, parauerat, ibidem c. 4. regium dignitatis
splendorem, regio dignitatis splendore, f. 218. c. 1. nuditatis boni, nuditatis bonæ, c. 4. nos introit, no-
bis introit, f. 219. c. 2. quem Ang. quam Ang. f. 220. c. 1. spontaneum, spontaneo, c. 4. elintem, & lin-
teum, excoguat, excoguat, f. 225. c. 4. anteuellunt, antecellunt, f. 220. c. 4. vobis cuiusdam, bobis cu-
iusdam, f. 242. c. 4. iudicium, iudicium, f. 231. c. 3. innotereret, innotesceret, f. 236. annuntiatibus, annuntia-
tibus, f. 339. c. 4. tunicea, tunicea, f. 24. c. 1. perret, perret, f. 244. c. 3. posse, posset, f. 245. c. 2. narnifex,
carnifex, f. 246. c. 3. vita, vitæ, f. 250. c. 1. 1. salaris, salutaris, f. 253. c. 3. nonæ, nouæ, f. 206. c. 2. commoban-
tur, commouebantur, f. 253. propinare, propinare, f. 252. c. 2. lege labilem, f. 76. c. 2. lege Iustinus, f. 85.
c. 3. lege sollicitat, f. 91. c. 2. lege montiana, f. 94. lege dexterrim, f. 98. c. 2. lege captiuum, f. 101. lege
continebant, c. 2. lege eunt, c. 3. lege cumalant, f. 106. lege celum, f. 320. lege commouebantur, f.
223. lege propinara.

Este libro intitulado *Commentaria Moralia in Euangelicam historiam*, compues-
to por el Padre Diego de Vaeza, con estas erratas corresponde con su original, en
Madrid y Febrero 8. de 1623.

El Licenciado Murcia de la Llana

TASSA.

YO Martin de Segura Olalquiaga escriuano de Camara del Rey nuestro se-
ñor, de los que residen en su Consejo, certifico y doy fee, que auendose vi-
sto por los Señores del vn libro intitulado *Commentaria Moralia in Euange-
licam historiam*. Compuesto por Diego de Vaeza, de la Compañia de Iesus,
cassaron cada pliego del dicho libro à quatro marauedis, el qual tiene dozien-
tos y siete pliegos, que à los dichos quatro marauedis, monta el dicho libro
ochocientos y veynte y ocho marauedis, en que se ha de vender en papel, y die-
ron licencia para que al dicho precio se pueda vender, y mandaron que esta tasa
se ponga al principio del dicho libro, y no se pueda vender sin ella, y para que
dello conste, di el presente en Madrid à veynte y vn dias del mes de Febrero, de
mil y seyscientos y veynte y tres años.

Martin de Segura.

LIBER

LIBER PRIMVS

QVI EST DE IESV IN TERRA PARENTIBVS.



MELLIFLVS flos
ridi Iesu dum lā-
bo succos, vt re-
probare malum,
& eligere bonū
Iciam, quo mo-
res componam,
mibi in primis ac-
cidit sugenda ipsa tanti floris radix, ni-
mirum eiusdem terreni parentes. Ere-
nim Iesū hic flos Iesus, iuxta Isaie
vaticinium, nil sibi propinquius osten-
dit, quā radicem; ait enim, *Et flos ex
radice eius ascendet, ne roscido insista-
mus flori, quin radices illius exluga-
mus.*

CAPVT PRIMVM.

Ioseph Maria Sponsus.



VERVM, sanctum, ra-
tumque matrimonium
Ioseph cum alma Vir-
gine Maria, nemo iam
potest inficiari, imo lau-
dabit quisquis vtriusque pariles virtu-
tes meditatur. Ambo Davidis nobili-
tabantur sanguine, non gazis, paupere
contenti penu, & habitu, qualis dece-
bat fabrū. Ambo gratiosissimi Deo,
summęque studiosi virtutis; virgineo

flore præfulgebant ambo. Nullus in
terra dignior Ioseph erat, cui crede-
retur virginitatis Mariana thesaurus,
quem ex oraculo Sacerdotum mani-
bus ipse accepit, plurimisque vigilijs,
obsequijs, & laboribus fuit tutatus.

Ex Matthæi 1. Iacob genuit
Ioseph virum Mariæ.

§. I.

*Ioseph mira sublimitas ex con-
iugio Mariæ.*

IOSEPHI virtutes maximas mira-
tus Euangelista, notanter vocavit
Virum Mariæ, ne si tantum vocaret
sponsum, crederetur ille non e terra
ortus; sed e cœlitibus fuisse dilapsus.
Simile canit textus sacer Iob, cap. 1. *Iob x.*
vbi sic fatur: *Fir erat in terra Hus, viri
inquam, erat. Et cur in primis vir vo-
catur? Pulchre D. Chryso. homil. 1. Chryso.*
*Quoniam vitam narraturus erat nostram
viam supra modum vincentem, ut quis
agonis sublimitatem respiciens putaret,
non humanam, sed peregrinam esse natu-
ram, describit naturam, ut propositione
mireris, quod homo existens supra homi-
nem viuendo conuersatus sit. Hæc ille.*

Lib. I. Caput Primum.

S. II.

Quæ maximè in rem præsentè quadrat: quãdoquidem Ioseph in primis vocatur ab Euangelista Mariæ vir, ne quis ad coniugij sublimitatem respiciens putaret, Ioseph non humanam, sed peregrinam esse naturã. Sanè iam pridem purissimã hæc virguncula in diuina sponsalitia seruabatur. Vnde

Cbrysol. D. Chrysol. serm. 140. hanc reddit rationem Angeli ad Mariam aduentantis, aiens. *Peruolat ad sponsam festinus interpret, ut à Dèi sponsa humane desponsationis arceat, & suspendat affectũ.* Itaque hoc erat in optatis Angelorũ, ut Mariæ sponsus Deus esset; quasi tantam virginem dedecret sponsus humanus. Hoc semper de Virgine Maria cautum est, ne inter res mundiales haberetur. Quapropter, cum Ioannis custodiz fuit tradita, dicitur, *& accepit eam discipulus in sua.* Ioannis cap. 19.

Ioan. 19. Quæ verba elegãter premens D. Ambrosius. in exhort. ad Virg. inquit: *Quid est in sua, cum reliquerit patrem, & Christum secutus sit? Quæ sua habebat Ioannes, qui mundana, & secularia non habebat, quia de mundo non erat? Bonus verbi sapientiaque possessor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ Apostoli à Christo acceperunt; accipite, inquit, Spiritum sanctum. Neque enim mater Domini migraret, nisi ad possessionem gratiæ. Et quidem meritò cauetur, ne tanta parens migret, nisi ad possessionem Spiritus sancti, nisi ad possessionem gratiæ, ut inde qui viderint Iosephũ possessorem, & coniugem Mariæ, illum non humanæ, sed diuinæ superiorisque naturæ esse putarent; nisi ab Euangelista docerentur, qui ideò ait *Ioseph virum Mariæ*, scribens naturam, ut propositionem mireris. Quod homo existens, supra hominem conuersatus sit, & dignitatem Spiritui sancto similem accipiat. Enimuerò Mater Domini Maria non migraret, nisi in possessionem gratiæ, nisi in possessorem illum, cui Spiritus sanctus insidens totam suam Deitatem inderet, & communicaret.*

Virginitas Mariana sub tanti viri potestate magis conspicua est, & illustris.

ORIBATUR quondam Sol Dauidi, *anquam sponsus procedens de thalamo suo*. Sed ecce à Dauidè iantritur Ioseph sponsus, tãquam Sol claritatis iubar vndequaque diffundens. Felix alter somniator Gen. 37. ait: *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & Stellis adorare me.* Et vbi Sol adoraturus puerum descendit? Qua in domo Sol, Luna, & stella conueniunt aliquem adorare? D. Ambrosius lib. de Ioseph Patriarcha, cap. 2. *Quis est ille, quem parentes, & fratres adorauerunt super terram; nisi solus Iesus, quando eum Ioseph, & Maria, & Discipuli adorauerunt? De quo solum dictum est, laudate eum Sol, & Luna, laudate eum omnes stelle, & lumen.* Pulchrè Ambrosius non inuenit in terra qui à parentibus adoretur, nisi Christus. Sed neque familiam, in qua sponsus esset Sol, mater Luna, fratres stellæ; nisi familiam, cuius inter Apostolos, & Mariam Ioseph sponsus aderat fulgentissimus.

Solennissimum apud fœminas, cum marito velamen accipere; inde namque nubere dicuntur, quia velo obnubilantur; & velari, & nubere; velata, & nuptæ eadem apud prophanos, & sacros authores sonant, teste Tertulliano, ex quo non parua gloria aduenit diuino sponso Ioseph, qui nõ velum, non nubes, ut sponsam obnubilaret suis nuptijs; sed clarissimus Sol, qui eius limpidissimam vitam aperiret, & castitatem illustraret. *Arabia uxores,* Tertullianus, lib. 6. de veland. virg. *velabantur, ut uno oculo liberato contentæ sint, dimidiis potius frui luce, quàm totam faciem prostituere.* Felicior multò Maria, quæ inter omnes mulieres benedictionem accipiens, & hoc habuit, ut sponsum nacta tota radiantis luce Solis frueretur, & purior eius castitas appareret.

Fugiant ceteræ virgines solem Daphnæo

Gen. 24.
Tertul.

phæzo correptæ pudore; ut quæ à maritali consortio timeat virginitati suæ; ideoque sponsi conspectum non sustinent, nisi velata. Sic Rebecca honestissima puella Genes. 24. vers. 65. conspecto Isaac sponso, cucurrit ad velamen: *tollens cito pallium, ait Tert. supra c. 16. Operust se, sicut ad sponsum ignota perdetur; simul ipsum cognovit esse, & confessa est, quod senserat, id est, spiritu nupta negavit virginem velata.* Sicine obliquantur puellæ vel solo sponsi conspectu? Aliter sponsus Ioseph, quem cum duxit Maria, solem duxit ad eam virtutis claritate perspicuum, & notum, ut æternæ in eius consortio consuleret virginitati, ut hoc sole genitricis Dei castus pudor & virgineus candor, magis ac magis innotesceret, canderet, ac purpuresceret. Qui carnis splendor vi solis exustus denigratur, & albetia lina, lanæque rubentes à solis radijs maiores indices glorias veniunt & pulchritudines. Nihil in Maria carnale, *byssus, &*

Prou. 30.
Hieron.

purpura indumentum eius; cuius uterus ante filium conceptum, teste Hieron. serm. de Assump. Lana quidam candidissima sed suo colore dealbata. Unde ab ipso Ioseph solaribus conuestito radijs in nouum splendorem, nouamque claritatem exurgit Deiparæ virginitas, & manifestior apparet castitas. Sic August. serm. 14. de Nat. Christi B. Ioseph placida lingua allambet. *Sit Maria sponsa Christi in carne sua virginitate seruata: sis autem, & tu (nèpe Ioseph) pater Christi cura castitatis, & honorificentia virginitatis, ut de virgineis membris Dei genitricis saculis Christianis nulla sit Zelotypia.* Ecce ex August. Mariæ virginitas per sponsum illustrior, magnificentior, omnibusque sæculis clarior, ut vel sic imitetur cæcæ linæ sub solis radijs. Accinit pulchre Bern. Ioseph nuptias cum Thomæ infidelitate componens, ne miraris coniugium lucem, & splendorem perhibere almæ Deiparæ virginitati, cum videas incredulitatem fieri aditum ad resurrectionis fidem. Accipe Bern. verb. *Thomas dubitando, palpando constantissimus factus est, Dominica confessor resurrectionis, & Ioseph Mariam sibi desponsando, eiusque conuersatione tempore custodiae studiosius compro-*

Bernar.

bando, factus est pudicitie fidelissimus testis. Pergat dulcis Doctor, nos istamus, & miremur Iosephum nouum sponsum, nouumque solem, non turpes illos Veneris, & Martis amplexus apud Diuos propalantem, testificantem, sed castissimæ formiæ cum prole virgineo decori clarissimum & euidensimum testimonium perhibentem. Ambros. lib. 2. in Lucam, cap. 1. *Lo-*

Ambros.

cupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret Sacramentum. Pulchrum sanè coniugium, ubi marito sole sponsæ virginitas clarescit, & confirmatur. Non me adducere possum, ut negem nostro Ioseph celebre illud præconium, quo Moysis alterius Patriarchæ, & laudes, & benedictionem decantauit. Deut. 33. *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua Rhinocerotis, vel (ut sept. Monocerotis cornua eius. Accipite in primis illud: Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph; Et in memoriam vocate rubum illum, & radiante flamma vestitum, & medijs flammis viridantem, imaragdinisque folijs aureum decus à flammis accipientem. Quid tunc? rubus ardens, incombustus conseruatam agnouimus tuam virginitatem: Ecclesia canit, ut quæ inter sponsalium Spiritus sancti, & foetum, Deiparam Virginem virginæ palmæ addentem pulchritudinem, & virorem adstupet. Contemplator hic adest Bernardus. rubum in flammis viridem ad Mariæ cum verbo coniugium transferens serm. de verbis Apostoli. Magna (ait) planè visio, rubus ardens sine combustione, magnum signum, mulier illæsa manens amicta Sole, non est rubi natura opertum undique flammis manere, nihilominus incombustum, non mulieris potentia, ut sustineat folijs amictum; sed Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te.* Quibus verbis id intendit Bern. ut duobus miraculis, vnum Mariæ Christiferum coniugium reddat mirandum. In quo videas à rubo virginæ carnis, seu fragili foemina arden-

Deut. 33

Bernar.

Lib. I. Caput Primum.

tes coniugij, & partus sustineri faces; flammanti soli virginem nubi nec cōburi nec migrari; sed virginitatem amplius pulchretate inde & condecorari. Quod singulare prodigium accidit, spiritu sancto mirante; etenim ubi sponsus spiritus noui coniugij leges amulat, quo diuini spiritus similitate Iosephus in primis inuignitur, quo nō eius nuptijs virginitas Maria illustratur.

S. III.

Ioseph p̄ omnibus alijs virginei sponsi id̄is correspondit.

PERGIT Moyses, & super vertice Nazarai inter fratres suos, cum Nazaraum inter fratres audio, puto vitam insigni in multitudine segregatum, à ceteris hominibus discretum, p̄ omnibusque electum. Is erat Maria Ioseph sponsus Nazareus inter fratres, scilicet & inter homines. Huc spectat (si fallor) illa ab sponso Cant. 5. interrogatio. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus ex dilecto?* Etenim cum duo sponsi virginis innotescerent, spiritus sanctus alter & mirabilis alter Ioseph primi æmulatur; crediderim hic Maria interrogari de secundo sponso Ioseph. An primo correspondeat, an in ea illuminanda instar diuini spiritus se habeat? *Qualis dilectus tuus ex dilecto?* vel aliter, & melius, & magis ad rem presentem. Audiētes ceterę virginēs Marię sponsum omnibus p̄ferri rationem p̄lationis, cupiunt indagare sciscitantes, *Qualis dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?* hoc est, quid habet p̄ alijs, quos nos habemus, quod te egregius? *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.* Quicumque sponso si fuerit, si cum Ioseph Marię sponso componantur, sunt numeri, ipse ipse vnice sponsus Marię quia situs ex pene infinita hominum multitudine selectus & segregatus, quem, inquit Bern. tāquam alterum David Dominus inuenit secundum consueum, cui totum committeret secretissimum atque sacratissimum

Hom. 2.
de B. Vir.

sui cordis arcanum. Quę verba ut examinentur, accipite Chrysof. hom. de David, & Goliath, ubi expendens illud, *Inueni David filium Iesse, ait, querendo indicari Deum primo singulos homines, ac diuersos attigisse, examinasse cunctos: plurimosque p̄uidisse, ex quorum numero eligeret Regem, inuenisse tandem David, cuius meritum transire non potuit.* Hinc claret quanti faciat Iosephū Bern. ut potē qui cōtendit illum imitari Davidis fuisse quæsitū, & inuentum à Deo. P̄uidit equidem Deus cunctos homines, p̄uidit singulos, & examinavit, quis clauum Marianę familie tenere posset, & recensitis omnibus ab Adam, vnus Ioseph meritum transire non potuit, vnus inter omnes Mariam sponsi id̄is diuinę correspondit. Sic Metaphrastes. *Inuentus est itaque Ioseph, qualem quærebatur ratio ex eadem tribu, ex qua erat virgo.* Expende illud, *qualem ratio quærenat.* Nam apud Cassiodor. lib. 4. epist. 2. Theodoricus Rex Gothorum p̄ponit filios adoptiuos naturalibus, quos, inquit, ignauis esse non possunt, quos nascia pepererunt, Quis ergo Ioseph, quem ipsa diuina ratio designauit, elegit?

Chrysof.

Act. 13.

Orat. de
duc. Ma
rie, & or
tu Chri
Cassidor.

S. IIII.

Ioseph salutis nostrę fontes ostēdit omnibus accessibiles.

HÆRET tandem Moyses in Iosephi laudibus iuxta septuag. 7. cornua Monocerotis cornua eius. Nequid laudibus virginis sponsi decelle videatur. Etenim omnibus nota est illa Monocerotis natura, qua primus ad fontes accedit, & immerso cornu venena fagat, salubres aquas ostēdit, quibus post illum cetera animantia implentur. Ecce vobis in Monocerotis cornu Iosephi virtutem expressam, qui sitientibus cunctis, arente terra, fontesque viduos suspirante, primus ad vitę riuos Mariam, & Iesum accessit, vitalique humore ibi madidus & immertus salutem hallantia æquora demonstravit; ut vel sic appareant cornua Monocerotis cornua eius. Quid nisi primus

Ioseph Maria sponfus.

CAPVT II.

Ioseph peculiare virtutes.

SVNT qui ex Iosephi factis, quod Mariam dimittere volebat, non iustitiae strictè sumptæ zelum; sed eius singulares virtutes alias enumerent. Itē alij, relictis cæteris virtutibus, iustitiæ zelū in viro iusto maximè exaggerāt. De singulis, dum in tegra loca apud Maldonatum, Salmeronem, & Barradas legas, nonnulla ego in præsentia elucidabo.

Matth. 1. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.

§. 1.

Imperfectus timor à Ioseph absuit.

DVæ piam illorum mentem venior, qui Iosephi reuerentiam erga Deum exaggerāt, quod ignarus mysterij in utero Mariæ Spiritus sancti virtute elaborati, ab illa voluit discedere; metuo, ne alij hunc inopinatum discessum humilitati viri iusti tribuentes, in tanto viro ingerant suspicionem abiecti animi, non equidem generat humilitas pusillanimitatem, nec perfecta reuerentia facit rusticitatem. Vtriusq; nota inuretur Ioseph, si à Deiparæ obsequio, & diuino consortio se nimis humilis, & timoratus abdicaret. Humilis sanè Abraham, & adeo humilis, vt se cinerem confiteatur. Attamen cum simpulatus, inquit, & cinis loquar ad Dominum, & si Petrus dicebat, recede à me Domine, quia homo peccator sum; tamen, erat paratus & in carcerem, & in mortem ire, illum sequuturus. Centurio exiguitatis suæ conscientiam demonstrant, Domini magnitudinem specularunt; at non se fugæ dedit, vt poterat, nec accedente

A 3 Domino

mus venenati fontis scaturiginem venenatam in se fugauit, dum peccatum mitem extinctum habuit. Quod tradit Parisiensis Cancellarius, ipse serpentem Leuiatham virginibus insidiantē, vt ab eis tolleretur diuinitatis partum, & fetellit & profligauit. *Castissimi enim Ioseph desponsatio*, ait Damascenus, *custodia virginis erat, & virginis obseruatis depulso*. quasi dicat; nouerat vascer ille, & altus serpens in virginea terra nouam aliam paradysum plantandam, nouum fontem erupturum, ex tunc obseruat virginem omnes, nitens turpare cunctas, ne limpidiſſimus fons scaturiret: attamen affuit diuinus sponſus Ioseph Maria, & virginem telluris paradysos spirantis custos, coniugij specie, veneniferum serpentem depulit, viuientis aquæ fontes ostendit Mariæ, & Christum. Quorum inuicem primus virtutes, & gratiarum dona, facilem & securum ad illas mundo reliquit aditum. Nō longè abest D. Bern. serm. 2 super missus est, quin nouerit hanc in Iosepho Monocerotis naturam, dum præferens illum Iosepho Patriarchæ sic inquit. *Ille frumentum seruauit, non sibi, sed omni populo: iste panem viuum è coelo seruandum accepit tam sibi, quam toti mundo.* Imò ideo toti mundo seruauit vitalem escam, quia prius ipse accepit sibi, quia primò ipse satur & expletus ostendit mundo. Vnde securè iam poterat ex saturari, omni venenati fontis metu depulso. O quam letabatur fidus iste mysticus Monoceros, cum à se limpidiſſimum diuinitatis fontem ad cunctos alios homines cernebat dimanare. Apud Cana Ioh. 2. aquam Iesu virtute in vinum commutatam, dum conuiujs propinabant ministri, quanta id faciebant lætitia, testis est D. Max. serm. 1. de Epiph. vbi sic. *Obstupuit ergo minister attonitus, quia aquas miserat, & vina sumebat, lætatusque nimium, illa se suis humeris fuit & portasse, per quæ Dei esset gloria reuelata.* Quam lætaretur Ioseph, cum inter brachia videret fontem illum salutis, per quem & patris gloria, & totius generis humani incolumitas sperabatur.

Dam. lib. 4. capit. 15.

Bernar.

Ioh. 2.

Max.

Gen. 28.

Luc. 5.

Luc. 22.

Lib. I. Caput Secundum,

Domino ad domum ipse velab esse, vel ostium claudere meditatur. Isthec facerent virgines illæ fatuæ, quæ domo exultantes priuatæ presentia spõsi venientis æternam lacrymantur viduitatem. Sanctius ille vir orabat, Psal. 26. *Domine, ne declines in ira à seruo tuo.* O diuinum timorem, quo Deum etiam iratū à se declinare metuebat. *Quid times,* ait Augustinus, *ne declinet in ira? Si à te declinauerit in ira, non in te vindicabit, si incurras in illum iratū vindicabit in te: opta ergo potius, ut declinet à te in ira, non accedat; quid nouit enim? quid desiderat? ira eius non est nisi auersio eius.* Equidem dum adest Deus, non debet esse timori, etiam diuina ira, vnum solum timendū, & deplorandum malum, ne Deus absit, nec ab eius presentia excidamus. Hinc demones de tormentis silētes, de absentia Iesu misere quæruntur, fanes: Luc. 4. *Quid nobis & tibi Iesu?* Notanter dicunt quid nobis, deinde addunt, & tibi, quasi suum necessariū exilium, vāllissimamque intercapedinem à Iesu lachrymentur. Quod acute notat Ter tull. libr. 4. in Marc. vbi ait: *Non dixit quid tibi & nobis, sed quid nobis & tibi se deplorans, & sorti suæ exprobrās.* Nimirum sorti suæ exprobat, cuius erat nullum cum Iesu habere consortium, ab illòque longissime abesse.

Vrgent aliqui, vt fugam Iosephi à timore profectam laudent, vrgent inquam, illud iam suprā allatum, nempe Petrum timentem, & se a Deo arcen-tem, *recede à me Domine;* sed audiant D. Petrum Chrysol. serm. 147. de hoc timore Petri ratiocinantem. *Petrus quoque ait, Dominica virtutis timore turbatus, Christum vt à se discederet, supplicabat discede, inquit, à me, quia homo peccator sum; hoc dicebat, quia quicquid amoris & fidei erat, pondus pauoris extinxerat; sic timor, nisi fuerit amore temperatus, quamuis deuotam seruitutem efficit contumacem.* Sic Chrysol. inter alia multa, quibus hūc timorem exufflat à viri perfecti animis. Quis iam audeat sic meticulosum Ioseph efformare animum, vt fugiat ab illius consortio & obsequio, ad quod mille periculis fuerat euolandum? Ea est re-

uerentia, ea est humilitas, is bonus timor; qui obsequium sponse tunc maxime egenti, & ipsi nato Deo negare machinatur? Crediderim viri iusti nil tale in mentem aduentasse: quid iustus timeret vbi norat, nil peti, quam obsequium pietatis, & omnia Dei effulam ardere charitate? Memini Iordanis ripis exceptum Dominum, vt baptismum acciperet à Ioanne, à coelesti patre fuisse prædicatum. Alto intenuit coelum clamore, per strepunt æthera, voce patris boant, stant pauidæ fluminis aquæ, contremiscunt turbæ Iudeorum. Quid tunc Ioannes? de illo sic Chrysol. serm. 5. de Epiphan. inquit: *Inter hæc tamen talia ac tanta intrepidus stat Ioannes, quia timere non potest, qui totus ad Dei amorem natus Angelico testimonio comprobatur.* Natus Ioseph totus ad Dei amorem, diuinisq; totus charitatis faculis concrematus, timori succumbere non potest, imò intrepidus diuinæ adstaret maiestati.

Dices ergo, si reuerentia, si timor à tanta maiestate profectus, si humilitas non impulerunt Ioseph ad fugam meditandam, impulit necne zelotypia, inuenta vxore prægnante? Absit: egregie Author imperfecti, *possibilis*, ait, *esse credebatur Ioseph, mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare.* Nec Deus, qui Mariano nomini, & pudori consulens, teste Ambrosio, illam matrimonio ornauit, ne prægnas malè audiret apud extraneos, permetteret eius famam apud sponsum virū pudicum periclitari.

Sed age subiiciam causam meditatz fugæ, vt viro iusto dignam, & Patrum testimonijs inter se collatis, examinatis, expensis, magis cõsentaneã. Admiratus Ioseph sponse vterum plenum, nescius mysterij nil de experta pudicitia & explorata voluit suspicari: hæsit suspensus animo magnū quid expectans euenturum; sed vterat iustus de se timens, ne cõtinuò & quotidiano conspectu vteri indies crescentis aliquid liceret humano affectui, & animo anxio contra famã, & intemperatam pudicitiam Mariæ, id præueniens periculum, statuit se fugæ dare. Sicci- ne sapiens timet & declinat à malo, Prou.

Mat. 3.

Chrysol.

In Mat. c. 2 oper. Christi.

rouer. Prou. 14. In dissimili periculo similem notatit cautelam D. Hieron. Pelus. lib. 2. ep. 62. in mundiâli Principe, de quo inquit. *Lectione didici, Regem quendam, cum Ephefiam Sacerdotem, cuius incredibilis, & singularis pulchritudo erat, conspexisset, statim ex Ephefina urbe digressum esse, illud videlicet metuentem, ne præter voluntatem, nefarij aliquid admittere cogeretur. Ecce tibi, vt Rex hic à pulchritudine; Ioseph Regibus clarior sibi à suspitione cauit.*

S. II.

Sanctissimus Iosephi timor sui.

DO singulare huius sanctissimi timoris exemplum in viro religione & pietate insigni Abraham; qui filium vt Domino libaret, & si libenti & inuictio animo se deuotentem, nihilominus fortiter, cautèque ligauit. Nil notius patri, quam filij sui alacris, & deuota voluntas, qua se morti tradebat. Nil patentius, quam eiusdem constans, & inuictus animus: credibilis hebetadam ignis, & gladij aciem, quam Isaac animum fugiturum; & tamen filium ligat. Nec mirum. Ratio enim ligandi (ait Caietanus) non fecit timor, ne Isaac sugeret, aut ne Isaac exiliret ab altari; sed ne in voluntarij motus, vt potè naturales, in actu iugulationis existentes ordinatum, compositumque situm exturbarent in nonnullam indecentiam sacrificij. Sic Caietanus, & rectè. Illustrius adhuc D. Zeno. *Securus pater optimus timuit, ne dolori aliquid liceret in morte. Sæpe inuicti animi, inò & mania ænea medio in ariete, vel rimulas faciūt, & durus lapis crebra gutta cauatur. Securū Iosephi pectus de Mariæ pudicitia, fortè in eiusdem castitate tutanda sollicitum, & deuorum ad obsequendum pungebat, passim tumentis vteri conspectus quotidianus; & nescio quid doloris raptim infundebat. Timet sapiens & iustus Ioseph, ne affectibus inuolutarijs, ne dolori liceat aliquid in nonnullam indecentiam expioratæ diuinæ sponsæ castitatis, & vt sapiens timet, sic ten-*

at à malo declinare, quo eius fides apparet admiranda. Apollolorum apex, viso Christo Domino ad litus, audet se credere flutuanti mari, Matth. 14. Et dum paucos gradus facit, dum mergi incipit, à Domino clamat liberari. Quæ ista mutatio? Vnde tibi timor, ò bone Petre? Nonne Dominus adstat? vbi Dominus, de quo times? Pulchrè D. Max. in presenti fatetur. *Verè Beati Petri, & dum trepidat mirabilis fides, quam neque per urgentis periculi potuit turbare formido, clamando enim mergitur, Domine libera me, de se diffusus est, non de Domino dubitauit. Sic cine Diui Iosephi fides dum trepidat, mirabilis? Planè eius mirabilis fides, quam non turbat perurgentis periculi conspectus, qua de se diffidens, de Maria non dubitauit.*

Mirabat aliquando seruos à Iob laudatos, cap. 29. *Si quãdo ridebam ad eos, non credebant mihi.* Sed longè maius mirum mihi iniecit D. Greg. hæc verba à Christi Domini ore exillimans prolata. O nouum apud fideles genus laudis! nil peius, nil indignius, quam non credere Deo; & Deo ridenti, qui non credunt, serui laudantur. *Redemptori nostro, ait Greg. quasi arridenti non credimus, dum multis iam eius donis testantibus, & gratiam fauoris eius accipimus, & tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus.* Is sanè Deo gratissimus seruorum est timor, qui propriæ hærens infirmitati, quæcumque de Deo testimonia, quamcunque certitudinem, quamcunque diuinæ amicitiae exhibitionem comitatur. Sic Paulus, pergit Greg. *iam paradisi verba audierat, & nihilominus aiebat, castigo corpus meum, ne ipse reprobus efficiar.* Tam dignam putabant gloriâ gloriam omni labore, omni comminatione & contentione animi, vt medijs patientibus testimonijs de habenda felicitate adhuc timidi, & pauidi de sua infirmitate lababant. Quo maxime claret Iosephi iustissimi, & sanctissimi viri virtus, hoc sanctissimo de se timore informata, & eiusdem in Deigenitricem obseruantia singularis.

Mat. 14

Mat.

Iob 29

Greg.

Lib. I. Caput Secundum,

S. III.

*Beatus Ioseph rigorosa iustitie me-
tam obseruauit.*

EST o virginea pudicitia criminis
rea Iosephi obijceretur menti, ip-
se tamen, cum esset iustus, noluit eam
traducere & publicare, sed occultè di-
mittere eam. Etenim is perfectè & ri-
gorose iustus dicitur, qui mitiorè cor-
rigendi modum exquirat, docetque fa-
ctus, non ita debili fundamento iusti-
tiam eniti, vt se clamoribus tueatur,
nèque tam arctis cancellis intercludi,
vt simul concordie vinculo & miseri-
cordiam & mansuetudinem non ad-
mittat. De iustissimo omnium iudice
dixit Isaias cap. 42. *nò clamabit, nec ac-
cipiet personam: nil in iudice strictius,
quàm non accipere personam; sed
mitiori quo fieri potest modo illa cu-
rat oblitescere. Primus homo reus audi-
uit vocem Dei ambulantis ad aurã post
meridiem. Quod attingens D. Amb. in
Psalm. 38. putat, Deum ad puniendum ho-
mines venisse ad vespèram, quando iam
vmbre longiores erant. Vnde Procop.
ait, peccatum hominis in solem non
protrahit Deus. Proh immentia Dei mi-
sericordiæ! vult ille quidè omnes homi-
nes saluos fieri. Sic humanorum scele-
rũ vindex & pœnas ab homine pec-
catore iustissimus exigit, & nihilomi-
nus non in solem protrahit, non publi-
cat peccata. Hæc mihi cogitanti multa
subit memoria punientis illius spiritus,
quo ardebat Elias, cuius perpetua
cura, intensa sollicitudo, illa erat,
vt peccatores inueniret, puniret in-
uentos, diras illis vindictæ æstuan-
tes imprecando. Voluit homini Deum
hunc errorè depellere, & quasi in ima-
gine ostendere, quàm longo spatio à
diuinæ iustitiæ norma, separatur. Tre-
mitterra: obducitur cœlum nube: fre-
mit ventri: erumpit seua tempestas re-
cta prosternens, segetes proterens, &
arborea radice: euellens. Placeat, pla-
ceat iste, o Elia, qui spiritu tuo maximè
similis & coherens; sed vide, quòd nò
in eo Dominus. Aëtuat ignis voragine
totus aether: crescunt flammæ, & im-*

mensum ignis flumen inde emittitur
co. sumens quicquid viride germi-
nat. Ah! quàm mirè ista Elia placere.
Euanuit in nis, & post ignem sibi: us cu-
re tenuis, aura quædam lenis in a, iucū-
dus flatus & placidus futurus, & ibi
Deus, vbi diuinam lenitatem spiritus co-
gnouit. Originalis legit *vox tacita, vox
tenuis; sed acumine summo, myste-
riòque recòdito Chaldaus dixit, vox
canentium in silentio. Qui enim cupiūt
cognoscere quonam erga peccatores
spiritu Deus habeatur, illud vnum sciāt
nullā ratione vociferatorem & sten-
torem, vt aiunt, culpæ esse. Imò po-
tius vocem quàm iam suauissimam illo-
rum, qui in silentio vocem emittunt,
æmulatur. Sed quid sibi vult illud, *vox
canentium in silentio?* Videtur enim in
termini implicatio. Rem explico, cò-
ueniunt in intimis penetralibus Prin-
cipis ante vltimum cubiculum, quo
ille iacet, peritissimi musici, quādo ille
quiescit, vbi nec quisquam musitare,
imò nec respirare audet, tota domus
silètio immergitur, maximè coniunctio-
res aulæ regio cubiculo; in hac ergo tā-
ta taciturnitate intendunt musici ver-
sus, voces, & modos experiri, vt vbi
primùm expergitur, statim suauis-
sima melodiā excipiāt. Incipiunt er-
go, concinunt; quid tunc emittunt al-
tiores voces? Apage; voce summississi-
mā rem agunt, ita vt vix ab aliquo per-
cipiatur, & quin aliquis sonet vehemē-
tius, nihilominus summa dexteritate
nec minimū artis apicem prætermittunt.
Et hoc est quodammodo in silè-
tio canere, numerum nullum relinque-
re quamuis altissimum, suppressā nihilo-
minus voce, & vix etiā è labijs emis-
sā. Et hic spiritus diuino maximè iudi-
cio consentaneus, in quo Deus tanquā
in proprio domicilio inhabitat. Vnde
eleganter D. Synesius lib. de Regno lo-
quitur. Neque enim Deus quasi in sce-
na se ipsum ostentans aut prodigijs,
monstris vè editis; *Sed tacitā quadam
viā gradatim contendens iuste humanas
res moderatur. Hoc modo Regem sentio,
commune omnibus bonum, nèque insolē-
tem esse debere.* Hæc ille de iusto Rege
ad Dei exemplum composito. Itaque
vox sit canentium in silentio, ea scilicet*

Iosephi Virtutes.

Cbriso!

cet dexteritate iudex polleat, vt sancti nas leges obseruans & pertingens iustitiam apices, lenitatis & benignitatis non ob iustitiam. Hic spectat Chrysostomus in 14. Iosephi in dimittenda vxore iustitiam & pietatem exaggeras fatus: *Ioseph merito iustus, quia pius, dum pietatem cogitat, crudelitatem caruit, dum causam temperat, iudicium custodit* Ecce vt in silentio canit custodiens sanctum iudicium, & nihilominus temperans causam, traducere nolens vxorem, sed occulte cupiens tantum non dimittere.

S. IIII.

Perfectus iudex prius mansuetudinem, deinde rigorem exerceat.

Deut. 33

PVXORAE cum Ioseph esset iustus, noluit vxorem istam traducere, iustitiae enim & seueritatis est mansuetudo comes necessaria. Quod in Prorege illo Aegypti meditati: Moyses fecit, verba data supra ex Deut. 33. & iterum in nostri Iosephi laudem examinanda. *Benedictio illius, ait, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph.* Non alia benedictio, non alius nros decet hominem principem, quam benedictio illius, qui apparuit in rubo, huius indolem ebibant quicumque hominum gubernatores exissent. Ignis in rubo iudicem inter synocos peccatores agebat. O magnam visionem! Ignis rubo adheret, & rubus viret correptus igne. Iudex inter reos agit, & adhuc minimum cadit reus vltus. Quae rei causa? *Aug. quae 42. veteris testamenti. ait. Lex statim vindicare non venerat; sed prius ostendere, idcirco ignis rubum non combussit.* Legislatorum est; iurisque prudentum non puniendo, sed parcendo iustissimi principatus ducere auspiciam; in quo lex ipsa prius mansuescit, quam firmit, vt qui de seueritate gloriatur iustitiam, prius praefereant mansuetudinem. Regi omnium creaturarum & gubernatori maximo lesit apud Thabor duo laterones adfuerunt Moyses, & Elias; ita enim habes

Aug.

Matth 17. *Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes:* quibus perfectissimi iudicis orientabatur in signa. Sed illud notandum, quod Moyses mansuetudine claris ponitur primus, vt dicat, quae virtus intiet optimum gubernatorem, & principem Ioseph acute notauit. D. Petrus Cluniacensis in sermone de Transfiguratio. vbi inquit: *Duo ergo illi patres alter misericors; alter immitissimus apparent cum Domino.* Quare? quia misericors & miserator Dominus; qui iustus Dominus & iustitias dilexit. Misericors ergo misericordiae, iustus iustitiam designat. *Vnde & congrue scriptura non prius Eliam, & postea Moysen; sed antea Moysen, & postmodum Eliam ponit.* Sic inclutus Ioseph cum esset iustus prius Moysen agit, volens vxorem traducere, deinde de Eliae seueritate voluit illam occulte dimittere, iustitiae duritiem mansuetudine praemissa perfundens iuxta nobilissimi & praestantissimi gubernatoris indolem. Etenim D. Cyrillus Alexandrinus apud Theodosium, sic Principis animam ad parcendum reus flectit, dum suggerit haec. *Decet supremas excellentias, vt serena sint & placido animo, ne irarum agitentur furis, sed inter furorem & seueritatem, mansuetudinem beneficiorum cumulatricem exhibeant.* Nunquam Deus Opt. Max. seuerior apparuit mundo, quam in articulo diei illius, quo vniuersam terram cruento immergit diluuium. O quam dura tunc & acris diuina iustitia! Sed miraberis, quod iustitia seueritatem in mundum expectauit veris temporibus, quando campi replebantur veritate, quando forte oues suos magis delectabant pastores. Quae huius rei causa? Nimirum, vt terrae fructus emnestarentur summi iudicis praesentiam mansuetudinem, & beneficiam, qui tunc solum desuit, cum prius amplissimum gratiarum sinus praetendit. Ita D. Ambr. lib. de Noe, cap. 14. *Tunc vltio terribilior tanquam, dicens Dei. Ecce omnia secundum diuinam providentiam gratiam diues natura generauit; omnia in usu hominum germinauit terra; fecundior, segetes expectantur, tritico, & bordeo campi replentur; coma arborum venturi*

Pet. Clu

Cyri. Alex.

D. Amb

Lib. I. Caput Secundum,

venturi fructus flores vestuntur, non deest terra obsequijs suis, nō bestiae desunt muneribus suis, quae solennes soluuntur in partus, ut homini nihil desit. Haec sunt diuinæ iustitiae insignia, hi summi iudicis laterones fidelissimi, nimirum beneficia, & ingentes in homines misericordiae praemissae. Non antea caritas caeli seuerus peccatorum vltor aperuit, quam gratiarum vniuersos fontes praemitteret, quae iustissimū testarentur iudicem, qui post mansuetudinis exhibitionem, post misericordias multas, reorum pertinaciam castigat. Quando, ut bene notat in praesenti D. Iosephi factō D. Chrysol. ser. 145. *Virtutes si separat a fuerint, dilabuntur, equitas sine bonitate seuitia est, & iustitia sine pietate crudelitas. Ioseph ergo merito iustus, quia pius, & pius, quia iustus.* Haec ille.

Chrysol

S. V.

D. Ioseph factus est Mariae quasi in Deum.

O MIRAM D. Iosephi virtutem! sponfam, & cognatam meditatur fugere, & dum sponsi, & cognati declinat seruitium, fit quasi Deus Mariae. Etenim sic Deo canit Ecclesia, *Deus, cuius proprium est misereri semper & parcere, &c.* insinuans, quod solus Deus sciat parcere, non creatura, non cognatus, non sponsus, non pater amantissimo filio. Quis magis pater, quam Abraham Isaac & charo, & vnico senectutis filio? Hunc tamen iugulaturus gladium pater exerit; sed perimendus a patre liberatur a Deo filius. Vbi pulchrè D. Zeno, serm. 3. & notanter dixit: *Religiosus carnifex stringit gladium, patris erat, quod leuauit, Dei fuit, quod pepercit.* Si Isaacum religatum ad necem viderem, cuius mihi nō noscerem patrem, crederem absque dubio futurum, quod pater parceret tanto filio. Sed nullius creature est tantū parcendi munus, nō cognati, non sponsi, non patris, imo patris erat quod leuauit gladium ad necem; sed

Zeno

vnus Dei fuit quod pepercit, cuius est misereri semper & parcere, nec facile admittit creaturas in consortium talis muneris. Nonne primus Israhitarū Rex Saul malè apud Deum audiuit, ex quo suo arbitratui parcendi munus commisit? Ecce vbi notatur Saulis, *1. reg. 15. & pepercit Saul, & populus Agag:* De quo verba faciens Iosephus lib. 6. *Iosephus de antiq. c. 7. inquit. Seruare Agag decreuit, idque non ex Dei sententia; sed victus affectu proprio, inconcessam miserendi licentiam suo periculo sibi usurpans.* Vide modò sanctissimi Iosephi incredibilem virtutem, ut parcat Mariae, refugere nititur cognati & sponsi seruitium, imò hominis refugit indolem, & quasi in Deum factus est suspectae virgini. Non equidem negabo, sanctissime Ioseph, te in vteri virginalis suspicionem nonnullam incidisse, quia inde tuas virtutes video ascende te in sortem diuinam. Simon ille apud Lucam c. 9. ut vidit saluatorem inclinari misericorditer in mulierem peccatricem aiebat intra se. *Hic si esset Prophetas non sineret hanc mulierem tangere se.* Cui ab ore Domini argutè satis respondet D. Laur. Nouar. hom. de Peccat. *In dignum iudicas, o Pharisee me suspicere mulierem fornicariam lacrymarum fontibus inundantem, sed facis hoc quasi incredulus Phariseus, dum non vis me esse, aut credere Deum.* Planè, nō poterat culpari Christum Dominum, quod faueret peccatrici, nisi animo heretico illius erroris pleno, quo non crederet, Christum esse Deum. Qui illi eripere volebat diuinitatē, eius carpebat in peccatricem, humanitatem, quando quidem Dei solus erat quod parceret. Absit à me tantum piaculum, ut hanc diuinam sortem inuideam sanctissimo Iosepho, quem cum video erga suspectam vxorem affici, illum vltra hominem exaltari & quasi in Deum Mariae puto datum.

1. reg. 15

Iosephus

Luc. 9

La...
Nouar

(2)

S. VI

S. VI.

*Christianus homo quasi ex iustitia
tenetur parcere.*

VRgeo adhuc D. Iosephi iustitiam ab Euangelista notatam, quādo vxori suspectæ, nititur parcere: ait enim textus Iosephus cū esset iustus & nollet eam traducere, &c. Equidem, qui in Christiana familia agebat caput ex iusto & æquo tenebatur iniurianti parcere, quādo quidem ex eo maximam gloriam reportaret. Ecce Iob c. 7. personam viri iniurij agens qualiter conueniat Deum inquiens. *Cur non tollis peccatum meum, & quare nō auferis iniquitatem meam?* Non aliter expostulare posset, si illi remissio ex iustitia deberetur: quod expendens D. Cyrill. Alex. Apol. ad Theodosium sic ait. *Dicet ad hoc quisquam, quid igitur, o generosissime athletarum! criminis ne loco Deo impingis, quōd eius, qui deliquit non miseretur? culpas ne legislatorem, quōd peccatorum meminit etiam, inquit, qui enim misereri cōsusuit, nec vulgarem ex eo gloriam habet, ob quam causam cum talis sit, non & mei rationem habet?* Vbi enim Deus ex eo quod miseretur & parcat, ingentem sibi gloriam venatur, id iuris acquirunt in eum rei ipsi, quo Deum de venia expostulant, & quasi iudicio sistant. Et similiter Christiani homines, quia tunc gloriosiores sibi effingunt coronas, celebriorisque nominis decus acquirunt, quā in iurantibus parcent, quasi ex iusto & æquo tenentur veniam largiri iniuriati. Proinde iustus Ioseph iustitię satisfaciens sese ad parcendum accingebat, & etiam suspectæ vxoris incolumitatem meditabatur. Nescio, an hoc suboluerat D. Chrysol. qui serm. 71. incidit in illud Dominicę orationis, nimirum *dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Vbi non qualēcūque a Deo misericordiam exquirimus; sed eam quæ humanæ misericordię teneat modum. Etenim diuina misericordia liberrima est, nullaque necessitate potest cogi, nullisq; debiti cancellis obstringi hanc adeo li-

beram misericordiam iubemur deprecari & illam exquirere, quæ humanior sit, & sese ex æquo & iusto obstringi sinat. Id quod exprimit illa particula, *sicut & nos dimittimus:* quam expendens præfatus Chrysol. ait. *Homo penes te est potestas venia, in te est indulgentie ius: quasi indulgentia ab homine exhibita in aliquo iure fundetur. & dari ab homine veniam iniuriati, sit quasi ius suum illi retribui.*

Mat. 6

S. VII.

*Iustitia culmen attingis, si Deum
zelotipia præferas.*

SÆP aliās de Ioseph egerunt sacri Scriptores sine titulo, sine honorifico cum epitheto nominantes; nunc primum iustum audio, nunc primum titulo insignitur sanctitatis. An quia zelotypiam nouit postponere pietati? Iam dicā, si prius pondero illud Osee 10. vbi sic habes, *ex diebus Gabaa peccauit Israël, ibi steterunt.* Multa patrat facinora, imò scelera Israël per omne tempus; sed nunquam sic peccator apparuit Deo, vt ex diebus Gabaa. Sed Israëlita in Gabaa potius videntur infandum scelus vindicasse. Nota enim est apud libros Iudicum historia, quando Gabaonitæ vxorem hospitis Leuites deturpauerūt, & turpi luxuriæ mole oppresserunt. Quod scelus vt Israël vindicaret, de Dei Opt. Max. oraculo arma sumpsit, & post confertas manus semel & bis iniquo Marte tandem flagitiosam gentem vastauit. Cur ergo ex tunc dicitur Israël peccasse Domino, & non ex vitulo adorato, ex alijs turpissimis sceleribus commissis? Rem attigit D. Hieron. in presenti dicens: *Ex eo die, quo vxorem Leuitæ turpiter atque crudeliter interfecit Benjamin in urbe Gabaa, peccauit mihi omnis Israël, non quia ultus est iniuriam, & scelus sanguine vindicauit; sed quia dolore maritali profiliuit ad pugnam, & sacrilegium in Deum suboluit vindicare; eo quod in domo Michæ Ephod, & Seraphin, quæ pro idolis adorantur neglexerit.* Itaque præualuit

Osee. 10

Hieron.

Iob 7.

Cyril.
Alex.

Chrysol.

Lib. I. Caput Secundum,

in Israele maritalis dolor plusquam religionis amor, potentior fuit zelotypia, quam pietas, quam religio, & ideo ex tunc Israelis peccata Deo summo & vero displicere magis. Iam inde licet colligere Iosephi sanctitatem, cuius virtus tunc eluxit, tunc precipue radiavit, tunc magis glorioso e vertice emicuit, cum dolore maritali compresso, zelotypie tyrannide superata studuit pietati. Præclare nobili iusti cognomine inuignitur, dum zelotypia suffocans dicit totum Deo, quia quod homini diceret non habebat. Nonne Ioseph in hoc verè filius Abraham, cui promissio debebatur. Equidè Abraham Gen. 12 à Deo in Ægyptum movebatur, ubi Saræ vxoris pulchritudo periclitabatur, urgebat hominem divina inspiratio; sed vxoris pudicitie periculum retardabat, hoc frænum, illud calcar erat, tandem zelotypiam vincens Deo obtèperavit. Quid plura? Accipite D. Ambros. lib. 1. cap. 2. sententiam. Magnum exemplum deuotionis Abraham, quod cum vxore speciosa descendit in Ægyptum. *Erat quidem in isto viro cura conjugalis pudicitie; sed maius erat studium maturande deuotionis, ne prauis custodiam thori mandatis videretur celestibus. Hæc sit præcepta cura coniugibus, qui sanctitatis, & iustitiæ appetunt culmen, qui metunt, ne sua peccata grauiora apud Deum appareant, & incondonabilia, quod pietatè præferant zelotypiæ, & custodiam conjugalis thori postponant mandatis diuinis.*

Gen. 12.

Ambros.

VIII.
Iosephi incredibilis pudicitia
commendatur

IA M coronidè faciam de Iosephi virtutibus, si eius pudicitiam, quam mireris, proponam, pudicitiam, inquam, floridam apud flammantem pulchritudinem. Pudicus Ioseph, & quod mireris magis, pudicus de consortio, de conuictu puellæ formosissimæ. Post Saluatoris Ascensionem reuerentes discipuli A. & M. in cenacu-

lum ascenderunt, ubi manebant Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Mattheus, Iacobus Alphaei, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu. Hic suffecisset locus ut Apostolicè primitiuorum virtutes in immensum extollerentur, quando viri simul, & foeminae, & pulcherrima virgo unanimiter orationi instabant. Quando inter viros & vnanimitas, & Deo placès oratio erat de consortio foeminarum. Hoc exemplo lamentatur S. Sixtus PP. epistol. de malis Doct. vicem præsentis sæculi, & primitiuorum exprimit virtutum excellentias. Ait enim, ubi est illa primordialis institutio à Christo, & ab eius Apostolis tradita? Ubi illius vnanimitatis consecrata dilectio? quæ cunctis omnia communia erant, quæ nemo quicquam suum iudicabat, quæ nec in mentis quidem erat varietate discretio. Proh nefas illi eodem in tempore nuper Christiani esse coeperant, & indiscretè cum suis domibus commanebant. *Ve misero mihi nondum vlla, seu virorum, seu foeminarum adhuc fuerat celebrata diuisio, & tamen illorum rudes meliores erant, quam nostri, nempe perfecti. Sic primitiuæ Ecclesiæ extollitur laus; cuius virtus etiam de consortio virginum, & mulierum crescebat. O maximum D. Ioseph decus, nõ foeminarum conuictum fugit, nullum nefas cum oculis pepigerat, ne cogitarent Virginè, in nõ semper ob oculos habens miraculum pulchritudinis, honestissimam puellam, indiscretè, & indiuisè in eadè domo cohabitans sanctissimorum virorum pudicitiam, & perfectionè longè excedebat. Is enim erat Ioseph, qui pulcherrimæ consorti munimen adderet, in expugnabileq; propugnaculum inderet. An non mariana vox illa de Iosephi consortio Cant. 8. Ego murus, ex quo facta sunt coram eo quasi pacem reperiens? Ex quo de Iosephi conuictu gloriatur Maria, ex quo inter utrumque vnanimitatis consecrata dilectio est, ex quo indiuisim in eadè domo manebant, car muro est Mariæ pudicitia. Mirum dictu! Sed accipe*

Sixtus.

Cant. 8.

Synes. accipe D. Synesiu Cyrenensem epist. 4. quam dat Eooptio fratri, ubi nauiga uonem nari at in hac verba. Qui vobres lunus supra quinquaginta, quorum quatta ferme pars foemina sunt, pietaque iuuenes & formosae sunt: verum non est quod inuideas. Nam cortina appensa nos secernebat, eademque munissima, temperantibus hominibus par semiramidis muro. Itaque a vitoru temperantia pulcherrimarum puellarum conuictus in eadem naui, de leuicarbato inuenit inexpugnabilem murum. Gloriosior Iosephus, cuius in vnanimi confortio non vbi alicuius beneficio; sed incredibilis pudicitiae puella formosissima non par muro; sed ipsa murus facta est, soli Deo accessibilis.

Text. Hac autem eo cogitante, ecce Angelus Dei apparuit in somnis ei dicens, Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

S. IX.

Iosephi conubium promissione Dauidi factum iure exigebat, ut potest in quo vno ablatis cunctis maculis, omnes Davidici generis splendores inueniebantur.

Post tot Davidici generis successione, merito Ioseph filius David ab Angelo nominatur, in illo enim vno totum Davidicum splendorem nulla vitium notabat, quo nulla promissioni diuina poterat iam dari dilatio. Id quod perpicuis verbis tradit D. Chrysol. Serm. 145. fatus, Ioseph filii David. videtis, fratres, in persona generis vocari, videtis in vno totam prosapiam nuncupari, videtis in Ioseph seriem Davidici stemmatis iam citari, Ioseph filii

Chrysol.

li David, tricesima octava generatione natus, quomodo filius David dicitur; nisi quia fides promissionis impleretur? Cur tunc daretur promissio, quando ablatis virtiorum nebulis, fulgentissimus Davidici generis splendor in vno Ioseph coniunctim radiabat? Obsunt diuinis promissionibus peccata, degeneres mores, ob quos impleri tardant. Sed ubi obex abest, & virtutum illex est praesens, nequit iam coletus promissio tardare. Decretum antiquituserat, regnum Dei hominibus aduenturum, cuius inuoluntis aduentus per longissima saecula dilatus est, usque dum homo Deus Christus apparet in mundo. Apparuit homo diuinus, & ecce regni promissio ad homines aduolauit. Cur ita? Rem explicat D. Leo serm. 3. de Nat. inquit, offerenda erat pro reconciliandis hostia, qua esset nostri generis socias, & nostra est terminationis aliena, ut hoc propositum Dei, quo peccatum mundi in Iesu Christi placuit natiuitate ac passione, de terra ad omnium generationum saecula pertineret. Ecce Dei promittentis regnum in genuum & indolenti, promittit regnum homini, & tantum temporis promissionem differt, donec inueniat hominem, in quo totus generis virtus splendeat, & nulla videatur peccati fuligo. Tunc demum impletur propositum Dei de coronandis hominibus, quum Iesus apparet, in quo humani generis recapitulatur perfectio, ut cetero loquar, & nihil humani reperitur vitium. Non absimili modo promissa est Davidi diuina progenies; sed dilata promissio ob degeneres mores prosapie Davidicae, donec Mariam coniugem Ioseph apparuit in mundo, in quo vno tota prosapia nuncupatur, tota Davidici stemmatis series figuratur, degenerere omni ablata fulgine, quo impienda erat promissionis fides. Huc refero putchra D. Athanasii verba in examunda; quid de Incarnatione virginis dicit, Deipara Virgo Maria Ioseph ex Adā deriuatur, aut ex semine suo Ioseph ex Abraham, & Dauid. sic prima sua deducit. Quibus pondero, quid Maria, ut ab Adam descenderet, amplexu aliorum societate fugit, ut que Ioseph

Leo

Leo

Leo

Athanasius

Lib. I. Caput Secundum,

humani generis maculas vitabat; at vero, ut à Davide progigneretur, sibi fratrem, & consortem admisit Ioseph, ut qui solus cum Maria, Dauidici generis vniuersis natus exclusis, totam pro sapię regię gloriam suslinceret.

Regale Dauidis decus in Ioseph fulgentissimum.

DIXI in vno Ioseph totā Dauidici stemmatis seriem fulgurare; quod sic breuiter pertingo: etenim, ut à Regno exordiar, vbi Regis splendor gloriofior, quā in Ioseph, vel vnā tantum habens subditā Mariam? **Dan. 3.** Apud Dan. cap. 3. Nabuchdonosor, ut vidit tres pueros in fornace lætos, eorum Deum summis laudibus prædicat, cuius imperium ad vniuersum Orbem dilarari testatur. Etenim tales putat esse eos tres pueros, ut ex illis solus Deus altissimus, excelsus, Dominusque mundi debeat prædicari. **Chrysof.** huius excogitationis authorem D. Chrysof. hom. 6. ad Pop. vbi sic fatur. *Mundi Dominum ex tribus pueris vocat; non ipsius imperium sine ullo obcludens; sed quoniam mundo opponendi pueri tres essent; propterea tot tyrannos Reges, & Principes præmittens, qui sibi paruērant, tres captiuos, & seruos, qui tyrannidem suam contempserant, admiratus est. Iure ergo Ioseph, quem Maria Dominum vocaret, creaturarum Dominus ex vna Maria vocaretur, quoniam vniuersis creaturis opponēda Maria esset: quapropter inter Reges, & Principes Ioseph superior omnibus, & præstantior numeratur.*

Sacerdotalis splendor in Ioseph ex pudicitia.

INTER regalia Dauidis stemmata non obscurum locum obtinent vitæ Sacerdotales, quarum candore Regia purpura læpēsaptis ex coniugijs fuit condecorata, ut Ioannis affinitas cum Iesu testatur. Sed & Dauidem, si non genus, tamen pudicitia Sacerdotio iniitauit. Etenim 1. Reg. 21. suam

suorumque pudiciam testans ausus est edere propositionis panes, solis Sacerdotibus reſeruatis. De quo S. Sixtus *Sixtus.* PP. epist. de Cast. sic loquitur. *Vnde ostenditur, quod pudicitia Sacerdotio aliquatenus comparatur, cui edere licuit, quod tantum Sacerdotibus debebatur.* Verè filius Dauid Ioseph, Dauidiciq; æmbulus Sacerdotij, quem incredibilis pudicitia consecrauit: Sacerdos utiq; Dauidicus Marię sponsus, qui carnē suam hostiam viuam exhibuit, & ex se Deo libauit. Nonne proprium Sacerdotum munus est, hostiā offerre? Cur ergo omnibus etiam laicis loquitur Paulus epist. ad Rom. 12. *Obsecro Ad Rom. vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem? &c.* Si Sacerdotes nō sunt, quomodo exhibebunt hostiam? Plane, vbi hostia est pura, & pudica caro, ipsa per se vnamquemque Sacerdotem facit. Ita D. Isidorus Pelus. libr. 3. *Isid. Pel.* epist. 75. fatur. *Pulcherrima victima est, piā mentem, & carnem castam habere. Eoque Paulus illud dixit, exhibete corpora vestra hostiam viuentem; non enim ad Sacerdotes solos scribens hæc ipsis mādabat, sed vniuersæ Ecclesiæ. Vniquemque enim ipsorum hæc in parte Sacerdotem esse iussit. Quod si castitas, & pudicitia subditos Sacerdotes creat, libido, ac lascinia Sacerdotibus dignitatem abrogat. Merito vbi libido Sacerdotem exiit, castitas Sacerdotem iniitiat & sacrat, ut pateat, quā præ alijs Sacerdotibus radiet Iosephi castissimi apex.*

Militari robore Ioseph insignis.

VIDES in Dauidico genere armatas partium phalanges: vides bellorum fulmina ex Dauidico sanguine euolare; sed omnibus Ioseph pugnatior, & militari gloria extitit clarior. Vnde hæc? Sanè Dominus Luc. 12. ut militare robur inderet discipulis, inquit: *Sint lumbi vestri præcin-* *Luc. 12.* *ti.* Quibus verbis militarem baltheū *Bas.* agnouit Nazianz. orat. 2. in Pas. agnouit & cingulum castitatis, cum Bas. *August.* August. Beda, & Gregor. PP. relatis à *Beda.* Maldonato, quasi Christianis militib; *Greg.* robur

robur, & fortitudo militaris à virtute
 pertulgeat castitatis. Quod si è castita-
 tis nota metuenda est fortitudo Chri-
 stiana, quem non superet Ioseph glo-
 ria militari? Sanè, vt videre potes
 apud Rup. infra c. 5 §. 7. omnes exer-
 citus illi Abrahamides, & Dauidicè
 hoc vnum spectabant, vt lectulum Sa-
 lomoni, nimirum Mariam Virginem
 tutarentur, & defensarent, vt possit
 in mundo nasci. Et quod mirete
 magis, quam tot tantique exercitus
 custodiebāt nascituram, vnus Ioseph
 custodit natam; vnusque pro cunctis
 exercitibus tanquam omnibus præ-
 stantior illi datur. Nonne Virgo Ma-
 ria collum Ecclesie est notissimū Pa-
 tribus? De illa ergo Cant. 4. dicitur;
 sicut t. i. rris Dauid collum tuū, que edi-
 ficata est cum propugnaculis; mille clypei
 pendent ex ea. Proh fortis ima turris Ma-
 ria! fortis ima, inquam, ex se, fortissi-
 ma ex custodia, quam habet; mille
 enim clypei pendent ex ea, nimirum
 innumerabiles illam milites custo-
 diunt. Significantius Georg. Venetus
 in arm. Can. 3. tom. 7. cap. 13. ex He-
 brao vertit, vnum scutum appendent
 super eam. Quasi innuat, quod Ma-
 riam, & mille, & vnum pro mille
 custodiant, & innumeri exercitus,
 & vnus Ioseph instar omnium custo-
 diae deputatur virginali. Vnde merito
 Holanus 3. part. c. 22. meditatus Cher-
 rubin illud gladio igneo armatum ad
 paradisi custodiam deputari, sic argu-
 mentatur. Si hec explorata credentur
 veritatis, cur non Ioseph Cherubin asse-
 uerandus est, qui & virginis sanctissima
 & Christi custos à Deo immortalis positi
 fuit? Etenim robur Ioseph militiā su-
 perat humanā, & de cœlesti exercitu
 speciē habet, rectè nominatus Cheru-
 bin, cuius nominis etymologia est a-
 pud D. Hiero. de nomi Hebr. Cherub
 que si multitudo, & apud Lauretū dicitur
 Cherub quasi pugnās, nimirum Ioseph
 verus Cherubin pro Mariana cus-
 todia extitit quasi pugnās multitudo.
 Hæc præcipua Dauidici generis stem-
 mata cū alijs clarissimis virtutibus in
 vno Ioseph conglomerantur, à quo
 omnis eiusdē generis macula abest, vt
 posito inter viuos Ioseph, promissio

Dauidi facta de diuina progenie non
 possit amplius dilatari.

S. X.

Subditos noscat Princeps ex nomi-
 ne proprio, & parentum.

MA G N V M Diuo Ioseph extitit
 solatiū, quando inter morden-
 tes curas, inter anxias sollicitudines
 de vxoris vtero, à summi Imperatoris
 ministro nomine suo proprio, paren-
 tisque, & atavi Dauidis se sensit ap-
 pellati. Equidem non destitutū se ani-
 maduertit ab illo, cui nomen suum,
 patrisque sui in memoria erat. Hoc sit
 vniuersis Principibus consiliū, vt sub-
 ditorum nomina perspecta habeant:
 nullo enim magis illos recreabunt,
 quam præmissio nominis proprii, pa-
 rentisque, aut atavi vocabulo. Eccle-
 siæ Principem instructurus in subditos
 Christus Dominus Ioann. 21. duni
 ouium suatum pascuam illi commen-
 dat, ait. *Simō Ioannis diligis me plus his?* Ioan. 21.
 Porro alios sæpè discipulos appellat
 Dominus, sed simplici cuiusuis nomi-
 nis vocabulo, vt cū dicit, *Philippe, qui
 vidit me, vidit & Patrem meū.* Ioan. 14. Ioan. 14.
 Sed Ecclesie Principē nō de simplici
 nomine solam, verum etiam de no-
 mine parentis compellat, dicens: *Si-
 mon Ioannis, vel alibi Beatus es Simō
 Bariona, hoc est, Simon filius Ioannis.*
 Quasi ex hoc perdocere vellet Domi-
 nus, maximè decere Principes, quod
 nomina subditorum propria, & par-
 tum noscant, quorum compellatione
 plurimum illos afficiet, & honorabit.
 Hanc mihi excogitationem dedit D.
 Synesius Cyrenensis lib. de regno, vbi
 fatur. *Admonet, vt præter huiusmodi ap-
 pellationem, nimirum nominis proprii,
 addito in super parentis nomine, & à ma-
 ioribus, vnumquemque compellat, omni-
 busque honorem deferat.* Hinc optimi
 Principes bene apud subditos audiēt,
 si singulos, & proprio, & par-
 tum nomine compellatos honorabunt. Cre-
 diderim, quod Saul boni Principis ha-
 buisset saporem, cū miratus adoles-
 centem Dauidem incertem aduersis
 Phil-

Rupert.

Cant. 4.

Venetus.

Holan.

Hieron.

Synesius

Lib. I. Caput Secundum,

1. Reg. 17 Philistinum concurrere ait 1. Reg. 17. de qua stirpe descendit hic adolescens? Nō enim sufficiebat Regi Davidis nomen nosse; sed insuper parentum eius, & atavorū scire curabat vocabula, ut vel in hoc optimi Principis ostentaret spectat. Quapropter sacerdotum Principi in iudiciā a Deo erat, ut in lapidib⁹ rationalis nomina duodecim tribuū scripta portaret. Sed quid pretendebat nomina hæc inscripta ob oculos Principis? Recte Arnold. Carnot. tract. de 7. ver bis fatur. *Hoc intimatur, quod qui in regimine sunt, semper affici debeant pro his, qui ad eorum sollicitudinem pertinent, & quantum possibile est, recordari eorū debent ex nominis. Nouerint Principes nomina subditorum, nouerint & cognomina accepta a patribus, quorum compellatione habeant, unde sibi illorum possint deuncire animos, & eodem modis laboribus recreare.*

Arnold.

S. XI.

Inter pueros agentem filium pater diuinus recreat de nobilium, obsequio, gaudet enim Dominus a nobilibus honorari.

Ecce quem famulum parat pater filio infanti, nimirum Iosephi David filium, regis stemmatibus decoratum. Saluatori enim aereas potestates debellanti, gloriose à sepulchro emergenti, de piscatorum retibus famulitia parantur, & viles homunciones in testes resurrectionis asseruntur; at eidē vagienti inter pueros periclitanti Regius famulus datur, regales subduntur potestates. Sane, in bellatore virtus ostentanda erat; in infanti saporandus gustus; gaudet enim Deus seruientes sibi regio viros habens. Huc respexit D. Synesius Cyrenens. lib. de regno fatus. *Nec à ratione alienum est, diuinum quoque numen religiosi Principis cultu, reuerentiaque gaudere, eumque arcana quadam necessitudine sibi conciliare.* Monarcha, ut exercitus instruat, liberè eligit quos vult, & sibi sæpè cōmilitiones asciscit à face vulgi; verū Monarchæ infanti ad gaudia, solum dantur nobilissimi quique, imò et hi procurantur, qui ex regia necessitudi-

Sines.

ne futuri sunt chari. Itaque cum Deus Reges, & nobiles sibi necessitudine quadam arcana conciliatos habet, cum filio necdum viro exercitus parat, sed adhuc infanti procurat gaudia, nobilium, & regaliū viroꝝ illi famulitiū asserit. Liceat Danielis 3. medijs fornacis stantibus tres pueros liberos videre, quorum medius, ut puer inter pueros, Dei filius adstat. Etenim ait Rex Nabuchodon. *species quarti similis filio Dei.* Vbi id mihi mirabile accidit; quod filius Dei inter pueros agens, nō potest sit videri & publicari, nisi à Rege: erat enim prope infinita hominū multitudo circa fornacem, quorum nullus vidit cum pueris filium Dei; vnus Rex omnium illum vidit, eiusque publicauit magnalia. Quid plura? Cū Dei filius inter pueros agit, vnus se credit & committit regis manibus, quibus gaudet. Ita S. Hippolyt. lib. de cōsum. sæculi fatur, Nabuchodonosorem agens. *Cur tibi soli, & nulli præterea innotuit? Sed quando scriptum est, cor Regis in manu Domini, hæc profectō est manus Domini, ut cognoscens eum in camino, ipsum predicaret, & glorificaret.* Equidē sunt Reges Deo familiares, sunt illi ad manus, ideo Deo in camino, nimirum inter pueros agentem, Rex asseritur, qui eius magnalia predicaret. Etenim filio Dei quis similior quā Rex, quando ad imaginem Dei in homine conseruandam expressius, regia dignitas homini additur? aiebat enim Dominus, *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā.* Faciamus, inquā, ait, quasi difficile opus aggressurus cōsulens, difficilem enim rem putabat diuinam imaginem terreno pulueri imprimere, quā ut ibi firmam stabili- ret, regium decus homini dare medita- tus, quasi nihil esset aptius imagini diuine turandæ, quā regnum. Huc spectat Nil. or. 1. in prædicta verba fatus. *Quanam difficultate consulit, an ut ostēdat te perfectum esse apud eum? Vbi ergo quæremus, quod imaginem referat? nimirum in his, quæ dixit faciamus hominem ad imaginem nostram, & presit.* Itaque regia dignitas amicissima est, & con- nata Dei imagine, ne mireris, quod splendor patris, & figura subitantiæ eius recens

Dan 3.

Hippol.

Gen. 2.

Nicen.

reccens natus de regijs socijs gaudet, pares enim cum paribus facillime congregantur.

S. XII.

Præstantissimum hominis deus est, nullum magnum obsequium alteri, quam Deo præstitisse.

Ido Joseph permanere iuberetur cum vxore, quia quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est, quasi iam dedecet Iosephum alteri, quam Deo præstare famulitium. Quippe homo in creaturarum imperium natus, cur fundatur indies vili, & abiecta creaturarum seruitute? Vnam hanc omnibus Deus mentem donasset, qua detrectarent vili insudare creaturæ; sed laborum suorum Deum haberent finem. Sapientes illi Reges stella docti longissimi itineris fatidia suscipiunt, vt natum puerum Iudeorum Regem perquirant, sic enim Ierosolymis aiunt Matt. 2. Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Cui a propria domo parantur nuna, aurum, thus, & myrrham: sed cur parant thus? Planè vt testatum haberent, nõ creaturæ; sed Deo deferre seruitium, erubescerent sapientissimi homines tam longum suscepisse iter in creaturæ alicuius obsequium, vnde secum thus offerendum præmittiebant hanc gloriam sibi asserentes, quod nec pedem mouerint; nisi ad obsequium diuinum. Huc respexit D. Leo serm. 4. de Epiph. dicens. Fulgentior radius veritatis eorum corda perdocuit, vt priusquam labores itineris inchoaret, eum sibi significari intelligerent, cui in auro regius honor, in thure diuina veneratio, in myrris mortalitatis confessio deberetur. Non aliter viam arripiunt, quam præscientes, Deum esse, cui præstaretur tantum famulitium. Is etiam erat Ioseph, cui eadem deberetur gloria, necui, nisi Deo seruiret, quam gloriam in alterius Ioseph vmbra celebrant Moyses Deut. 33. dum illi in hæc verba benedicit. Cornua Rhinocerotis cor-

Matt. 2.

Leo.

Deut. 33.

nua eius, vel vt alias, cornua Monocerotis cornua eius; quippe Monoceros animal est viribus inexpugnabile, hominum reculans imperium, pro cuius proprietatis allegoria D. Bal. relatus in Basil. Cat. ad cap. 28. Iob, inquit. Monoceros homo est sanctus, qui Deum unum intuetur, etique soli fidit. Dixisset clarius, Monoceros est Ioseph iustus, quem dedecet creaturis seruire, cuius ingens gloria in eo sita est, quod vniuersos labores suos consecret soli Deo. Planè cornua Monocerotis cornua eius, quando nulli creaturæ obsequium præstat, sed vni Deo eligitur seruiturus. An hæc recipiebat sensu spiritali Iob cap. 34. sic homini illudens. Nū quid voles Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepem tuum? Nulla hominum vis, nulla creatura traheret Ioseph ad seruitium, nulla creata potestas egeret illi ad præsepem suum, sed qui creaturarum fastidit imperium, ecce solius Dei nutu ad præsepem moratur, vniuersalque subicitur entis puerperij diuini.

Iob 34.

S. XIII.

Gratissima Deo coniugum concordia, & amor.

Ioseph, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; hoc clamat Angelus, & clamarent vniuersi Domini ministri, quando quidem nil magis est Deo cordi, quam quod coniuges sibi accepti sint mutuo. Vidisses aliquando parentes, fratres, amicos vnanimes, vt nobis suspectos a Deo publicari; sic enim inquit Matt. 10. Vni separa Mat. 10. re hominum aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum. Nihilominus inter vtrum, & vxorem nihil voluit seminare dissidij, vt summa semper in illis concordia vigeret, nec haberent coniuges vnde sibi inuicem memere præsumeret. Id quod notat Rup. lib. 1. de Oper. Rup. Spir. Sancti. lib. 1. de Coniug. c. 21. Vbi sic habet. Notandum, quod cum dicitur: & filiam aduersus matrem, & nurum aduersus socrum, non dicitur virum aduersus

B

-sus

Lib. I. Caput Secundum,

*sus uxorem, siue uxorem aduersus vi-
rum, ne videlicet Evangelica puritas ac
castionem adulterij dare videretur. O
quam Deo chara est conjugalis con-
cordia! quando tam anxie caput nullam
coniugibus dare causam dissidij, qua-
do sic omnes suspicionis occasiones
eripit illis. Sane miratus sum non raro
conjugalem obseruantiam floridam
in ipsa iniuria coniugij, cum recolo*

*Iud. 19. uxorem illam Leuites Bethlehemi-
ci, de qua cap. 19. Iud. Hac a viro de-
serta, a luxuriantibus iuuenibus Gaba
rapta, & per integram noctem illusa
nihil conjugalis charitatis amisit; imo
deficiens viribus, amore coniugis non
defecit, & confecta iniurijs dum age-
ret animam, momentum coniuga-
lis obseruantiae egit insignis. At enim
textus, *Mulier recedens ibi tenebris ve-
nit ad ostium domus, ubi manebat domi-
nus suus, & ibi corruat.* Non illam vio-
lenta noctis integræ adulteria fecerunt
obliuisci mariti, ut primum data est
illi potestas, penè cuncta intexit, ut for-
dato corpore puram animam exhalat
ret iuxta coniugij domicilium. Cuius
facinus sic D. Amb. libr. 3. Offic. c. 13.*

Amb.

*extulit, dum inquit. **Qua atrocitate vel
delicti vitia iniuria, ante ostium hospitij
quo vir suus diuenterat, praesecit se, atque
exhalauit spiritum; supremo licet vita
munere affectum bona coniugis seruans,
ut exequias saltem sui funeris marito re-
seruaret.** Et enim, quando viua non po-
tuit, saltem mortens noluit disungi a
marito. Proh perfectissimorum coniu-
gium magistra! Plane; nouerat bona
vixor, quam vtile, etiam erranti semi-
tis, est inseparabile consortium mariti,
cuius gratia mille zelumis, mille peri-
culis eripitur. Quod testamentum reliquit
infelix illa vxor Loth, sed foelix, dum ni-
strum herore consortio, coniugis sul-*

Gen. 19.

*Hae in Sodomis habitas, Sodomita-
rum voluptatibus oculos depasta est
suos, non adeo, ut a marito discede-
ret, cuius gaudens consortio a Sodo-
mitarum supplicio libera fugit. Vtina
tempor ad mariti aspiceret, sed assue-
ta erat videre Sodomæ delicias, dum
adillas oculos conuertit, vitam mise-
rè amisit. Sed petes, cur peccatrix hæc
fugit, siquidem aliquando calligat*

*da erat, non incurrit Sodomiticum ignem?
cur non absorpta flammis fuit? cur tam-
diu dilata eius ruina? Equidem hoc bo-
nae vxoris habebat, quod gaudebat
contubernio viri, a quo separari ne-
quibat, nec eius conspectum fugere. Vn-
de ira Dei tamdiu desauire distulit in
illam, quamdiu maritum, ob oculos
habens consortio gaudebat illius; at ubi
marito a tergo relicto, reuersa est ad so-
domam, supplicium mortis incurrit. Id
attigit D. Aug. libr. 2. de Mirab. Sacr. *Aug.*
script. c. 11. dices: *Vt cuius visus non erat
immunis, ex culpa consortio mortem effu-
gere non posset, quamuis propter iusti cotu-
bernium eruta sit de incendio.* Pepercit
incendium illi, ubi coniugis gaudebat
consortio; sed dedit poenas criminum
quando oculos auertit a marito. O san-
ctum coniugij firmamentum, aduer-
sus quod non audet vllum supplicium*

CAPVT III.

De Ioseph et Christi Domini
parente.

MAXIMA Ioseph laus, quod ha-
beretur pater Iesu; eas enim inde
accepit animi, & corporis dotes, qui-
bus nihil degenerum inter Ioseph, &
Iesum animaduertent oculi mortu-
alium. Similis erat patri, & filio in vultu
decor, in gressu grauitas, in consuetu-
dine gratia & humanitas. Filius in im-
mensum extollebat patrem, & pater
minimè dedecebat tantum filium.

Ex Luc. 3. Vt putabatur filius
Ioseph.

J. I.

*Ioseph aeterno diuinoque patri per
quam similis in filium.*

FILIVS Dei nasciturus ex virgine,
patrem quodammodo in terra que-
siuit, a quo non semine humano, nec
humano more; sed ut ab aeterno patre
te incorruptibiliter nasceretur. Quip-

pe æternus pater dum mente concipit ingentem suarum perfectionum molē, inde facit pullulare filium. Qui ut à cœlesti patre per intellectus immixtionē nascitur, sic à Ioseph intellectuali modo virtutum naturalium, ut filium decet, in eamēta desumpsit. Iā ræminuti qualiter Iacobæ oues à virgīs, quæ oculis obijciebantur tempore conceptionis, colorum varietatem darēt agriculis. Sane, Deus Opt. Max. fecundaturus Mariana viscera diuino filio cum sponsa prouidit, cuius sanctitas, cuius pudicitia incredibilis virgunculæ cōcipienti Deum obijceretur, ut filius virginis etiam haberet purissimo illo modo virum authorē delineationis corporeæ suæ. Crediderim huc spectasse D. Aug. serm. 13. de Nat. vbi dum expendit virginem de Angelica annunciatione turbatam, sic putat Angelo respondisse. *Quomodo fiet istud, ut grauescam, & immuniſſimo marito? Ecce virginiam iam concipienti Deum in primis obijcitur Iosephi seges virtutum, ex quo per intellectus opus Ioseph cōcurrit ad natiuitatem diuini filij, dans illi delineationis virtutum exteriorum modum, & mēsuram. Cui accinit D. Hieron. vbi contra Helbidium fatur. Tu dicis, Mariam virginem non permansisse, ego prius mihi vendico, etiam ipsum Ioseph virginē fuisse per Mariam, ut ex virginali coniugio virgo filius nasceretur. Quippe vult Hieronymus, virginitatē Ioseph obiectam Mariæ aliquid contulisse, saltem ad delineationem exterioris puritatis filij, quo Ioseph æterni patris æmulus in progignēdo filio per intellectus opus existit. An hoc adumbrat lex illa Leuitica, quæ sic cauet de offerenda simila? Offeret eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos, qui patri iure successerit. In quibus verbis scire cupis, quis sit, qui patri iure succedit? De quo pulchrè Bereng. serm. in dictum locum fatur. Ille sacerdos patri iure succedit, qui in se ipso formam diuinae naturæ imitatur, ut qui est de terra, terrestris fieri studeat, & de cælo cœlestis. Et quidem expendendum est, quòd similia calidam vnus sacerdos, qui patri iure succedit, hoc est, qui diuinæ natu-*

re æmulus est, offerre debet, nimirum panem illum vitæ Iesum adhuc calidum, adhuc recentem à Virgineo camino eductum, vnus Ioseph accipiat, utpotè qui cœlesti patri iure successerit, diuinam referens in se naturam, dū eius virtutibus insignitur, dum intellectui Virgineo obiectus limpidissimo concurrēdi modo, pater aliquomodo est diuini filij.

S. II.

Ioseph parentem vna diuina progenies decebat, à qua in immensum honoratur, ditatur.

LA V D I M V S viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, ut monebat quondam sapiens Eccl. 44. quando nil magis commendat parentum gloriam, quàm eorum proptero. Gloriosum parentem filius facit, sed qui filius? qui terrenus orbis dominatur terrarum? Absit: ille gloriosum virum decet filius, qui inter cœlestes splendores candicat. Cùm Deus Opt. Max. Abrahamum patris nomine decorauit Gen. 22. ait illi, *multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, quasi tantum patrem à Deo constitutum deieceret filius, qui cœlesti non esset splendore clarus. Ita D. Leo serm. 3. de Epiph. fatur. Abrahæ innumerabilis fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fecunditate generanda; & ideo stellarum multitudini comparata, ut ab omnibus gentium patre non terrena, sed cœlestis progenies speraretur. Inglorius esset tantus pater de terrena progenie, noua & cœlestis fuit excogitanda, ut patris à Deo constituti compleret dignitatem. Hinc bene Tychonius Reg. 4. Salomonem inter cœlesti gloria cãdidatos constituit, ne Dauidi parēti detraberetur, si regno solum terreno insignis filius daretur illi. Ait enim: si reprobatum Salomonem dicerimus, occurrat vox Dei, qua dicit, nec terra quidem regnum auferre. Salomoni propter Dauid patrem spem. Quid enim prodest Dauid,*

B 2 uid,

Aug.

Hiero.

Leuit. 6.

Bereng.

Gen. 32.

210

Tychon.

vid, si propter eum filius eius Regnum
consequeretur terra, caeleste perditurus?
Quo manifestum est cum Deo esse Salo-
monem. Adeo necessaria est ad glo-
riam, & ornamentum parentū pro-
genes, quae de caelesti pulchritudine
gaudeat. Quo iam gloriam Ioseph de-
bet augurari, quem non stelliferum ag-
men; sed tota immensi solis sphaera no-
bilitat, non caelestis propago; sed ipse
ornat caelorum creator. Sanè, ut tam
gloriosum virum, tamque excelsum
patrem compleret super terram, imo
supra caelum ipsum fuit noua, & diui-
na progenies meditata. Quantus in-
de honor Ioseph aduenerit, quis suffi-
ciat explicare? Tertul. libr. de Resurr.
car. sic extollit linum, ex quo Adam
fuit à Deo formatus. *Linus in manus
Dei, quaecumque sunt, peruenit, satis bea-
tus, si solummodo contactus. Itaque to-
ties honoratur, quoties manus Dei pati-
tur. Et Deus venit in manus Ioseph,
& ipse Ioseph venit ad Dei manus sa-
tis beatus, si solummodo contactus,
verum per plures annos, & saepe Deū
habuit in manibus, & saepe diuini pue-
ri manus habuit, sustinuit caput, pe-
des lambit. Quid plura? Toties hono-
ratur, quoties Dei prendit manus, ut
nemo eius honoris cumulum attinge-
re valeat. Habebat Ioseph prae mani-
bus, quod vel semel videre sanctissimi
quique vehemēter desiderarent. Ac-
cipite D. Paulinum de se epist. 4. fan-
tem. *Quis mihi misero os adureret, &
linguā meam caelesti illo carbone purga-
ret, ut vel calcaneo Christi mererer te-
nus ore contingere, & subdito capite sola
sancta tergere, ut caput meū potius Chri-
sti pedibus tergeretur, & dum pedes lam-
bo, piarem castis labia immunda vesti-
gys. Quid dulcius posset quis sibi ex-
cogitare? Et foelix Ioseph haec inter
mella passim delitescerebat. O quoties
apis instar florida pueruli labra sugē-
bat, vel ut papilio ad solaria oculorū
lumina aduolabat, vel ut passer in co-
marum elatis palmarum nidificabat?
Quoties labia immunda ignito illo cal-
culo piaret? Quoties serpentinos au-
sus, si quis in se manserat, de pueri cal-
caneo confringeret? Quoties illud in-
finiti valoris drachma exhiberet, ut**

totum caelorum Regnum compara-
ret. De alio Ioseph post hunc felicissi-
mo dicitur Ioann. 19. *Venit homo qui-
dam diues ab Arimathia nomine Ios. ph,* Ioan. 19
& petijt corpus Iesu. De quo sic audi-
D. Epiphan. orat. de Domini sepult. Epipha.
*ut quid dixerit non minus putes in Ioseph Iesu Parentē quadrare. Ait enim:
expendens illud homo quidam di-
ues. Verè diues Ioseph, utramque enim
substantiam à Pilato dono acceperat; ve-
rè diues, siquidem margaritam illam,
qua omnem pretij aestimationem exce-
dit, secum asportare promeruerat. Verè
diues, sacculum enim plenum portabat,
nempe ipsummet diuinitatis thesaurum.
Quomodo is diues non dicatur, qui mun-
di vitam, & salutem adeptus fuerat?
Quomodo Ioseph vere diues non erat, qui
illum dono acceperat, qui omnes nutrit,
omniumque absoluto imperio domina-
tur? Sanè, piaculū foret, quod Ioseph
alicuius egeret, quod caelestibus diui-
tijs non redundaret, quando quidem
I. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscen.
asseritur. *Iniquissimum quis meritū di-
xerit patrem egere, cum filius sit in fa-
cultatibus. Quomodo ergo non Ioseph
diues?**

S. III.

*Qua filius Iosephi Dominus nobis
utilissimus apparet.*

NON casu Iesus patrem Ioseph
accepit; sed ut ex hoc patre eius
amplius manifestarentur utilitates in
genus humanum. An non Augusti-
nus in Ioannem sic sapientiam incar-
natam angustabat? *Petra non est, quia
durus, & sine sensu non est, ostium non
est, quia eum faber non fecit.* Ergo si qui-
de. n patrem fabrum habet, qui sanè
faber eum fecit dum aluit, iam claret,
quod ostium est, per quod liceat ad
Regnum intrare. Ecce ex parente fa-
bro Iesu ostium tibi tactam euidētus
patet. Quid ni? dum illum tanti fabri
progeniem (ut putabatur) cognoscis,
magnam tui reformationem incipis
sperare, omnia proculdubio calet
filius

Tertul.

Paulin.

August.

Mat. 17. filius fabri, ut mores ad eircinum componantur, ut Dei formetur imago, ut superflua secentur, ut in varios usus animus effingatur humanus. Vulgò de Iesu dicebant *Matth 17. Nomen hic est filius fabri?* Vbi Theophil. Antioch. lib. 1. allegor. fatuit. *Filium fabri, vel ab obtreclatoribus suis se Iesus voluit vocari, quia terrena nos docent, quae sunt caelestia, quasi bonus animae faber spiritualia vitia nostra circumdolat seare doctus exigua, sublimia seruare culminibus, rigida mentium spiritus igne molliere, & in varios usus omne humanum genus diuersa ministeriorum qualitate formare. Ad eò utilis, & hominibus formandis, & reformandis aptus apparet, ex eo quod dicatur filius fabri. Suspecta erat fabri manus in Dijs gentium, qui ut inutilia, & arida ligna erant, diuinitati suae cauebant à notis fabricis: Accipite D. Isidor. Pelus. hbr 4. ep. 207. sic fantem. *Cum Ptolomeus Rex artifices collegisset, qui Diane statuam fabricarent, opere perfecto, ingentem scrobem fodi iussit, & parato lectulo, occultatoque dolo, iussit ipsos cenare. At illi cenantes in foueam illam delapsi mortui sunt. Quod ideo fecit Ptolomeus, quòd vellet ex oculis remouere artifices illos, ut ille qui vocabatur Deus, non manus factus videretur. Sac. 6. arida ligna hanc aduersus fictam diuinitatem infamiam ex artificibus compararent; verum lignum vitae Iesus, ut lignum viride est, & verus Deus, ad omnesque hominum indigentias subleuandas vellet efformari, sic artificem, & fabri Ioseph sibi adherere voluit, cuius praesentia suas vtilitates publicabat.**

S. IIII.

Ioseph quòd pater Iesu, aptam caelo acquirit infantiam.

Mat. 18. Omnibus à Deo Opt. Max. ea lex imposita fuit. *Matth. 18. nisi conuer- si fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in Regnum caelorum.* Itaque ad paruuli se formam componere debet quisquis caelestia regna cupit hereditare; sed ad cuius paruuli formam

gratior erit conuersio? D. Amb. Psal. *Amb. 36. fatuit. Ex illo puero, qui antequam sciret vocare patrem, aut matrem, cepit spolia Damasci, sancti vocati sunt pueri.* Itaque pueruli Iesu formam subeat quilibet regni caelestis candida velit decorari. Quomodo Ioseph caelo dignam infantiam non ebiberet, qui diuinitissimi Iesu puerorum exemplaris extitit pater? Saepè audiui, imò & vidi à natis puerulis parentes puerulos fieri. Quod argumentum tractans *AElianus lib. 12 Var. histor. cap. 15. inter alios profert Agesilaum Regem cum filio infante ludentem, & ut Poeta dixit, equitare in aridine longa, sic pueruli filii parentes afficiunt, ut pueri etiam fiant, ne miremur, si puerulus Iesus parentem suum Ioseph ad diuinam instituerit pueritiam. Nonne ideo antiquus dierum factus est infans hominis filius, ut veterem Adamum ad pulchram infantiam reduceret? Sic D. Leo. serm. 6. de Nat. inquit. *Amat Christus infantiam, quae maiorum dirigit mores, ad quam senum redacit aetates, & eos ad suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimat aeternum. Et quem senem ad suam reduceret citius infantiam infans Christus, quam illum senem, quem solum in terra patrem nominabat? Equidem diuinus Ioseph, ex quo infanti Deo, ut pater filio adherescis, fatuus erit, qui in te aliquid veteris hominis residere praesumat. Tibi do verba illa, quibus D. Zeno serm. 3. ad Nophytos hominis renouationem insinuat, inquit. *Zeno: Ipse est, & tamen ipse non est. Vetus quidem videtur domicilium, sed nouus est inquilinus, mutatione morum, natiuitatis sua nobilitatem varijs virtutibus monstrans.* Felix qui à tanto infante nouit eam infantiam induere, qua & feteros veteris hominis pannos abijciat, & de caelestis regni candida coruscet. Quomodo enim Ioseph in virum perfectum, secundum aetatem plenitudinis Christi, exurgeret, si ad eiusdem non conformaretur infantiam? Quomodo noui testamenti arce Cherubin alter assisteret, nisi de infantuli confortio repuerasceret? Et enim, ut apud Pagnin. testatur Rabbi David Cherubin, dicitur à nominis etymologia**

Lib. I. Caput Quartum.

quasi puer, ne quis de Iosephi dubitet
resumpta infantia, cū eum viderit Ma-
riæ, & pueri excubatore m agere, & vi-
uoliter vtriusque seruēdis insudare. Quā
do ait D. Isidor. Pelus. lib. 1. ep. 441.

Isid. Pel. Non fieri potest, nisi ad puritatem & ca-
stitatē repuerascamus, ut aut mētis per-
fectionem assequamur, aut ad vitam per-
fectum, & operararium inconsusibilem
subuehamur. Igitur Ioseph de infantia

Isid. Pel. apud Saluatoris cunas resumpta, stre-
nuus operarius, vir omni perfectione
decorus fuit consecratus. Et veriori

Synes. sentētia diuinum infantem alloquens,
dicere posset, quod D. Synesius ep. 124
amicissimo sibi viro dicit in hæc ver-
ba. Num quando aspectu tuo perfruar,
Pater verē germanissime? Num quan-
do sacrum caput tuum amplectar? Num
concilii propter te beati, particeps ero? Si
ea mihi obtinere contigerit, efficiam pro-
fecto, ut iam fabula non sis quod de AEsō
ne Thessalo dicitur, quam his puberē fuis-
se, Poetarum carmina predicant; cum ex
sene repente esset iunonis factus. Etenim
si quis senex iuuenescere potest, is est
Ioseph medius Angelorum concilio
diuinum infantem manibus tractans,
pueriliaque verba cum tanto puero
proferens.

CAPUT IIII.

De Mariæ Iesu matris con- ceptione.

CH R I S T I feræ familie sole ca-
dente, argentea oriatur luna,
æquū est; & illa luna, quæ nullū luminis
defectum nouit, sed à primo sui ortus
egressu fulgētes claritatis radios vnde-
quaque rotauit. Ea est Maria, cuius in
vitam ingressum fulgens originalis iu-
stitiæ radius illuminauit. Igitur de im-
maculata conceptione erit nobis can-
tandum. Arduæ res! Prouincia dura!
Cātāt mille vsque hodie, & passim
quotidie, chorus Sanctorum circūfer-
tur, ut eadem cantent, lāsissimæ, alside-
mus, & supersedebimus à laris repeti-
to cantu? Imò inde non leue confar-
git fundamentum, ut Mariam à Deo
summo inhabitatam primo sui ortus

egressu dicamus: siquidem nec vn-
quam deficiunt, nec lassantur canto-
res, dum eius à peccato non undiciem
extollunt cantu, sanctius enim de Ma-
riæ notari possemus, quod Iosephus
Iudæus de templo Ierosolymitano cō-
firmat, eam nempe apud omnes esse opi-
nionem constantem, aduentū. *Deum ad
habitandum recens strubiū, & dicitur
sibi locum. Nam neque hymnos tantanti-
bus, neque choreas ducentibus lassitudo
est oborta, dum ad templum peruenirent.*
Quo non miraberis, si constatis om-
niū opinio de immaculata Mariæ con-
ceptione crescat, & firmetur; cū nul-
la neque cantantibus, neque psallenti-
bus lassitudo oriatur, dum illam & vo-
cē, & saltibus gestimus euulgare. Ac-
cipite meum de hoc mysterio can-
tum, non ut confirmem rem ad cō sta-
bilitam & firmatam, me ab hoc labo-
re liberarunt plures à Societate Magis-
tri; quorum scripta apud omnes va-
lent; sed ut à concionatorio penu ali-
quid educā saltē vēdibile nouitate.

S. I.

*Conceptioni immaculate virgi-
nis opinio contraria prudentissi-
mè in hoc auro in concionibus
non euulgatur.*

HO C in primis omnibus concio-
natoribus sanctum, & firmum sit
ex Pontificis præscripto, quod his præ-
ferum temporibus nihil e suggestu di-
cant alme virginis conceptioni con-
trarium; An putas verum esse, Mariam in
peccato cōceptā id inficior. Sed illo,
at veritas minimè ad salutē necessaria,
& modò plurimis dānosa, nec sine ri-
xa, & bello apud eruditos, & inerudi-
tos, euulgatur. Sanè D. Greg. Naz. hinc
laudat prudentiā Basilij eiusque extol-
lit sanctitatem, quod officillimis tem-
poribus, vbi error de contubstantiali-
tate Spiritus sancti cum diuinitate, sic
pe pulares animos peruaserat, ut sine
magno duelli scandalo nec audire pos-
sent contubstantialitatem. *Ille, ait, pro-
prium & apertam vocem interini, & ur-
pare*

*Iosephus
lib. 7.*

104

Nazian.

pare differebat, tum ab ipso spiritu, tum ab alijs etiam ipsius profugnantibus veniam petens ac rogans, ne hoc suo consilio offensaerentur, nec committerent, ut dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem voluntatem omnia perderent, coruulsa nimirum turbulentissimo tempore, ac distraeta pietate. Et quidem sanctissimus vir acerrimus erat defensor, & propugnator, & prædicator diuinitatis personarum trium, & veritas hæc maxime ad salutem necessaria; sed dum clara illius voce decepti homines turbabantur, rixisque, & duellis pietas Christiana labefactabatur, distulit vocis illius prædicationem claram, ut publicæ consuleret pietati. Utinam hanc omnes concionatores mentem ebibant, & piam, & christianam, qua cum videant rixas, inimicitias, scandala passim moueri, ubi quid conceptioni immaculatæ contrarium prædicatur, differant hanc prædicationem ab Angelico Doctore hanc gratiam præsumentes, nedum mordicus quamcunque eius voculam retinent, pietatē & charitatem popularem conuellant. Non otiosum erit, si huc referam alterius Basilij Archiep. Seleuc. monitum, qui ora. de verbi incarn. sic fatetur. *Cum ergo ea commoda per Virginem matrem nobis obuenerunt, quæ omnem excedunt orationis mensuram, æquum est, ut benefactricem nostram aliqua etiam ratione remuneremus. Eiusmodi autem munere isthuc faciendum puto, quod in nos quodammodo redundet, & quodnam illud dixerit quispiam? est mutua inter nos charitas & beneuolentia, quæ est legis perfectio, & cõsumatio. Ante omnia autem Ecclesie corpus inuasum conseruemus, concordiaque sensum inuiolatum custodiamus; summa autem opus est cautione, ne dum relictam fidem ab iniuria vindicare contendimus, in mutuas iniurias, & inimicitias armemur, adeoque sub pietatis obtentu, malum aliquod feramus. Ac ne dum fada, & noxia dogmata acrius persequimur, ipsi à rebus excidamus. Hoc enim agere aliud nihil est, quam incertum lucrum cõgrui damno conseruari, ipsamque veritatem in fraudem adducere. Hæc ille pietate, & religione plena, quorum singula*

maximè ponderanda, & amplexanda sunt viris & religiosis, & Christianis, qui videant, qua cautione opinionones agitare debent, quando & fidei veritates sic iubentur tractari, ut communitati consulant, nec efficiant charitati, quam à singulis B. Virgo muneris loco, & expectat, & accipit.

J. II.

Mundities conceptæ Virginis illustratur verbis allatis. Ex qua natus est Iesus.

NON solum æternam; sed etiam temporalem verbi generationem extollit Propheta ex munditie veteri, à quo est dilapsum. *Generationem eius quis enarrabit, qui abscissus est de terra viventium?* Merito id proponitur admirandum in generatione Christi, quod inuenerit terram mortali inaccessam, plantæ ad eam vidualam, & vitam spirantem, ut ab illa originem Deus ipse traxerit. Lumen his verbis addat Rup. lib. 2. in Isai. cap. 19. *Ineffabile quod de carnis generatione hic rectè dictum intelligitur, qui abscissus est de terra viventium, de terra, inquam, non morientium, siue non mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui sunt: sed de terra viventium, id est, de terra virginea per sanctum viuificata spiritum abscissus est.* Hæc ille pulchrè terrenam Adam molem iam peccati morte vitiatam, plenam ossibus, & cadaueribus, patenti se pulchro per similem exclusit, ut virginem vitalemque terram, & omni mortis odore liberatam, cõponat: ex qua lapis ille pretiosus Dei filius sine manibus decideretur, & vel eo maxime admirabilis Dei virtus, atque potentia, quod in terra Adam mortale vultu spirante, nihil nisi originale funus præferente, adhuc de virginea illa foeticioris quondam Adam terra diuino flamine inspirata, & viuificata, viuida partem inuenerit, qua matrem pararet, unde nasceretur. Hoc ante Rup. miratus est Naz. carmine de virginis. *post animam Christus suscepit, & omnia membra corporis, atque Adamum subijt; sed*

Isai. 53.

Rup.

Nazian.

B 4 qualis

Basil. Sel.



Lib. I. Caput Secundum,

qualis in horto, cum nondum vitis infestus peccatus haberet, nec dulci alloquio duri serpentis, & estu pellectus, fructum, stygiamque in viscera mortem misisset. O mira Dei potentia! generatione eius quis enarrabit? in mortis regione spirantia vitam viscera, ut generaretur, inuenit. In Adamo deplorato, in hominum barathro sibi acquisiuit Adamum felicem iustitiam halantem, serpentini veneni penitus expertem, qualis in paradiso ante serpentem, ante casum, ante hominum pestem floridus, viuus, diuine aspiratus, talis seruabatur nascituro verbo; sed ubi seruatur talis, nisi in Virgine Maria, de qua natus est Iesus? Hæc sola est viuuda terra, peccati morte, qua omnes in Adam peccauerunt, inaccessa, ex qua abscissus est Filius Dei. Hæc Adam pars, sed Adam viuens, qualis in horto ante casum, qualemque ipse Christus accepturus venerat. Totum hoc argumentum argute conficit quaestio illa excitata à Diuo Irenæo lib. 3. cap. 31. *Quare, inquit, non iterum sumpsit Deus limum; sed ex Maria operatus est plasmationem fieri? Poterat sanè filius Dei, sicut naturam Adam ex limo finxit, sibi etiam fingere ex limo naturam; sed maluit eam a Maria acquirere, ex cuius carne sibi corpus plasmavit. Idque ex eo solum ait Irenæus, ut non alia ab Adam plasmatio fieret; sed eadem ipsa recapitularetur. Adamum Christus quærebat, Adami carne indui exoptabat; sed illum Adamum qualem in horto viuudam ante ebibitam stygiam serpentis alloquio, huncque, ut acciperet, Mariam venit, in qua solum talis Adam seruabatur, ut ex illa Christus nasceretur.*

Iren.

Tertul.

Hinc accipite Tertul. de Resurrectione, sic Isaie verba explanantem. *Audit ab Isaia, exurge, exurge, Hierusalem, induere fortitudinem brachy tui, exurge, sicut in primordio diei, scilicet in illa integritate, qua fuerat ante delictum transgressionis. Qui enim in eam Hierusalem vocat huiusmodi competent, qua occidit Prophetas, & lapidat ad se missos, & ipsum postremo Dominum suum confudit; sed nunc illi omnino terra salo reponitur. Et sanè, vna illa Hierusalem,*

in qua, & ex qua natus homo celestis, vna Maria repromissione liberationis non indiguit, ut quæ primam adhuc iustitiae originalis gratiam potiretur. Hanc vnam Hierusalem exposulat Isaas, & ab hac vna poterat contendere, quod exurgeret sicut in primordio diei, nimirum in illa integritate, quæ fuerat ante delictum transgressionis, ut in Maria qualem ipse Deus finxerat carnem inueniret, quam, & indueret. Equidem sola hæc Hierosolymorum ciuis Maria surrexit sicut in primordio diei, scilicet in illa integritate, quæ fuerat ante delictum transgressionis. Hinc iam addubitari licet, cur Matthæus in recensendo Virginis genere incipit ab Abrahamo, proterius Adamo relicto? Papæ, Lucas cap. 3. in Mariae proavis Adamum etiam numerat, sic genealogiam finiens: *qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Cur ergo Matthæus Adamum prætermittit? Equidem Matthæus non solius Mariae; sed, & Mariæ, & Ioseph dum asserit genealogiam ab Abrahamo orditur, à quo procedens Maria cognationem Ioseph, & fraternitatem admittit, ut in quo generis Abraham non reperiebantur vitia. At ab Adamo nullius fratris consortium patitur virgo, ut quæ sola ab Adamo sine Adami nexu trahit originem. Huc respexit D. Athanasius supra datus cap. 2. §. 9. in hæc verba. *Deipara Maria sola ex Adam derivatur, aut cum sponso suo Ioseph ex Abrahamo, & Davide stemma suam deducit. Sic ille.*

Luc. 3.

Athan.

S. III.

Quod mater Iesu vocetur ante partum, eadem mundities adstruitur.

HÆREO adhuc eisdem Euangelij verbis, de qua natus est Iesus. In quibus, etsi nosco anticipationem frequentissimam in scriptura; tamen hic speciali Dei halitu factum puto, quod antequam puerperium insinuetur, iam à Maria natus Christus dicatur. Quod acutè

Chrysol. acutè expendit Chrysol. serm. 146. *Quomodo non ante conceptum mater, quæ post partum virgo permansit, aut genitrix quando non, quæ seculorum generavit authorem? Maria mater Dei vocatur, & quando non Maria mater? Nullo sanè tēpore, nullo non èt effecta, & vacua esse potuit Iesu mater, quando omnes nudi tenebricoso abyſſo peccati cincti, filij conscribantur perditionis, ipsaque semel Deum erat paritura, iam sole vestita, iam circumdata viro, iam mater Dei vocabatur, & quando non Maria mater? Sed præstat audire Chryso. hom. de Interdiction. arb. ad Ad. ubi ponderans Euz damnum, & Mariæ bonum sic ait. *Seductio Euz attulit mortem; consensus Mariæ peperit à seculo saluatorem.* Expendo, peperit saluatorem à seculo non solum florentibus suæ ætatis annis, sæuienti hyemis brumæ hunc communis salutis fructum dedit; sed à seculo omni tempore, quo apparere potuit, iam apparuit facta saluatore. Addo acumen etiam Bernar. serm. 1 de Circunc. ubi explicans verba illa Lucæ. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.* Eleganter illa n nobis quæ lionem obiecit, cur nomen Iesus ab hominibus vocatum est post ipsius puerperium, ab Angelis quidem est vocatū, antequam in utero conciperetur; quippe inquit Bernar. *Angeli saluator, & hominis; sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creature.* Innotuit nāque in hac Iesu appellatione differentia salutis allatæ hominibus, & Angelis, illis tardè, & post mille casus, & ideo Iesum appellant non nisi postquam natum; his citò festinantes ab initio creature primo suæ creationis momento, & ita quid mirum, si festini inueniantur Iesum compellantes, antequam in utero conciperetur. Sic crediderim in Mariæ maternitate festinata philosophandum; cur ante uterum plenum iam Maria Iesu Mater? cur à seculo peperit Saluatorem, & non solum quando illum in præsepio reclinauit? quia illi præ cæteris Iesus stetit ab initio creature, à primo suæ inceptions momento, à seculo Saluatorem perit.*

S. IIII.

Quod mater sponsa simul nati asseritur immaculata.

EX Maria virgine Christus natus hoc peculiare inter cæteros infantes, ut voluerit nasci expectato virginis consensu, & beneplacito. Nulus unquam filius petiuit a matre, ut liceret ab illa generari; in o neque Deus ipse consentum Adami quaſiuit, ut ab eius coela n uheret creetur, quin potius necio illo, & dormiente Iuā ædificauit; sed ex Maria nec carnem assuinit, nec nascitur sine eius consensu, & beneplacito Magn. munde Virginis excellentiā venatur Guillelmus. *Nolebat, inquit, omnipotens carnem sumere ex ipsa, non dante ipsa, sicut sumpsit ex dormienti Adam, unde formauit Euam. Ad futura matris excellentiam, non tantum ex ipsa carnem sumere; sed etiam ab ipsa volebat; ego hanc excellentiam existimarem, quæ ex utero matris exire volebat tanquam sponsus procedens de thalamo suo, & licet ab ipsa expectauit consentum.* Hoc Christi natæ ex virgine spontaktium suboluit Epiphanius, cū inter cœli miracula hoc enumeratur ab illo. *Thalamus virginis habet filium Dei, Deum sponsum Christi; & rectè cœleste prodigiū appellatur nasci, & desponsari matre, & sponsam habere: eaq; adest sponsa, quæ Prou. 5. insinuatur *Cervus tharissima; cerua, inquam, ut iam inde æternæ cum serpente inimicitias, ut vel ex hoc immunis, & præseruata ab antiqui serpentis dente intelligatur. Vox Domini preparantis ceruos, occinit Regius vates Psal. 28. cuius vocis conceptum eleganter declarat Ambr. Psal. 118. term. 10. *Quæ vox, inquit, Dei; nisi faciamus hominem? qui sunt cerui isti, nisi inimici serpentibus, qui super aspidem ambulant, & venena non sentiunt? Non vile igitur, non corporale arbitror, quod preparauit Dominus.* Sic ille, quod si inter faciendum hominem prima in ædificatione Adami Deus ceruam aliquam sibi charissimam prælegit,**

Apud Lelrium Cant. 4. sect 2.

Epiphanius

Prou. 5.

Psal 28. Ambr.



Lib. I. Cap. III.

præparauit contra venenatos serpentes, eam dicunt omnes cum Ambro. fuisse Christi conjugem, & matrem, quæ ante hominem, iam iam minanti serpenti inimica præparabatur, vt profundaris postmodum ceruis a colubro, eius victrix cerua stillet, vt sponsa Dei ad paradisi fundum recuperandum. Non longe diuertit Epiphanius. *Inuenitur Virgo esse cælestis sponsa, & mater quæ donorum ante nuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verò gratiæ cælum vnà cum paradiso.* Aduerte differentiam dotis, cælum cum paradiso, quippe pro cælo gloriam capio, pro paradiso iustitiam originalem, eamque datam non mulieri, quæ cum serpente misceat colloquia; sed diuinæ sponsæ Mariæ, quæ sit vt cerua præparata ad paradisi serpentes exturbandos. Etenim vt pulchrè addit Damasc. Mariam designans, *ad hunc paradysum serpens aditum non habebit.*

De lau.
dib. Vir.
in.

Damasc.
Orat. 1.
de dorm.
Deip.

§. V.

Quòd ipsius nati, & filia sit, confirmatur Mariæ puritas originalis.

CH R I S T I Domini proavos expressurus B. Mathæus subiecit Mariæ patres, malens Deum ab imperitis Ioseph filium reputari, quàm terrenos patres illi foeminae attribuere, quam nec suspicio infectæ genealogiæ decebat, vt pote filiam primogenitam Dei. Sic de diuina genealogia sibi blandienti Alexandro, & interdum furtim Philipum Macedonem patrem compellanti, suggestit Sacerdos apud Plutarchum. *Ne villo casu mortalem patrem nominaret, qui Ioue summo nobilitabatur.* Sic etiam apud Homerum Hecuba locuta ad sponsum de Hectore ait, *si meus nunc afforet Hector, sibi ex Deo satum attribuens Hectorem, quamcūque exclusit suspicionem terreni patris, vt notauit Spondanus Iliade 10. & Delius nondum no-*

Plutar.

ster in Agamenone. Iure ergo infectæ genealogiæ notam à Virgine Mathæus explodit, nec nominat mortales patres, vt quæ à Deo summo nobilitabatur iuxta id Eccles. 24. *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita omnium creaturarum;* quod vt audiuit, percepit Damasc. & de Maria exclamauit: *O Deo digna filia primigenæ matris Eue correctio!* Ast nobis expendendum est, ex ore altissimi prodiui: fabulosos Minceruz ortus ex Iouis cerebro mislos facio, verissimum Adami ex Dei flatu ortum reuoco ad examen, de quo illud, *spirauit in faciem eius spiraculum vite.* Ingressit porro Deus Adami corpori animam, vt volunt communiter Doctores, iustitia, & sanctitate ornata, spiritu, & halitu diuino, vt præstantissimo suffitu aduersus dæmonem communitam: idque declarauit Scriptura, dicens: *quòd inspirauit in faciem eius spiraculum vite.* Quod acutè percalluit Leoncius, vbi examinat verba Ioann. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus. Plenitudinem, ait, ipsius vocat inspirationem, quæ fuit in Adam, quam, & dedit Apostolus post resurrectionem, nempe Spiritum sanctum.* Etenim, qui fuit inspirans Apostolis Dei sanctitatem plenus halitus in renouatione hominum, datus fuit Adam in prima sui conditione, & illius gratiæ Adami animus sanctus, immaculatus ab ore Dei procedens proponitur, & in eo statu vocatur in origibus *Nessemba*, quod noster trauulit *spiraculum vite.* Huc ergo spectans sapientia Ecclesiæ, vt Marianum ad corpus aduentum fœlicem, sanctum, impollutum indigaret, illi attribuit, quòd dicat, ego ex ore altissimi prodiui, alter vite spiritus, alter *Nessemba*.

Vt mea excogitatio hæc lucem accipiat, Dauidem affero cygneo illo cætu, vt potè vltimò decantato, omnes creaturas inuitantem ad Dei laudes. Vbi singulis enumeratis, tandem finit Psal. *Omnia spiritus laudet Dominum.* Quod egregiè expendens Georg. Venet. in Arm. cant. 3. tom. 8. modulo 11. concentu 7. animaduertit, ibi solummodò repeti obsoletum iam verbum *Nessemba*, dicente Dauid, *Nessemba laudet*

Eccles. 24.

Serm. de
nat. Vir

Gen. 1.

Ioan. 1.
Leon.

Psal. 150
Ven.

det Dominum. Quippe verbum hoc, ut vidimus, significat spiritum hominis procedentem ab ore Dei sanctum, im maculatum, ideoque in creatione Adam primo positum est, verum post lapsum factato hominum animo sic originali diluuij cano, & in munditia humana omnia ei ant plena, ut Dei columbinus spiritus non inueniret ubi requiesceret pes eius, ideoque nomen Decemha penitus obsoleuit, nec viquant diuinae paginae accessit; nisi alteratolum vice, cum in fine Psalmorum euocatur a Davide Nestemha laudet Dominum. Quia ait, o David? Unde tibi nomen Nestemha venit obsoleuit illud nomen Nestemha. Vides ne aliquam creaturam dignam eo cognomine? Sanè, praeuidet tibi filiam nascituram Mariam, quae aboleti generis stemma nomenque restaurat, in qua vna sanctissimae originis conseruetur cum decore suo vocabulum, ut iam inde ab origine sanctum genus mundo appareat. Nonne sacerdotale gen^s Aaronis in nepotibus obsecratum penitus erat? Qualis erat sacerdoti splendor in Arna, & Cai-phae? Tamen inter tot degeneres sacerdotum emicuit Elizabeth Ioannis mater, quam vocat Lucas cap. 2. de filiabus Aaron. Id quod expendens D. Chrysol. ait. *Pratermissis omnibus eius filia dicitur, cuius in se memoria prae tulit sanctitatem, quam tanti generis pia custos gloriosissime transfudit in filium.* Etenim quia prinum sacerdotij decus ad Ioannem transfundendum erat, tanti generis pia custos eligitur mater; sic quia primaeque sanctitatis in Christo inuenienda erat gloria, mater eius Maria eligitur, quae sola tanti generis in alijs obsoleuit in se splendescens conseruet, & custodiat vocabulum. Huc refero Bedam in cap. 11. Luc. fantem. *Eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multo beator, quia eiusdem semper amandi custos manebat aeterna* Itaque Maria sanctissimi illius primaeque generis pia, & aeterna custos, nullum in se terrenae praebuit saporem pro sapie.

Infecta generationis et estigium uul
lem in Maria.

PRÆCLARE cauit Mattheus, ne quid infecta generationis Mariae ad scribere, cuius puritas vel solo cetero generationis obsecraretur humana. Illa crediderim et mendaciam Apost. dum ad Heb. c. 9. *fatur. Christus a suis Pontifex futurorum honorum, per amplius, & perfectius tabernaculum, non uoluntarium, id est, non huius creationis introiit semel in sancta, aeterna redemptione inuentus.* Cuius loci commentaria vix longa esse sinit constructio ipsa uerborum, quae ponens differentiam inter Christum Pontificem, & tabernaculum, per quod ingressus accessit ad sancta, non obscure designat ueterum uulgarem, per quem transiit Christus, tanquam per tabernaculum, tabernaculum, inquam, nouae, & inaudita perfectionis & amplitudinis, ipsis etiam purius & capacius: quia quae in ueteri pere non poterant, suo ingremio contulit. Quid plura? Tabernaculum ueteris huius creationis, in quo nec odor generationis infectae inuentus est. Praeterea haec explicatio Catherino; non displicet Riberæ nostro; ego illam acceptam refero D. Dionysio Alex. epist. in S. mosatem in solut. questionis 7. Vbi loquitur. *Non in seruo habitat Dominus, sed in sancto suo tabernaculo, non in uoluntario, id est, non huius creationis, quod est Deipara.* O uere amplissimum Dei tabernaculum Maria, quando quicquid habes diuinae correspondit arti, non generationi humanae, quam prorsus suspectam, & inuisam habes! Dubitari solet, cur Mariae salutandae praemittatur Angelus? Cur non potius Propheta aliquis, ut moris erat? Cur non eligitur venerabilis, & sanctissimus Zacharias Ioannis pater? Sanè, offenderetur Mariae puritas, vel de sola suspitione cognationis humanae. Vnde eleganter D. Amb. ait. *ne quo degere deprauatur affatu, ab Angelo salutatur.* De gener enim erat Mariae quicumque non erat Angelus, ut quae instat diuini tabernaculi.

Ad Heb. 9.

Dionys. Alex.

Amb.

Luc. 2. Chrysol.

Beda.

Lib. I. Caput Quartum,

bernaculi non hęc generationem, sed Angelicam, & omninò sanctam repręsentabat.

J. VII.

Maria diuine generationis amula.

Ecce tibi Matt. economiã, qui per paternitatis notionem Christi ferri generis deducit prosapiam; ait enim. *Abraham autem genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius: Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. David autem genuit Salomonem ex ea que fuit Vria. Per illud, genuit, nec tamen exprimit paternitatis, qua de patre ad patrẽ descendens, singulorum detegit peccata, nimirum Iudę incestum, Dauidis adulterium. E contra Lucas cap. 3. ait. Qui fuit Eli, qui fuit Mathath, qui fuit Natham, qui fuit David, qui fuit Adã, qui fuit Dei. Per illud, qui fuit, notam filiationis prętendit, qua à filio ad filium ascendit, etiam ipsum Adamum sub filij nota exprimens, & in singulis oppositionem cum peccato declarat: quapropter relicto Salomone adulterę filio, profert Nathan, à cuius nominis Propheta adulterium fuit castigatum. Id notatũ reliquit D. Thom. 3. p. quęst. 31. art. 3. ad 2. fatus. *Mattheus à David per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit; Lucas verò ad ipsam David per Natham ascendit, per cuius nominis Prophetam Deus peccatum illius expiauit. Sed age cur id factũ est? Cur Mattheus per patris notam singulos recęset, & eorum aperit peccata; & e contra Lucas de filij notione ipsum etiam exprimit Adamum, in singulis notis oppositionem cum peccato? Equidem Mattheus Iosephi attexit lineã generationis, in qua necessariò appareret peccati infectio à parentibus cõmunicata. Verũ Lucas, ut author est D. Tho. super Cai. Soto, Suar. Maldonat. Tolet. & alij plures è Societate, Marianę generationis lineam rectam ostendit, in qua meritò nullus homo, nec Adamus ipse exprimitur pa-**

Mat. 1.

Luc. 3.

D. Thom.

D. Thom.
Soto.
Suar.
Mald.
Tolet.

ter; sed vno Deo excepto, in reliquis sola filiationis nota claret, & in singulis oppositio cũ peccato, quippe Maria vnum Leum parentem habens, ab illo descendit per callem omninò oppositum peccato. Hanc Marianam generationem, vt verbi geniti amulã, sic Psal. 109 decętat. *Totũ principũ in die virtutis tue, in splendoribus Sanctorũ ex utero ante Luciferũ genui te.* Ecce genitor loquitur suę proli, & ipse solus pater ei sit, & illã genuerit ad principij, quod est verbũ, exēplar, quod itẽ eius generationem duxerit in splendoribus Sanctorum, non in tenebris peccatorum; sed in opposito peccatis calle. Huic adsupulatur explicatio D. Amb. in Psal. 40. sic exprimens verba pręfata. *Generacionis meę in te priuilegiũ recognosco, quem nulla potuit macula inquinare peccati.* Quibus expendo illud generationis meę priuilegiũ, an quia genitus Dei filius, priuilegio aliquo vtatur? Absit; ipse enim filius naturalis naturaliter, & ex propria sua natura expers omninò est peccati, in luce gignitur, nec alium patrem pręter Deum, siue in cęlo, siue in terra habet. Harum perfectiorum priuilegiũ vni Marię fuit communicatum, vt quod siue naturaliter habet, Maria ex eius habet priuilegio illius existens generationis amulatrix, quando vnicum Deum patrem habes pellucido calle, & peccatis opposito, oriatur.

Pa. f. 109

Amb.

J. VIII.

Maria ex se sola suã predicat munditiem originariam.

SED adhuc mirabor Matthei silentiũ, in parętib; recęsendis Marianis eius spõtum cũ omni sua progenie diligenter demõstrat; at quis fuerit Marię pater, siue homo, siue Angelus, siue Deus, omninò ipse tacet, contentus ipsam solam nobis ob oculos ponere; in qua manifestẽ patebit eius mundities originaria. Lumen huic excogitationi prętulit D. Ennodius orat. in Deutericiũ ex pulchro, & eleganti exemplo aicens. *Quoties Amomy floscu.*

*flosculus per depraedationem lasciuu pollicis radice viduatur, & ad dotem manuum humanarum nobile germen adducitur, meritum cespitis odore significat, & naturæ geniū prima visione testatur. Occultari se non patitur fatura sublimis; decor clari sanguinis non tenetur abscondita, vox munda originis, licet in recessibus, semper auditur. Porro, vile lignū si ab arbore scissum inueniatur, non facile cognoscitur cuius naturæ sit, necessarium est diligens examen, & inquisitio; at Amomi flos quantumuis à radice separatus statim suæ originis testimonium præferat. Sic vbi ad Ioseph ventum est, non aliter eius nobilitas cognosci poterat; nisi præmisso largo auorum, at auorumque censu, quippe obscuræ, infectæque erat profapiz. Non sic Maria; sed vt Amomi flos, radice viduata, absque auis, & parentibus proposita ipsa per se meritum cespitis odore significat, & naturæ geniū prima visione testatur. Occultari se non patitur fatura sublimis; decor clari sanguinis non tenetur abscondito; vox munda originis, licet in recessu, semper auditur. Virgo rem exemplo primæ mulieris à Deo fabricatæ, quæ vt educeret diuinus artifex Gen. 2. immisit soporem in Adam, & inde sciendæ collam, ex illa mulierem occultò fabricauit. Quid plura? à somno excitatur Adam, & ecce tibi, vt primū ad se venientem mulierem vidit, ait. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea* Vnde ne, à Adā, id nouisti? Quis tibi mundissimam, & firmam scemine narrauit originem? A quo accepisti Euz protapiam? Sanè, floridus mulieris aspectus, adnatarum virtutum halitus meritum cespitis odore significat, & naturæ geniū prima visione testatur, vox munda originis, licet in recessibus, semper auditur. Fallor, nisi huc respiciat Catherinus in præsentis fatus. *Ipsæ quoq; Adamus agnouit eam ex se ipso esse, & idcirco diligendam, quæ ad ipsum veniebat, tanquam suam recognoscens originem* Is erat in Euz vultu floridus decor, ea modestia, & grauitas, is virgineus pudor, ea ad Adamum accedebat gratia, quæ originis munda geniū ipsa visione testaretur. Accedit*

illud Gen. 8. vbi post diluuium columba dimissa ab arca est; at illa venit ad eum ad vesperā portans ramū oliuæ viridibus folijs Quæ hæc viridans oliua: an nata post diluuium? Repugnat D. Ambr. cap. 19. de Noe, imò ex virore oliuæ colligit ortam ex arbore primitiua ante diluuium florida, & in diluuiio illæsa, quo posita, sic de Noe fatur. *Vir iustus gausus est fructum de veteri semine aliquem reseruatum, & inde collegit misericordie insigne diuinæ, quod iam diluuium remouisset, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere diluuiæ.* Totum hoc præferebant viridantia oliuæ folia, quorum amoenitas solā visione originem testabatur. O tu quisquis vides floridam Mariæ vitam, mirabor, si ignorare posses, quod mundissimā sit origine nata. Oliua est enim, quæ diuinæ in ore columbæ se ostendit de veteri iusti Adami semine reseruatam, cui non potuissent nocere diluuiæ. Hinc percipio acumen D. Greg. Taumat. qui de Mariæ annuntiatione fatus, ait. *Ad Mariam autem virginem solam sanctā, Gabriel Archangelus solo lumine venit, Aue gratia plena illi denuntians.* Cur solo lumine venit? Quia vox munda originis, licet in recessibus, semper auditur, & mundissimam originem suam singularis Mariæ sanctitas solā visione testatur. Vnde Angelus non sermonales declamationes, sed solum lumen parat, vt Mariæ puritas cernatur.

Ambr.

Gen. 2.

Cather.

J. IX.

In Maria cælestis Abrahami dum origo munditiem originalem astruit.

MARIANI generis caput merito ponitur Abraham, cui dictū a Deo est Genes. 22. *Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in litore maris.* Verè tunc multiplicatum est semen Abraham, sicut stellæ cæli, quando Maria in vero matris

Gen. 22.

Lib. I. Cap. IIII.

matris de diuini Solis radijs splendens apparuit. Hoc Abrahami semen miratus Itaias 1. ait. *Nisi Dominus Exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissimus, &c.* Sed quod semen relictum est, an semen sicut arenam maris, aut sicut puluis terræ? Sanè, non terrenæ generationis opus erat, vt omnes homines erigeremur à lapsu, cœlestis, & stellifera quærenda fuit generatio, quâ omnes possemus regenerari. Hinc Proverb. 30. dicitur. *Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus pretium eius.* Quasi propheta dixisset, quod fortis illa mulier, per quam in vitam sumus regenerati, non ex terrenorû face; sed ab scintillanti cœlo est expectanda. Accedat horum verborum commentator D. Bernar. homil. 2. super Missus est. Vbi sic ait. Si de manu fœminæ pendet nostra omnium salus, & innocentiae restitutio, & de hoste victoria, fortis omninò necesse est, vt provideatur, quæ ad tãtum opus possit esse idonea. Sed mulierem fortẽ quis inueniet? Subdit prophetando. *Procul, & de ultimis finibus pretium eius, non vile, non paruum, non mediocre, non de terra, sed de cœlo, nec de cœlo proximo terris, pretium fortis huius mulieris, sed à summo cœlo egressio eius, nempe ab stellifero, & empyreo cœlo.* Ecce tibi quo metienda est origo Mariana, non à terra, vbi est originalis infectio, nec à cœlis terræ proximis, nimirû ab his qui sunt ex aqua generati, quales sunt Planetarum cœli, qui vt terræ vicini, sic in creatione sua primæuam terræ inanitatem, & vacuitatem sunt imitati, quando incompositi, & inornati cõditi sunt, moribusque contrarijs, & raptus, & trepidationis subiecti; non ergo istorum instar concepta fuit mulier fortis; sed à summo cœlo egressio eius, eodem modo, quo superius stelliferum cœlum, condita est. Pro quo accipite elegans Bedæ argumentum expendens illud Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terrã, etenim ait. *Ipsum est cœlum superius, quod ab omni huius mundi volubili statu secretum, diuina gloriæ præsentia manet semper quietum.* Non ergo superius illud cœ-

lum inane creatum est, & vacuum. Quid virginæ conceptioni aptius? Sane cuncti sancti cœli sunt Dei gloriam enarrantes: sed quia vacui concepti sunt, sic mille moribus contrarijs subiacet: nonne cœlum erat solare Paulus, dum ait, sentio aliã legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati? Verum Maria non instar istius cœli terræ proximi, sed verè superius illud cœlum, ab omni volubili statu secretum, diuinæ gloriæ præsentia quietum, in qua, vt loquitur Richar. Vict. lib. 2. de Ema nuele, omnis pugna tollitur, & pax plena reperitur. In qua item nulla peccati lex repugnans legi mentis inuenta fuit, vt sentit vniuersa Theologorum schola cum D. Thom. 3. par. quæst. 27. art. 3. Vnde liceat cum Beda sic elicere, non ergo superius hoc, & stelliferum Marianum cœlum inane creatum est, ac vacuum.

Richar.
Vict.

D. Tho.

S. X.

*Maria libera ab omni peccati
etiam originalis ser-
uitute.*

INSTO stellifero Abrahami semini, in quo Marianam à peccati seruitute cognosco libertatem. Vbi è cœlis ortam fœminam, stellis coronatam Apoc. 12. vidit D. Bernar. ibi ait. *Quid ergo sydereum micat in generatione Maria? Plagè quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahæ.* Ea est hæc Abrahami filia, quæ non inter puluerulentum, & seruale Abrahami genus, sed inter syderiũ, & cœleste exorta, ab omni peccati seruitute, vt regiã prolem decebat, libera, & immunis existat. Erat in Abrahamo seruale peccatorum semen designatum, erat & gratia ab omni seruitute præueniens figurata; illud puluis, hanc stellæ notabant: vnde Maria stelliferum ducens genus, præuentionem gratiæ, qua nullam seruitutem peccati incurreret, vt foelicior Abrahamidũ habuit. Enim verò

Apoc. 12
Ber.

Beda

Gen. 15. verò Abraham dicitur *Genes. 15.* *Scito*
prænoſcens, quòd peregrinum futurum
ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubij-
cent eos ſeruituti, & affligent eos quin-
dringentis annis. Tu autem ibis ad pa-
tres tuos in pace. Quæ verba expèdit
Richar. Viſ. de differentia ſacrificij
Abrahæ, & Mariæ tractans, fatur. Tu
autem inquit, ibis, tu quem præ cæteris
abundantiore gratia præueni, tu quæ præ
cæteris illuminati. Tu ibis ad patres
tuos in pace, immunis ab omni indigna,
& dura ſeruitutis oppreſſione. Sic quã-
do omnes Abrahamides ſeruitute
premeſſi erant, vnus Abraham præ
cæteris præuenitur ea gratia, qua re-
gionem decus ab omni ſeruitute immu-
nè conſeruaret. Quod regale decus
Abrahami ſtellifera proles Maria ita
conſeruauit, vt cum vniuerſi homines
ipſo conceptionis momento peccã-
tis ſeruituti ſubiaceant; Maria præ cæte-
ris abundantiori gratia præuenta, præ-
ſiderit in pace immunis ab omni in-
digna, & dura ſeruitutis oppreſſione.
Sic vitæ caput, nimirum conceptio in
ſingulis ſeruilis peccati ſternitate ob-
ſcurum, in Maria de ſtellifera corona
clarum, hoc eſt de gratia præueniente
illuminatum apparet, vt ab ſtellis re-
gle dignitatis præuenitiõem, vt foelix
Abrahamides Maria, notaret. Huc re-
ſpexit Angelus, quando Virginem ſa-
lutans Luc. 1. ait. Ave Maria: Cuius
nomini vim, & ſignificationem poti-
derans Chryſoſt. ſerm. 142. inquit. Ma-
ria Hebræo ſermone; latine Domina ni-
cupatur: vocat ergo Angelus Dominam,
vt dominatoris genitricis trepidatio deſe-
rat ſeruitutis, quã naſci, & vocari Domi-
nam, ipſa ſui germinis fecit, & impetra-
uit auctoritas. Quippe æquum erat, vt
tanta parens, Abrahamidum gloria,
abundantiore præ cæteris præuenire-
tur gratia, qua in pace, ab omni indi-
gua ſeruitute immunis, proſpere pro-
cederet in regnum.

Richar. Viſ.

2. 3. 80

Luc. 1. Chryſoſt.

S. XI.

Maria Iacob filia originale non
vidit naufragium.

A Nequam à præueniente gratia
 in ſtellis notata diſcedam, nec vo-

cat nobilis item ſtella Iacob, à vate il-
 lo neſario Baſam Num. 22. epun è
 decantata. Nec crediderim caſu fa-
 cti eſſe, quod in Mariana proſapia, bis Ia-
 cobi nomen appareat, ſed quæ hu-
 parentis pugna maiorem lucem de-
 dère Marianæ victoriæ originali. Igi-
 turdo Iacob fratrem in vtero ſupplã-
 tante, ait *Genes. 25.* *& collidebantur in*
utero. Id quod explicatiùs teſte Hier.
poſuit Simacus, dum legit. In ſimilitu-
dine nauis in ſuperficiem ferebatur. Ita-
que Iacob quaſi nauis nauali prælio
inſurrexit in patrem, vt Marianã victri-
cem ante omnes fratres præmoſtra-
ret. Quæ ſola gavis facta inſitoris à
primo iux conditionis inſtanti, coele-
ſti onuſta pane huius vitæ Scyllam, &
Carybdim ſuperauit, & primogeniũ
peccati detriumphauit, nauis que ſem-
per integra, & incolmis euasit. Et qui-
dem ex hoc maxime expendit D. Hier.
ron. epist. ad Saluinam, differentiam
illoſum, qui poſt peccatũ ſalutis por-
tum attingunt, & qui nullus ſceleris
rei æternam ingrediuntur felicitatẽ.
Ait enim ad primos. Nec nobis præni-
terita ſubſidia blandiantur, quæ ſunt in-
ſalutium remedia. Aliud eſt enim inte-
gra nauis, & ſaluis mercibus portum ſalu-
tis intrare, aliud nudum hærere tabula,
& crebris fluctuum reuerſibus ad aſper-
rimã ſaxa collidi. Ecce vobis graphice
deſcriptus, qui peccati naufragium fe-
cit, qui non nauis, ſed tabulæ inherens,
mille fluctus, mille dolores expertus,
ægre, & difficulter appellit: ideoque
vniuerſa Theologorum ſchola Poni-
tentiã, ſecundã tabulam poſt nau-
fragium vocat, ſecundã, inquam,
quia poſt peccati originalis naufragiũ,
vel Baptiſmus, vel aliud eius remediũ
erat tabula prima, qua ſalui fimus. Fe-
lices ergo, qui non tabulæ inherentes,
ſed integra naue, & ſaluis mercibus
portum intrat ſalutis: at ex ſemine con-
ceptis, vni Mariæ id felicitatis obtigit
ſola hæc, quaſi nauis inſitoris, à longe,
id eſt à primo conceptionis inſtanti
portans coeleſtem gratiã panem, inte-
gra, & ſaluis mercibus æternã felic-
tatem adipiſcitur. Huc ſpectans Da-
maſcen. orat. p. de dormitione Mariæ. Damasc.
ait. Inuenit Mariæ gratiã abyſſum, qua
duplicis

Gen. 25.

Hieron.

Damasc.

Lib. I. Caput Quartum.

Duplicis virginittatis nauem incolumem seruaerat, animamque nõ minus, quam corpus incolumem custodierat. Etenim nunquam naufraga Maria, non tabulis hæsit, sed quasi victrix naus in vitam soluit, inueteratumque hominũ cum Deo bellum dissoluit, atque integra, & incolumis ad portum prope-ruit. Quid mirum? Naus erat Maria; non pomum; sed panem viuum portans. Pulchre apud Virgil. lib. 2. suorũ naufragiorum radicem. Enneas Didoni prælagiens, emphaticè dixit.

Virgil.

Classemque sub ipsa Antandro, & Pbrygia molimur montibus Ida.

Sub ipsa, ait, notanter, Antandro, molimur classem, sub ipsa, inquam, à qua omne malum aduersus Troianos patitur. Enim verò iuxta Strabonem lib. 13. Antadri nomine significatur illa montis Idæ pars, vbi obsidi negatũ, imò ereptum pomum, irata Iuno in Teucros permãsit. Nullum ergo sinistra omen Teucrorum nauibus excogitari potuit, quàm quòd sub noxialis pomi arbore vela ventis dedissent. Nec Marianæ nauis foelicitas aliundè clariùs affulget, quàm quòd in vitam soluens, nec odorem antiqui pomi, sub quo omnes periclitamur, præsen-ferit ipsa.

Strab.

J. XII.

Maria, vt domus Iacob, prima cõceptionis fundamina gratia confirmata requirit.

NEMO non sciuit Iacobeam virginem in domum perpetuo duraturam à Deo Opt. Max sibi cõstitui: ait enim Angelus Luc. 1. *Et regnauit in domo Iacob, & regni eius non erit finis.* Nec crediderim tantæ domus cõditorem lauisse illud ab Hermete diditatum lib. centum Aphorism. in 13. vbi sic. *Dum luna erit meridionalis descendens in scorpione non incipias fabricare, citò enim huius fabrica diruetur.* Nõ

Luc. 1.

Herm.

inquam hoc latuit Iacobæ domus cõditorem, qui vt domum virginem, eiusque gloriam æternaret, sub habitu serpentis illius meridionalis minimè primum fundamētum iecisset, vt pote qui ædificat sicut vnicornium, venenosi flatus contrarium sanctificum suum. Imò verò, sic studuit diuinus artifex tantæ domus firmitati, vt nec primas illi manus posuerit, nisi prius ædificato inexpugnabili muro, qui & hostium incursiones arceret, & firma domui ædificandæ præberet fundamina. Accipite diuinum artificem Marianæ constructioni operam dantem Cant. 8. *Soror nostra paruula est, & vbera nõ habet. Quid faciemus sorori nostræ? Et quasi iam iam se ad opus accingeret, ait. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* Quæ verba sic ex Hebræo tinniunt: *si murus est, ædificemus super eum palatium argenteum.* Quis artifex ad palatium ædificandum, ante primum lapidem iactum, murum requireret? Sane fundamenti lapides profunda in fossa iaciuntur, non super murum locantur, verum vbi Iacobæ domus, summi regis palatium ædificatur, non antea primus fundamenti lapis imponitur, quàm supponatur murus, à quo excluduntur incurfus omnes maligni, Id quod contemplabatur Amos cap. 7. vbi ait: *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij.* Et quidem super murum pinnae eminere consueverunt, non cõmentum, at qui Marianam construit domum, super murum trullam habet cementarij, iacturus tantæ domus cõmentum super murum, vt prima eius conceptio, quæ est vitæ fundamentum, muro inexpugnabili cincta, & confirmata appareat, vnde hostiles repellat phalanges. Vel si à Septuag. lectione stare malis, pro trulla cementarij habet, & in manu eius adamas: cuius lapis natura optime representat Mariam à conceptione deuatricè peccati. Is enim est adamas, qui à primis incunabulis, teste Plinio, nascitur aculeatus, & ideò hebraicè idem nomen habet, quod tribulus, siue sentes, nempe Samir, à radice Samar, quod est sibi causte, ac si nomen esset Cane,

Cant. 8.

Amos 7.

Plin.

vt hispanè sentes dicitur *abrojo*, id est, *abrojo*, quasi iam tunc vulnus, & inter necionem minetur contrarijs si cuspi ei accedat. Igitur primus domus Iacobæ lapis Adamas est, quia Maria ab ipsa Conceptione exiit aculeata, crucemque mortemque nuntians peccato originali, si accedere audeat.

§. XIII.

Mariæ paupertas, & nuditas iustitiam originalem commendat.

POST Marianos avos, iam nobis conspicitur Ioseph, vir, siue sponsus Mariæ, Ioseph, inquam, quem pauper penu traxit in artem fabrilè. Proh pauperis sponi digna sponsa Maria, & ipsi pauperie sua nobilis conseruatrix primæui status, in quo nuditas illustrus erat iustitiæ originalis amictus! Huius primæui gloriæ memoriam repetens Iob, bonis omnibus spoliatus sic animos sustulit, cap. 1. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus reuertar illuc. Qualis hic affectus dicentis nudus reuertar illuc? An affectus hominis deplorantis vicē suam? Abiit, sed affectus est hominis triumphantis & gloriam exponentis sui triumphi, quando dicit se ad illam illustrem nuditatem peruenisse, qua gloriosi erant primæui posseditores iustitiæ. Ita D. Chrysost. ad Olympiadem fatur. *Nudus egressus sum de utero, & nudus reuertar illuc. Sed cuius tandem uteri meminit? nempe primi illius opifici, suæ que è terra conformationis, primi parentis opifici, imitantis. Nudus è terra diuini munere conformatus sum, minime fucus, nulla re superuacanea oneratus. Ergo nudus quoque reuertar illuc, quæ nempe a loci plangore liberè. Ecce tibi in rerum nuditate considerat vir iustus primæui illius status gloriosam vicem, euano omnes in Adamo nudo conditi nudi factus, quam nuditatem diuino munere sortiti, nulla re superuacanea onerabamur, nullo egebamus amictu, nullo secreto domus O nuditas hominum gloria! O nuditas antiquus latero originalis iustitiæ! Vnū pec-**

catum secuti sunt amictus, vestium splendor, magnificentia palatiorum, ingentes diuitiæ, quæ omnia peccati vulneribus curandis quaesita sunt, & inuenta. Vnde pulchrè Clemens Alex. lib. 2. Pedag. cap. 10. de pretiosa veste dicit, *nihil habet amplius quam alia vestis, nisi solum vituperium*, quando hominis vituperium est quod sic affectus sit, vt tantis egeat externis pulchritudinibus ad tegendam infirmitatem suā. Quid plura? Quæ ad peccati vulnera concurrunt diuitiæ, splendida vestes, tecta picta, gloriola tabulara, regiarum solitudines, prorsus abscedunt à Maria, vt quæ originaria illa nuditate splendens, nullius superuacanei, & externi splendoris erat indiga. Huc respiciebat illud Apoc. 12. nimirum. *Signum magni apparuit in celo. mulier amicta Sole.* Cū audio Solis amictus in femina, meritò dabito, an ibi significetur magis splendoris feminae nuditas, quam amictus? Solent hispano sermone in hospitalia loca vocari, stellarum hospitia, scilicet *meson de la estrella*, vbi nulla alia tecta succurrunt, quam cæli stellis fulgidi. Ad eum modum crediderim in Solis amictu omnimodam nuditatem stabiliri, eamque maximè gloriosam, & primæui prorsus amulatricem. Qua cælestis femina Maria illum in se muliebrem mundum ostendet, qui in originalis iustitiæ nullius rei indigo splendore consistat. Quo, nisi fallor, spectat illa D. Chrysost. 42. verba, quibus Marianam felicitatem depingens, inquit. *Nec secretum mundanæ habitationis inquirat, quæ se septam superni splendoris circumspicit velamento.* Quali dixerit, splendidas atroxant vestes, magna palatia edificent, qui peccati leaturigines & fatiditates velint operire. verum Maria de fulgore pristinae iustitiæ amicta munere diuino, respuit fucos, nec fulgentis vestis, nec domus speciem requirit.

§. XIII.

Pulchritudine Marianâ, originalismaculæ aufertur suspicio.

TANTO viro nimirum Ioseph, quantæ pulchritudinis sponsam prapara-

Clem.
Alex

Apoc. 12

Chrysol.

Iob.

Lib. I. Caput Quartum,

Iud. 5.

preparari exillimas? Fertissimō viro
Sisara moram in bello faciente, maxi-
mus lucus tenebat domi in eius totā,
sed tunc Iud. cap. 5. dicitur, quod *ena*
sapientior ceteris viribus eius, hęc so-
crui verba respondit. Iorsitan nunc di-
uidit spolia, & pulcherrima sęminarum
eligitur ei. Sic de pulcherrima sponsa
munerat fortem virum sapiens fęmi-
na, vt ex pręstantissimo virorum Io-
seph liceat incredibilem auspiciari Ma-
rię pulchritudinem, & eam pulchritu-
dinem, quę originalis sceleris suspicio-
nem extinguat Nihil ego de Tulliano
flumine sinito cum hęc accedo, factu-
rus quod Hipericles ille apud Plutarc.
fecisse narratur. Hęc Athenis ora-
tione potens, cū formosissimam
puellam Phrynem frustra defenderet
Euthias Orator alter, rupto orationis
filio, opertę, reorum more, puellę ex-
cludit velamen, & quę latebat pulchri-
tudo conspicua omnē facinores suspi-
cionē erasit, & innocentię Phryne iudi-
cibus persuasit. Et quidē vbi facin^o eu-
dens non est, sed dubia tantum serpit
illius fama, pulchriori fauet ius Cęsa-
reum, vt docet Bald. l. & vers. *quę autē*
C. quorum appellationes nō recipiuntur.
Blanc. l. finali C. de quęstionibus. Mas-
card. de Probanonibus. conclusione
831. a numer. 27 Ecce vobis, o leueris-
simi Marię iudices, quibus dubito, an
satis sit perspecta pulchritudo Maria-
na, quando eam primi facinoris ream
accusatis Ecce vobis, subducto vela-
mine, pulcherrimę puellę teintillat fa-
cies, in qua Damas naturę venustatē,
August. formam Dei admiratur. His
posterior Magnus Albertus in vna
Maria recenset, quidquid floridum,
quidquid venustum, quidquid gratio-
sum habuerunt puellę, de quarum pul-
chritudine antiquitas te maximē ia-
dat. Illi aureum Sarę os, nescio quid
subridens, illi oculorum Liz teneritu-
do Dei pectus emolliens, illi Rachelis
splendor, sales Abigail, virtus Iudith
fugidum spirans decorē. Ab hac
vna pulchritudinum abyssō, omnia de-
cora per vniuersum orbem sparsa di-
manarunt. Crispantes purpureum ma-
re, vndas ab eius crinibus didicit con-
torquere, ipsius æquor a frōte delinea-

Bald.
Blanc.
Mascar.

tum est. Supercilia Iridem effigiarunt;
lumina ab eius oculis scintillata sunt; a-
genis florentes rosę, nimum a labris;
sub lingua mel, & lac, ebur effluxit e
manibus. Altum & leue collū formam
Cedris dedit, staturę eius assimilata est
Palma. Quid plura? Ignorat Marię
pulchritudinem, qui eam pominoxia-
lis furto damnat. Ex quo pro eius im-
munitate sic argumentum conficio
ab impossibilitate coexistentium, quā
vulgo Hispani vocāt *la coartada*. Quia
iplo momento, quo primi parentes
noxialis pomi furto Deum offende-
bant, ipsum tunc pulchritudo Maria-
na, & pelliciebat, & recreabat. Nonne
illa est Marię vox Cant. 1. *Indica mihi*
vbi pascas, vbi cubes in meridie? Meridiē
vocat, quia ādo primum excurrerit pec-
catum, de quo Plaltes petebat libera-
ri, nimum, ab incurfu, & demonio me-
ridi. mo: vel, vt explicatius ex Hierony-
mo dixit Richardus Cenomanus, *ē*
morfu insidiantis in meridie. An mer-
dies erat, cū primi parētes pomū fura-
bātur? Ita Raban^o in c. 3. Gen. ait. *Aptē*
Dominus crucem meridie ascēdit, vt qua
hora primus homo lignum pręuaricatio-
nis tetigerat, secundus homo lignum re-
demptionis ascenderat. Sciens ergo Ma-
ria Deū deambulasse ad aurā immē-
diatē post hūc meridiē, cupit anxie sci-
re vbi paulō ante stetisset; vbi hora illa
meridiei erat, qua a latronibus peteba-
tur, quā ab Adamo cōtēnebatur, quō
tūc diuersisset? Cui statim De^o, *Si te igno-*
ras, o pulcherrima mulierū, quasi dice-
ret, vt ex tua interrogatione colligo, o
Maria, tuā prorsus incredibilē pulchri-
tudinē ignoras, nō dū tuā pulchritudi-
nem vidisti, quando me in illo meri-
die ignorasti, qui ab hominibus repul-
sus, tuę vnius pulchritudinis asylo me
recepisti, & ibi me tutatus sum Sed prę
stat audire Ruper hęc verba dantem.
O pulcherrima mulierū! O benedicta
inter mulieres! cuius pulchritudo benedi-
ctio est, talis ac tanta causa tua est, et site
ipsam nō ignores, statim scias illi d, quod
queris fides, & humilitas tota pulchritu-
do tua, & hic est locus requies meę. Hęc
Rupert quibus nemo Mariā illi^o pomina
meridionali furto iā obstringet, quā-
doquidem, cum furtum illud ageba-
tur

Cant. 1.

Psal 90.

Raban.

Cant. 1.

Ruper.

tur, Maria pulchritudine sua Deum ad se trahebat, & Deum secum alligabat.

§. XV.

Maria in conceptionis munditie à peccato, verbo Dei similis.

SPONSO Mariæ succedit modo eiusdem filius, nimirum Iesus, optimus Maternæ indemnitate assertor. Etenim ubi filium Dei virginis visceribus innatū Iacobus vidit epist. can. c. 1. ait. *Suscipite insitū verbū, quod potest saluare animas vestras.* Quæ verba non de Dei loquela, sed de personali verbo, nimirum filio Dei, virginica carne vestito, exponunt D. Anselm. serm. de Transfigur. Beda, & D. Tho. in præsentī. Quibus ego, ut assensum præbui, sic statim notavi illud *insitum verbum*, quod iuxta præclara insitionis leges, maximum negotium facessit virgini in gratia concepta. Quippe Columella lib. de re rustica s. c. 14. loquens de plantis, quæ alijs inter fructuose valent, dicit. *Si verò etiam similem fructum affert, & eodem tempore sine scrupulo egregiè ingeritur.* Expende siuilem fructum, & eodem tempore, non enim apta est insitioni arbor, quæ vacua est fructu, quo tempore ramus, qui ingeritur, fructibus impletur. Quapropter ubi Dei verbum insitum est virginis visceribus, ne tantæ detrahamus insitioni, fateri debemus, gratiæ fructum eisdem temporibus reperiri in Maria, quibus in insito verbo: & sicut verbum nullo tempore vacat à fructu, sic Mariam fatemur nullo tempore vacuam, sed omni tempore gratia plenam esse. Non enim fas est putare, quod verbum insitum sit à radice degener, imò potius, & radix, nempe Maria, & verbū Dei, quod inseritur, similes sunt, & in natura fructus, & tempore. Hanc verbi, & Mariæ similitudinē attigit Isaias

Isai. 17. cap. 16. in hæc verba. Emitte Domine

*agnum dominatorem terra de petra deserti. Cur de petra deserti? Sanè Paulus ad Corinth. de Christo loquens, ait: 1. Ad Cor. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Vbi ergo Christus petra erat, & mater eius, à qua oriretur, debebat esse petra, ut sic inter radicem, & ramum nihil degeneris notæ inueniretur. Id docuit Guarius Abb. ser. 2. in annunt. Guar. fatus. Si ergo petra Christus, ut ait Apostolus, non degenerat à matre filius, quando & ipsa petra nomine censetur. An non rectè vocatur petra, quæ & in amore integritatis proposito firma, affectu solida, sensu quoque ipso aduersus illecebram peccati tota insensibilis erat, & lapidea? Quibus pondero non solum quod dicatur petra Maria aduersus peccati illecebras, sed multo magis, quod ideo talis petra sit, ne ab illa degeneret filius, sed prorsus in lapideo rigore aduersus peccatum, sint quasi eiusdem generis mater, & filius. At qui de Dei filio loquens textus Prou. 30. ait iuxta lectionem Septuag. *Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam Aquilæ in cælo, viam colubri super petram.* Facile enim coluber terræ, sui vestigia imprimat, at in petra frustra tentat vestigia relinquere. Id quod notans D. Ambr. lib. de Salom. cap. 2. ait. *Sic & ipse diabolus in ipsis natalibus mædi inuenit corruptilem terram Adam, & Euam, libenter audientem, qua eius locutus est, fecit in auribus semitam, fecit & in pedibus, fecit & in manibus, à quibus contrectata sunt poma. Venit denique ad petram, quæ est Christus, sed Christus diaboli verba contempsit, ideo serpens in petra vestigium nõ fecit. Equidem Adamus, qua terræ serpentis impressione accepit, verè petra Christus, qui verò à matre non degenerat, sic mater & filius petra, & petra primum serpentis vestigia minime receperunt.**

(?)

C 2 § XVI.

Iacob c. 1

Ansel. Bed. D. Tho.

Colum.

Prou. 30.

Ambr.

§. XVI.

*Maria redemptionis adiutrix in
conceptione Redemptori
similis.*

P Ræclaré D. Iacobus, ex eo quod
verbum iusitum sit virginis vis-
ceribus, concludit, quod saluare po-
test animas, hoc est, quod iam à mor-
tis caligine regenerauit nos in vitam.
Cur non regenerauit nos Christus, quã-
do compar ill., & adiutorium simile
sibi est Maria? Notãter dixi Mariam in
regenerandis hominibus adiutorium
fuisse coelesti Adamo simile, aded, vt
dicat D. Irinæus lib. 3. cap. 33. *Virgo ob-*
audiens, & sibi, & vniuerso generi huma-
no causa facta est salutis, quod si ali-
quo modo causa, siue instrumentum
fuit regenerationis, sanè & simillima
in ipsa sui conceptione Redemptori
debet existere. Hinc est, quod toues
diua virgo vocatur à compare suo
nomine columba; ait enim Cant. 2.
Surge propera amica mea, columba mea,
& aias pãssim. Cur columba? vt osten-
deret originale decus, quo Maria con-
cepta ab eadem gratiæ vulua cū Chri-
sto, ci ex tunc similis exulceret, vt rena-
torum exanuna ab illis sint, qui cœlos
impleant. Etenim fidem habeo Co-
lumellæ libr. 8. de re rustica, cap. 8. vbi
sic de matrimonio columbarum edif-
serit. *Curandum est, si fieri potest, vt*
puelli quemadmodum exclusi sunt, nun-
quam separantur, nam ferè, si sic maria-
tæ sunt, plures educunt fatuos, sin aliter,
certè nec alieni generis coniungantur, ni-
nus enim impares suas amant, nec sa-
pius fatant. Quando ergo Maria a cõ-
pare suo vocatur columba, id innui-
tur, nimirum quod quasi eodem gra-
tiz enixu exclusa sit cū Christo, quod
numquam separata fuerit à tanto cõ-
pare, sed simul concepta in prædesti-
nationis gratia, incredibilem renato-
rum numerũ cum illo eduxerit. Huc
respicit oblato illa mystica à Maria,
pro se, & pro puero Iesu in templo
oblata, obtulit enim par turturum aut
duos puellos columbarum Lucæ 2.

Irin.

Cant. 2.

Colum.

Luc. 2.

de quo meritò dubitat Richard. Vi-
ctorinus, de differentia sacrificij Abra-
hæ, & Mariæ, dicens. *Illud in ys vide-*
tur inquisitione dignum, cum magis ele-
gerit offerre duos puellos columbarum,
quam duos puellos turturum. Sanè offe-
rebatur hoc sacrificium pro Matre, &
filio, in quibus nullum vnquam fuerat
peccatum, inter quos nulla dissimilitu-
do, nulla separatio, si d vt columbæ
puelli simul exclusi sunt, hoc est simi-
liter in gratia concepti fuerunt, simili-
ter adoleuere vsque in spirituale casus
simumque coniugium, quo maritati
largo renatorum examine cœlestia fœ-
cundarunt. Non longè absuit Euthi-
mius dicens: *iusit lex, vt darent duos*
puellos columbarum propter puerifacim-
ditatem. Ecce tibi in puellis columbi-
nis pueri Iesu fœcunditas declaratur,
qua cum compare sua Maria simili-
ter concepta, similiter nata, simul
adulta, plura renatorum in Ecclesia
parturiunt examina.

§. XVII.

Maria omni serpentis veneno im-
munis, salutem hominibus
attulit.

Q VI fieri potest vt Maria ab anti-
quo serpente i. facta esset, quan-
do ab illa natus est Iesus, hoc est, quan-
do ab illa solus, & antiquotus mundi ori-
ginẽ traxit? Etenim D. Ber. ser. de lau-
dibus Mariæ, de illa ingenue fatetur,
Salutis antidotũ, & viris, & mulierib⁹
propinauit. Imò, vt explicatius Arator
loquitur libr. 1. in Acta, hæc secunda
fœmina restituit que prima tulit. Ex
quo perspicua est eius sanctitas origi-
nalis, quando Galen. comment. 46, di-
cit; *Vt pristinum temperamentum corpo-*
ris euocetur, & restituatur, ea est appli-
canda medicina, qua illi omninò similis
fit Itaque non fieri posset, vt Maria
inflicto à peccato vulnere medicaretur,
nec pristinum integræ naturæ ita-
tum restitueret, nisi omni contagio
ab ipsis originibus careret, primævis
parenti.

Richard. Victor.

Euthim.

Bernar.

Arat.

Galen.

parentibus perfectè similis existens. Nāque Delrius noster, Disquis. Mag. lib. 1. cap. 5. quæst. 4. conclus. 2. à medicamentis arceat aurum Chemicum, quantumvis elaboratum, ac perfectè decoctū videatur: quia nūquam, ait, à noxijs qualitib⁹, ab igne carbonario, & venenato hydrargyro contrahitur, carere censendum. Id quod à D. Thom. 22. quæst. 77. art. 2. ad 1. videtur mutuasce, ubi aurū Chemicum infectum, & insalubre censet. Aut omni hydrargyro vēnatus, & igne carbonario pestilentius peccatum originale, non ergo ex hac fornace medicina hominum potuisset sperari. Vnde elegantissime Cellensis Abb. lib. de panibus c. 21. de Maria sic fatetur. *Oportuit hæc prius clibanum, non vili stemmate, neque more consuetudinario fabricari; quasi in plenitudine temporis panis, qui dat vitam mundo, de cælo descendens congruum inueniret locum, ubi posset oportune carnem assumendo decoqui. An non efficiunt porioni siue medicamēto nouæ qualitates fornacis? Au salubris succus erit ex radice venenata? Apage; imò hæc lesæa radix Maria, vt salutaris floris radix, ad eò sana est ab originibus, vt nulli rei magis contrarietur, & opponatur quàm peccato originali: de quo vide pulchra cap. 8. §. 5.*

S. XVIII.

Maria à consilijs Iesu cum esset, hereditarium peccatum non habuit.

VOX erat illa, quā Iesus Mariā vocabat Cant. 2. surge prope me amica mea, Columba mea. Cur amica mea à Iesu vocatur Pulchrè Guillem⁹ apud Delrium fatetur. *Amica cui iam pridem aternum meum consilium de reparatione generis humani credidi.* Prima illa femina tenebrarum principræ consilijs fuit, de qua loquens Nissenus hom. doct. Christi ait. *Consiliū serpentis amplexa fuit atque secuta est.* Felix Maria adeo aliena extitit ab illo serpente venenato

cōsilio, vt tota posita sit in illo labefactādo, & in cōsilio reparatoris promouēdo; ex quo eius ab hereditario peccati stemmate exclusio permanet manifesta. Huic exclusioni ad stipulantur Cæsareæ, & Pōntificiæ sanctiones, quæ vniuersim fœminas à feudorum hereditate excludunt. C. Mulier. tit. de noua forma fidelit. C. 1. tit. de forma fidelit. Cuius exclusionis ea in primis ratio est, quia feudatarij eo ipso à Principū consilijs sunt, & quale consilium fœminæ Principi dare possunt: Hanc rationem meminit Bald. l. quoties quæ est vltima, colum. 3. vers. *Et dic quod B... mulier regulariter.* C. de suis & legit. Card. Alex. art. antep. in 9. fol. ut. qui feuda dare possunt. Socin. cons. 257. Idem repetit Bald. cap. significauit colum. 1. extra de rescriptis, in hæc verba. *Ratio naturalis consentit vt fœmina regulariter in feudis non succedant: quia animi consilium non reperitur apud fœminas.* Feudum sane est, & durissimum seruitium, in Principi tenebrarum exhibitum, peccatum illud, quod in conceptione hereditamus, quo tanto tyranno omnes homines mancipia iniungamur Nos in hanc feudatariam hereditatem fœmina induxit, serpentis consilijs inseruiens. Verum Maria, licet qua feudatarij filia, feudi hæres erat habenda; tamen quia nullum apud illam reperitur serpentinum consiliū, imò vt illud extinguat, prælecta est redemptori à consilio, si Baldi verbis vti volumus, & ratio naturalis, & vniuersa lex illam ab hereditando feudo excludit. Id quod innuebat Dominus, verba illa resonando, nimirum *propterea amica mea, columba mea,* amica vt à Iesu consilijs, columba, vt serpenti consilij labefactatrix. Quibus consentit D. Irineus lib. 5. cap. 19. *fatus serpentis astutia deuicta est in columba simplicitate.* Ecce totum serpentis consilium tuit, ubi Mariata columba in cōsilijs Saluatori copulatur. Vnde nihil inuenire est serpentinum in Maria, quæ Dei amica est, & columba est omnibus modis serpenti contraria. Quam contrarietatem ostendit Tert. lib. aduers. Valent. aens. *Christum columba demonstrare solita est serpens tentare, illa à pri-*

D. Tho.

Cellens.

B...
Cardin.
Alex.
So cin.

Cant. 2.

Guillem.

Nissen.

Irin.

Tert. 2.

Lib. I. Cap. III.

à primordio diuina imaginis prado. Proh serpētis allū' quā maturauit homines populari, venenique nimbos, laqueos, & scutum, arcumque, & bellū pluerē in genus humanum! At non segnior columba immaculata Maria, sed ab ipso primordio, eo ipso ore, quo Protoplastus hausit pallidum discordiæ fructum, ipsa viridantia misericordiæ folia præ tendens, pacem, serpente occiso, demonstraui. Ut merito dicat Car. Petrus Dam. ser. de Annunt. *Cūm fecerit Deus omnia sua opera valde bona, hoc melius fecit, consecrans in ea sibi reconciliatorium aureū: in quo post tumultus Angelorum, & hominum se inclinaret, & requiem inueniret. Cur requiem non inueniret, cum ad eam amica, & serpentinis ausibus contraria*

Damian

J. XVIII.

Jesus partem suam peccato originali obnoxiam, ab eo preseruaui.

EO Christi Domini victoria deducta est, ut iam non scandalizat Propheta, quod a iugato forti, vasa eius auferat Dominus; verum id maxime stupet, quod nouerit Dominus prædā à fortis manu indemnem liberare. Sic ex hebræo apud DeKiū i. tom. Adag. 776 Isaias percūctatur, cap. 49. *Num quid tollitur à forti præda, eo quod ablatū fuerit à robusto saluabitur?* Vbi duo sibi obijcit difficultia: primum an eripienda sit præda? Secundum an hæc ereptio & sit; & vocari possit saluatio? Que duo à Theologis in Beat. Virginis ab originali præseruatione, & difficultia inuenta, & largis commentarijs explicata sunt. Quid fortius peccato originali? Huius effugit lethales ictus nemo. Que prior illius præda quam Adam? Ergo Maria filia Adami tollitur à forti, hoc est, originalis peccati fortitudini eripitur? & posito quod indemnis erip

Isa. 49.

piatur, in hoc saluabitur? debet ne hæc præproperam liberationem Saluatori? Iam respondet idem Vates: *Equidē & captiuitas à forti tollitur, & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur.* Quid explicatius? Tollitur in primis hæc nobilis præda à forti; qui pe omnipotēs sermo tuus Domine, tanquam durus debellator, in mediam virginalem terram prosiliuit, & à forti sustulit captiuitatem, hoc est, obnoxiam peccato Virginem præripuit peccato. Vbi lego illud à forti, memini propositionē illam qua Sāson ingens facinus suum voluit æternare, fatus Iudic. 14. *A forti egressa est dulcedo.* Etenim cum Sāson medius inter patrem, & matrem iter faceret versus Thammatham Philistinorum ciuitatem, iuuenili ardore correptus, dimissis à tergo parentibus, aliquāto præcucurrit, quo sit obuius Leoni per eandem aduenientem viam. Quid tunc adolescens? declinasset à via: at procedens Leo eadem semita offendisset necessario Sāsonis matrē, quam lacerasset. Id præcauens nobilis adolescens intrepidus aduolat, ferā aggreditur, & inter brachia strangulat, strangulati cadauer proicit extra viam, ut nec suspicio facinoris perueniret ad patres: idque occultauit tacēs, donec ex ore Leonis fauo pallus, trophæum robori suo erexit, verbis allatis, *à forti egressa est dulcedo.* Quibus integrum clausit facinus, nimirum quod fortissimo bestiarum deuicto, semitā liberam reliquerit matri, quā vel sine mali occursum suspicione, mater pertranijt. Sed age, non gloriosum erat adolescenti, matrē à Leonis occursum liberatū? Cur ergo tanta id diligentia occultauit? Pulchrē D. Aug. ait. *Intelligamus grandis hic latere mysteria. Sāson, fratres dilectissimi, Christum significabat.* Et quidē eomaximē, quod matri in via occursum Leonem interfecit Etenim Christus Dominus vna cum matre sua, via humanæ nature ab Abraham, & alijs descendebat; illac aduenienti Leoni originalis labris obuius factus est, matrē præcedēs Leoni occurrit, illumque extra viam facit, aditumque vsque tunc sanguine honorū sedatum, suę matri expeditum, & mun

Iud. 14.

D. Aug.

Psalm.
21.

mundicie pierum reliquit. Et qui alia sua facinora maxima euulgavit, hanc matris a Leone liberationem sic occultavit, ut solum per enigmata de illa verba faceret. Quod sibi facinus exposculabat à patre, ut credo, diuinus Samson, *Psalm. 21. fatus. Erue Domine, à framea animam meam, & à manu canis unicum meam.* Carnem suam ferro petitam, resurrectionis gloria postulat radiare, dum ait: erue à framea animam meam; verum unicum suam, nimirum unicum dilectam parètem à manu canis eripi contendit. Cuius canis à manu? Occurrit Cerberus Parcarum comes, & asiduus latero, à cuius grauiolente halitu conspurcata humani fila deducuntur staminis. Porro hic canis, quo nihil peccato Originali iunius, sicut omnium hominum, ita Deiparæ primò insidiabatur stamini, eius tamen erectæ manui ad prædã, erepta est Maria immaculata. Cæteri omnes non prius ab originali liberamur, quam rabido eius ore demorsu, ideoque ut acute notat Nissen^o tract. 2. in *Psalm.* quam rabie perciti habent medicinã in aquis, habemus & nos in Baptismi lauacro. Unica inter omnes Mariã non ori canis, sed manu erepta est; equidem solet venaticus canis inuentam prædam manu erecta indigitare venatori, à quo percussam ore trahit: sic petifer hic canis, dum human^o embrio intra vterum est, ipse astat erecta manu punctum conceptionis spectans, ut prædam capiat. Verum his in angustijs positã Mariã ante vulnus infligendum, ante rabidos canis dentes Dei verbu liberavit à manu canis unicum suu. Quò acute respexit Car. Petrus Dam. *serm. de Annunt. fatus; à Deo electam, & praelectam, totam rapuit sibi Spiritus sanctus.* Cur Spiritus sanctus rapuit? Equidem sub manu canis positam, & vulneri expositam, illam à manu canis liberam rapuit.

Dam.

Hanc illustrat rapinam, illud Davidis cantatissimum facinus; enimvero Amalecitarum Siceleg oppidum aggressi sunt, & multa diuites præda egressi, inter alia pulcherrimas Davidis sponsas ad seruitutem seruabant. Sed dum media in via mensis, poculis securi va-

cant; ecce tibi fortissimus David pro sponsis astat, Amalecitas percutit, immunesque sponsas arte seruitutem recuperavit. Quam festinatissimam sponfarum recuperationem mirati Davidis committiones, sic eiusdem extollebant facinus: *Hæc est præda David*, quasi dicant, ait Cartusian. *Tam præclaram prædam decuit ipsum David, diuina virtute acquirere.* Rapta Helena Graij insurgunt in Troiam, quam nec anni domuere decem, nec prælia mille, & post mille prælia, tandem infamè thalamo fœminam recuperant. Direptus muris virgo Hierusalem Babylonem seruitura asportatur, ubi ærumnis confecta, & senio, vix redijt in patriã. At sub manu hostili sponsam, eamque pulcherrimam, captam, & ante labem, ante fœditatem seruitutis, ante terræ alienæ conspectum, eripi, mundicie donari, *hæc est præda David.* Quid nisi hæc præda decet diuinissimum Davidis filium, qui & matrem, & sponsam Mariam, ante labem, ab hostili præripuit manu.

1. Reg. 30.

S. XX.

Iesus præclarissimum Saluatorem egit, dum matrem à lapsu originali præseruauit.

AD HVC instat Isaiæ verba *propheta, an quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur? Ideo filius Dei Saluator dicitur, quia crexit lapsos, quæ lapsa non fuit, dicitur Saluatoris opus? Imò nullum opus Saluatori pulchrius, nullu gloriosus, quam quod ita prospiceret saluti matris, ut nec ad lapidẽ offenderet pedem suum. Multi egregij duces vocari consueuerunt à populo Israehitico saluatores, qui, ut ait Ruper. de Vict. ver. Dei libr. 4. cap. 6. Saluatori aeterno, cuius erant vicarij, similem prætulervnt in gestis suis pulchritudinem. Expendo quod non dicantur prætulisse imaginem, sed pulchritudinem, quasi in eis, quod pulcherrimum*

Isai. 49.

Ruper.

Lib. I. Caput Quartum,

num erat, saluatori fuerit prenotatū.

Iud. 3.

Accipite modò in chylum Ducem Sā-
garem Iud. cap. 3. de quo ibi, *Ipse quo-
que defendit Israel*: in Originibus ap-
tius ad mentem nostram, *Ipse quoque
saluauit Israel*. At Sangar non capti-
uum obtinuit populū, quomodo er-
gò dicitur quod saluauit: Pulchrè D.

August.

August. quæst. 25. & nodum posuit, &
solutionem, fatus. *Quomodo dictus sit
saluasse Israel, potest esse quæstio? non
enim rursus fuerant captiuati; nec iugo
seruitutis inhaeserant? Intelligendum ita
dictum, saluauit, non quia nocuerit ali-
quis hostis, sed ne permitteretur nocere:
quem credendum est bello cœpisse tenta-
re, & huius victoria fuisse depulsum.*

Quid illustrius? ecce vobis pulcherri-
mum Saluatorem, qui hostilibus tur-
mis incurribus sese opposuit, illos-
que venere fugauit, & saluū reliquit
populum, antequam esset captiuus, vt
vel sic pulcherrimæ salutis Marianæ
præferret imaginem, quando primis
eius vitæ flaminibus deductis in vte-
ro Annæ, iam ibi fugaturi hostem cer-
nebatur diuini Saluatoris cōmeatus.

Cant. 7.

Etenim Cant. 7. dicitur, *Comæ capitis
tui purpura Regis iūcta canalibus*. Qui-
bus duo notata inuenio ex Originibus,
vbi loco illius verbi, *comæ*, est hoc ver-
bum, *Dalath*, cuius significatio est pau-
pertas, siue tenuitas, quasi dicendum
foret, *paupertas capitis tui purpura*.

Quæ est capitis paupertas purpurascēs
in Maria? Noui Philosophos nō igno-
biles, inter quos Antæonem, & La-
ctantium, qui primum formationis

humanæ initium ducant à cerebro, in
quo vitæ animalis fontem Medici cō-
stituunt. Quis nō pauper in suæ forma-
tionis initio? Ibi iam nuditas primæ-
ua apparet, & hæreditas misera à pri-
mis parentibus in nos dilapsa. Sed qui
pauper est nobis vitæ introitus, in Ma-
ria purpurascit, regalesque à sanguine
Saluatoris ortas præterdit gazas. Ait

Ambr.

enim D. Ambr. in Psalm. 118. serm. 17.
*Sanguis Christi purpura est, quæ inficit
Sanctorum animas*. Sanctorum inficit
animas post conceptionem in laua-
cris canalibus, at Mariæ animam in
ipsa conceptione vestit, & illustrat Sal-
uatoris sanguis. Id amplius ostendit

altera vox originalis, vbi enim dicitur
purpura Regis, legitur in Originibus
Argaman, de qua voce agens Author
ille, qui Alphabetum Salomonis apta-
uit Mariæ, docet illam componi ex
quatuor nominibus spirituum illorum,
qui apud Ezechielem, bellicum, &
triumphalem curram Saluatoris ve-
stebant. Ex quo patet in prima Mariæ
efformatione quàm iam cōfluebant
vestigia Saluatoris, vbi quadrigæ illius
nomina cernebantur. Nec vilo iure ce-
lebrior, & illustrior Saluatoris trium-
phus, quàm in hac præcellentī salute
matris.

Alphab.

Rem conficit benedictio illa Iacob
ad Iudam Gen. 49. *Ad prædam fili mi
ascendisti*. Quibus verbis pulcherrimā

Gen. 49.

Saluatoris prædationem, eiusque ad
mūdum aduētum expressum putant
Hilar. Ambr. August. Theo. Orig. Gē-
nad. Cur ergò dicitur, Christus ad præ-
dam ascendisti? Nonne fatius dicere-
tur ad prædam descendisti? Equidem
Nazianzen Saluatoris vsque ad pesca-
torum pedes, descentum miratus, ait:

*Hilar.
Ambr.
August.
Theod.
Orig.
Nazian.*

*Propter humi depressam animam se
deiecit, vt peccati molem deorsum ver-
gentem secum attollat, vt præda humani
generis potiretur, se inclinauit*. Quid est
ergo, quod dicit ad prædam ascendisti?
Sane descendit Saluator, & se exinani-
uit, & humiliavit, vt de puluerulenta
natura hominis prædam faceret: at de
Mariana præda ante lapsum in immē-
sum extollitur, & gloriatur. Quod si
ex vocibus originalibus, & ex vulga-
ta totum locum compagine, id ip-
sum sonat apud Delrium nostrum, ni-
mirum, *à præda ascendisti ad prædam*,
quasi inter duas prædas cōstitutus, ab
vna ad quā se deiecit, exurgat ad alte-
ram ea exaltandus.

Argutiùs adhuc Symmachus refert
locum, iurimum, *à venatione ascendisti
ad venationem*. Solent equidem duæ ve-
nationis genera in primis commen-
dari: alterum, quo alites humi cuban-
tes, seminibusque inhaerentes, percuti-
mus; alterum & longè prælatius, quo
volantes libero cælo aucupamur. Ec-
ce tibi auceps domo, illucescente die
egressus, per terras seminibus graues
columbis insidiatur, & quando colū-
bæ

be cscis inhiantes per sulcos sepeluntur aratri, tunc ille demisso corpore, summo silentio, ære fulgurat, & diues præda. & gaudens, iam nõ spectat descendentes in terram columbas, sed erecto collo extollit etiam arma, & medio cælo percutit volâtes, qui summus est in venatione gradus. Sic etiam diuinitissimus auceps Christus à præda atcedit ad prædam, à venatione ad venationem. Dumq; funesta peccati ales mētibus incubat humanis, cælestiaq; femina depascit, humilis, & abiectus Christus dextera fulgurat de peccato, descēdens vsq; ad inferioriores partes terræ, vt prædam capiat. Interea maiora petens, vt brachij sui potentiam, & dexteritatem commendet, dam pefriferam peccati originalis ales nigricantibus pennis, fatido ore, versus terram illam virginem cælesti infeminandâ grano, aduolaret, stat ocyor diuinus auceps, & sublato ære nigram auem exsufflat, antequam terram virginem tædaret.

S. XXI.

Generalis lex non officit Mariæ puritati originali.

HIC quia leges generales obijci video aduersus puritatem Mariæ originalem, ex legis peritis notabo aliqua, quibus constat, quanto iure eximenda sit Maria à lege generali: stat in primis illud tritum assertum, nimirû, *statuta odiosa stricte interpretanda, tanquam naturam accusantia*: quod desumptum est à l. maximum vitium. C. de liberis præter. & à l. 12. tabularum. C. de legitimis hæredibus. Nec inuenitur lex, aut statutum, quod maius ingerat odiû, quod maiorē maculę notā inurat naturæ, quàm lex illa durissima in omnes Adæ filios statuta, de transmissione peccati. Eu quæ peperit damna! legis huius ignari Philosophi acriter in naturā inuehebant, illi attribuentes non vercalem turorem, & insaniam. Nosque sacra imbuti doctrina, cum intestinum animi, & corporis bellum experimur; cum ægritudinum suscipimus

exercitum, cum ab omni bono exhumtentimus, in authores tam duræ legis inardescimus, vt vel hic e iustic à Procopio dicatur Eua, imò & fœmineus sexus execrationi additus. Non ergo lex adeò odiosa, & naturæ humanæ, & fœmineo sexui infensa, tam stricte, & rigurose intelligenda est, vt non patiat exemptionem in Maria, per quam, vt ait D. Ildeph. serm. 1. de Assumpt. *Omnis maledictio soluta est primorum parentum, & cælestis benedictio in toto venit mundo.*

Ildeph.

Præterquam quod docet Gomecius in §. item Seruana. Institut. de actionibus, & oblig. *Obligatione generali nunquam comprehendit res, per quas consulitur publicæ utilitati, quod tenet, quamuis verba obligationis sint vniuersalia, & rigorosa.* Vt tradunt Ruinus, Pirr. Anto. Gabr. communia opinion. lib. 6. conclus. 12. n. 7. Is ergo Marianam conceptionem debiti generalis obligatione obstringet, qui nesciuerit, quod iuxta Andream Cret. sola Maria deseruit opifici vniuersæ naturæ, quod iuxta Damascen. in vitam prodijt, vt Orbis vniuersi salutem administram se præberet. Quid magis necessarium communi vtilitati, quàm Maria? Quid magis exemptum ab obligatione generali?

Gom.

Rursus, vt quis excludatur à quacunque obligatione, sufficit, quod verisimile sit, cum non comprehensum esse à faciente obligatione. l. obligatione. ff. de pignoribus. Cui subscribit. l. 5. inter eas quas vocat nostri *de la Partida*, tit. 13. par. 5. vbi sic. *Apenas obligado uno todos sus bienes, cosas, y baxiẽda, sehalãdo q̃ no serian por ende obligadas.* Et statim inter alia exempta à generali obligatione, hæc recenset: *Los criados, ò seruos, ò sieruas que tuuere sehaladamente para seruirle, ò guardarle, ò criarle sus hijos.* Hinc D. Ildeph. ser. 1. de Nat. Singularem Mariæ creationem auguratur, dum ait. *Lacta Maria creatorem tuum, lacta pretium mundi, lacta eum qui te fecit.* Ecce ostendit Mariam nutricem opificis sui, vt vel hinc pateat, quàm facta fuerit exempta ab obligatione generali.

Ildeph.

Lib. I. Caput Quintum.

CAPVT V.

De Marię Virg. natiuitate.

A Vspicatifissimum Marię natalitiũ September colit, quando sterilis Annę terra dedit fructum suum, vnde vniuersus mundus ditaretur. Tunc primum mundus peccato naufragus vidit arcam, in qua cęleste asseruatum semen vacuas Angelorum sedes impletet. Tunc noua apparuit Paradisus, cuius visceribus transplantatus cęlestis Adam⁹, exhibilato serpente, vitales fruct⁹ porrigeret generi humano. Tunc promissionis terra diues apparuit, & Moyses visus est montē ascendere, & emori, quando quidem à tantę terrę conspectu lesus facinora incipiunt clarescere, & radiare.

Ex Mat. 1. Iacob genuit Ioseph virum Marię.

J. I.

Marię Natiuitas rerum profuit vniuersitati

QUOD Euangelistę de parentibus B. Virginis cōticuerūt, alij & sapientia, & antiquitate notissimi viri, nobis euulgarūt. Hi sunt Nicephorus, Epiphanius, Damascenus, Andreas Hierosolymitanus, Germanus Cōstantinop. Gregorius Niss. Simeō Metaph. citati à Xuares tom. 2. in 3. part. disput. 2. sect. 1. Qui omnes Ioachimi, & Annę coniugium prædicant, nobilitate regium, vt pote ex regia tribu à Dauid originē trahens; fortunę bonis per amplum, vt decebat honestum coniugū nobilium statum: sterilitate marcidū, obturum, & abiectū: sanctitate aded floridum, vt precibus assiduis sibi filiã Mariam, vniuersitati rerum reginam, hominibus remedium presentissimū, Deo pulcherrimam parturirent matrem. Igitur sterilis Annę uterus fecundatus est, & Maria clarissimo parenti Ioachimo orta est filia octauo Septēbris die.

Xuar.

Nec silendum puto, quod viuidū hoc Dei opt. max. tabernaculum seu templum ex Salomonis substātia coalitum, dedicatum item sit in mente Ethanim, qui est September. Etenim ideo mensis hic dicitur Ethanim, nimirum fortium siue fortitudinū, quia in illo, vt cum Hebręis docet Pagninus, fortissima mundi sunt iacta fundamenta. Verum illo mundi initio, quę fundamentum fortitudo esse potuit, vbi quam ipse Dominus edificauit, mulier corruit, & omnia secum ad nihilum traxit? Nihil sanē firmum, nihil decorum esse potuit, vbi omnia lababant de primo hominum casu, nec apparebat adhuc Deiparę Marię felix natalis. Quippe Elias 3. Reg. 18. puerum misit, vt specularetur, an cęlo serenovel minimum nubis vestigium appareret, qui omnia contempletus, & ruminatus, ait. *Non est quicquam.* Quibus verbis pulchrē adstupet Ioannes Hierosol. lib. de instit. Monach. c. 32. *Ioā. Hierosol.* rerum omniū vacuitatem, & inanitatem, vbi virgineę nubeculę Marię nō apparebat natalis. Ait enim. *Cum ascendisset puer, & specularatus esset, ait, nō est quicquam, quia nubecula illa, scilicet Maria, non fuit à puero visa nasci in illa etate prima mundi, ideo puer dicit, non est quicquam.* Et meritō, vbi enim Maria non adest, omnia in nihilum vergunt, omnia sordent, omnia malis mille subiacent. Accipe illud Gen. 2. de primo homine dictum, nimirum, *non est bonum hominem esse solum.* Itaque etiam formosissimus, & felicissimus creaturarum Adamus malis hærebat; id quod notat D. Amb. in hæc verba. *Quando solus factus est Adam, non dictum est bonum esse, factum Adam. quando autem & mulier facta est, dictum est: vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona, Gen. 1.* Quomodo mulier, quę peccatum seminauit, vniuersa decorat, vniuersa facit de bonitate radiare? Non equidem alia id præstitit quam Deipara, sic ipse Amb. fatur. *Ambr.* *Et si mulier prior peccatura erat, tamen redemptionem sibi paritura.* Itaque ex eo, quod inter creaturas apparuit femina Deo grauidanda, ex eo quod apparuit Deiparę vestigium, omnia impleuit;

3. Reg. 18.

Ioā. Hierosol.

Gen. 2.

Ambr.

Ansel. pleuit, omnia fecit pulchrescere, & nouis pulchritudinibus radiare. tunc inde mensis September, mensis Ethanum prædicandus, quando tantæ virginis natali, terrenorum fundamenta bonorum intauratur. Sic D. Ansel. de excel. Virg. cap. 10. *uncta qua Deus bona, & vtiliter fecit, in eo statu quo condita sunt, esse destiterunt, & per hanc B. Virginem in statum pristinum reuocata sunt, & restituta.* Cui consonat illud Sergij Hiero. dicentis: *Maria nascitur, & una cum ipsa mundus renascitur, & Ecclesia suo ipsius decore circumdatur, atque ornatur.* Iam ergo recognoscere potest Pagninus cum Hebræis, Septembris fortitudines non ab initio mundi, sed à Maria nata aduenire mundo renascenti, & renouato.

J. II.

Mariæ Natiuitas poenitentiam peccatoribus commendat.

ALII, quibus hæc Pagnini explicatio de Septembris fortitudine nõ placet, vocem originalẽ, *Ethanum*, in malum accipiunt, pro squalore, ac asperitate, vt dicant, *Mensem asperitatum.* His ego libentius annuo, cum videam Septembri mense, collectis frugibus, cælum obduci nubibus, terram madere aquis, vt statim, ardore depulso, semina in sinu telluris putrescant, vt fructus maneat. O pulchrũ squalorem! O asperitatem omni mollitie melius suauantem! Haud dissimilem squalorem, & asperitatem Marianus commendat natalis nobis, vel ipso inspecto nomine Mariæ: quod iuxta celebriorem Etymologiam, guttulã, siue stillam maris sonans, lachrymarũ imbres insinuat, quibus verbum animis insitum, & crescat, & fructum pariat. Etenim virgo hæc nascens in mense asperitatum, & squaloris, *nostra noue Religionis*, inquit Ignatius, *& poenitentiae est magistra.* Vtinam hæc didicissent, qui nimis fidi Mariano sũt, re, à lachrymis, & corporis maceratione absunet. Eu quam feliciter Nemo

Ignat.

ita sibi noceat, vt ex guttula maris edente non sibi, & lachrymas, & gemitus, & asperitatem virã addiscat. Audite D. Patianum in parænesi de *Poenitentia*; *David, inquit, iacuit in cinere Jordanente, sacco insuper borrente deformis, cui Maria, cui syluæ, cui flumina seruebant, madidus lachrymis consumpsit oculos illos, quibus gloriam Dei viderat, & infelitem se, miserumque confessus pater Maria.* Hæc ille & pulchre, & emphaticè dixit. Porro quò expendo illud, *pater Maria*, Etenim si quis peccator a lachrymis, & squalore erat arcendus: Is esset, qui Mariæ pater erat, adeo strictè misericordiz matri coniunctus; verum nec aliter veniam spectauit, quam lachrymis, quam carnis maceratione, quam gemibundus et ipse pater Mariæ: nec illa, quæ patrem lachrymis, & squalore duxit ad vitam alio peccatores ducet, in hoc maxime filij hominis perfecta imitatrix existens. Eliz gaudens, & festiuus dicebat seruus, 3. Reg. 18. *Ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat de mari.* A qua Marianum ortum odorat Ioannes Hierosolym; *Ecce inquit nubecula parua, quasi vestigium hominis ascendebat. Quia Maria in hoc suo spiritali ascensu, non feminam, quã imitaretur, sed hominem habuit exemplum.* Ecce tibi feminam in paradiso delictantem, vitigulæ inseruentem, fallacis immortalitatis regnum ab eisca, & potu venantem. Ecce hominem, nimirum Adamum sub Dei iudicio tremetẽ qui, (vt ait Irenæus.) *seductus occasione immortalitatis, statim timore corripitur; timor autem Domini initium intelligentiæ, intellectus transgressionis fecit poenitentiam, quam per succinctorum folijs ficus pungentibus contextum ostendit.* Igitur Maria non feminam sequuta, sed hominem, quasi nubecula ex mari nascens poenitentiz, & lachrymarum nimbos proponit peccatoribus, vt in exultatione vite fructus metant. Sic, inquam, imitatur hominem primitiuitate imitatur secundum hominẽ Christũ, cuius regnum, o eisca, & potus, nec otio torpẽtib; sed laborantibus, esuriẽtib; & plorantibus offertur. Nec aliter à Maria spectet peccator, si

Patian.

3. Reg. 18.

Ioan.

Hierosol.

Iren.

3. Reg. 18.

Ioan.

frustratus amarissimum portum pe-
nitentiae.

Quando & penitentiae labores,
etiam purissimam & virginem Ma-
rie terram, mille fructibus valeret ho-
nestare, decorare. Innocentissimus,
piissimus adolescens innocua mem-
bra asperissimis penitentiae stimulis
agitabat, quo in labore consumptus
vitam obiit. De illo B. Ennodius lib. 2.
epist. 4. sic fatur. *Iunxit ad vitam per-
petuam melioris saeculi, quod in ista serua-
uit penitentiam, quam egisse loqueris. Si in
ipso non inueniret quod diluere, inueniret
quod ornaret. Quae quoties innocen-
tibus datur, coronam pro humilitatis af-
fectione conciliat. Proh ingens peniten-
tiae exterioris laus! quae etiam in candi-
dissima Mariae vita, non natos impri-
mit, sed candores addit. Ut nullus sit
qui possit a penitentiae gemitibus ex-
culari.*

179 x 11 11

50 h

J. III.

*Mariae nativae acclamationes, exte-
riorisque reverentiae plausus
cedit Deo, cuius laus in-
silentia.*

ACCEDIT tandem Natalis, à
quo verò similiter existimatur
September mensis Ethanim, hoc est
fortitudinum, dictus ob festiuitates in
illo celeberrimas. Vbi festum tuba-
rum ex Leuit 23. & tabernaculorum 34.
quae omnia hanc unam virginis nata-
liti festiuitatem tinniebant. Etenim
Deus Optimus, Maximus suam ex si-
lento expectans laudem, quidquid ex-
terioris reverentiae conclamationis,
& plausus est, vni Matri dicavit. Hanc
mihi iniecit cogitationem S. Laurentius
Iustinianus serm. de Christi natiuitate,
dum ait. *Ad praesepe perge, ubi matrem
cum filio, & filium genetricis ubera su-
gentem inuenies. Vtrumque postulabis
Mariam voce, infantem affectu, te nam
que ore tacentem, vociferantem corde
pauperibus exaudiet Iesus. Expendo illud
Mariam voce, infantem affectu, quasi vo-
lucit sanctus vix inter matrem, & filium*

Laurent.
Iustinia.

diuisum esse Christianorum obse-
quium, ut in voce, & tuba Mariae
extollantur virtutes, & Dei gloria præ-
dicetur silentio. Cui occurrunt femina
illa prudens apud Lucam, dum lauda-
tura Deum extollens vocem, *beatus, in* Luc. 11.
*quit, venter, qui te portauit, & ubera,
quae suxisti.* Sic de Diu Laurentij iust.
sententia Mariam voce, & Christum
exornabat affectu. Excellens huius rei
iudicium patet in Zachariae cap. 4. *Et* Zacab. 4.
*educet lapidem primum, & exequa-
uit gratiam gratiae eius. Quem locum,
etiam videam à patribus Christo attri-
butum esse, non alienum iudico Dei
genetrici Mariae, cui eleganter illum
adaptauit Rab Hecados apud Gal. de
arc. lib. 5. cap. 2. vbi inquit: haec est petra
primaria, ex qua Messias futurus est.*
Et fauet sacra pagina, dum parentes *Isai. 51.*
petrae comparat, à qua filij. Sic Isai. 51.
*Attendite ad petram, unde excisi estis,
& ad cavernam lactis, de qua praecisi estis:
attendite ad Abraham patrem vestrum,
& ad Saram, &c.* Educet igitur, inquit
Zachar. lapidem primum, nimirum
Mariam matrem: educet, inquam, is-
rum lapidem, & exequauit, sic noster.
Verum in Originibus non exquare
verbum, sed clamor nomen imposi-
tum est, ut dicat, *adducet lapidem prima-
rium cum clamoribus.* Etenim quid
quid canorum, quidquid vocale, &
festiuum apparet, in laudem Mariae
matris venit decantandum.

J. III.

Matthaei locus explicatur.

SE Dage ad Mattheum veniamus,
Squi missos faciens sacros Mariae pa-
tres, illius sponsum meminit Ioseph,
ut vel coniuge pateret qua tribu, quò
ue loco à primo Israelitarum paten-
te Abraham distaret, quippe Mariam
suae matris primogenitam, & unigeni-
tam propinquiori sibi in matrimonium
traditam esse, auctor est Chrysost. Hie-
ron. Ansel. Theophil. Euth. & alij,
imò ipse Mattheum vulgo notam, &
evidentem supponens, genus, &
progenos Ioseph Mariae communes
inuesti-

inuestigauit: dumque Iosephum Abraham idem recenset, similiter Mariam inter ultimos Davidis, & Abrahami posteros enumerauit.

Eccle. 24. Vacat igitur modò in dubium reuocare illud Eccles. 24. *Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Quæ verba virgini apponit Ecclesia sancta. At si primogenita ante omnem creaturam, cur minima inter ultimos posteros recensetur Abrahami? Item si post Isaac, Iacob, David, Zerobabel, & reliquos, est Maria, cur primogenita ante omnem creaturam nominatur? Et quidem vtrumque habet, si binas eius scias Natiuitates vtrasque nobis maximè necessarias. Altera Natiuitas temporalis, qua à vulua matris processit in lucem, quam Mathæus fuit speculatus; altera æterna in diuina electione, & decretis Dei; undeque ab ore dicitur processisse, & ibi ante omnem creaturam primogenita stetit.

J. V.

Maria Primogenita, quod prima omnium potiretur mamilla patris.

Ouid. **A** Vdiui Iunonem se apud Ouidiū in immensum gloriantem,
Si gen^o aspicitur, Saturnū prima partē feci, Saturni fors ego prima fui.

Epiphan. Quid magnum hoc? vbi nostra Angelorum, Deorumque Regina omnium creaturarum prima Deum Optimum Maximum fecit parentem *stupendum*, ait Epiphanius, *miraculum in cælis mulieris filius, qui ipse, & seculorum pater est.* Etenim prima ipsa Deū Patre fecit, post ipsam, & secula, Accedit Euseb. Emiss. homil. 1. de Natiu. Domini, *aiens; exulta mater salutis humane. Ecce Domini mei uniuerso mundo promissum prima suscipere mereris aduentum.* Quid tum! aliud sanè est longè diuersum, quo Maria prima accepit brachijs filium Dei; aliud, quòd ipsa ante omnes steterit primogenita

Sed accipite in Emisseni verborum gratiam, pulchram ab Herodoto narrationem, in Erato, & Mamertino, in Panegyrico, ad Maximianum. Aristodemus Lacedæmoniorū Rex ex Regina vxore sibi duos filios gemellos acquisiuit. At Vafra vxor lætissima natalitia turbauit, nolens Regi indicare, vter filiorum esset primò natus. Tunc Rex Senatu coactò, in re ancipite, & adeo dubia, vbi primogenitus Regni ignorabatur, quid sibi faciendum inquiri, & ecce tibi concilium auditur mirabile: constituat Rex, inquit Senatores, hominem, qui Regine tanquam aliud facturus ariet, obleruetq; diligenter, vter ab illa filiorum lactetur primus, vter primus ad oscula, ad nenas, ad mammillas adhsbeat. Is enim natura indice primogenitus designatur. Quid plura? Deus, cuius nomen Tadaï, nimirum Deus mammeus, verbum suum quod vocatur, & est, apud Clem. Alex. mamilla patris, vniuersis que protulit creaturis exugendum, cunctorum mentes hoc lacte, nectare rigauit. Hincque maxime inter omnes creaturas primogenita Maria deprehenditur, quod, vt ait Emilianus, *Verbi uniuerso mundo promissum prima suscipere meruit aduentum; prima ad patris mamillam exoratur, prima verbali illo lacte rigatur, quod luculentius adhuc ingetur Damasc. oratione prima de dormitione Deiparæ, in hæc verba. Pater prædestinauit Mariam, spiritus prærigauit, & filius domum in ea commoratus est. Ependo illud, spiritus prærigauit, & filius in ea commoratus est. Quasi Mariam specularetur vir sanctus, ante omnes creaturas, accipiat patris mamillam, & verbali, nectareque filij lacte rigari. Etenim obumbratio spiritus Mariæ in conceptu aduentantis, quædam quasi cõpressio fuit paternæ mamillæ, vt terra Mariana prima Deo rigaretur. Hinc Epiphanius stupens iupplausit: exercitus Angelorum, qui sunt scabellum pedis Christi procedentes, nec videre possunt, nec contingere; hæc vero labra labris coniungens, incomprebensum salutabat. Nec dum Angelis licebat oculos in Deum conijcere, sed his dimissis, & operis alarum*

1. Prædag. c. 6.

Damas.

Epiphan.

Lib. I. Caput Quintum.

S. VI.

alarum velo, presentis maiestatis fulgorem stupebant, & iam Maria paternæ mamillæ labris, labra infigens, mille dulcedinum exugebat Maria, & se primogenitam inter omnia creata demonstrabat, quod is non credit, qui nescierit hanc primò à Maria suscipi manillam patris, eiusque verbali totam madere lacte.

Gen. 1.

Et siquidem verum est, quod Maria prima Domini suscipere meruit aduentum, nil mirum, quod ante homines, quod ante cælum, quod ante omnes Angelos primogenitorum ornetur benedictione, & principatum; vix Deus cælum, terramque condiderat, quado terrenæ miserans ariditatis, germinet, inquit, terra herbam, & statim flores addidit, fructusque congerminauit: quib' diues, & pulchra tellus exornabatur, & adhuc cæli sordent sine stellis, adhuc sine sole frigent, cur ita? cur terrena ante cælestia condecorantur? Anast. Sinaita lib. 4. in Gen. *Ante Deus ornavit terram, quam calum, tanquam si terra ante calum ditata sit Christi mysterio, & aduentu. Propterea ante cælum ornatur, quonia ante Angelos terra, & terra geniti homines Deum per carnem vidimus, & ante cælestia exornans ille hæc inferiora ea letificauit, & illuminauit ante Cherubim, & Seraphim magi, & publicani, & latrones, & meretrices, & peccatores facie ad faciem Deum viderunt, eoque se oblectauerunt, & frusti sunt. Deinde cum sic transmiserunt videndum supernis virtutibus. Hæc ille, & pulchrè, ne amplius liceat dubitare Marianum in omnibus primatum. Etenim ubi prima Deo plena gaudet, prima Christi suscipit incarnatum, vagientem audiat, pectus adhibet, labra figet, & osculatur prima etiam ante homines, ante cælum, ante rerum omnium*

uniuersitatem creaturarum
primogenijs floret
condecorata.

(3)

Primogenium Marianum à veste speciali venamur.

SED libet huius primogenitæ gloriam in vestitu venerari: Etenim Gen. 27. non aliter Rebeca suum Iacob ad primogenium induxit subripendum, quam adhibitis Esau vestibus, hincque glossa Hiero. Lyræ, Comestor, & alij colligunt, primogenitorum esse particulares quasquam vestes, easque pretiosas, cui allonat Tiracuellus cum magna iuris prudentum hominum phalange in præfatio. de iure primogenitorum. Imò addit vestem hanc dici in quibusdam codicibus *spiritualem, quæ in sacrificijs tantè inducebant.* Igitur Maria ante creaturas vniuersas nascitur primogenita, vestitu speciali, & spiritali præfulgens decorata: cuncti homines vix nati sædam incurrimus nuditatem, haud dissimilem illi, quam post lapsum incurrerunt Protoplasti *Sed tu, o Virgo, inquit Rupertus, nuditatem libidinis non incurristi.* Etenim, vt docte, & pie meminit Cartullianus, ea ipsa gratia, quæ Virginem in utero sanctificauit, simul illi stetit quasi ignis illuminans, & exornans & penitus non admittens fontem concupiscentiæ. *Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietate, addit Psalter 44 expendo illud, ab intus, vel aliter, ab intus terra visceribus, quasi à visceribus matris exclusa concupiscentiarum nuditate præfulgeat virgo, miris aulæis ditata, pepilique induta aureis.* Audite D. Greg. Pontificem in l. 6. in primum Reg. c. 15. *In vestitu aureo virginitas predicatur. Sed omnis gloria intus, & in fimbrijs aureis, & varietate circumamicta asseritur: vt innumeris virtutibus adit. Ita integritas usque infinem deduci sentiat.* O quam pulchra candidata veste nascitur Maria, ea puritate decorata venit, qua mille intexta virtutibus fulgores iaculantibus aureos, nunquam nudabitur! Cui libenter aptabo Ambrosij verba, quibus Magdalenam Christo

Gen. 27.
Glos.
Hier.
Lyr.
Comest.
Tiraq.

Rup.
Cart. lib.
5. exercit

Greg.

Christo appropinquantem commen-
dat Ea dat ille lib. de Isaac cap 5. nimi-
rum *Suscipe igitur Iesu Euam iam nõ fi-
culneæ folys adopertam, sed sancto ami-
ctam Spiritu, & noua gratia gloriosam,
quia iam non tanquam nudata abscondi-
tur, sed tanquam circumdata vestimenti
splendore fulgentis occurrit, quia v estit
eam gratia. Verum esto, quod Marianus
amicus in natuitate hominum cæte-
rorum prodat nuditatem; quid in
his speciale Mariæ, quod non veniat
Angelis sub eodem puritatis amicu
natis.*

Pergo tamen, & Marianæ puritatis
fulgorem super Angelos radiare con-
templabitur, qui eius virgineum can-
dorem diuinæ prolis fecunditate vi-

Athan. derit purpurascere. Nunc adest, inquit
Athanaf Regina à dextris tuis in vestitu
deaurato circumamicta, & variegata, eo
quod secundum sexum femineum Regi-
na, & Domina, & Mater Dei appelle-
tur: perpendite quæso nouam, inau-
ditamque texturam aulæi virginialis
ditelcentis Regio auro, & nuncio pur-
purascens matris: ante hoc, addit

Hieron. Hiero. *uterus Virginis, licet mundus, ta-
men adhuc vilitate humilitati, induitur,
lana quidem candidissima, sed suo colore
dealbata, ad quam cum accessisset Spiri-
tus Sanctus, ut lana infecta conchylio
vertitur in purpuram, versa est & ipsa
in matrem Dei Hunc nouum, & nulli
vquam creaturarum concessum ves-
titum nigratus eli Ioannes Apocal 12.*

Apoc. 12 cum mulierem sole amictam stupet,
mulierem inquam, quæ sub an iclu So-
lis, nimirum sub honore matris, gau-
deat vigore virginis, de quo pul-
chre Lerner. *Non mulieris, ait, poten-
tia est, ut sustineat Solis amictus, sed ne-
que Angelica quidem, sublimior quedam
necessaria est. Credia crim solius Dei
elie potestatis cupientis Virginis
primogenium tanta veste ex-
tolle e supra omnium re-
rum vniuersitatem.*

(?)

S. VII.

*Maria filia primogenita Deum
belligerantem facit.*

NEC præterea illud, quod singu-
lare est omnibus primogenitis;
nempe paternam fortitudinem exci-
tare, sic Iacob factus est. *Rubem primo-
genitus meus, tu fortitudo mea; acutur
sane cuique irascibilis ob si ics tutan-
dos, & promouendos: sic cecinit ful-
gentissimus Theologus Nazianzen, Nazianz.
ad Nicobolum,*

*Vnde etiã mater furibunda concipit iras
Ob vitulos, auis ob pullos, canis obque ca-
tellos
Aspera bellagerit.*

Quàm timidi, quàm pauidi effecti
omnes! Abrahamo timentis sibi ab ho-
stibus apparuit Deus, & ait, *noli timere
Abraham, ego protector tuus sum: quasi
dicat. Eia age, aude in hostes, ne ti-
meas; condere manus, rixare. Ad hæc
Abraham, Domine Deus quid dabis mi-
hi? Ego vadam sine liberis, Grauis rixa,
durum bellum, vbi non superest &
gloriæ, & spoliatorum hæres. At vbi fi-
lius adest, quid homines non audent?
vel galina exurgit in certamen, Quis
igitur Deum maximum mundi ma-
chinæ conditorem, Paradisi satorem,
conuertit in Mauorten? quis spiritum
lenitatis ad iras traxit? Vnde, qui ad au-
ras post meridiem ambulabat, profi-
lit in arenam, classieum cecinit, se Do-
minum exercituum compellauit, ob
quam rem vexillum erexit, Duces,
cosque fortissimos creauit, milites re-
censuit. Mariæ natalis vnica militantis
Dei causa, hæc illi belligerantem fecit.
Huc spectat Rupert. omnium exerci-
tuum Israelis, omnis militis causam
referens in Mariam, sic fando, *Idcirco
tempus belli tunc erat, ut defensaretur
genus Abrahæ. ut defensaretur radix
Iessæ, donec tu Virgo nascereris lectulus
veri Salomonis, laborabat diabolus per
satellites suos, & ministros Reges Baby-
lonios,**

Ruper;

Lib. I. Cap. V.

Ionios, Reges Persios, siue Medos, Reges Aegyptios, siue Assyrios; laborabat, inquam, diabolus, ne esset, unde nasceretur haec Beata Virgo. Quapropter ubi Deus hanc sibi filiam praelegit, o quam exarsit aduersus hostium Phalanges, quos sibi conquisiuit duces Abrahamides, Dauides, Gedeones, Samsones, Zorobabelos, Machabaeos, ut inter omnes Dominus exercituum exultaret in armis, & pro filia Maria accerrime dimicaret! Proh Deus immortalis! ubi est agnus ille, quem Isaias deprecabatur, mitte nobis, ait, agnum Dominatorem Terrae? Et ecce tibi Deum orbis dominatorem, Assyriorum interfectorem, Aegyptiorum, Cananorumque exterminatorem: quid mirum? est Deo filia Virgo Maria, quae illum beligerantem facit, quae illum summa hostium iniuria, & maximo fidelium bono armat in certamen, ut vel mille praelys tantam illam defensorot.

J. VIII.

*Maria filia primogenita cicurat,
& mansuefacit Deum.*

Portò addiderim non minus propter prolem parentes etiam mansue fieri, quam armari. Hincque existimo ortum illud Hispaniae concelebratum, *casaras, y amansaras*, cum vxore mansuefactionem viro prodituram praesagiens. Etenim in eadem animi fortitudine, qua viri proli salutem causa se praelys, rixisque exagitant, ex eadem, inquam, fortitudine prouenit, ut qui antea iuuenili ardore correpti passim tumultuabant, hic illucque rixantes, omnibus furiosi, & graues, post nuptias, post familiam stabilitam, post prolem natam, protinus mansuescunt, cicurantur; omnibusque, proli consulentes, fiunt amici, & tractabiles. Vis Deum irascentem videre, ecce tibi apud Isai. 1.

Isa. c. 1. cap. Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succensa igne; regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur, sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea; &

*sicut tugurium in cucumerario; & sicut ciuitas, quae vastabitur. Proh dolor! unde sic Deus irascens placabitur? peribunt vniuersi sub ira tanta? Et quidem Bernar. perirent nisi Dominus exercituum reliquisset semen, semen, inquam, nimirum promissiones, ut ait Lerm. factas ad Abraham, Isaac, & Iacob: Christus autem seminis huius fructus esse intelligitur. Itaque cum primum Deus lumbis Abrahami deposuit semen illud Virgineum, ex quo Christus nasceretur, & iram simul cum Virgineo semine, cum purissima filia deponit, & miram mansuetudinem amplectatur. Pulcherrime Tuicenis Abbas examinat. eiusdem Itae caput decimum, ubi Deus flammam, crucemque militans introducitur *Va Assur; virga furoris mei, & baculus ipsa in manu eorum in Isai. 20. dignatio mea*. Sed vix ferream hanc virgam euaginarat, & statim sequenti capite incipit Propheta: *egredietur virga de radice Iessu, & flos de radice eius. O se Cap. 11. licem rerum mutationem* Paulò ante Deus sub saeuienti Assur furens, dicitur. Haec virga furoris, & indignationis, iam sub Iesse mansuescit, virga in melius mutata. Quid mirum? egressa est dilecta Esther Maria, & irascentis Rex iram, & virgam dimisit gaudens; & quam pulchra appositiol ait Ruper. *Supra ostendebatur ille spiritalis Assur virga furoris Domini, & in manu eius baculus indignationis eius. Ecce virga autem gratia, virga requiei Domini Maria, & in illa flos, in quo habitat; super quem requiescat omnis plenitudo diuinitatis* Quidquid irae, quidquid indignationis exiit Deo minus ingenus humanum, huic castissimae & filiae, & parenti eius acceptum referamus. Per hanc, qui saeuiebat in caelum, & in terram, mansuetus, & facilis virginea in domo requieuit, nihil amplius nisi mansuetudinem meditatatus, & humanitatem. Mirabar sapissimè ego, & apud me neciens cogitabam, cur à Deo belligerante, à Domino exercituum, à summo Tyrannorum vindicatore electus fuerit mansuetissimus, mitissimusque Moyses, ut populum captiuum redimeret, & hostiles debellare Tyrannos. Unde inter bellicos tumultus, inter arma, inter plagarum*

garum apparatus, inter excogitatas
 necesse, uariationes, submersiones, ma-
 suetissimus uir potuit placere, & in
 Principem designari? & mirum
 quod placuit Deo tunc maxime, cum
 ipse Deus flammans, & ignescens vi-
 ridis rubi insidebat in brachijs. Sed iam
 me Diuus Damascenus non sinit ad-
 mirari; etenim oratione 2. de Assump-
 tione videns Moysen ad presentiam arde-
 ntis & ubi Principem designari, ait: *per
 simulacrum quoddam, & umbram Ma-
 ria tantus Legislator & Princeps crea-
 tus est* Quid mirum si flammans Deus,
 & in certamen ardens, recorderetur
 mansuetudinis, & humanitatis ducis
 eligendi, ubi Marianum simulacrum
 astat! *Confitebor tibi Domine, quoniam
 iratus est mihi: conuersus est furor tuus, &
 consolatus est me.* Sic Isaac ceterum applau-
 debat genus humanum cap. 12. applau-
 debat, inquam, Deum tibi quondam
 iratum, iam ad mansuetudinem fuisse
 inclinatum; quasi diceret, ait Rupertus
 iuste iratus es, misericorditer autem
 conuersus est furor tuus in gratiam; vi-
 delicet quando uirga supra dicta de ra-
 dice Iesse egressa est: quando Maria
 nata; quando hanc directionum uirga
 pululauit: quando filia haec, & genetrix
 Dei apparuit, iam Deus nescit irasci,
 iam facilius, & humanus apparet. Hinc
 teneo Diuum Zenonem Elisabeth, &
 Mariam nobis in haec uerba indigitari
 tem; *illa praconem portat; haec iudicem.
 Exultate iam femina culpa deleta uete-
 ri.* Sic ille serm. 2. in Natiuitate; & mi-
 rum, quod nos iubet exultare de ue-
 nia, ubi praconem, & iudicem a Ma-
 ria, & Elisabeth praedicat asportari. Si
 iudex adierit, quomodo exultabimus?
 non enim iustificabitur in conspectu
 eius omnis uiuens. Si praeco, & iudex
 tam adlat, quid aliud deest, nisi carni-
 fex, nisi gladius? moriemur sane. Absit,
 inquit Zenon, imo & possumus exul-
 tare: adlat iudex, sed a Maria porta-
 tus; Elisabeth praconem portat, Ma-
 ria iudicem, & ab hac nihil discet iudex,
 nisi mansuetudinem, & facilitatem.
 Hinc Hugo de sancto Victore libr. 1.
 Miscel. tit. 85. *Christus in caelo ex Pa-
 tre sine matre Deus. Christus in terra
 ex matre sine patre homo; in caelo quod*

*pater, talis filius; in terra qualis mater,
 talis filius: in caelo cum Patre aeternus,
 & immensus; in terra cum matre incor-
 ruptus, & mansuetus: sic mater uirgo
 ipsi Deo mansuetudinem indicat. Sa-
 ctissimus ille Iosias Rex maxime ira-
 tum Deum praesentens 4. Reg. 22;
 misit ad Holdanem Prophetidem uxorem
 Sellon filij Thecus, ut ipsa consulere
 Dominum. Sed cur relictis uiris Pro-
 phetis, a foemina cupit audire oracu-
 lum? Respondit Nicolaus de Lyra,
 quod Iosias uoluit habere a Domino
 responsum misericordiae, & quia mu-
 lieres sunt clementiores uiris, misit ad
 consulendum Dominum per mulie-
 rem. Ita Lyra, ego autem omnes moneo
 nuerim, quicumque uelint a Deo res-
 ponsum misericordiae accipere, uel
 consulant Dominum per hanc inter-
 omnes mulieres benedictam Mariam.
 Verum pienssimam mentem a Ma-
 ria, Deo desumptam nullus melius cogi-
 gitat quam Richar. Viet. par. 2. in Can-
 cap. 23. Virgini dicens, *Carnalis in te
 Christus ubera suxit, ut per te nobis spi-
 ritus uia fluere. Et cum misericordia Des-
 sit ab aeterno, amplior cepit esse ex te po-
 re. Et cum ex te cepit initium, eius quod
 largitus per te sumpsit augmentum. In-
 te ergo creuit hac diuina misericordia,
 & ex te nobis profuxit. Ipsa prius reple-
 ta es, & ex te nobis descendit hac abun-
 dantia.**

S. IX.

*Primogenita genus hominum
 restaurat.*

Mansuetum, & facilem Deum fe-
 cit filia; quid mirum? ubi filia,
 ibi sollicitudo, ibi curae: ubi filia, & nu-
 bilis, ibi angor, ibi dotis anxietas, iactu-
 ra rei familiaris; ubi filia, & primogeni-
 ta; ibi dolor, ibi metus sibi generis habi-
 ti obliuio; ibi ruina domus. Haec mala
 filiae parentibus afferunt mundiales;
 longe aliter Maria, quae Deo summo
 parenti labitum genus restituit pristino
 decore radians, & ruiturae domui cla-
 rissimum incrementum addidit. Hoc
 D vidit,

Isai. 12.

Zeno.

Lib. I. Caput Quintum.

vidit, & stupuit Irenaeus lib. 5. cap. 19. dum ait: *adhuc Protoplasti peccatum per correctionem primogenitae emendationem accipiens.* A saeculo non est auditum tale, quod ruina domus, & splendor generis iam nigricans, per filiam, per correctionem primogenitae emendationem accipiat. Qui familiae creator? quis primogenitum institutor non sibi cauet a successione foeminarum? Etenim ubi ad foeminam venerat fulgentissimus familiae splendor elanguet, antiquum decus penitus obscuratur, quo nihil magis infitum hominum animis, nil magis familiare vniuersis rationibus: & tamen verum est, quod humana familia iam in ruina, quod nostri generis antiquus splendor penitus languidus, quod primum hominum ornamentum, & tordidum, & fadatum, per correctionem Mariae primogenitae emendationem accipit. Hilaris quidem venit, o Virgo primogenita ante omnem creaturam, quae parentum labiles imagines suicit; non est humanum abiectum erigis, obscuratum illuminas. Ut hinc a conderet Dominus domum, de ruinae Adamo coltam eripuit, Gen. 2. *Et edificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Quod expendens

Gen. 2.

Ambr.

Ambrosius bene edificauit, dixit, ubi de mulieris creatione loquebatur; quia in viro, & muliere domus videtur plena quadam esse perfectio. Porro hanc perfectionem domui generis humani daturus Deus, non est bonum, inquit, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Risit, imò irrisit hic in pius Apostata, & Augustus Caesar sapientiam Dei, quae generis humani caput foemineo ortu foedauerit: ubi, inquit, primogenita foemina domum stabiluit? ubi non obscurauit egregium sanè adiutorium generis humani satori, si primò ex illo foemina nascatur. O quae praecclare respondit euentus ruinae totius generis, huic primo foemineo natali! si ruerunt omnes in Adam per Euam, ubi adiutorium foeminae primò natae? Haecine est illa adiutrix, imò labefactrix primogenita?

Apud D. Cyril. lib. 3.

Tertul.

Os impium eleganter obstruit acumen Tertuliani lib. 2. contra Marcio-

nem, cap. 4. Etenim bonitas, ait, finxit hominem; eadem bonitas adiutorium prospexit; non est enim bonum hominem esse solum, sciebat, illi sexum Mariae profuturum. Prospexit quidem Deus adiutorium hominum generi per correctionem foeminae primogenitae, sed non per foeminam, quam impij cogitarèt, sed per Mariam sciebat illi profuturum sexum Mariae: sciebat, vel ab umbra Mariae primogenitae obscuratum genus illuminandum, familiam redintegrandam humanam, in primumque gloriam reuocandam. Propterea inquit Beatus Hieronymus. *Curte Eua ad Mariam. si tua pro matre respiciat, ipsa mortis opprobrium auferat, ipsi patri pro matre satisfaciatur: quia Eua si uir cecidit per foeminam, iam non erigitur, nisi per, foeminam.* Crediderunt post lapsum Protoplasti à natura ipsa falliditas foeminarum natiuitates; exosas omnibus venire in mundum foeminas: nullius ortum videbis enumeratum; cum & patres primogenitum filium suspirabant, eoque solo letabantur. O cassam hominum existimationem! O patrum ignorantiam! respuite, respuite primogenitos vestros, qui estis patres, etiam Abraham, Isaacum, Etenim generis humani splendor, & domus iacens non erigitur, nisi per foeminam. Vna haec primogenita Maria ruinam totius generis humani emendauit. Haec gloria luti nostri, haec primitiae naturae; haec prima natura proximè accedens ad Deum opificem omnium generationum. Magnus Athanasius ser. 3. contra Arianos necessarium ducens gratiam nostrae reparationis omnium primam debere destinari, sic inquit: *gratia illa antepreparata, designataque fuit, quam nos efficeremur; quin potius ante constructionem mundi.* Quod si quaeras, cur haec antelucanae gratiae praeparatio excogitetur? ad quid opus erat, ut prima omnium generationum inueniretur praefinita, & conuoluta reparationis gratia sic addit: *ut quamuis à serpente decepti excideremus, non tamen penitus extincti maneremus, sed habentes in nobis iam ante praeparatam redemptionem, & salutem, iterum resurgentes immortales perseueraremus; cum filius pro nobis initium uiarum creatus sit, &*

Serm. 1. si permissus est.

Athanas.

qui

qui primogenitus est filius, primogenitum se fratrem reddidisset. Nihil elegantius in presentiarum dici, excogitari potuit. Etenim videtur mihi Athanasius sibi ante oculos proposuisse id, quod passim accidere solet. Orbatur parvulis quotidie mille puerorum examina, puerorum inquam, vix a primis vnguiculis excedentiū, adhuc humi reptantiū, omni bonorum leuamine carentium: quid tunc lactentes puerulæ? quid cingues infantulæ? Sanè si expectandum illis esset, ut quis eorum adolescat ad hoc, ut ceteri subsidium habeant, omnes per disperirent fame. Vnde prospiciens orphanorum pater suis paruulis, eis prouidit fratrem primogenitum, grandævam germanam, sic ante omnes natam, ut illius cura parentum defectum vix sentiant infantes. Hæc illos lauat, nutrit, alit, educat in perfectam ætatē. Ecce quantum conducatur misellis infantibus habere fratrem, sororemve primogenitam, longè ante omnes natam, ut quæ primogenita est filia, primogenitam se reddat germanam, paruos submouendo, & sustentando. Sic eodem modo in presenti iuxta mentem Athanasij, & veritatem, Protoplastorum in defectu, heu quam miseriam sumus omnes illorum paruuli! quæ solo reptantes, bonis omnibus privati, destituti, mortis pabulum, & calamitatis famelicæ ertones, nullum diuinæ tutelæ ius habentes, perituri necessario! si post tantum casum, lamentabilem ruinam, aliquis nostrum adulturus esset, qui medereretur humanæ calamitati: desperata equidem, imo & deplorata in tanta expectatione esset omnium salus. Quapropter Deus optimus hominum procurator, à qua subleuaremur, prælegit germanam, longè ante, quam nos efficeremur, quintam ante mundi constitutionem; ut quamuis parentum subsidio orbati, bonis destituti, non penitus corrueremus, sed habentes longè ante natam germanam in vitam aleremur immortalē; & quæ initium creaturarum creata est, & primogenita est filia, primogenitam se reddidisset erga paruulos, & grandævam germanam, ut sic Protoplasti peccatum per correctionem

primogenitæ emendationem acciperet.

S. X.

Maria inter ultimos Abrahæ posteros nata, sibi, & omnibus maioribus proffit.

DVM æternam Mariæ ex mente, & decreto Dei Natiuitatem sumus contemplati, vidimus, quam utiliter ante omnem naturam primogenita enascatur. Modò iam vocamur ab eiusdem Natiuitate temporali, quæ tempore præfinito, octauo Septembris die nata est bono vniversi orbis terrarum. Iuxta quam Matthæus adest qui posteritatem Abrahami recēlens, inter ultimos constituit hanc nobilē filiam Abrahæ.

Hunc Marianum descensum speculari Ioan. Euang. Apoc. 21. *Vidi sanctam Civitatem, nouam, descendentem de celo, à Deo paratam, sicut sponsam ornata viro suo, & audiui vocem magnā de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Quid magis nouū sub Sole? quid magis insolens? illa omnium creaturarum prima, ciuitas Regis magni, prima natura proximè accedens ad Deum opificem generationum, illa, inquam, cuius fundamenta in montibus sanctis, sublimis altitudine, à tanta sublimitate à Deo ipso, à primatu creaturarum descendit, & inter ultimos Abrahæ posteros constituta, ibi eligitur ad nuptias Principis, & fundamentum diuini tabernaculi, descendentem à Deo paratam sponsam, tabernaculum Dei cum hominibus.*

Apoc. 22

Resumo iterum illud. *Descendentem à Deo paratam sponsam, & mihi statim ante oculos obuersetur Eliezer ille ex 21. Geneseos, qui longo itinere lassus viridantis cespitis planitie, umbrantisque ligni folijs delectatus, salientis fontis gurgitē obseruabat, an forsitan illius in aquis, virgo inueniretur, quæ Isaac præcordia posset deprederi. Hæc cœnulis marmurabat Eliezer, & ecce*

Gen. 21

D 2

tibi

ubi Rebeca puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro descenderat ad fontem, & impleuerat Hydriam, & reuertebatur. Reuertebatur inquam, non edeo testina; in o adeo comes, vt rogata Hezer, & Camelis aquam propinaret, ea hilaritate, comitate, sinceritate, vt vel hinc debita Isaac sponsa manserit designata. O vt nam liceret modo mihi ex Ambrosio verba suffurari, ab Ecclesiaque in Virginem detorquere! o quam ilus sum explicarem vniuersi generis humani o quam viuum salientis in vitam aquae fontem Christum proponerega! sed heu crudeliter ne phas per qua luteos gradus humani generis ad hunc fontem peruenientium erat per quot terrenos progenitores terrenarum cupiditatum macie sedatos, adolentia obsecros, virtus sordidos in diesque sordescere. ues quis purus hac lutea, & sordida descenderet? uia? equidem puella decora nimis virgoque pulcherrima descenderat ad fontem; puellula pulchra, proles aurea, omnium purior, formosiorque puellarum Maria, per omnes hos luteos gradus sordidos parentes descendit, nihil per se sua puritati detrahens, haec sola descendit, inquit. Ambrosius; haec sola agnouit fontem verum vite aeternae; ideoque habuit, quod daret sitientibus. O vos felices homines, qui fontem viuendum Christum obcratis! Etenim superato progenitorum luto, Virgo pulchra descendit ad fontem plenaque gratiarum flumine humana extinguit sitim, cunctos satiat, & in spousam eligitur Deitatis. Attamen nolo, vt miremini, quod luteos descendat Maria gradus immaculata: hoc ego maxime mirarer, & admirarer, quod luteis ex parentibus descendens Maria, sic illorum in se condecoraret vilitatem, puluerem condiret, sic lutum deauraret, vt diuinis obtutibus haud ingrata astaret. Cat. 3. Quae ista, quae ascendit per desertum, tanquam virga sumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentary. Quae Angelorum admirationem videns Rup. cum primum puluerem, & fumum audiuit, puluerulentas, & fumosas parentum Mariae imagine fuit recordat, quare puluis, & fumus in Ma-

ria ea forma adipiscetur, quae Deo gratissima aderit. Tu dicis, ait Rupert, o virgo, sum puluis sicut Abraham, sed puluis, & pigmentarius, qualem conficit Spiritus sanctus, dicit propter humilitatem, sum fumus cum David; sed et fumus ex aromatibus, ascendens ex aereo thuribulo ad os factum Dei. Nihil. Marianam Naturam offendit puluerulentus descensus per tot luteos fumo, tabeque plenos gradus; in o ab illis descendens, sic extollit Maria patres, vt qui luteus puluis, horridus, & lachrymosus fumus reputabantur, sic in Maria ascendunt, qualis puluis pretiosus mille conditus pigmentis, qualis ex aromatibus in aereo thuribulo fumus vt iue in summi Regis cubiculum exaltatur: talia sibi decora ex maiorum vilitate Maria comparauit, talis in puluerulento descensu apparuit, quod noua in metaphora explicuit Ioannes Hierosol. lib. de institutione Monachorum cap. 32. ubi per dicens illud 3. Reg. 18. Ecce nubecula parua ascendebat de Maria; sic in Beata Mariam transfert. Licet nubecula illa esset originaliter eiusdem naturae cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusque proprietatis; mare quippe pederosum est, & amarum, sed nubecula illa leuis fuit, ac dulcis. Haec ille. Venustis satis. Etenim nube. a mari nascitur, aquaeque maris naturam habet, imperfectionibus (vt dicunt) ablatis Marina exurgit nubes, sed sine pondere, sine amaritudine, dulciter fecundans, & rigans orbem terrarum: sic Maria Abrahamidis, Davidisque sata hominis filia, in qua natura hominis sine infirmitate, sine vilitate, & turpitudine insignis, elegans, pellucida apparet.

3. Re. 18.
Ioan. Hierosol.

Ambr.

Ambr. 3.

Rupert.

J. XI.

Maria terra firma, in qua primum Christiani edificij iacitur

lapis

Apparet, inquam in descensu Mariae elegans, quasi sponsa Diuino Isaaco parata, & tunc, inquit Ioannes, audiui vocem magnam dicentem. Ecce tabernacu-

Apo. 21

lud

lum Dei cum hominibus. Quasi fundamentum inuenit summus artifex in hominum genere æternum habitaculum fabricandi. Frequentissimè in sacris voluminibus Incarnatio filij Dei per ædificij maximi constructionem significatur, quo spectat illud Prou. 8. *Sapientia edificauit sibi domum;* & alia: quam paren. iam insequutus S. Cyril. lib. 5. Thesaur. cap. 8 sic explicat à verbo assumptionem humanitatis factã, ac si Regiæ cuiusdam ædificandi gratia veltunc cffectæ terræ lapis iniceretur primarius; quali ait Cyr *Lapis ex substantia patris profectus in carne nostra, quasi in terra defossus est, tunc fundatam se ipsam, ait sapientia.* Ex quo perspicue liquet, quã nobis vtilis imò & necessaria venerit Maria in hoc puluerulento descensu per tot terrenos, & luteos patres: etenim quilibet artifex, priusquã moueat lapidem ædificij, terram mouet, terraque mobili, & labili ablata in imis terræ visceribus quærit, quod firmum est, quod immobile, quod saxum, ibique constituit lapidem primarium. Sic Deus Optimus, Maximus illustrem Ecclésiæ domum ædificare habebat in optatis: lamabat quod tunc terra; clamabant sancti patres, vt iam tanti ædificij lapidem primarium, nimirum verbum diuinum terris amãdaret. Proh dolor! in vniuerso hominum genere, nil firmum, nil immobile inueniebatur, omnia erant hominibus mobilia, omnis homo labilis, imò lapsus. Quibus rec è prospectis, decreuit tandem Deus, lapidem hunc insere Davidis generi, & Abrahami. Verũ quid in his etiam non labile omnia illorum prima ex ruina commota, rimas agebant, & casum minitabantur: Instat tamẽ operi diuinus artifex præterijt generationes, aliam, & aliam, aggerat scelestorum cumulos, Babylenem transfert; mobilia omnia cõsturbat, separat, donec tandem post mille ablatas generationibus in imis apparuit saxum illud Marianum robur, terra immota, nullis concessa ruinis peccati, cuius in carne, lapis adeò profectus quasi in terra defossus est Hoc perspicuis verbis tradit Athanasius epistola ad Epictetum, sic exponens à verbo

nostræ humanitatis assumptionem. *Semen Abrahæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus assimilari, & assumere corpus, quod vobis esset simile, & ideò pro fundamento istius rei subicitur Maria.* Quid illustrius? quid clariù? etenim vt in Abrahami parte mysticum erigeretur tabernaculum, æterni nominis construeretur palatium, opus fuit in imis, & vltimis eius generationibus Mariã subici qua firmu, & stabile fundamentu rãtæ molis astaret: Ideò pro fundamento istius rei subicitur Maria. Hinc iã vos felices homines cõpella bo, iã io triuphe inclanuto post amotis terrenis generationibus, in vltimis Abrahami sctis Mariã Virgo subiecta est, firmum, solidumque fundamentum apparuit, cui inhærebit primarius lapis. Eia agite Christiani, inquit Cyril. Alex. *Præfundatur ante nos Christus, & in ipso nos omnes super ædificantur.* Sed vt præfundatur Christus, pro fundamento subicitur Maria, ne quis in cælum surgat, qui hoc Mariano fundamento non nitatur: ideò illi inest lapis Christus, de qua natus est Iesus, vt in illo posito, ceteri possimus in gloriam superædificari.

CAPVT VI.

De Beata Maria, vt prima à parentibus in templum asportatur.

Ad illud Luc. 11. *Beatus vter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti: quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, c. 6.*

ID solum simplex femina ad Mariã inã felicitatem cõgessit, quod Dei verbum purissimo conceptum alio parturiret, aleret, educaret. Verum Dominus, quasi veritus, ne simplicis femine iudicio, & æstimatione maternam mereretur gloriam, non ventre Dei verbum excipientem Mariã propo-

Ciri. Al.

Aiban.

Lib. I. Caput Sextum,

proponit solam, sed intimis illi præcordijs, totoque animo prædicat in-
huentem; ut sic illustiora matris faci-
nora clarescant, & orbem irradiant.
Diceretur fortasse Christus ab hæreti-
cis fastidisse matrem, dum puerperij
obsequia quasi præteriens, id solum
collaudat, quod verbum Dei audia-
tur, custodiarur. Sed absit, inquit san-
ctus Iustinus quæst. 136. ad Orthod.

Iustin.

*non ita loquutus est, quasi matrem priua-
ret honore debito: sed ostendit, qua mater-
nitate beator disci debeat Virgo: nam
Dei sermonem audire, & exequi virtus
est, animeque pura, que tota ad Deum
spectet; & quia non quamlibet feminam
elegit Deus, sed omnium feminarum vir-
tutibus excellentissimam: propterea Chri-
stus volebat ob hanc virtutem prædicari ma-
trem suam, per quam virtutem illa assequu-
ta fuisset, ut Virgo mater fieret. Est igitur
in Maria ante tumentia vbera, ante
partu, quod maxime extollamus.*

Nimirum vix tertium attingit annu,
& a parentibus templi seruitio obla-
ta, sese ita verbo Dei tradidit, ut om-
nia obliuisceretur humana. In templi
aditis occulta, ab Angelis alcatur, à
Deoque ipso in matrem præparaba-
tur, eius virtutes, & excellentias Sacer-
dotibus murantibus, & obtupentibus.

J. I.

*Maria trimula in templi seruiens
aditis, se ipsam aliquo modo excessit,
dum apud Bethlehem obsequen-
ta est diuina infanti, illum-
que lactauit.*

Tren. 3.

GEstit modo animus illud concine-
re, quod præteritis sæculis lu-
gens hinc. Tren. 3. est lamentatus;
bonum est viro, qui portauerit iugum ab
adolescencia sua: Hebraicè habes; à
pueritjs sedebit solitarius, & tacebit,
quia leuauit se supra se. Quibus verbis
exagitat Nauarrete illud portauerit iu-
gum, inibi recognoscens non extor-

Nauar.

tam, sed spontaneam quamlibet sub-
iectionem, qua quis libens, & proprio
motu se iugo submittit. Is autem qui
à pueritjs spòte sua, & motu proprio
currit ad iugum, equidem leuauit se su-
pra se, sic in sublime euolauit, ut se ip-
sum, quantumuis maximum, excelle-
rit. Pone virum virtutibus excellentē,
nouisque indices facinoribus, & clares-
centem, & in summam se magnitudi-
nem extollentem: is si à pueritjs libens
Dei obsequio se tradidit, iam ex tunc
leuauit se supra se; nec tanta illi adue-
nit magnitudo, quam illam pretij ser-
uitute non excederit. Hinc apprimè
claret puerulæ Mariæ præcellētia, quæ
(aut sanct. Germanus) valde lætans, &
exultans ibat in tēplū Dei, tanquam in
thalamum, cum ætatis tertium ageret
annum, vixque templi primum gra-
dum parentes attigerant,

*Cum ipsa retrahens prompta sinuata mi-
nistra.*

Mantu.
lib. 1.

*Brachia debilibus plantis, animoque vi-
gorem*

Parth.

*Adidit: & supra etatem fiducia creuit.
Protulit audaces sublata Cyclade pas-
sus,*

*In sublime volans Virgo, turbamque re-
linquens.*

Quid magis præcox, & spontaneum
quid in infantulæ Mariæ pueritjs ma-
gis illi voluntarium, quam obsequium
illud, quo sese templi Domino libens
tradidit seruituræ: quidem ex tunc le-
uauit se supra se Maria posteriorem
quantumuis magnitudinem longe su-
perans.

Sed cum hæc dicam, ne audax ali-
cui videar, accipite Aug. sic Mariana in
diuino puerperio obsequia componē-
tem cum is, quæ prælium Ioseph ab
Arimath in Donnica sepultura. Ego
disco non minorem Iosephi officium fuisse,
quam Mariæ, siquidem illa ex tero Do-
minum, hic corde concepit; illa Satorum
membrorum suorum secretum præstitit;
hic secretum sui cordis non negauit; illa
Dominum pannis inuoluit, cum natus
est; hic lintes cum recessit; illa perunxit
beatum corpus oleo; hic aromatibus bono-
rauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, con-
uenit

August.
ser. 133

uenit & affectus; inde necessarium est etiam meritum conuenire, nisi quod Mariam ad obsequium Angelus admonuit: Ioseph autem iustitia persuasit. Nil dulcius, nil elegantius dici, excogitari uel potuit; expendo namque illud. Nisi quod Mariam ad obsequium Angelus admonuit, Ioseph autem iustitia persuasit; ubi nimirum Aug. Mariana obsequia erga Christum a quo modo uinci, & superari à Ioseph, quia Mariam innati obsequium traxit Angelus, Ioseph autem ipse a se, sibi que uisita sanctitate, in pietissimum officium excolauit. Ergo iuxta Aug. mentem, Mariam non cen. Ioseph, sed cum Maria componamus: Mariam, inquam, trinam libenter, & sponte inhabitantis sanctitatis, & iustitiae proprio motu templi Domino adherentem, famulantem cum Maria apud Bethlem pueritij interueniente diuini, quippe hæc Deo inseruit; & illa Deo; hæc Deo præbet uerba illa mentem. Conueniunt sibi obsequia, conuenit & affectus, inde necessarium est etiam meritum conuenire, nisi quod Mariam in Bethlem ad obsequium Angelus admonuit, Mariam in templo persuasit iustitia. Ut uel hinc constet, quam hæc uirguncula à pueritij dicata templo, se supra se quodammodo leuauit.

Bas. Sel. Huc dixerim spectasse illud à Basilio Seleuciæ Episcopo excogitatum. Etenim oratione de uerbi incarnat. nobis apud Bethlem Mariam proponit, sic de exhibendis officijs puero nato addubitantem? *Quid a gredias? tene lacte nutriam an uerò ut Deum colam? tibi ne maternum præstabo obsequium, an sicut ancilla cultum adorationis impendam? Tene ut filium amplexu meo fouebo, antequam Deum supplex inuocabo? tibi ne lac porrigam, an offeram thimiam?* Ecce tibi omnia à Virgine in templo exhibita officia, composita cū ijs, quæ exhibenda erant recenti nato. Hinc diuinus cultus, humilis seruitus, supplex adoratio, iustus thimiamatis, quæ omnia præstita sunt à Maria templum inhabitante, illuc puerulus recens natus, egens matris curis, inhians lacti; & hæc inter Virgo media anceps, nesciens, an puellæ templo excubantis mu-

neri, an parturientis Virginis prior satisfaciatur, adeo magna, adeo sublimia fuerat Virginis in templo officia, a quibus cessare extimesceret, etiam ut tanti pueri matrem ageret. Rem totam conficit luculentissime Aug. de sancta uirginitate cap. 4. ubi Marianæ uirginitatis præcellentiam extollit, quod non illi præcepta fuerit, sed ab ipsa suapte oblata. *Ipsa quoque uirginitas Maria gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Christus uero uolaturus, quam cõseruaret, ipse præripuit, sed priusquam cõsperetur, iam Deo dicatam, & de qua nasceretur, elegit.* Vide modo, quam maturauit Maria suam sacrare uirginitatem, non eam uero uolaturus Christus præripuit, non Angelus, sed ante monentem Angelum, ante præcipientem Christum se ipsa sacrauerat. Memini Chrysologi extollentis celeritatem aduentantis ad Mariam desponsatam Angeli, inquit enim serm. 140. *Peruolat ad sponsam festinus interpret ut à Dei sponsa humane desponsationis arceat, & suspendat affectum.* Verum Mariæ tardior fuit hæc Angeli festinatio, multo ante Angelum desponsationis humane affectum ipsa à se arceat, dū in templo suam uirginitatem sacrauit; & inde gratior extitit, ac beatorum quia super Angelum, imò se super se leuauit. Vnde pulchre Damasc. ait: *O sanctissima, quæ principatus, & potestates fefellisti, immaculata conseruata in Desponsam.* Etenim excubabant Angeli Marianam uirginitatem, hæc que cum uident in potestate uiri, peruolat Gabriel festinus, ut affectum terrenæ desponsationis arceret à Virgine. Verum serus nimis peruenit, & tardus, si quidem supra Angelos, & supra se uirginitas Mariæ se leuauerat.

August.

Chrysol.

Damasc.

S. III.

Maria trima in templo sororis Domini munus adimpleuit.

SOROR nostra paruula est, & uerba Cant. s. non habet, quid faciemus sorori nostre? Ait Dominus Cant. s. quibus perspicuum est, non totam Mariæ gloriã,

Lib. I. Caput Sextum,

& iocunditate in manibus, & visceribus celo plenis sit. n. c. de, ut illa implex n. uer. p. r. c. e. a. u. t. In o. e. f. a. t. a, & t. i. e. v. b. e. r. i. b. u. s. a. d. e. i. u. m. e. x. e. l. b. a. n. s. t. a. b. e. r. a. c. u. l. i. u. m. t. e. r. c. a. t. e. r. a. s. p. r. e. c. i. a. s. e. c. c. u. l. o. s. t. b. i. r. a. p. u. i. t. n. n. i. P. a. t. r. i. s. i. l. l. a. n. q. u. e. v. n. i. u. s. D. e. i. f. i. l. i. u. s. i. n. t. o. i. o. r. e. m. c. o. e. p. t. a. u. i. t. & c. u. r. n. o. t. s. o. r. o. r. v. n. i. c. i. f. i. l. i. D. e. i. q. u. a. r. e. l. i. c. i. s. t. e. r. r. e. n. i. s. c. a. l. e. s. t. e. m. e. u. o. l. a. u. i. t. a. d. P. a. t. r. e. m. S. G. r. e. g. o. r. N. i. s. s. e. n. u. s. h. o. m. i. l. 4. in Cantica, sic tororis diuinæ murus, & dignitatem examinat: *sicut rosa inter spinas, sic soror n. e. s. t. r. a. i. n. t. e. r. f. i. l. i. a. s. n. e. n. a. m. p. l. i. u. s. p. r. o. x. i. m. a. s. e. d. s. o. r. o. r. . P. e. s. t. q. u. e. m. e. r. g. o. f. a. c. t. a. e. s. t. f. i. l. i. u. s. n. e. e. a. s. p. i. n. o. s. i. s. l. o. s. a. s. i. t. t. e. t. a. t. i. o. n. i. b. u. s. q. u. o. m. i. n. u. s. l. i. l. i. u. m. e. s. s. e. t. d. b. i. t. a. p. o. p. u. l. i. & d. o. m. u. s. p. a. t. r. i. s. & m. a. t. r. i. s. s. u. a. i. s. p. e. x. i. t. a. d. v. e. r. u. m. p. a. t. r. e. m. & i. t. a. v. o. c. a. t. u. r. s. o. r. o. r. D. o. m. i. n. i. .* P. o. t. i. o. v. i. x. M. a. r. i. a. n. u. s. f. l. o. s. e. r. u. p. e. r. a. t. v. i. x. e. g. e. r. m. i. n. e. e. x. c. e. s. s. e. r. a. t. & i. n. t. e. r. p. u. e. l. l. a. r. u. m. e. x. a. m. i. n. a. a. p. u. d. t. e. m. p. l. u. m. e. d. u. c. a. t. a. e. m. i. t. u. s. i. p. s. a. v. n. i. g. e. n. i. u. f. i. l. i. D. e. i. t. o. r. o. r. i. s. p. r. a. b. e. t. s. p. e. c. i. m. e. p. e. n. i. t. u. s. f. l. o. r. i. d. a. n. i. l. q. u. e. d. l. a. c. i. a. t. h. a. b. e. n. s. p. r. i. m. o. i. n. t. e. p. l. i. g. r. a. d. u. d. u. s. i. s. t. i. t. u. r. t. e. r. r. e. n. o. r. u. o. m. n. i. u. p. a. t. e. r. u. e. i. a. e. b. l. i. t. a. a. s. p. e. x. i. t. a. d. v. e. r. u. m. p. a. t. r. e. m. a. d. q. u. e. m. o. c. y. o. r. v. o. l. a. u. i. t. & i. t. a. v. o. c. a. t. u. r. s. o. r. o. r. D. o. m. i. n. i. .

Nissen.

Solemne apud antiquos, nuperolque Theologos agitur quæstio: cur tertia in Trinitate persona, nimirum Spiritus sanctus non generetur, ut filius Dei, & frater Verbi: cur, inquam, diuini processio non sit germana filij generatio? quam quæstionem clare, & ingeniose enodat Alensis, & Maior sequenti Richardum de sancto Victore 6. de Trinitate. cap. 18. 19. 20. & 21. hic namque cap. 19. Filij, & Spiritus sancti similitudinem trutinans, sic quærit: cur ergo eadem affinitas germanitatis utrobique non adscribitur alteruterius? sed & ipse rationem perspicuam excogitat, quam in re adeo ancipiti potleris legauit; nimirum, quia paternæ naturæ proprium est, aliam a se personam diuinam gignere, cui naturali proprietati Patris perfectè similis Filius fecundus nascitur ad productionem Spiritus sancti. Verum Spiritus sanctus habet, nec alicui personæ diuinæ dat: & inde in illo non adscribitur affinitas germanitatis cum Filio. Ergo hanc germanitatis affinitatem

Alen.
Masor
Richard.

ad Verbū, quā Spiritus sanctus non habet, puerula hæc Maria habet: ita ut possit vocari soror Domini, atq; germana: soror inquam, & germana Verbi: sed si mihi parēns, & mulatrix, ut ab illo recipiat facultatē, quæ diuinā personā generet, & pariat. Id videtur attingit Angelus apud Lucam cap. 2. illis verbis *Virtus altissima obumbrabit tibi*, quæ explicatus Magnus Athanasius reddit, *virtus altissima adumbrabit tibi*: expende illud *causam* trahit; nimirum imaginabile, & c. uasi sub umbram, & magistrum, ut sit velut imago Patris parturientis diuinam prolem, Verbiq; sic germana. Stenem Saray vocauit Deus Sara, cui vox Augustino sonat virtutem: cui accini D. Paulus dicens, *Fide & Sara virtutem accepit. Quam virtutem*: Liptonianus ait uisse virtutē generandi Deum aliquando de semine suo in Christo de Beata Virgine nascitur. Quis hic non videat clare verba Angeli, nimirum, *virtus altissima obumbrabit tibi*? quasi dicat, tibi, o Virgo, paterna virtus, & efficacia Deū generandi in erit: virtutem habes, quā altera Patris imago generes Deum: illa uenis, quæ uirtute accepta Deū producas, sitque diuini Verbi felicissima soror, ac germana, ut stupeat Basilus Maria n. sanctam, *quæ dignitati uirginitis uniretur*, sitque in utroque Maria, & Verbo eadem affinitas germanitatis.

Luc. 2.

Athan.

Lib. 6 de
Citate
c. 28.

Ad Hebræ. 10.

Lip.

De uirginitate
Christi
generatio.

J. III.

*Pueri Euangelici formam adepti
est Maria in templo.*

Solemne in sacrapagina iustos homines puerorum nomine inuignit: nec uacat tritum hunc morē in examen uocare. In eius ratione inuestiganda multus est Clemens Alex. lib. 1. pedag. cap. 9 a quo illa præcipue excogitatur. Nos, inquit, *pullos uocat, quia ab improbitate mirime domiti sumus, sed iunius simplices ad ipsum solum patrem exilimus*: & quidem nil magis cuiuscumque animantis pullis inueni.

Clem.
Alex.

Eccc

Ecce tibi pullus media recumbens in arena, videat licet venientes aliorum turmas, frequentes saltus, non mouetur: at si à longe dulcem odoretur parentem, ò quam ocyor saltit, nitit, & cæteris prætermisissis, vni parenti felinus, & felinus occurrit! Is est omnibus pueris parètum insitus amor, quo prætermittunt, in o despiciunt aliud. *Iure ergo (pergit Clemens) sunt puera, qui Deum solum Patrem nouerunt. Hæc itaque hæc Vocem annuntiauit rerum, ac negotiorum subens curam abycere, & suadens solum Patrem attendere puellas imitantes.* Quibus crediderim vna puella Maria, cum templo adfuit, perfectè similis exiit: etenim sola Maria graue filiorum Adam iugum id. ò no exculsit, quia nunquam subit, prius à naturæ vitij indomita, oblata Deo, cum primum diuini Patris odorata est limen, vt recte Mantuanus:

Mant

*Protulit audaces sublati Cyclade passus,
In sublime volans Virgo, turbamque relinquens.*

Mundi alia omnia præteriens, carnales parentes obliuiscens, ad Dominum solum Patrem exiit, rerum, neque rerum curam abiciens, vni cæcæ parenti sese charissimæ puella dedit.

In c. 19. Matth.

Accidit prioris Mariæ, quod Beatus Gregorius Nazianz cunctis virginibus exoptabat. Et tunc docens sanctus vt puellas splendens generis pulchritudinis, opum principatus, & rerum obliuiscer, in vniuersum Deum sursum euolare, hoc vtitur argumento, & eleganti *Videtur in his aquarum fluxibus, qui plumbeis canalibus inclusi continentur, quod quoniam nimium comprimuntur, atque conglobatae voluuntur, adeò plerumque aque naturam excedunt, vt quo retrò protuduntur, semper sursum ferantur. consimili modo, si amorem sibi inxeris, totaque Deo cõiuncta fueris, sursum tendes; nusquam huic prolaberis, nec distruetur in Christi manibus, quousque Christum quousque sponsum videas.* Sic compressi fontes exurgunt, & qui naturali motu liquere, humique distendi nouerunt, conclusi plumbeis canalibus, strictique

vndequaque sublimia in astra conuertuntur. Sic Maria cõclusa templo, adeò amorem intrinxit, vt Deum anhelans vnum, non huic prolabatur, sed in sublime volans Virgo turbam relinquit, & paruulus fons à terra in Solem conuersus est, soli Deo parenti summo adhaerens.

Esber. 11.

Ex his vides; quo sale Marianus amor in Deum vocetur in Canticis *signatus fons*, videlicet non quomodo cunque signatus, sed vt signari, & concludi labentes solent fontes, vt fursum erumpant, & in alta profiliant limpido. Isimo gurgite, & idcirco ait Nissenus; *Encomium hoc virtutem sponse summam tribuere videtur. quod videlicet ipsius cogitatio ab hostibus non attrahat, maneat, & pura, & casta, vitis intacta sponso seruetur suo in quem vnũ constricta sponte profiliat; & maneat tota Christi.* Nò iam miremur paruulum hunc fontem Marianum à fontium omnium natura desciscere, dum pernici cursu ascendit, & extollitur in sublime, siquidem eius omnes affectus conglobati, compressique in vnum contignuntur, concluduntur, vt sursum tendant, & erumpant, fons signatus est Maria, nihil, si ascendat, mirum. *Audistis, ait Gilbertus in Genesi, quod fons ascendebat, & irrigabat totam faciem terræ, quis dabit hortulo meo hanc aquam, & arcolis meis hunc fontem signatū? & cur signatum requirit? nimirum quia ascendentem exoptabat.* Nec est fons, qui ascendat, nisi quia signatus, & conclusus. Signatur, concluditur, intrinquiturque Marianus amoris fons in templo. O qualis ascendit! ò quam profiliuit in vitam! Hinc Georgius Nicodemensis Archiep. templum hortatur, vt Mariam excipiat, *hanc intruductam, t. inquam sponsam hortum conclusum, fontem reuera signatum, ex quo manat flueta purissima; quippe omni experta limo, pura profiliunt vni sponso seruata suo.*

Nissen.

Ser 35. apud. Pag. 154.

Georg. Nicom.

Maria sese Virginem Deo in templo exhibuit, primamque inventricem Virginitatis.

VIDIMVS parvulum Marianū fontem, huncque signatum, conclusumque templo, in Deum ascendere. Sed modo auct animus scire, qua machina, quo artificio fons humilis in Solem proflicuit? Pro quo stat Anselm. de excellentia Virg. c. 4. sic aiens. *Virgo tenera, & delictata Regis stirpe progenita & speciosissima, totum amorē suum, totum studium suum ad hoc intendit, ut corpus, & animam suam Deo virginitate perpetuā consecraret.* Ecce machinam, ecce artificium ab vna puella Maria inuentum, & excogitatum, ut se totam Deo dicaret, nimirum perpetuam animi, corporisque virginitatē. Ceteræ puellæ ad ostium tabernaculi excubabant, donec animo, & ætate nobiles sub vni potestate humiliabantur, ut matres fierent: hæc vna Maria inuenit modum, quo virginitatem æternaret, & totum amorem suum indivisum Sponso exhiberet immortalī. Vbi le-

Ans.

Bernar. *geras, Beata Virgo de virginibus, quia cātāt canticum nouum, quod nemo alius cātāre potest, & sequuntur agnum quocūque ierit? Vbi legeras, laudatos esse qui se castrauerunt propter regnum Dei? Vbi legeras, in carne enim ambulamus*
1. Cor. 10 *non secundum carnem militamus? & qui matrimonio iungit virginē suā bene facit, & qui non iungit melius facit? Vbi audieras, volo vos omnes esse, sicut & me*
1. Cor. 7. *ipsum, & bonum est homini, si permoneat secundum meum consilium? Christi ergo deuotes te exhibere virginem, & nesciuit, quod ipsi exhibere te oportet etiam matrē. Huc vsque Bern. hom. 3. de Beata Virg. qui solus omnium insipidos reddidit tales, egregiē namque meditat, Mariam s. Virginem exhibentem, & in hoc Verbi diuini ortus dedicantem quod ante Bern. cælitēs ipsi stupuerāt, dum aiunt; quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi? Bina sese obijciūt miracula; vna puella desertū*

virginitatis calcans, quia meditando, miram virtuti accelsionem facit, miro modo se exalrat, sicut virgula fumi apparet. Quid ne puella a Libano puritatis ascendens, & virginea sub nuce cādens, & fumigat, & fumos excitat.

Sed videamus iam vilionem hanc, & reuocare, in memoriam rubun. illū flāmantem in quo virgineum partum adumbrari nemo ambigit. Sic enim ait Nissenus *Virgo parit lumen, & non corrumpitur,* Rubus in deserto ardens *Nissen;* Maria Virgo est, dum increatam parturū flammam Huius ergo flammantis parus dedicationem Angeli modō in deserto mirantur, Et in deserto virginum statu ingiet a Mariani uero se pudori æternum tacrans, fun. igat iam, quasi flammanti puerperio parata.

O qualem mihi suporem iniecerūt bina diuinæ iustitiæ facinora! Alterum est, cum video vnius peccati reos tot Angelicos spiritus ab æterna felicitate deturbatos. Alterum vniuersum mundum ostendit gementē sub aquis Cur adeo in Angelis seuerus iudex, & cur in hominum tam durus communitatem? De Angelis quaerit Alcuinus in Gen. quæst. 4. *Cur summi Angeli peccatum insanabile fuit, & hominis sanabile? Alcuif. let Angelus sui sceleris inuentor fuit; homo verò alterius fraude seductus.* Huc Theodor³ accinit Theodoretus expendens humani generis submerfionem, profectā penē ex simili causa. *Quod cum ita hominis cogitatio intenta esset ad malum omni tempore, Gen. 6. vbi Theod. non simpliciter peccatum, sed cura, & studio quæsitam iniquitatem reprehendit eorum, qui subseruire faciunt affectionibus rationem, ut etiam excogitent alias nequitie ideas.* Ecce vobis nouorum scelerum inuentores nouo, & multato modo multatos.

Accipite etiam quid præmij lucrētur nouarum virtutum patratores; tanē hinc Christus Domin⁹ videtur Tertulliano lib. 3. in Mar. fidem omnem Antichristi præripuisse virtutibus, quia ipse prior documentum adinuenit illarū, aut quale est, inquit, si inde se voluit probari, & intelligi, & recipi; ex virtutib⁹ dico, unde ceteros æquē noluit sed quia prior eis venit, & prior virtutum

Tert.

nam documenta signavit; idcirco fidem occupavit, postea quibusque praecepit, expendo illud, prior virtutum documenta signavit: Etenim facile est inuenis addere, sed qui prius inuenit nequit gloria frustrari.

Ne miremini, si nouae virtutis inuentricem Mariam, nouo, & inaudito modo videatis exornatam, additi sunt statim flammis sui sceleris inuentiones, lumini increato praeios excitat fumos inuentrix virginitatis. Ex templo a Deo exulant, qui nouas peccandi Ideas excogitarunt: in templo paratur Deo habitaculum. sic in deserto Virginum Maria inuenitur, sicut virgula fumi iam iam paritura lumen immortale.

Linum fumigans non extinguet, dixit de Deo Isaias, nescio quo prouerbij sapore. Sed, quid linum? non lucerna, ut vult Syrus apud Matth. Sed ellychnium ex lino, tuncque pulchre hic locus accinit eiusdem Vates cap. 62. vbi

Isai. 62. petit, quod Saluator tanquam lampas accendatur. Potro ut lampas accendatur prius linum apratur lumini. Ecce modo linum iam fumigans in templo, nimirum Maria virginitate candens, illuminatione orbem lumini preparata, etiam non flammatur, tamen fumigat, ut sic in summo Dei templo Virginez lampadis iuxta Georg. Nicodemitemem. *Lucidam orbis intueatur nebulam, & radium eius fiat particeps, ut in eam videat sedentem fontem luminis, & virginea colucentem in lampade.*

Georg. Nicod.

S. V.

*Prudens Virgo stetit in templo
Maria.*

QUID Virgo in templo Dei? quid Virgo etiam cum flammante lampada? opus est & Virgini prudentia, qua oleum provideat lampadi: sic quinque illae prudentes virgines accensis lampadibus sumpturunt oleum, cuius defectum aeterno prosequuntur luto quibusque aliae: est quod hoc loco oleum? Chrysol. oleum hic vocat charitatem & elemosynam, & quodcumque est

In Cant.

ca indigentes auxilium hoc, sanè sine elemosynae oleo, frustra Christiani huius seculi mare vrinantur, ut vellēt rubentia Christi coralia; sine hoc oleo nemo virginum portum attingit salutarem. Hoc sibi oleum Virgo prudentissima prouidens templum ingressa, ut ait sancta Brigita reuel. lib. 1. cap. 10. *sic bona, facultatesque contempnit, ut quid quid in bonis haberet, in egenos propense conferre gauderet.* Vnde Georgius Nicodemensis sic templo Virginem excipienti gratulatur. *Accipe oleam frugiferam, per quam scaturit oleum exhilarans, & pinguefecit creaturam.* Imò crediderim hanc Mariam misericordiam notatam fuisse à Damasceno, cum oratione prima de Natiuitate; *Maria inuenit gratiae abyssum, quae duplicis virginitatis nauem in columnam seruauerat.* Ut ratein moueas, seu carinam, non altum maris æquor opus est, sufficit fluuius mediocris, vel lacus, at si ingentem nauem feras, vastus iunus, alimusque tranans est aquarum abissus. Quid plura! virginitas corporis, & animi; non rates, non carina, sed nauis maxima per similis, quae ut in columnas portum attingant, non qualiscumque virtutis gratiam; sed immensum propè abyssum pelagus praequirunt, aut vbi vastum hoc, & immensum pelagus, quod virginitatis naues sustineat inueniendum?

Brigita

Dami

Inducitur à Chrysolomo homilia Chrysol. de Annuntiat. Gabriel Angelus dicitur. *Apud Lybitans, qualiter paruis Virginitatis alius immensitatem Dei capere potest, tunc sic. Quomodo, inquit, Dominus me tabernaculum Abrahæ potuit continere? quoniam, inquit, Angelus hospitalitatis pelagus habebat.* Expendo illud hospitalitatis pelagus; quippe vbi hospitalitas, vbi in pauperes charitas, ibi pelagus, ibi abissus, qui Deum, & Deiferam virginitatem sustineat. Hoc pelagus inuenit Maria, quod virginitatis duplicem nauem seruauit; de qua Ambrosius libro 2. de virginibus, sic fatetur; *Virgo humilis corde, animi prudens, non in incerto diuitiarum, sed in praece pauperum sperare reprens.* Sic virginea nauis abyssum misericordiae tranans huius spei anchora firma absque naufragio, salutis portum attingit, & Virgo prudens accepto

Ambrosius

Lib. I. Caput Sextum

Dam.

cepto oleo ardenti lampadi diuino Sponso attingit. Deinde, ut cum Damasceno, finiam, in domo Dei plantata, & impinguata Spiritu, velut oliua fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est, ab omni carnali concupiscentia procul mentem sequestrans, & sic virginem animam cum corpore conseruans. Vbi expedit quod prius oliua steterit fructifera, oleo misericordiae abundans, quo exundare duplicem virginis nauem conseruat, quot enim immisericordes videris, tot miseré naufragos enumera.

S. VI.

Maria in templo educata facili negotio, quidquid gloriae, & splendoris habebat templum: sibi acquisiuit.

Psal. 67.
Aug.
Hier.
Hila.
Paulin.
Amb.
In Psal.
118. ser-
mon. 14.
Mant.

CVM inter sacra Mariam trimam contemtor, Regium Vatem recordor, qui ita concinit Psalm. 67. Si dormiatis inter medios clericos, erunt penna columbae de argentatae, & posteriora in pallore auri. Quibus verbis explicatis operam nauarunt August. Hiero. Hilarius, Paulinus, Ambrosius. Hi omnes per illud inter medios clericos, intelligunt duo testamenta, quorum lectioni qui accubat, miras accelsiones virtutis indices faciet. Etenim si dormiatis inter medios clericos, ait Ambros. si operam, curamque nauetis sacrae euoluendae paginae, etsi dormias exurgens tamen penna tua, nullo negotio prospicies, nullo sudore, laboreque distaberis. Porro Virgo Maria in templo, ait Mantuanus.

*Affiduis veterum studys oracula diuum
Peruigilique legens cura, Mosemque,
piumque
Esaiam, maestisque virum, qui versibus
orbem,
Plorat;
Carmina dicebat, sancta poemata legis
Qui tretus olim fidibus cantabat ad
aras.*

His accubabat humilis Virguncula;

haec inter sacra volumina dormiebat, & huic vacans lectioni secula. Opia puella, etsi dormias, exurgens penna tua! Tibi unquam iterum oburgere non mirabor. Maxime Thimotheum illum egregium ducem apud Plutarchum, inuidia hominum exagitat. Cui dormienti retiaque manu expandenti sese vrbes, & regna dare, vltro, & sponte reti illi offerre depingebat. Et quod alij inertiae, ipse postmodum suae tribuit dexteritati: quae vel dormiens spontanea, & voluntaria regna traheret. Sic tria puella in sacris educata, omnium labores superauit, ut vel dormiens mundalia, & aeterna regna ad se traxerit; ut quiescenti, & ab omni sudore immuni, illi suo pte, vltroque omnia gloriosa, & excelsa obuenerent. Etenim ut templi antistites Mariam receperunt, statim viderunt (verba sunt Georgij Nicom.) gloriae sua sponte ad eam currere; se autem ea mases priuari animadvertent. Non equidem Marianus puluis, non sudor, & labor maximus, improbusque rapuit coelestia regna, rapuit gloriam; sed illi templo ingredienti gloria ipsa obuiauit; sua sponte gloriosum Dei, & hominum ad illam cucurrit, quidquid gloriae, & excellentiae templo veteri patribus adfuit vltro & spontaneo ad Mariam transiit. Transiit, inquam, gloria templi ad Mariam sine cruenti stadii puluere, non sine contemplationis sonnij merito.

Georg.
Nicom.

S. VII.

Virgo in templo optimam excubatricem egit, ubi, quam sit inuigilandum castis.

NEmini dubium est, quin apud templum Hierosolymitanum inuenirentur virgines, quae excubabant ad ostium tabernaculi. Sic habetur Exod. 38. ubi excubabant, latinis sonat vigilias militares, quae fauent amicis, & inimicorum iniurias praecauent. Porro nihil in Virgine vendibilus apparet, quam

quam vigilare, excubare. Væ castitati, quæ ad horam dormitat! Chrysoft. in 1. ad Popul. Quid Salomone beatus, sed quia dormitavit, cecidit. Nil milie vigilæ profuerunt Salomonis castitati, ubi semel accessit dormitatio. Hinc laetitia illa Ægyptia Iosephi pudorem hoc uno telo petebat, nimirum Dormi mecum. Id quod expendit Nissen. Illa dicebat; dormi mecum, adolescenti autem contra proclamabat temperantia, vigila mecum, & te ipsa ostendis vigilantiam, non enim blanditijs cadens dormitavit robur constantiæ, non suis mens sopit. Incantationibus non fuit somno oppr. Ita temperantia sobrietas. Iosepho casto, calor in uero Maria excubabat ad ollam tabernaculi, & qualis excubabat? Ait Epiphanius. Virgo plurimum nominum, & multocula effecta est. Verè multocula, quæ insular Argos mille apertis oculis, & sibi, & universo hominum generi, & faciem castitatis prætulit, & hostes cauit. Sic Maria excubatrix in templo accinit Nicomedensis antistes Georgius. Faciem, tanquam signum aliquod, tolle sublimem, & ad te dirige orbem terræ. Solemnissimum namque est apud milites, sublata face ardenti, imo fumanti, ab speculatoribus signum dari, quo vel fugiatur hostis, vel milites conuolent in certamen. Ea æge nobilis excubatrix Maria, ab alta templi arce, virginitatis faciem sustolle, tanquam militare signum, quo docemur qualiter vigilare, qui timendus hostis, quo nobis conueniendum, quo pugnandum. Trojanorum, Græcorumq; in incertamine, à Palladis templi alto excubabat Helena pestis illa castitatis: cum autem, ait Casp. Græci armis diffidentes, ad prodicionem conuersi discursum ex composito simulassent, Helena ex arce, accensa face ad occupandam urbem Græcos reuocauit. Exspue modo turpes Helenæ tædæ quæ nihil nisi excidium, & regnorum ruinas pariunt; & ecce Virgo pulcherrima, sublimi à templi arce vigilans, faciem prætulit hominibus iam iam petituris, qua in caelestem ciuitatem, hereditatemque auiam reuocamur. Sed scire aues, quæ sit illa fax à Maria in templo sublata, quæ in caelestem viam re-

uocat orbem terrarum? Haec est ipsissima sanctissima Virginis vigilia, quæ diuinis plena munonibus nil omnino ipsa excubabat ad ollam tabernaculi, docens nemini caelestem potere aditum per somnum, sed per vigilias quotidianas. Et quidem Matth. 25. virgines illæ & prudentes, & fatigæ dormitauerunt omnes, & dormierunt, verum media nocte, quo omnes excitarentur, clamor factus est, ecce sponsus venit. Sed cur in tempella nocte prudentissime virgines excitantur? Præclare D. Leo ser. 2 de Epiphaniis. Numquam dormientibus prouenit regnum caelorum, sed in mandatis Dei vigilantibus. ut si dona illius hereditatem non fecerimus, per eam qua deditur, reamur accipere que promissit. Sic ille:

Matth. 21.

S. VIII.
 Mariana virtutes in templo creuerunt, ubi, quam ueliter, in templo frequententur.

STATVITVR Maria in Delo templo, ut caelestium virtutum plantæ infixæ animo de diuinorum fluctuum vicinitate, citius adolescerent, uberrimosque fructus darent. Ita ne illa Anna Samuelis mater, puerulum in templo educandum portauit. 1. Reg. 1. De hoc accipite elegantem ratiocinationem D. Chrysoft. Ascendit Anna præclarum illud germen transplantas, & quemadmodum agricola primùm semen in terra deponunt, demùm ubi conspexerint semine factam arborem, non relinquunt in cadente terra, sed inde reuulsam plantulam in alium trāsferunt solum, ut terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram, & integrā vim suā proferat ad nouā educationem. Itidem facit haec mulier, quæ puerum præter spem profeminatum in illo utero à domo transtulit, & in templo transplantauit, ubi perpetua sunt fontis scabre, & irrigationes spirituales. Vt videre licuerit illud propheticum; Beatus uir qui non ambulauit in consilio impiorum, sed in lege Domini voluntas eius, &

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

Chrysof.

Chrysof.

Gen. 39. Nissen.

Epiph.

Georg. Nicom.

quod in fontem lignum, quod plantatum
est secus decursus aquarum, quod fructum
suum dabit in tempore suo. Itaque Ma-
rianæ virtutes, & cuiusque alterius, eo
magis in templo crescunt, quo ibi re-
sident circa fluentia gratiarum. Sane
irrigui horti plantæ omnes agricolæ
experiantur culturam, & manum, at
quæ iuxta fluentia sunt, ea in primis ado-
lescunt, deducuntque fructus ad maturi-
tatem. Sic humanæ mentes, etiam quo-
vis à loco Deum cultorem, & benefa-
ctorem habeant, at dum templis ad-
sunt, tunc de diuinorum fluentiorum
vicinitate crescunt magis ac magis.

Recte Psaltes 83. ait. *Concupiscit & de-*
fecit anima mea in atria Domini. Quod

premens D. Bas. cap. 1. *Isaiæ fatur. Pla-*
ne enim nouit is non posse se in flores eru-
pere, ac ne ullum quidem germen primige-
nium excipere ad proferendos fructus, ni-
si versetur in atrijs Domini. Equidem
tunc planta floret, cum fluentis appro-
plat, nec aliter citius sperat florescere
mens humana, nisi quando de tem-
plorum fluentis rigatur. An id noue-
rant Ioannis discipuli, quando Chri-
stum conuenientes in foro, sic rogãt.

Ioan. 8. *Ioan. cap. 8. Magister ubi habitas? Cur*
quærent ubi habitet Christus? Cur pro-
ptius mentem suam non aperiant Sal-
uatori, sed eius habitationem indagant?

Cyri. *Cyri. lib. 2. in Ioan. cap. 8. putat illos de*
fontibus Saluatoris cupuisse rigari,
quo circa meritò uent scire Domini
habitationem nullibi enim aptius diui-
nis fluentis rigarentur, quam si dona-
trix domui adsint. Aiebat Iacob

Gen. 28. *Gen. 28. uerò Dominus est in loco isto.*
de quo D. Ber. ser. 6. in dedic. Eccl. ait.

Bernar. *Instantur sacra litera in Paradiso olim*
positum primum Adam, ut operaretur,
& custodiret illum. Sic secundus Adam
in Ecclesia sanctorum, in horto deliciarum
(si quidem delicia sua esse cum filijs homi-
num) ita inquã & ipse Dominus est in lo-
co isto, ut operetur, atque custodiat. Nul-
lus ergo in dubium uocet profectus eo-
rum, qui oraturi templis instant, quan-
do in templis & diuini cultor adsint,
& fluentia plenissima, inter quæ
vel sterili plantæ adoles-

cerelict.

Adolescentula pro religioso statu

eligendo, parentum nutum

sequatur.

NOL O iudicium relinquere, quod
in Mariana presentatione sapien-
ter noto, nimirum quod illius paren-
tes virgunculam templo sacrarunt,
nec Virgo abnuit, sed parentum uota,
interna sua complet deuotione. Sic
uelim, omnes adolescentulæ sese, ad
parentum nutum, circa religiosum sta-
tum eligendum, comparent. Et qui-
dem D. Paulus nullam uidetur relin-
quere optionem adolescentulis, de
statu eligendo, sed id negotium in pa-
rentum ponit potestate. Ita 1. ad Co-
rinth. cap. 7. ait. *Qui virginem suam tra-*
dit benefacit, & qui non tradit melius fa-
ciat. Ecce uobis parentibus loquitur,
quod melius faciant in non tradenda
Virgine, quasi hoc deberet esse cui-
us virginibus sanctum, quod circa sta-
tum religiosum parentum nutum se-
quantur. Id notauit D. Pascas. in Plal. 44. *dicens. Idcirco non displiceant tibi,*
soror, parentum uota, qui tibi id quod
melius est elegerunt. Audis Isaac quomo-
do exequitur paternam oblationem us-
que ad gladium, & usque ad ignes: nam
quantum ex uoto est, etiam usque ad mor-
tem non refugit, non reuelatur, non con-
tradicit. Occurrat tibi filia Iepte, qua ne
frustraretur paternum uotum, se in mor-
tem obtulit, quia pater aperuerat os suum:
qua non solum non refugit, uerum adhorta-
tur patrem, ut promissum Deo munus
adimpleat. Huc suspiciant Virgines uni-
uersæ, ne uotis paternæ pietatis au-
deant repugnare, imò tunc existimēt
duplicato favore religionem colere,
si ex paternis uotis illam hereditaue-
rint. De fortissima illa uiragine dici-
tur Prou. 30. quod domestici eius uestiti
sunt duplicibus, nihil enim non duplica-
tum inuenitur inter dotes illius puel-
læ, qui à parentibus suis ebibit in cibe-
quendo Deo deuotionem Helias du-
plicem spiritum promittens Eliseo 4.
Reg. 6. ait. Si uideris me quando tollar à
te fac

1. ad Cor

Paf.

Prou. 30

4. Reg 6

te fac

Amb. *tu set tibi. Quod animadvertens D. Amb. ser. 87. sic clamat. O hereditas pretiosa, in qua plus heredi relinquitur quam habetur, plus consequitur qui accipit, quam possidet qui largitur. Pretiosa plane hereditas, que dum a patre transfertur ad filium, meritorum quodam favore duplicatur. Ecce vobis unde castissime puellæ dos crescat, nimirum ex eo, quod a parentibus in illam pietas transeat, quod ipsa religiosum parentum votum suscipiat, exequatur. Hoc argumentum ponderans D. Aug. lib. de bono viduitatis, sic ad viduam: quæ filiã Deo sacrauerat, fati. *Tanta mereris, ut te existente vidua Christi, filiam quoque videres virginem Christi: dum enim tu oras sicut Anna, facta est illa quod Maria. Sic duplicatur dotes puellæ, quæ parentum respondentis optatis,**

CAPVT VII.

De Maria Virgine annuntiata,

Annuntiationis historiam latè scriptam D. Lucas, quam demum enuclearunt P. Salmeron tom. 3. à tract. 4. Canisius de B. Virg. lib. 30, cap. 2; omnium accuratissimè Card. Tolet. apud Luc. Post tantos mestores ego spicilegium faciam, vel enucleatum corticem elambam, si quid fortè nuclei liceat asportari sapientissimorum didis, & operi repetendo non officiam, ne ipsa repetitione legentes grauem. Quare de Deo mittente, de Missionibus, de Angelo Gabriele nihil amplius dicam; sed ad id, quod Marianum fuerit, properabo.

Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Nazareth ad Virginem,

S. I.

Angeli ut inuigilet saluti humanæ. Angelus ad terras aduolat, nuntius

illius nosco, etenim ubi intercedit Angelus, nil prius agitur, quam humana salus. Apud Iob. cap. 1. dicitur *Factum est autem quasi dies bac, & venerunt Angeli Dei assistere coram Domino. Quibus verbis docemur, quomodo in Dei memoria sit humana salus, ut potè ad quæ frequenter ingrediantur Angeli. Sic Chryso. in Cat. fati. Quid tandem est, cur Angeli Deo quotidie assistentes inducantur, ut intelligamus rebus nostratibus consuli. Etenim rebus humanis nõ quam magis erit consultum, quam si Angeli ad consilium adhibeantur. Nõ poterat Angelus hominum redemptionem facere, hoc enim opus dextera excelsi; at in ijs, quæ poterat Angelus, nullus ocyor illo, nullus prior peragebat mandata. Quando peracta à Iesu Domino redemptione, ad demoliendos carceres itum est, nonne omnium prima insonuit vox Gabrielis Angeli ex Psal. 23 aientis, *attollite portas, principes, vestras, & introibit Rex gloriae. Id præclare exprimit D. Epiph. orat. de Chr. sep. fati. Postquam illustris ille cætus una cum Domino ad carceres undique adit præbentes, inferique tecla deuenit, dux exercitus Gabriel, quasi iam leta nuntia hominibus deferre assuetus, catenos anteuertens, vocem contra aduersarias potestates edidit, ait enim, tollite portas, &c. Erubesceret Gabriel Angelorum dux, si quis prior hominibus nuntaret salutem, si ab alio inferorum portæ quaterentur, quando captiuus homines è carcere erant eripiendi. Is enim erat Gabrielis Angeli in homines affectus, adeo Prophetis, virisque sanctissimis notus, ut ex hoc Zacharias pater Ioannis Gabrielem non agnosceret, quod illum extra hominum orantium consortium videret. Quando namque Zacharias orationes intra Sancta fundebat Luc. 1. apparuit illi Angelus Domini (nimirum Gabriel) stans à dextris ab taris incensi, & Zacharias turbatus est, &c. Turbat, inquam est, minime, Angelum reputans, quem separatim ab hominibus videbat. Quam turbationis causam sic exprimit D. Chryso. hom. 2. in nat. Ioan. dum Zachariam inducit ita loquentem. *Cessa deinceps tu qui me terras; si enim esses à Deo missus***

Iob. 1.

Chryso.

Psal. 23

Epiph.

Luc. 1.

Chryso.

Lib. I. Caput Septimum,

ſus Angelus, ad ea que ſunt mihi ofus ad-
iumento fuiſſes, & miſertus eſſes eorum;
qui foris lacrymantur, affligereris vna
cum eis, qui affliguntur. Hæc ſunt Ga-
brielis Angelæ præſentis ma ligna,
quod hon. i. ſim preces adiucet, quod
cauſas mœretium agat, & hominibus
promouendis, & conſolandis inuigil-
let. Hinc eleganter noſtra ſalutis ſpem
erigebat D. Aug. Pal. 102. dicens. Non
te ſanabit, qui ſunt Angelos, & aſſertu-
rus eſt An. elis. Ad d. in inna u. et
Angelis, & inditum a Deo, vt inuigil-
lent hominum ſanitati; vt n. ſi vellet
Deus nos ſanare, quaſi caneret ſibi à
conditione Angelorum. Quam Ange-
lorum inditam curam v. gebar illa
Cant. d. in quærens Dominum, ait il-
lis, numquid quem diligit anima mea vi-
diſtis? Quæ verba expendit Ricard.
de ſanct. Vi. in Cant. part. 1. cap. 4. in-
quit. Quærit eos teſtes ſuæ dilectionis pa-
riter & deſideratæ præſentis ſponſi; ver-
tè enim ſcit, quod Angeli Dei viſione
fruantur, & miratur, & quaſi indebitè
arbitratur, vt Deum videant, & ſe ex-
pertem viſionis illius relinquat. Expen-
de illud indebitum arbitratur, quaſi mi-
nime officio debito ſatisfaciant An-
geli dum ſibi vacant, & hominum cõ-
modis non ſtudent.

Aug.

Cant. 3.
Richard.
Vi.

S. II.

Honeſta fœmina frequentias agro-
rum caueat.

NOtante Angelus ad ciuitatem
expreſſè mittitur, vt honeſtiſſi-
mam Virginem Dei filium parituram
adeat, quaſi iam ab Eue caſu liber for-
minarum diſcurſus per agros, per ne-
mora minimè Deo placeat. Prudens il-
la & Euangelica ſponſa vbi dilectum
quæſitura paratur, ait Cant. 3, Surgam,
& circumibo ciuitatem, per vicos, & pla-
teas quaram quem diligit anima mea.
Quæ iſthæc inquiſitio tua, o ſponſa?
Nonne dilectus habitat in hortis? Non-
ne ſponſus tuus flos campi eſt? Cur er-
go quæſitura non per agras cãpos, ſed
per, circumibo ciuitatem, per vicos, &
plateas quærã? Non per agros, ſed in

Cant. 3.

ciuitatis custodia virgines habent, vnde
de Deo placeat. De huius mentis af-
fertorem D. Ambr. lib. de Isaac cap. 5.
ſic præfata verba elucidantem. Quæſi,
inquit, in foro, in illo foro, vbi tractant
iura Conſulti, vbi oleum venditur, quod
Euangelica virgines emunt, vt ſemper
face ſua luceat. Papæ, intra custodia ci-
uitatis inueniunt virgines, vnde faces ſo-
ueant, quibus excipiant ſpoſum. Hinc
eſt, quod Dominus domus Iacob
& conomiam libentius ſulcepit, quàm
aliorum patrum; ait enim pau. d. infe-
rius Angelus, regnabit in domo Iacob.
Cur non in domo Isaac? In Isaac non
fida eſt repromiſſio? Isaac non adum-
brauit totum Verbi Incarnati myſte-
rium? Nihilominus Deus præ Isaac do-
mus Iacobæ a conomiam ſibi ada-
mant, etenim Isaac vxor de agrorū
run. frequentia quæſita eſt. Planè Ge-
neſ. 24. Abrahami ſeruus, vt Isaac
vxorem quæreret, extra ciuitatem ad
frequentiffimum puteum expectauit,
exutimans, inter frequentias Domino
ſuo vxorem reſeruari. At Iacob Gen.
29 vt formoſiſſimam puellam Rache-
lem vidit ad puteum expectaturam,
quod paſtores vniuerſi venirēt, & om-
nes ſimul greges adaquarent, inſper-
tis paſtoribus, puteum aperuit, & co-
gnata regem impleuit aqua, indignè
ferens, quod puella in frequentiffimo
agro moram faceret. Id quod elegan-
ter attigit D. Cyril. Alex. lib. 11. in Ge-
neſ. fatuus. Cum optimis ſemper moribus
educatus eſſet Iacob, inſignibusque vir-
tutibus præditus conſiderabat, quàm tur-
pe eſt virginem nubilem etatem geren-
tem paſtores expectare. O prudentiſſi-
mus Iacob, qui nuptui aptam puellam
non tulit inter gregales frequentias per
agros errare; ſed de ciuitatis domusq;
custodia laudauit. Placuit hinc præ-
alijs Iacob domus Deo, qui ſibi ſpon-
ſas diligit, non de peragratis campis;
ſed de ciuitate, de domo. Vt enim ait
D. Chryſoſtom. homil. 4. in epiſt. ad
Titum. Vxor, que domus curã habet, pu-
dica quoque ſit neceſſe eſt, nunquam vel
circa delicias, vel circa intempetiſuos im-
probosque proceſſus, aut aliud aliquid hu-
iſmodi ſe occupabit. Vnde falix illa
peccatrix naſta Saluatorem intra cui-
tatem,

Ambr.

Gen. 24.

Gen. 29.

Cyri.

Chryſoſ.

tatem, in domo Simonis discumbentem, de circumstantia loci diuina sponsalia sollicitabat, inquiring apud D. Ambros. lib. de Isaac, cap. 5. cum teneret pedes Iesu vade ad Patrem; sed non relinquant Euam, ne iterum labatur. Te cum eam ducito iam non errantem Quasi diceret, si intempertini Eux processus, per hortosque discursus male apud te audere, ecce iam nouam Euam, non per agros errantem; sed intra ciuitatis mœnia, intra domus septa quatentem, quid moraris? Scio tibi illam solum placere sponsam, quæ de ciuitatis custodia commendatur Sed age scire cupis quam Deo suspecta est sponsa, quæ per agros vagatur, quam item amica, quæ muris custoditur ciuitatis. Recole in primis quo supplicio mulcentur Beniamitæ impudici, postquam Israelitarum bello fracti sunt, minime permittuntur vxores accipere, nisi quas de agris rapiant. Ait enim cap. 21. Iud. Præceperuntque filijs Benjamin, atque dixerunt, ite, & latitate in vineis. Cùmque videritis filios Silo ad ducendos thoros ex more procedere, exite repente ex vineis, & rapite ex eis singulas vxores singulas. Et nescio, an impudicis hominibus conuenientius fuerit supplicium belum illatum, an hæ vxores erraticæ. Quam aliter purissimus agnus sibi sponsam comparauit, quæ non per agros erraret; sed clausa custodiretur ciuitate! Sic Apoc. 21. ait Ioann. & venit vnus de septem Angelis habentibus phialas septem, & locutus est mecum, dicens. Veni ostendam tibi spousam vxorem agni, & sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem, &c. Itaque sponsa, & vxor agni immaculati de ciuitatis custodia debet gloriari: nunquam enim sponsa agni sine ciuitate: quod perstringens D. Bernard. serm. 5. in Dedicat.

Eccl. 11. Duo autem, quid eadem sponsa, quæ ciuitas est. Sic ille.

I. III.

Casti homines maximè Deo noti, & familiares,

Miror quàm particulariter notetur Virginis domicilium ex potestate Galilee, ex ciuitate Nazareth, cum videam aliorum sedes ignorari. Nonne lachrymabundus Iesus de Nazareth rogabat, Ioan. 6. *vbi posuistis eum?* an quia ignoraret, vbi quiesceret amicus Lazarus? Absit; sed ignorabat lasciuum hominem à mulieribus depositum. Ita acutè notans Chrysostomus. 64. ait, *Cùm dicit vbi posuistis eum, mulieres increpat, mulieres arguit.* Notissimi & probatissimi essent Deo homines, nisi exumarum irentur laqueis, scemina in culpa est, quod homo à Deo ignoretur, sola lasciuia abscondit homines ab oculis Saluatoris. Idcirco cùm hominis sedem Saluator ignorat, mulieres increpat, mulieres arguit, quasi notas suæ ignorationis causam. Virgo esto, & noscens à Deo ex nomine, ex ciuitate, patria, ex potestate ciuitatis. Ecce enim missus Angelus à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsa tam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, & nomen Virginis Maria. An visitaturus Virginem clamat Adam vbi es? aut quærit vbi posuistis eum? Absit; notissima est Virgo Deo à genere, à patria, à viro, à nomine Pulchre D. Bern. serm. 1. in præsentia factum. *Nominat Virginem, sponsum quoque Virginis, amborumque genus, ciuitatem, ac regionem proprijs designat nominibus: ut quid hoc?* Sic modo dubitat Bernard. & non multum distulit dubitationem, quando ita loquitur serm. 2. *Virgo regia gemmis ornata virtutum, gemituque mentis, pariter & corporis decore præfulgens, specie sua, & pulchritudine sua in cælestibus cognita, cæli ciuitate in se pronocauit aspectus. Ex parte illud in cælestibus cognita, quibus innuitur designati nominis, & ciuitatis, & regionis causa, nimis tam; quod notissima*

Ioan. 6.

Chrysost.

Bernard.

et c.

E ma

Ambr.

Iud. 21.

Apoc. 21

Bernard.

Lib. I. Caput Septimum,

ma sit apud cœlites Virgo, maximèq;
familiaris.

§. III.

*Nec sui umbram gratius credit
Deus alteri, quàm Virgini, à
qua difficile separa-
tur.*

AD quam mitteret Deus, nisi ad
Virginem, quando Deo virgini-
tas præ alijs virtutibus adeò charior
est, ut nec umbram sui vix alteri com-
mittat, quàm virginitati? Nonne aie-
Mat. 25 bat Matth. 25. *simile est regnum cœlorum
decem virginibus? Ecce vel similitudo,
vel umbra Christiani Regni non nisi
virginibus aptatur. Sæpe ego miratus
sum, cur medio iuuentutis flore per-
missus esset sanctissimus Abel occidi,
præcipue in tanta virorum raritate,
quando liberorum procreatio lauda-
tissima foret. An non seruaretur con-
uenientius vsque ad virilem ætatem,
& post multam filiorum segetem, ip-
se demeti potuisset? Sed iuuenis inter-
ficitur ante nuptias, quia representatur
erat Verbi pascendi imaginem, quæ
nulli gratius, quàm Virgini commenda-
tur. Huc Aug. lib. 1. de mirab. Sac scri-
August. ptur. respiciens, ait. *Primus post deli-
ctum Saluatoris nostri gestauit figuram,
qui Virgo, & Sacerdos, & Martyr. Sanè
virgo eligitur, qui vel de figura Salua-
toris splendeat. Huic similes pueri illi
apud Babylonios traduntur flammæ
Dan. 3.* ti fornaci Dan. 3. quos factos quatuor-
dum stupet Rex impius, dicit, *quod spe-
cies quarti similis filio Dei.* Sed scire a-
ues quo illic pueri hi ad se traxerunt Fi-
lij Dei similem? Id explicat Apponius
dum illud commentatur Cant. quod
Sponsus diuinus pascitur inter lilia.
Etenim ait, *tres pueri Hebræi castitatis
dilectione missi sunt inter Babylonicas
flammas, in eis medius ardente fornace
quasi inter lilia Dominus pascitur, eò
quod semper requiescat in cordibus dili-
gentibus castitatem. Quisquis ille erat,
vel Deus, vel Deo similis de castitate**

puerorū delectat⁹, sese illis iungit, nec
facile est Deum diungi, & separari à
Virgine. Potuit Ioseph castissimus à
patria, & parentibus, & amicis separa-
ri & in carcerem mitti; sed ibi à Deo
ob insignem pudicitiam separari non
voluit, ut dicat D. Cyprian. *Pudicus iu Cypria.*
*uenis, quia delicto conscientiam non mis-
cuit, in inum carceris traditur; sed so-
la non est in carcere pudicitia, nam est cœ
Ioseph Deus. Nec id miror, cum sciam
sic Deum virginitatis vinculis teneri,
ut nisi maximam sibi inferendo vim
à Virginis visceribus non potuerat
exire. Quod ex D. Amb. serm. 18. huc
transfero verbis his. Sinus Christi erat Ambr.
in Deo Patre Diuinitas, in Maria matre
virginitas. Cuius sic tenebatur pulchri-
tudine, sic irretiebatur amore, ut ni sibi
inferret vim, ab illa exire nequiret. Sed
adhuc argutus id ponderat Nazianz. Nazian.
orat. 2. in Pasc. dicit ratio ei reddit,
cur agnus Pasc. hals petebat matcu-
lus, quia, inquit, nihil multebat, nihil mol-
le, & effeminatum circumferat; verum
ex virgineis, & maternis vinculis pro-
potestate, & violenter eruperit. Sic enim
Virginis matris vinculis illigabatur di-
uinitas agnicul⁹, ut tantū pro potesta-
te sua sibi violentiam inferret, nunquā
inde exiret.*

§. V.

*Suspectam habet Dominus im-
pudicitiam.*

PUchre Virginitatem Marianam
vocauit Andreas Cretensis *Dei
tutissimum ad inhabitandum asylum,*
quando Deus malè audit apud impu-
dicos. Hi enim apud Sap. cap. 2. sic fan *Sap. 2.*
*tur. Venite fruamur bonis, que sunt, &
vt amur creatura tanquam in iuuentute
celeriter, coronemus nos rosis, antequam
marcescant, nullum sit pratium, quod nõ
pertransseat luxuria nostra. Quid tunc?
Quid hi luxuriantium animi in Deum
parturient? Accipite iam dicentes: cir-
cumueniamus iustum morte turpissima,
condemnemus eum. Hoc stupens D.
August.*

August. August. inquit, omnia horrenda, quæ
rimentur in sceleratis, videte de qua la-
be consurgant. Iam dudum dicebant
suam. In bonis, ubique relinquamus
signa lætitiæ, nullum sit pratium, quod
non pertranseat luxuria nostra, nunc
dicunt, circumueniamus iustum. *A*
talibus ligatus, casus, interfectus
est Dominus. Quis de coronis floren-
tibus cruenta vincula formidaret? Quis
de suavis poculis dolores seuisissimos
præuderet? Quis de mollibus pratibus in
durum crucis lignum pranosceret? Et
quidem vnus Deus hæc sibi præcaue-
re potuit, cuius præcipienti naso aded
suspecti fuere lasciuentes flores, aded
inuisa extitit impudicitia, vt ab illa fu-
giens aduolaret, virginittatisque peri-
culum, siue incolumitatem sibi com-
mune putaret. Hinc est, quod Da-
niel c. 13. pudicitiz prædicator Susannæ
factus, ait. *Mundus ego sum à sanguine*
huius. Quæ verba premens Aug. ait.
Hac voce circa Susannam Daniel uti-
tur, quæ circa Christum vsus est Pilatus:
eadem igitur sententia absoluitur pud-
icitia, quæ est absoluta iustitia. Ecce quàm
sit eadem Dei, & pudicitiz causa; sed
& impudicitia comes est erroris, &
idolatriæ inseparabilis. Enimvero vbi
accusatores Susannæ turpitudinis lo-
cum ostendunt, sub Lentisco fuisse affir-
mant, nec non & Iacob apud Gen.
sub Lentisco abscondit idola. Quod
meditatus D. Amb. lib. 2. cap. 7. ait. Cõ-
gruus error presbyteri veræ confessionis
vt ibi contumnatam diceret castitatem,
vbi gentium defossæ simulacra sunt. Sic
errorum scetas vniuersas comitatur
impud. citia; vt dicat D. Saluanus lib.
3. de Gab Dei, ponderans ab Ethnicis
Romanis permissam esse simplicem
fornicationem. Timuerunt videlicet, ne ni-
mis casti homines, ac puri essent, si ab om-
ni eos impuritate prohiberent. Sic
Ethnicis suspecta est pudici-
ta, sic vero Deo
amica.

Text. Desponsatam viro, cui
nomen erat Ioseph de do-
mo Dauid,

J. VI.

Casti viri nimij fama relatores
sunt.

Dan. 13. mundum ego sum à sanguine
huius. Quæ verba premens Aug. ait.
Hac voce circa Susannam Daniel uti-
tur, quæ circa Christum vsus est Pilatus:
eadem igitur sententia absoluitur pud-
icitia, quæ est absoluta iustitia. Ecce quàm
sit eadem Dei, & pudicitiz causa; sed
& impudicitia comes est erroris, &
idolatriæ inseparabilis. Enimvero vbi
accusatores Susannæ turpitudinis lo-
cum ostendunt, sub Lentisco fuisse affir-
mant, nec non & Iacob apud Gen.
sub Lentisco abscondit idola. Quod
meditatus D. Amb. lib. 2. cap. 7. ait. Cõ-
gruus error presbyteri veræ confessionis
vt ibi contumnatam diceret castitatem,
vbi gentium defossæ simulacra sunt. Sic
errorum scetas vniuersas comitatur
impud. citia; vt dicat D. Saluanus lib.
3. de Gab Dei, ponderans ab Ethnicis
Romanis permissam esse simplicem
fornicationem. Timuerunt videlicet, ne ni-
mis casti homines, ac puri essent, si ab om-
ni eos impuritate prohiberent. Sic
Ethnicis suspecta est pudici-
ta, sic vero Deo
amica.

Amb. meditatus D. Amb. lib. 2. cap. 7. ait. Cõ-
gruus error presbyteri veræ confessionis
vt ibi contumnatam diceret castitatem,
vbi gentium defossæ simulacra sunt. Sic
errorum scetas vniuersas comitatur
impud. citia; vt dicat D. Saluanus lib.
3. de Gab Dei, ponderans ab Ethnicis
Romanis permissam esse simplicem
fornicationem. Timuerunt videlicet, ne ni-
mis casti homines, ac puri essent, si ab om-
ni eos impuritate prohiberent. Sic
Ethnicis suspecta est pudici-
ta, sic vero Deo
amica.

Salu. 3. de Gab Dei, ponderans ab Ethnicis
Romanis permissam esse simplicem
fornicationem. Timuerunt videlicet, ne ni-
mis casti homines, ac puri essent, si ab om-
ni eos impuritate prohiberent. Sic
Ethnicis suspecta est pudici-
ta, sic vero Deo
amica.

AD desponsatam denique accessit
Dei filius de bono Mattis nomi-
ne sollicitus: maluit enim propriæ glo-
riæ aliquid derogari, dum putatur Io-
seph filius, quàm quod Mattis castitas
malè apud homines audiret. Etenim
suspectus esset Virginitatis inuictæ graue-
scens vterus. Vnde D. Bern. serm. 2. ait.
Tolerabilius, atque honestius fuit putari
ad tempus Christum de coniugio natum,
quàm de fornicatione. Hæc sit honesto-
rum hominum cura, hoc anxium stu-
dium, omnibus periculis, omnibus in-
commodis alijs aditum prorsus inter-
cludere suspicioni, quæ castitati offi-
ciat. Sanè modestissimus Booz Ruth.
3. vbi intra cubiculum feminam, et si
nullius criminis ream, cubare vidit, sur-
rexit, antequam homines se cognos-
cere possent mutuo, & dixit Booz, ca-
ue ne quis nouerit quod huc veneris?
Quid quòd ad propinquum puella ac-
cederet? quid quòd ad diuitem mode-
stum, & iustum pauperula venisset,
& vitæ subleuationem, & castitatis cu-
stodiam quæsitura? Nihilominus ait,
caue, ne quis nouerit, quod huc vene-
ris. Quod expendens Iosephus lib. 5.
cap. 11. inquit, excitatam iussit hordei,
quantum ferre posset, capere, & prius
quàm aliquis eam ibi dormisse videat,
ad socrum redire: cauendæ enim tales ru-
mores, maxime si non de nihilo oriantur?
Non enim honestus viris sufficit inma-
culata conscientia, sed aded debent fa-
mæ inuigilare, vt omnibus incommo-
dis rescent rumores contrarios. Gra-
uiter D. Athanas. exhortat. ad Monac.
admonebat sanctissimarum etiam
nunarum frequentias deuitare, sic fa-
tus. *Non quo mibi fas sit de ys, qui verè*
semel

Ruth.

Iosephus

Alban.

Lib. I. Caput Septimum,

semel deuota Deo peccata dicauerunt, se-
 cus astimare aliquid; sed ut ex abundan-
 ti sic onane, quod fingi potest, tanquam pos-
 se credi caueam^{us}, ne in nullo fama nostra
 vulnere serpat nata ab occasione suspicio.
 Non tamen nobis fides facti; sed possibili-
 tas etiam religanda mendacij. Adeo cau-
 ti esse debent qui virtuti student, ut mē-
 dacij tollant possibilitatē: amat enim
 Deus bonam in suis famam, adeo, ut
 vix inueniri queat nisi in bonæ famæ
 penetralibus. Hinc est, quod Nazareth
 elegerit vnde parentes sibi compara-
 ret, Nazareth, inquam, cuius etymolo-
 gia flores sonat, quasi nullus illi iam lo-
 cus placeat, nisi qui bonæ famæ odo-
 re fragret. Accipite D. Bern. serm. 3. in
 Annuntiat. fantem. *Amat florigeram*
patriam flos de radice Iesse, & libenter in
ter lilia pascitur flos campi, & lilium
conuallium. Te que florem reputat De^{us},
& bene ei complacet in te, si tibi, nec bone
sta conuersationis decor, nec bona opinio-
nis fragrantia desit. Duo hæc in te Do-
 minus requirit, nimiram & honestæ
 conuersationis decorem, & insuper
 bonæ opinionis fragrantiam, quarum
 altera si deficiat Deo minimè places.
 Subijcio D. Pascal. libr. 2. in Matth.
 huic Mariani coniugij rationi ita sub-
 scribentem. Cur Maria nubet? *Ne Vir-*
ginibus velamen excusationis fieret,
quod mater Domini criminibus fuerit
infamata. Hinc est, quod testis eligitur
castitatis, & adhibetur maritus, qui pos-
sit cuncta virginitatis repellere oppro-
bria. Vnde nullus datur mentiendi locus.
 Sic à castis mentibus fugienda est eua
 falsa infamia.

Berrar.

S. VII.

*Vt Maria humana, & non diuinā
 haberetur, desponsatur.*

caton. **P**raterea sanctus Athanas. epist. ad
 Epictum eam desponsationis
 Mariæ causam reddit, ut illius pande-
 retur natura creata; sic enim ait. *Ga-*
briel ad eam ipsam legatur, neque simpli-
citer ad quamuis Virginem; sed Virginem
desponsatam viro, ut sponso ostenderet

Mariam verè hominem esse. Et quidē
 hoc finitudinis suæ indice eguit, quæ
 vel conspecta homines beabat. Illam
 vidit magnus ille Theologus Arcopa-
 gita, & cum vidisset ait. *Nisi tua diui-*
na doctrina me docuisset, ò Deus, hanc
verum Deum credidissetem, quoniam nul-
la videri posset maior gloria beatorum,
quàm felicitas illa, quam ego tunc fæli-
cissimus degustauis. Quis hæc crederet
 non Theologo, & Theologicè sem-
 per disputantur sed qua ex Theologia
 id deduxit Arcopagita, quo suspi-
 cionem penè ingerit, vel mediocriter
 Theologizantibus? Non maior gloria
 videtur beatorum, quàm ea felicitas,
 quam ex visione Mariæ Dionysius gu-
 stauit? Non maior gloria videntis
 Deum, quàm videntis Mariam? & hoc
 Theologus audeat? sed audi quæ Theo-
 logicè audeat. Etenim piures in scam-
 mate Theologizantur haud igno-
 biliores Doctores, qui putent beato-
 rum lumina, quibus diuinam scrutan-
 tur substantiam, ab alijs secernantur,
 ipsum illis Deum cernendum tradere.
 Verbi gratia videant supremæ Hierar-
 chiæ Deum clarè, luminibusque Deū
 exprimētibus, ut in se est, maximè da-
 rent: tūc ceteri, qui has illorum visio-
 nes, qui hæc radiantia Deum lumina
 videant, si non possideant, si Dei non
 ebrientur vbertate; tamen & Deum
 gustabunt, & proximi existent æmula-
 tores beatis. Sic cine Mariano in pel-
 go gratiarum ea Diuinitatis lumina ful-
 gebant, eæ Deum præferentes irra-
 diabant flammæ, ut illam videns haud
 multum impar beatis Deum gustaret.
 Huc crediderim pulcherrimè respe-
 xisse Epiphanium. *Aue, inquit, gratia*
plena, splendidum cælum, quæ incompre-
hensum contines Deum. Aue gratia ple-
na, quæ Cherubicum thronum Diuinita-
tis fulgore superas, quid dicam? & quid
proloquar? quo pacto predicabo gloria
radicem? Sic ille sese verbis Angeli Ma-
 riam salutantis ingerens, & ait, à Ma-
 ria fulgorem Diuinitatis Cherubicum
 superari, & vinci. Etsi quæras, quis ful-
 gor Diuinitatis Cherubicus? Claritas
 sanè est in Deo prospiciendo, & expli-
 cando, qua Cherubini pollent præ-
 alijs. Sic apud Arcopagitā Cherubim
 dicitur

Epist. ad
 Paul A.
 post.

In serm.
 encomia-
 stico.

De cœle- dicitur Dei viduum, & altissimæ lumi
sti Hie- num dationis exceptium, vt denote-
rarch. c. tur iuxta explicationem Cartusiam,
7. ubi art. quod huius spiritus claritate *visionis diui-*
28. *næ decoratur*: verum Maria gratia ex-
superans, maiores quam Cherutim,
exhibet Diuinitatis fulgores: clariores
explicat Deum halantes radios, vt
quasi noua species (liceat scholasticè
loqui) & Epiphano, & Dionysio, &
cuiuslibet alij, diuinæ gloriæ existit
radix.

S. VIII.

*Desponsata annuntiatur Virgo, ne
soli viderentur cœlestia
dona attribui.*

VAE soli, clamat Sapiens, & meri-
to: etenim vniuersotum author
nil tribuit, quod vniuersitatis multitu-
dini non proficiat. Siquidem est com-
municatio Sanctorum caput homi-
num cum sit Christus, nihil ab illo ac-
cipiet membrum ab alijs separatim
& diuisum: ideo iuxta prædium Sichar
longo lassus itinere, fonti assidens, dū
longa de viuenti aqua colloquia mis-
cet, quam mulieri Samaritanæ propi-
nat iam iam cupientem, imò arden-
ter sitientē, & enixè exorantem in ci-
uitatem remittit Ioan. 6. *Vade voca vi-*
rum tuum, & veni huc. Abire iussa est
foemina, & iterum ad Christum redi-
re iuncta viro. Cur ita? Chrysost. *ne spi-*
ritualium horum sola donorum gratiam
accipias. Non vni soli consuevit bene-
facere Diuinitas. Hinc claret, cur Vir-
go iuncta viro eligitur proli diuinæ,
quippe ne spiritualium donorum gra-
tiam sola accipiat: non soli Mariæ; sed
vniuerso hominum generi parabatur
tantus filius. Sic Damascen. orat. 1. de
Natiuit. Virg. *Vitam habebis natura præ-*
stantiorem, non tibi soli, nec enim tui ip-
sius causa progenita es, quocirca Deum
habebis, ob quem in vitam prodisti, vt or-
bis vniuersi salutem administram te præbe-
res. A se ipso descisceret planè Deus, si
soli Mariæ, si vni creaturæ, vel exigui

donum à manibus fineret proficisci
diuinis, filiorum nulli manum exten-
dit pietissimus pater, quæ simul om-
nibus nõ esset filijs profutura. En apud
Lucam cap. 19. prodigus ille hæredita-
tis sibi debitæ partem à patre postu-
lat. Porro erant patri duo filij, & vt po-
tenti prodigo annueret pater, inquit
textus sacer, *quod diuisit illis substantiã.*
Hanc partem in cœlis habemus non
vni, sed omnibus vtilem. Vnde pul-
cherrimè Chrysol. ait, petente vno,
ambobus totam substantiam diuisit,
siquidem vnus solus petit, sufficit, si
vni soli substantia tribuitur. Et quidem
hoc in alijs sufficeret, non in Deo, qui
non habet in more vni soli tribuere,
imò semper omnibus sua bona distri-
buit, solus es, vnus es, fratribus iunge-
re cæteris, vinculo dilectionis copula-
re hominibus. Etenim à Deo nil sola
accipit creatura, adeo, vt hinc serm. 3.
contra Arrianos Diuinitatem Verbi
magnus Athanas. concludat. Est Ver-
bum creatura, aiebat Arrianus, verum
creatura omnibus alijs superior, ab
omnibusque discreta, & separata, so-
la Deo assidens sublimis, cui vni, & so-
li Deus omnem substantiam commu-
nicauit, à qua post modum acceperunt
cæteræ creaturæ. Hos ridet, & trium-
phat Athanas. dum inquit. *Quomodo, si*
creatura est, potest & solus, & primus
condi, vt sit initium omnium? omnia enim
pariter cum omnibus originem suam or-
tumque adeptæ sunt. Pulcherrimè di-
ctum, hæc est enim rerum creatarum
ipsissima natura, vt illarum nulla scilicet,
vel obulum à Deo accipiat, nisi ea sit
cæteris societate coniuncta, vt simul
omnib⁹ proficere possit donè diuinū.

Sed age ostendamus Deo eo addu-
ctū, vt vel ab vno hominū, imò & crea-
turarū optaret vocari, & vni tūc om-
nē suā substantiã promitteret. Quid plu-
ra? Tēpitate ad⁹ in altitudinem ma-
ris, ab omnibus derelictus, in summa
nuditate, in summa rerum indigentia,
sublimi hærens supitū, vastissimos crea-
turarum campos speculatur, quærens
consolatore vel vnum, & speculari-
do festius, hoc exclamauit, dicens, *de ge-*
tibus non est vir mecum, quasi nec vnū
solum videret acclamantem sibi: cō-

Luc. 19.

Serm. 1.
circa hoc

Athan.

Ioan. 6.

Chrysol.

Damas.

Lib. I. Caput Septimum.

deducta res erat, quando ecce tibi me-
 dijs passionum fluctibus à delictorum
 tempestate euomitur, adherens lig-
 no apparet solus naufragus quidam,
 qui adnatis nauarum peritissimo
 Christo sic clamat amariante lingua.
*Memento mei, cum ueneris in regnum
 tuum.* Hæc vnus dixit, & hæc vni dicē-
 ti vniuersas obtulit Christus Paradisi
 delicias. Hicne ille Deus, qui etiam
 petente vno, duobus substantiam diui-
 sit, à quo nemo solus accepit quicquæ
 Cuius dona non vni parabantur, nunc
 vni, & soli petenti omnia sua tribuit
Abfit, inquit Aug. *non illi soli hoc præ-*
stitum esse deprehendimus, nam dum tan-
tum reum benigne relaxat, humano gene-
ri subscripsit securitatem, ut consolatio,
atque spes totius populi absolutio vnus
desperatis esset, & priuatum donum cres-
ceret in publicum beneficium. Im-
 mensa enim Dei bonitas libenter
 tribuit quæ etiam generaliter profu-
 tura prænoscit. Etiam tunc in tantæ pe-
 tentiæ raritate vbi requirebatur vel
 vnus, non respexit Dominus solum v-
 num, nec Latro iste solus, nisi om-
 nibus esset fidelis, cunctos thesauros
 posset exhaurire diuinos, in hoc maxi-
 me foelix, quod requisiuit donum sibi,
 & multis profuturum. Etenim facile
 extorquetur à Deo publicum, & com-
 mune beneficium. O quam id calluit
 Moyses, dum Deo in gētem suam ve-
 hementer irato resolut, ne illos omnes
 interimeret se solo relicto, *aut dimitte,*
inquit, illa hanc noxam, aut dele me de li-
bro vitæ: quasi diceret, si omnes truci-
dandi sunt, & ego cum illis trucidet.
 Cur hæc Moyses? Equidem tunc pote-
 rat vni sibi sperare vniuersas Dei pro-
 missiones factas Israëlitis, nonne opti-
 mum illi, si solus potiretur regnis pro-
 missis? si solus potiretur, & haberet op-
 timas illas regiones? Desine ergo Moy-
 ses cæteros trucidari, & decora solus
 habeto. S. Bern. *Nec Moyses vult solus*
introducitur in gaudiū Domini sui; quid nisi
genti sua firma charitate coherens illam
saluauit secum. Quid soli daret Domi-
 nus nō viderat, imò vix sibi soli diuina
 munera timuit, securius iungi copula-
 riq; fratribus duxit, sperans sine dubio
 impetrandum publicum beneficium.

Aug.

Exo.

Bern.

Serm. 12
in Cant.

Tex. Et nomen Virginis, Ma-
 ria.

§. IX.

Virginitas Mariana Deitate co-
 ronatur.

REVOCO ad examen illud A-
 poc. 14. nimirum, quod agni so-
 cii virgines habeant nomen eius, & no-
 men Patris eius scriptum in frontibus
 suis. Etenim solemnissimum est præ-
 stantes virtute viros diuinis nomi-
 nibus cohonestare. Danieli enim cap.
 5. posuit Rex Babylonius Dei sui no-
 men, nimirum Balthasar, quod ibi no-
 tat Theodoretus fatus. *Vbi eum vidit ip-*
sum diuina virtute illuminatum Dei sui
nomine appellandum censuit. Sic item
 Virginitas, vt diuina virtute illumina-
 tis, nomen Dei frontibus eorum scri-
 bitur: sed iam dubitabis, quomodo pu-
 rissimæ virginitatis Matrī, nō de Diui-
 nitate; sed de domino, & regno nomē
 attribuitur, dicitur enim Maria, id est,
 Domina? Crediderim, in Virgine
 quid maius ea appellatione denotari,
 nimirum, quod in illa ipsa Diuinitatis
 totius præsentia habitans illam coro-
 nauit, quare magis de Diuinitatis co-
 rona, quam de nomine illustrata Do-
 mina prædicatur. An nō solempne fuit
 apud veteres, q̄ Pontifices in capite la-
 minā aureā inscriptū nomē Dei gesta-
 rēt? Nilomin⁹ Christus Dominus ver⁹,
 & æternus Pōtifex cū in ara crucis es-
 set, nō de nomine Dei, sed de nomine
 regio scripto illustratur; etenim sic in
 crucis titulo capiti Iesu superposito
 legebatur. *Iesus Nazaren⁹ Rex Iudeo-*
rū. Cur Pōtifex accedis ad vicūmas, &
 obliuisceris Dei nomen, & assumis in
 gloriam regiū vocabulum? Sanē nō de
 nomine; sed de Diuinitatis ipsissimæ
 corona gloriabatur. Accipite Orig.
 hom. 35. in Matth. fantem. *Pontifex*
summus in fronte Dei nomen auro scul-
ptū gestabat. Christus nomē Regis super
caput in ligno positum habet. Habet enim
Patrem suum vt coronā, solus Patris sui
capax effectus. Quem Diuinitas coro-
 nabat

Apoc 14

Dam. 5.
Theodor

Orig.

nabat rem ipsam in se habens, cur de nomine curaret? Succedat nomini Dei regium nomen, ubi diuinitatis corona Dominus decoratur. S. c. dixerim aliquo modo cum Virgine Deipara factum, quam sane ablato unionis hypostaticæ privilegio, impleuit præsentia Diuinitatis, aded, ut circumdata Deo, & coronata non tam de Dei nomine, quam de regio stemmate in Diuinitatis corona fundato debeat gloriari. Vnde Lem. mulierem illam Sole amictam Apoc. 12. Virgini Deiparæ aptans, sic inquit. *Iure ergo Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundissimâ diuine sapientia, ultraquàm credi valeat, penetrauit abyssum, ut quantum sine personali unionis creatura conditis patitur, luci illi inaccessiblei videatur immersa. Illo nimirum igne Prophetæ labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur; longè verò aliter Maria meruit non velut summam tægi, sed operiri magis undique & circumfundi, & tanquàm spongæ conclusi. Quam intimam diuinitatis in Mariam circumfusionem multis, & puicherrimis alijs sententijs confirmans, tandem in hæc desinit verba. Denique & coronauit eam, & vicissim à Deo meruit coronari. Ecce virgunculam Deitate circumfulam, ecce Filij diuinitate coronatam, ut quæ solâ filij Dei capæ reflecta sit, & Filij æmula, ex hac Diuinitatis corona regio nomine gaudeat: ut iterùm Bern. term. 3. in Missus est fatus. Nescies virum, & gigantes filium, qualem filium? Filius paternæ charitatis erit corona tuæ castitatis. Sic ille.*

J. X.

Quod nulli magis congruat dominari, quam Virgini.

MARIA sonat Dominam Hieronymo, & Damasceno, passimque alijs pluribus; nec Virgini excogitari decentius nomen potuit, quam id quo clarum Regnum, & Imperium exprimitur. Regium diadema putauit Cyprianus proprium esse

se virginitatis & pudicitie fructum, sic de casto iuene Ioseph scribens. *Qui in domo minor cum periculo fuerat, Regie domus sine periculo Dominus effectus est: generositati suæ redditum fructum pudicitie Deo iudice, à quo meruerat, accepit. Expende illud, Deo iudice; ut sic videas, quam iure debitus pudicitie fructus regius splendor. Id satis nouerat Ioseph ipse, quum in latere heræ respondit Gen 39. *Nec quicquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ uxor eius. Obsecrantius forsan dixerit seruis, præter te, quæ domina mea es. Cur non domina à seruo dicitur, præcipue cum & ab ingenitis quæuis femina domina vocatur? Stat pro Ioseph Amb. lib. 5. sic aiens. Ille noluit, & dixit uxori domini sui re. Et uxor domini, & non ipsa domina dicitur, quomodo domina, quæ dominandi non habet officium? quæ disciplinam domina non tenebat? Ille dominus, qui amicitis non excipit faces. Equidem vni Virgini aduatus est principatus, solû virgo ad clauum, ad imperium vocatur. Id quod animaduertens Ioseph ipse, cum de libertate recuperanda agit Gen. 40. solû dicit. Suggestas Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia furtim sublati sum, & hic innocens in lacum missus sum. Sed cur non iubet suggeri facinora sua, nimirum, quod viderit se à fratribus adorari, quod abtrusa somniorum calluerit? Cur solius infractæ castitatis memorat causam? Sanè prælagus illius animus festinantem regiam dignitatem olfaciebat, & ided solam memorat castitatis causam, & cui soli deberetur regnum. Ita D. Isidor. Pelus. lib. 4. ep. 79. fatus. *Brubuit Ioseph ea commemorare, quæ sibi accliderunt, ne coronâ castitati debitâ sibi ipsi imponere uideretur. Et enim unum castitatis coronatur opus, ut potè regium, aded, ut regalis purpura, Cant. 7. vnus castissimus sponsæ tribuatur mentibus, ait enim, come capitis tui purpura Regis: Ibi enim residet regius decor, ubi casta cogitatio, crinibus denotata nomine quiescit. Hinc lasciuia Daldæ manus aduersus Samsónis armatur et mis, Iud. 16. Cuius exemplo D. Isidor. Pel. lib. 2. ep. 284. monet nos, ut fugiamus luxuriam.***

E 4 tem

Bern.

Bern.

Cypr.

Gen. 39.

Ambr.

Gen. 40.

Isid. Pel.

Cant. 7.

Isid. Pel.

Lib. I. Caput Septimum.

tem manum. Ne velut horrendum quēdam, & elatum leonem nacta, comam quidem, qua leonem verē leonem efficit, regiamque dignitatem ipsi conseruat, amputet. Coma ergo, nimirū casta cogitatio, sedes purpurę est, regijq; splendoris, quę sola regali nobilitatur nomine, & stemmate. Dominatorem agnum deprecabatur Aulicus Isaras vates fœlicior illo Ioann. Apoc. 14. Et vidi, in-

Apoc. 4. Iuit, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta milia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptū in frontibus suis: hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno, virgines enim sunt. O pulchram virginum laudem! O vos fœlices dominatoris agni Laterones! Quid plura? omnes nomen regium eius, & patris eius habent in frontibus scriptum, regalemq; stirpem ipso nomine pandunt. Vnde pulchrē Arnoldus Carnot. ait. *Maria*

Arnol. lingua Syriaca Domina dicitur, Christus Dominus, Maria Domina. Ecce Virgo habet nomen agni regium, quod si contraria contrariis licet compone

Chrysol. re, accipite Chrysologia culcum, quo incestos Baptistę interemptores acriter pungit. Sociatur Herodi Herodias ne essent vel nomine dissimiles, qui erant scelere, moribus, vitęque consimiles, & itę gerētur vocabulo, quos criminum iunxerat turpitudine. Sic mæta cupidinis si accipia nominis comunione suā præferunt infamiam; sic è contrario qui dominatori agno candidissimo virginittatis balteo assillunt, nomen eius, & nomen patris eius commune habent, hoc est, à regia orbis moderatorum familia non degenerant, gentili codigni nomine, & principatu. Hanc sociorum agni regiam pulchritudinem subodoratus D. Greg. Pontifex, visis agnis illis, qui super Sion dominatoris agni nomine candidabant, meminit statim Saulis actum, cum expugnatus Amelech, nimirum turpitudinem

i. Reg. 15 dicitur, quod præcipit populo, & recensuit eos quasi agnos. Quid cum militibus, hisque strenuis turpitudinem vastaturis nomen agni? quasi agni sunt,

Greg. inquit Gregor, quia per gloriam perfectę pudicitie iam illis virginibus cum Christo in Regno gaudentibus similiturę

quasi velit à virginibus militantibus omnia regia decora iam haberi, quibus gaudent in cœlo regnantes: & recte quidem dominantu agno sociantur dominantes agni, ne essent vel nomine dissimiles, qui erant pudicitia, moribus, & vita consimiles, vni etenim virgines regium agni nomen seruant inuolatum. Hinc de virginibus sponsi lateronibus Regius Vates Psal. 44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumnacta varietate.* Quę grauissimē D. Ambr. expendit lib. 1. de Virginit. *Aduerte, o Virgo, quantum tibi Spiritus sanctus, Scripturę diuina testificatione, detulerit Regnum, aurū, pulchritudinem: regnum, vel quę sponsa es Regis æterni, vel quia inuictis animum gerens, ab illecebris voluptatū non captiua haberis, sed quasi Regina dominans.* Namque, vt supra dicebamus, ille Dominus, qui amantis non excipit faces, & quę niueo pudore creaturas facillē superauit, iure Domipa, & Maria ab omnibus celebratur.

Psal 44.

Amb.

S. XI.

Virginum proprium in amaritudinibus vitam ducere, & abscondi ab oculis carnalium.

Rursus alij etymologiã Marię ducunt à radice Hebręa significante amarorem maris, quã significatiōnem à Virginitate nomine ablegauit Ambros. Verum crediderim nunquã magis commendari Virginem, quã cum ab amatore prædicatur. Hoc vno se maximē iactat illa, quę dicebat. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus inter vbera mea commorabitur.* Cant. 5. quasi diceret, floridis effulgeant alię corollis, virenti potiantur ætate, gaudiisque ac lætitię ebrię currant in amplexus optatos, mihi myrreus puluis potior est, illis condar vnguentis, quibus condiantur cadauera; non enim carnis integritas, nisi amaricante myrrhę puluere seruat. Sic Nazian. carm. ad Virg. *More*

Cant. 5.

Nazian.

Mortua sis cunctis alijs, veluti que sepulta.

Nil etenim virginem pudicitiam conseruanda aptius, quam is, quo in sepulchro cadauera conseruantur, myrreus, & amarus puluis. Hinc sibi aptat uirginitas unguentum, ne putrescat, ne uaneat. Hinc recte D. Gregor.

Nissen. Nilen hom. 3. in Cant. *Cuiusmodi est cantu. unum quem canit fortis, & excelsi animi Virgo? mibi inquit, est fasciculus, quem a collo suspendo supra pectus, per quem bonum odorem praebeo corpori, nullum autem aliud ex bene spirantibus aromatibus, quam ipse Dominus effectus myrrha, situm est in fasciculo conscientiae, in ipso meo corde commorans, & habitans: quasi hoc uno venanda sit incorruptio uirginitatis, quo ueniantur incorruptionem sepulta cadauera, nimirum succis amarizantibus myrrhae.*

Hae prima a Virgine estulgeat uirtus, qua mortificata in diuini sponsi oculis reuiuiscat. Ecce Dauidem Psal. 44 canentem. *Myrrha, & gutta, & cassia a uelamentis suis, a domibus eburneis* Et quae sunt domus eburneae, nisi uirginea corpora? Quod ergo in primis uirginem commendat, non gutta, non cassia, sed myrrha est. non enim alias uirtutes speret uirgo, cui in primis cara non est myrrha. Sic Guarricu. Abb. serm. 1. in praesenti fatur. *Myrrha, & gutta, & cassia a domibus eburneis: inhabitamus quidem domus luteas, sed quae materiae qualitate sunt luteae, continentiae uirtute sunt eburneae, ex quibus si myrrha prima spirare ceperit per mortificationem uoluptatum, consequenter & aliae species multiformem uirtutum gratiam spirabunt.* Oblunt diuinis spondae profana gaudia: quippe

Gen. 31. Labanus querebatur de clandestino, & moesto fiharum dilectu dicens *Gen 31 Si suum prosequeris te cum gaudio, & tympanis, & citibus.* Vbi pulchre hinc allegor fatur. *Re ipsa fat eris, quod a detinueris eam in carcere, nisi eam cum instrumentis musicis prosecutus fuisses; non uere deduxisses.* Male profecto oleret uirginitas apud gaudia, ubi & coniugum labat, nonne

Philo. chrytallinus uirginitatis splendor tor-

peret, ubi pene aeneum casti conjugij speculum maculatur? Ne uirgo offenderet, ubi conjugij castitas cadit? Quae uirgo percurreret uiam, quam conjugij iuga nequeunt superare? Fuge, o uirgo, omnem mundum, fugitiua respice gaudia, quia talibus deductoribus minime ad sponsum diuinum peruenitur. Uxoribus conceduntur fugitiua gaudia, bonorum humanorum uisura, domus amplitudo, fulgentes uelites, diuitiarum, deliciarumque uisus: sed o quam haec insidiantur pudicitiae, etiam in uxoratis! Id pulchre expendit Chryost. homil. de Caeco nato. *Quid lasciuiae profuit Aegyptiae adulterium in cubiculo? Quid primae Martyris Teclae nocuit nudam in theatro certare: non peccauit denudata; non afficitur ignominia; sed coronatur sancta: atque haec quidem in theatro coronatur; illa uero in thalamo infamatur.* Aduerte, ubi uirginitas floreat, & ubi etiam conjugalis castitas fedatur. Pudicitia in iusticijs, in cruciatibus, in felleis doloribus euolat ad coronam. Ast thalamo in eburneo, pictisq; tapetibus, medijs gaudijs, & rerum abundantia perit castitas conjugalis. Unde nomen uirginis *Maria*, nempe amaritudo, seu myrrha maris. Hinc pulcherrime D. Epiph. de laude uirg. *Maria interpretatur myrrha maris; mare autem dicit uniuersum mundum, cui uirgo serenitatem, & tranquillitatem contulit: dum portum peperit Christum.* O quam mundus amaritudinibus exundabat antiquitus, quot fellei fluit hinc inde currebant, concurrebant. Dauid ad caelum uolaturus canit. *Quis dabit mibi pennas sicut columba, uolabo, & requiescam? Cur non perpetes Aquilarum uolatus cupiebat Psalter? cur Ardeas pennas non amiciebat? Et quidem non tam uolatum, quam sine felle uolatum requirebat, nec inueniebat, non ales sine felle ad astra uolabit: felle uero est, & amarissimum trauandum pelagus, fellea Mariae superanda sunt ad uitam euolanti. Sed age, instemus adhuc illi Naz. ad uirgines consilio, nimirum mortua sis cunctis alijs, ueluti que sepulta, quasi non sufficiat uirgini, quod omnibus mundi gaudijs moriatur; sed intuper debeat sepeliri, hoc est sic clau-*

Chrysostr.

Epiph.

Psal. 13

di, ut omnium mundialium fugiat cō-
 spectus, quo e sepulchro virgo ad super
 os euolabit Abrahę dictū à Deo fuit
 Gen. 15. *ibis ad patres tuos sepultus in se-
 nectute bona: an non sufficeret dixisse,
 ibis ad patres tuos mortuus? cur magis
 dictum est sepultus? Sarc, ut quis ad
 superos euolet, non satis est, si mundo
 moriatur, in super requiritur, ut nec vi-
 deatur à mundo, quod proprium est
 eorum, quos sepulchrum claudit. Id
 quod eleganter docet Ricard. Victor.
 serm. de diff. sacrif. Mar. & Abrah. sic
 fatus. *ibis ad patres tuos sepultus. Prius
 homo moritur, ut postmodum sepelatur.
 Mortuus quidem desinit videre, sed non
 statim desinit videri. Qui vult ergo huic
 mundo mortuus esse, oportet illum oculo-
 los illos claudere, quos in primis paron-
 tibus legimus apertos fuisse, & oblecta-
 menta sensuum non attendere: sed tunc
 qui eiusmodi est, quasi post mortem sepul-
 chrum inuenit, quando per sapientia stu-
 dium, eternitatisque desiderium à mun-
 dani in super mundana transiens, in hu-
 iusmodi statum proficit, qualem carna-
 lis quilibet non dicam scire, sed nec suspi-
 cari possit. Iam ergo virgo mūdo mor-
 tua, uelut ad patres suos celestes uolū-
 re, adhuc necesse est, ut sepeliatur, hoc
 est, ut sic à carnalium oculis claudatur,
 ut nec mento ab illis attingi queat. Sic
 puerulus adhuc Christi præcursor de
 Virginea Mariæ præsentia festum
 agens, quia festum Virgini aptum mer-
 ditabatur, in utero materni abscondi-
 to illud salubus instituit eum Luc.
 2. *exultavit infans in utero meo: quasi
 occultæ exultationis signo Virginis
 denotaret aduentum. Quod acute spe-
 ctauit D. Leo ser. 10. de Nat. inquit.
 Nondum editus puer genetricem Domi-
 ni signo clausa exultationis ostenderet.
 Proh nobilis luxuriæ expugnator, quā-
 do moriens castitatem commendat,
 & conceptus in utero inimica pro-
 scribit castitatis publica festa, omnia-
 que virginum gaudia clausa, &
 quasi sepulta testa-***

Gen. 15.

Ricard.

Luc. 2.

Leo.

*Virginitas mentem illuminat, ut
 Deum uideat, indeque
 Maria sibi, & nobis
 lumen acqui-
 rit.*

TAndem alijs & Maria idem
 quod luminare, & valde appositè
 Virgini inditur ab illuminando voca-
 bulum: nil enim magis puro cordi in-
 natum, quàm conuientia lumina ad
 Deum videndum acuerere, & excitare.
 Sic apud Matth. *Beati mundo corde,
 quoniam ipsi Deum uidebunt. Quæ pul-
 chritè expendens Hilarius ait. Nil pol-
 lutum, & sordidum ad occursum diuinae
 claritatis insistit. Hi uisui, & occursum
 Dei sunt patentes, quibus per animi nitō-
 rem, ac uitæ puritatem potestas eius sit
 contuendi. His luminibus claruit castis-
 simus iuuenis Ioseph, hac fruebatur lu-
 ce medius carceris, & vinculorum te-
 nebris, quem non tam faciei splendor,
 quàm pudicitia lumen reddidit con-
 spicabili. Vnde August. serm. 83. de
 Temp. *Pulchrior erat intus Ioseph, quàm
 foris, pulchrior in luce cordis, quàm in fa-
 cie corporis. Lux cordis est pudicitia,
 qua nobilis adolescens ditatus, fuman-
 tes cupidinis tædas repulit. Iure ergo
 Maria Sole perhibetur amicta, quæ pro-
 fundissimam diuinæ sapientia, ultra quæ
 credi ualeat, penetrauit abyssum, ut quæ-
 tum sine personali unione creaturae con-
 ditio patitur, luci illi inaccessiblei uideat-
 tur immersa. Sic Bernar. lucidissimam
 Virginis mentem colligit, & expedit
 in radianti illa, & ecclesiæ femina A-
 pocalyp. 12. cap. Et sane quàm pateat
 Diuinitas oculis castis, ex illo perspici-
 tur, quod exceptur. Hebraei Deum le-
 gislatorem apud Sinam, sic monentur
 Exod. 19. *Estote parati tribus diebus,
 & ne accesseritis ad mulieres.* Id quod
 eleganter ponderaus D. Sixtus Ponti-
 fex epill. de Cast. inquit. *Si tantum il-
 lus tunc exigui temporis contentia pro-
 fuit, ut diuinæ claritatis uisione gauder-
 ent, uide quanta illi remuneracione sunt
 digni,***

Matth.

Hilar.

August.

Bernar.

Exo. 19.

digni, qui perpetuam voluerint integritatem seruare. Erunt non modo Dei breui tempore inspectores; verum etiam coeterni habitatores. Lyncei sunt virginei oculi, vt Deum perspicere valeant.

Nec solum sibi lucida Virgo Maria; sed aliorum etiam exiit re, & nomine illuminatrix. Etenim quae sibi Sole amicitur, vt clareat, & caeat caelestum penetralia nobis viatoribus Luna allitit. Luna, inquit Ioannes, sub pedibus eius, quasi superius Solem, inferis Lunam exprimeret. Luna ideo facta, vt

Apoc. 14 praesent noctis: quod sic Chrysol. examinat; quid est in praesentur 20 dies, & praesenturas noctis? hoc est, vt Luna dispellat tenebras, & hominum generi lumine suo praebeat commoditates utendi suis studiis: tunc enim viator fidentius iter facit, & sua quique studia metu posito aggrediuntur. Proh Deus immortalis! quam haec vita non scater periculis, quot sunt metus, quot occulti hostes, quot paratae sagittae, quot mortis genera! Verum hos inter nocturnos timores data est Maria Luna fulgentissima, cuius lumine quisquis viator est, securè iter facere, & conficere potest.

Psal. 10. Vt autem viatori, qui sine huius lunae radijs viam aggreditur; quoniam ecce peccatores intenderunt arcibus parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Psalm. 10. explicatior est Graecus, vt sagittent in nocte illumi rectos corde: nulla sanctitas, nulla cordis rectitudo inimicorum sagittas effugiet, nisi fauor refulgeat Mariae Lunae: tunc Demones rectos corde inflectendos, & expugnandos putant, si faciunt iter nocte illum, hoc est, si vitam ducant sine Maria illuminatrice.

Textus. Et ingressus Angelus ad eam.

S. XIII.

An non audeat Angelus malus in Virginem?

NON cuiusuis Angeli accessum scilicet esse, resuscitatur Aegyptus.

tus; quae Angelum exterminatorem vna nocte suscepit & omnes primogenitos suos interfectos lux. r. l. m. Assyriorum exercitus Angelorum quidam incursum contriti sunt; & quod maximum timorem incutit, ipse Doctor gentium, vas electionis de se dixit: datus est mihi Angelus Sathanae qui me calcabit. Qualis igitur Angelus accessit ad Virginem explicuisset proculdubio Euangelista; nisi res ipsa id satis explicatum relinqueret, ad eam quippe, ad Virginem purissimam, ideoque & sociam agni, & eius singulariter dealbatam sanguine, ingreditur Angelus, eo totum tœlix, & beatus monstratus, quod ingreditur ad illam Virginem. Huius commentarium cogitationis praestata magno Pontifice Leone audire, qui serm. 4. de Pas. sic extollit corporis, & animi pudicitiam et quia nihil est omnium virtutum dignitate praestantius, quam pietas misericordiae, & puritas castitatis, his nos praesidijs specialius instruamus, vt charitatis opere, & nitore pudicitiae, tanquam duabus elevatis, de terrenis mereamur esse caelestes: quo desiderio quisquis gratia Dei adiutus impletur; huius limina vastator Angelus sanguine agni, & signo crucis praenotata non intrat. Equidem virginea limina agni sanguine, vt est in Apoc. albicant, & exterminatores Angelos omnino fugant: quisquis ad Virginem Angelus intrepide accedit bonus est, & venturi boni nuncius. Quod pulcherrime confirmat Chrysol. homil. de Annunc. inquit. Tunc Angelus iussa faciens Virginem adit, & clara voce ait, inquit, gratia plena, Dominus tecum, non est amplius diabolus contra te. Expende illud, non est amplius diabolus contra te: quasi dicat, nullus Sathan, nullus malus Angelus ex tunc virginea premet limina, ex quo agno diuino fuit consignata

virginitas in

Maria.

S. XIII.

Lib. I. Caput Septimum.

§. XIII.

Virginum decus clausura, & solitudo.

Ingressus ad Virginem Angelus est, non enim illam in hominum frequentia inuenit; sed solam, intra cubiculum, ostio clauso reuulit. O quam sibi debet cauere pudicitia! *Margaritā vsu atteri* non dubium est Plinio. Pulchrior, & preciosior cunctis margaritis virginitas, seu pudicitia: vñ illi si frequens hominibus sit, si pateat omnibus prospicienda, vilescet proflus vsu, pessumabit. Nonne virginali hominum splendore, castoque naturæ humanæ decore longè elegantior, & firmitior est splendor naturæ diuinæ? Quis non demens hoc neget? Accipite igitur, D. Irenæum, lib. 4. contr. Gent. capit 37. ubi luculenter expendit, quàm sit necessaria, & quàm periculosa Dei inter homines apparitio. *Si non appareret, perirent cuncti, si passum videretur, fieret contemptibilis. Quid plura? Ideò factus homo est, & ita inuisibilitatem quidem Patris custodit, ne quando homo fieret contemptor Dei, visibilem autè rursus ostendit Deum, ne in totum deficiens homo cessaret esse, vita enim hominis visio Dei. Ruminare illud, inuisibilitatem Patris custodit, ne quando fieret contemptor Dei.* Quis hæc Theologis dixerit? quòd ammirum facies illa diuina, quæ in patria vniuersos beat spiritus, quæ omnium ad se oculos conuertit, rapit affectus, hæc sibi cauet ab hominum inuiatorum statu manentium conspectu, ne contemnatur, ne pessundet ab illis. Hæc Irenæus, & Theologus, & piensissimus affirmat de increata pulchritudine, *que se inuisibilem custodit, ne quando homo fieret contemptor illius.* Quod igitur sibi Deus timet, non timebit carnea pudicitia se ab hominum oculis sequestrans, ne fortè vilescat, & contemnatur ab illis? Diuinissimum sanè est frequentias fugere, humanis eripi obtutibus, ne vilis fias. Deificum est, summeq; Deitatis proprium, longa hominum deuitare colloquia, & di-

Iren.

ficare sibi solitudines. *Ecce constitui te in Deum Pharaonis, dixit Dominus Moyse Exod. 1. Quod eleganter enodat Rup. lib. 1. his verbis. Te Deus Pharaonis constitutus, non dignaberis multa loqui, vel orationem protelare cum Rege Aegypti, vel faciem tuam aperire popularibus ineruditis exemplo mei, qui nec verborum indicijs ego cum principe tenebrarum, nec passim visibiliter appareo mortalibus filijs hominum.* Nil elegantius, nihil pulchrius excogitari potuit, vt doceantur qui æmulatores sunt perfectionis diuinæ, qui agnū sequuntur quocumque ierit, qualiter se mortalibus oculis negare debent, qualiter sibi timeri ab hominum frequentia, quàm suspecta debent habere humana colloquia, quàm illis grata extutura solitudo exemplo Dei, qui tenebrarum Principis colloquia, & hominum conspectus deuitat, fugit. O quàm Dei æmulatrix Virgo Maria! cui ait Bern. *In proposito erat hominum fugere frequentias, vitare colloquia, ne continentis castitas tentaretur.* Clause rat itaque etiam illa hora (nempe qua ab Angelo salutatur) suum super se habitaculum Virgo prudentissima, sed hominibus, non Angelis, & quidem iuxta Amb. sola erat in penetralibus, quam nemo virorū videret, solus Angelus reperiret, sola sine comite, sola sine teste, ne frequēs hominibus vilesceret, eiusque puritatis splendor inglorius ireret.

Exod. 1. Rup.

Hom. de B. Virg.

Textus Dixit Ave gratia plena, Dominus tecum.

§. XV.

Summa Virginis in Deum deuotio pluribus debuit salutationibus interrumpi, vt aduerteret.

Miraberis fortasse ab Angelo ter Mariam salutata, tribus visitatissimis salutationibus premittis. Primum dixit

Ave

Aue, mox gratia plena, tertio Dominus tecum, nec frequentior apud Hebræos salutandæ te mutuo forma inuenietur, quam To Aue. Cur ergo salutatur? Mariam non vnica salutatione vsus est, quin potius, nullo expectato responso, omnium salutationum genera protelauit? Rusticus sanè haberetur ille apud homines, qui salutaturus accedens simul omnes salutationes congereret, & euomeret in presentiarum. Rusticus ne Angelus? Abiit: tunc temporis Maria lectioni sacræ, seu orationi vacabat, vt multi meditantur patres, à quibus id accepit Simon de Cassia, vacabat, inquam, orationi ea mentis attentione, quã requisit à puero Eliseus 4. Reg. 4. inquit. Si occurreris tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quisquam, non respondeas illi. Quibus indicauit ministro, iuxta Abulensis, & Cacerani expositionem, vt debitè absque distractione mentis properaret ad executionem mandati. Planè Maria, quæ ceteros attentione vincebat, sic orationi vacabat, sic diuinis legibus meditando inhaerebat, vt communes salutationes non curaret: quare opus fuit Angelo nouam, & peregrinam salutationem texere, imò salutationes congeminare, vt ab opere exhibitò Mariam sibi attentam reuocaret. Hanc mihi iniecit cogitationem sancti Ambrosii lib. 1. de Abraham cap. 8. à quo fidelis senex depingitur sacrificaturus Isaacum iam rotata securi, vt amantissimum filium trucidaret, & ecce tibi Angelum à tergo vociferantem, Abraham, Abraham. Cur hæc Abrahami nominis cõgeminatione? Si semel tantum vocaret parentem à nece amantissimi Filij procul dubio reuocaret; tamen non semel vocauit, inquit Ambrosius. Ne aut non planè audiret, aut fortissimè esse vocem putaret, repetiuit vocem tanquam veritus, ne praeueniretur studio deuotionis, & vna vox impetum ferientis reuocare non posset. & vt Chrysostomus addit. bene hic geminatione vsus est, vt superaretur impetus iusti. Sic se sacrificius dedunt sancti, sic attendunt quid faciunt, vt nec Angelorum vocibus capiantur, nisi multiplicatis. Sic omnium sanctissima Virgo orationi vacabat tanta mentis deuotio-

ne, & attentione, vt opus fuerit Angelorum voces, & salutationes geminare, veritè ne impetù orantis reuocare non posset

J. XVI.

Gratia Mariana plenitudo omnibus profecit, etiam Angelis, etiam Deo.

A Bominor plenitudinem illam bonorum mundiali avaritiæ familiarum, qua pleni homines perire malunt, quam alteri prodelle. Huiusmodi erat ille apud Luc. cap. 12. qui plena horrea destruere cogitabat, & maiora ædificare, nequid superesset pauperi. Quid faciam, ait, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia que nata sunt mihi? O sedam hominis avaritiæ, inquit D. Basilius. & horrea quidem crepabant præ copia conditorum, avarus tamen animus nequaquam implebatur! Urgent enim ipsius animam diuitiæ à præptuarijs emanantes, ne fortè cum exiuerint, profint egentibus, Longè aliter Maria impleta erat coelesti gratia, cuius plenitudo largo Spiritus Sancti imbrevniuersas creaturas irrigabat. Vidisti à pleno fonte nouos scaturire radios aquarum, quibus vicina omnia continuo irrorantur? Sic Maria plena gratiarum scatuit, irrorat, vt nullus illi adsit non madidus. Hinc Sanctus Laurentius Iustinian. serm. de Annunt. ait. *Gratia plenitudinem qua in Maria erat præsensit, cœlestis nuntius cognouit, manifestauit, dixit, Aue gratia plena. Vbi pondero illud præsensit, instat eius, qui vicinam fontis plenitudinem præsentit, quum accedens madet, siue irroratur. Sic Angelus Mariæ accedens, sic se gratia perfundi sensit, quasi scaturienti fonti appropinquaret. Egrege D. Bernardus serm. 2. de Paruis, comminiscitur formosissimam puellam Rebecam viuo fonte adaquantem Eliezer, eiusque iumenta, sub cuius historix cortice ita in præsentia fatur. Quarit Angelus puellam, quam parauit Dominus filio Domini sui, bibit ipse de hydia tua, o Virgo, cognata sibi virtute delecta-*

4. Reg. 4.

Abulen. Caset.

Ambr.

Gen. 22.

Chrysos.

Luc. 12

Bas.

Lau. Ius.

Bernard.

Lib. i. Caput septimum.

delectatus; sed nunquid non & iumentis potum tribues? bibis Angelus, quod virum non cognoscis, bibant iumenta, quod de humilitate singulariter glorieris; sed forte ne in his quidem duabus metretis plena est hydria tua, capax est etiam tertia, ut non modo Angelus, & iumenta; sed ipse iam bibat arbitriclinus, Patrem loquor, qui principium Trinitatis arbitriclinus iure vocatur. Ait sane Angelus fecunditatem Mariae commendans, qua tertia est metreta, quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei, ac si dicat, cum eo solo tibi est generatio ista communis. Hæc ille eleganter expendens plenitudinem Marianam, ex qua lacteo cædore pudicitæ potantur Angeli, humilitatis decus imbibunt homines, gaudet diuinus Pater sibi socio splendore excuditatis, ut sic nemo sit e diuinis, vel e creatis, qui de Mariæ plenitudine non capiat,

§. XVII.

Plena gratia Mariae Deus per se ipsum prouidet, & adstat.

Sufficiat cuius alteri, quod Deus Angelis suis mandauit de te. Ait Mariam non Angelis mandauit; sed ipse per se Dominus custodiuit, parauit: quod inuuit Gabriel, dum dixit, *Dominus tecum*, hoc est, non mihi ades, o Virgo, commendata, nec ego tibi profuturus accedo, Dominus ipse tibi adest, Dominus tui curam suscepit. Nec ideo putanda est Maria non habuisse custodes, imò & seruos Angelos habuit sane, sed illius singularis, & principalis custos extitit Angelorum Dominus per se ipsum. Regius ille apostata hoc crimen obijciebat Christianis, quod Deum seruire creaturis faciebant: etenim diuinius Deus, ait, apud gentes effingitur, ab omni creaturarum cura semotus, terrena hæc Angelicæ suæ inferiorum Numinum prouidentia relinquens. Huius conclusit ora sanctus Cyrillus, dum recolat summam ab irato Deo profectam hominum perniciem, ubi Exod. c. ait Moyli. *Transi-*

*binc tu, & populus tuus, quem eduxisti ex terra Aegypti, & simul mittam ante faciem tuam Angelum meum, non simul ascendam tecum. Tum sic Cyril. Vide Israellem sub Deo in summa felicitate esse ubi autem impegit non mediocriter vergens in defectionem, pro poena accepit, ut sit sub Angelo. Quin & detrimēto sunt hominibus, si sub alijs quibusdam sint, vel gentium principibus, etiam si boni quidem sint, sanctique, & summo Deo subditi. Huius damni timorem Mariæ præcauet Angelus primo sui ingressu præueniens, ne tanta Virgo Angelus putaretur demandata, illorumque prouidentia relictæ; quin potius a summo rerum Domino assumpta, ab illo que immediate electa, & præmunita. Hoc mihi sæpe accidit ad miraculum quod Angelus Mariam, tanquam Dominam venerans, illi nouum partum, nouas curas indicens, nunquam se illi obtulit seruiturum, nunquam Angelicum promisit obsequium. Cur ita? erant Mariam omnia Domino Angelorum demandata, ab illoque diligenter suscepta, quid tunc facerent Angeli? Hoc debeo Euthymio, qui expendens verba illa Angeli ad Sanctum Ioseph. Matth. 2. *Surge, & accipe puerum, & Mariam matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Sic ille commentatur, *Non promissit se fore comitem itineris insinuans, quod magnum haberent vis comitem, puta puerum.* Etenim ubi Dominus adest, trahet obsequium, etiam exhibitum ab Angelis. Mariæ adest Dominus, non opus sunt illi Angeli, quibus, etiam perniciosissimi sunt, præuenit Dominus, ut Mariam susciperet, & comitaretur. Quod pulchre ponderauit Hieronimus. de Assumpt. Vbi audiens Angelum dicentem Mariæ, *Dominus tecum* addit, *is enim erat cum Virgine, qui ad Virginem mittebat Angelum, & præcessit nuntium suum Dominus.* Ergo accedens Angelus videns se in Mariano obsequio præuentum a Domino, non suam, nec aliorum curam pronuit Mariæ, quin ex hoc eius maximam prædicat felicitatem, quod præ Angelis Dominus illi adit.*

Apud Cyril.

Matth. 2.

Euth.

Hieron.

§. XVIII.

*Quicquid à Deo venit humana
pectora replet.*

Miraberis, quòd Angelus Mariæ gratiæ plenitudinem annuntiet. O bone, desine iam mirari, quando hoc certissimum est, quòd quicquid à Deo hominibus venit, potens est eorum corda replere. Dominum Isaias vidit cap. 6. sedentem in solio maiestatis, & inde eius maiestatis notans, ait, *Et ea quæ sub ipso erant replebant templum.* Vbi expendo, quòd non solum Dei maiestas per se, sed quævis ea quæ sub ipso sunt, & mittuntur a Deo, dicuntur replere templum. Id quod eleganter attigit D. Greg. PP. hom. 15. in ezechiel. fatus in rem nostram. *Implebant templum, quoniam etsi Angelus apparet, infirmæ tamen mentis desiderio satisfacit.* Adeò diues est Deus in misericordia, ut vel minimus è ministris eius bonis repleat, & satiet animam inanem, ut vel mica ab illius mensa diapsa famelicos impleat, & saturet. Sapiens illa Cananæa vel vnam micam requirebat è diuinis manibus, ait enim, Marc. 7. *Et catelli sub mensa comedunt de micis.* Quali ista mulieris petitio? Totæ egens erat, & vnam tantum à Deo petit micam panis? Sanè nouerat, quòd à Dei manibus vel mica integram boni plenitudinem asserit. Ita Victor Antiochenus ibi ait. *Minima virtutis illius partem, hoc enim mica nomine significabatur prestanda in filiæ sanitatem arbitrata est.* Sed age recolamus animo tres illos Orientis Magos apud Regiam Herodis regalibus delicijs madidos, hi ut ab Ierosolymis abcedunt, statim vident stellam medio ab aere radiare, Matth. 2. *Et gauisi sunt gaudio magno valde.* Ecce vobis vna cœlestis lux illos replet gaudio, qui inanes à mundiæ regni consortio discedunt. vbi vel vnam stellam Dei ministram offendunt, summo replentur & perfunduntur gaudio. Ibi D. Chrysost. ait. *Per ministerium stella intelligebant*

quoniam dignitas nati Regis excedebat mensuram omnium mundalium Regum. Quippe qui à toto Herodis exercitu, medijs Regijs gazis adhuc præferrebant inanitatē, sic per hanc Dei ministrā replebantur, ut superflueret mensura gaudij. Diuinitimē aiebat Psalm. 25. *Cibauit illos ex adipe frumenti, de petra melle saturauit eos.* Mirabar, quòd Dei Angelus, quòd Dei stella, quòd Dei mica afferat hominibus saturitatem, & plenitudinem: sed vide, quòd mirere magis de petra melle saturauit eos, quam in nullis mundalibus bonis reperies, vel in diuinæ domus petra plenitudinem inuenies. Quo spectat Ricard. à sanct. Vict. serm. de Spirit. Sanct. fatus. *Nescit omnino, nescit, quàm sit vera, & plena refectio, quem non satiat supercœlestis illa, & plus quàm dulcedo mellea.* Quasi dicat vbi vel à domus Dei petra instillatam guttam non ebibis, nullam inuenies plenitudinem, & saturitatem.

Pulchrè Cant. 3. notatur. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel &c.* Vbi Nissenus hom. 6. & Richard Victorinus, cœlestem quietem intelligunt, in qua qui labore improbo hic deludabant, delicijs pleni, & saturi requiescunt. Sed aues scire, quàm sit immensa hæc requies, quæ fortissimos exsatiare valet. En, inquit Lectulum, non enim magnum stratum, non ingens lectisternium, sed vel lectulus minimus Dei ingentes creaturarum animos saturat, Idem inuans Richard part. 2. capit. 10. *Quia minimus est quod de illa quiete cognoscere possunt, per diminutiuum exprimitur: nec tam lectus, quàm lectulus nominantur.* Plane minima quæ sub ipso sunt, replent amplissima spatia pectoris humani.

Textus. Turbata est in sermone eius.

§. XIX.

Caveat honesta sponsa, in scio marito verba excipere vel Angeli.
O verè Virginem Matrem, & magistrantem

Isai. 6.

Greg.

Marc. 7.

Vict. ant.

Matth. 2.

Chrysost.

Psalm. 25.

Ricard. à sanct. Vict.

Lib. I. Caput Septimum,

J. X X.

In quouis sanctitatis culmine ti-
meat virgo castitati sue.

Sanctissima Virgo post tot virtutū
Sinnatarum examina, post Dei in se
prouidentiam, & summum amorem
a primo conceptiōis instanti ex-
pertum, post Angelorum obse-
quia, audita Gabrielis voce de concipi-
endo Deo, statim turbatur, & suā ti-
met castitati. O dignam tanta Virgine
cautelam! Nulla, mihi credite, virtus
tanta est, quæ non debeat timere casti-
tati. Amos cap. 7. Deum Opt. Max. no-
bis repræsentat super mui ū stārē, cui in
manu erat adamas: sic enim habēt Se-
ptuag. in manu ei⁹ adamas: & quidē per-
fectus quique vbi ad tantam peruenit
gratiam, qua Dei manibus hæreat, fir-
matus adamas est, adamas, inquam, fer-
ro igneque potētior: a quo nāque vin-
cetur adamas? & adamas in manu Do-
mini, timebit ne ignem? timebit fer-
rum? Nullo modo; sed vnum habet,
quo mollescit adamas, nimirum hēdi
sanguinem. Papæ, etsi factus adamas in
manu Dei fueris, etsi onnia difficilia
superaueris, vnum adhuc habes, quod
timeas, nimirum: animalem libidinem
& petulantiam. Ab hac tibi timendū
est, etiamsi in manu Domini adamantino
virtutum robore videaris firma-
tus. Ab hac stat sententia D. Hieron.
in præsentī lib. 3. cap. 8. fatus. *Habet in
manu adamantem, qui in tantum robu-
stus est, ut dicatur ad eū, si transferis per
ignem, flamma non comburet te, quan-
toque magis tentationibus ceditur, tanto
fortior fit, & pro nomine Saluatoris in-
ter flagella letatur. Cūque a nullo su-
perari queat, solo mortiferæ libidinis ca-
lore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hir-
corum mītur esse natura, ut sit ad libidi-
nem calidissimus, & quod ignis domare
nequeat, solus illius dissoluat cruor.* Ita-
que post mille victorias partas, post re-
belles domatas naturas, etiamsi virtu-
tibus clarus, manibus sustentis diu-
nis,

Amos.

Sept.

Hieron.

stram sponſarum, vt sola in penetrali-
libus verba Angelica excipit auribus,
rota turbatur! Quæ turbationis cau-
sa? quod r: sponſum Angelicis verbis
præbes? Pulchrè apud Antipatrum
Orat. de Ioann. Nat. fatur. *Non adest
Ioseph, voci non assentior, cum sola pri-
ma parente locatus est ille, qui fuit pri-
mus autor malorum.* Iam in prima pa-
rente ediscant sponſe, quam sit noxiū,
inſcijs maritis, peregrina colloquia
obseruare: & in Maria discant nemini
aures præbere, nisi de mariti conscien-
tia Non satis laudata illa Samsonis ma-
ter quicquid ab Angelo excipit, proti-
nus marito reuelat, Iud. 13. quod pon-
derans D. Ambr. epist. 60. fatur. *Iusti-
mauit marito visum sibi hominem Dei
præclara specte, futura sobolis fertem
oracula, nec passa sine viro scire vel diu-
initatis secretum* Hinc in vna sponsa sa-
lubriter vniuersas monebat Psal. 44.
dicens. *Audi filia, & vide: quippe om-
nes ferè Græci, dum expendunt illud
vide, putant contineri ibi monitum
vxoribus salutare, nimirū, quod nun-
quam oculos a coniuge arceāt, quod
semper illum ob oculos habeāt. Quò
etiam crediderim spectat illa verba illa
Pauli ad Rom. 7. *Que sub viro est mu-
lier viuente viro, alligata est lege.* Vbi
Tertul. lib. de Monogamia cap. 13. ap-
tius tranſtulit, *viuenti viro alligata est
lege.* Sic enim se componere debet
vxor, ac si viro esset alligata, vt nulli-
bi sit, nec conuertatur sine viro. Huius
coniugium laudabile in filijs reddit
Psal. 125. *Sagitta potentia acuta, ita filij
excussorum.* Alter apud D. Chryſost.
nimirū. *ita filij, alligatorum, quasi bo-
norum filiorum mater illa sit, quæ vi-
ro alligata, nil sine viro audiat, nemi-
nem alloquatur sine viro.* Prima mu-
lier nil curans virum, serpenti alloquē-
ti statim responsum dedit, vnde ebibit
virus. Id quod meditans Lyppoman⁹
ait. *Tacere debuerat mulier, & indicaf-
se protinus marito. Periculosum est con-
fabulari veteratoribus. Discant hinc in-
solentiores fœmine, & ad exemplum ma-
tris primæ multiloquiē cū exteris, &c.*
Imò honestæ vxores ad exemplum
Mariæ sine viro, etiā Angelorū ser-
monem habeant suspectum.*

Antipa.

Iud. 13.

Ambr.

Psal. 44.

Ad Rom.

7.
Tertul.

Psal. 125.

Lyppom.

In castitatis duello per fugam vincitur.

HEV Mariæ trepidatio! credebar
 inuenisse mulierem fortem, quæ
 aereas detriumpharet potestates, &
 ecce vno Angeli verbo tota Mariæ
 fortitudo turbatur, tota trepidat. Quæ
 illhæc fortitudo mulieris in trepida-
 tione? Sanè nunquam fortior Maria, nū-
 quam bellicosior, quàm dum audito
 de conceptu sermone, & trepidat, &
 fugam meditatatur. Enumero castita-
 tis victoria non in congressu; sed in fu-
 ga sita est. Strenuus ille, & veteranus
 miles Iob post manus sæpe cum hoste
 cõsertas, vbi ad castitatis accedit duel-
 lum, ait cap. 31. *pepi, si fadus cum oculis*
meis, ne cogitarem quidem de Virgine. Id *Iob. 3 r.*
 quod nunquam satis miratus D. Chry-
 sost. hom. de cont. Ioseph. ait. *Quis non*
Chrysof
admiretur videns virum hunc cum Dia-
bolo viriliter certare, & omnes maligni
machinas vincere, virginis autem faciem
fugere, & à formosa puella aspectu ocu-
los subducere? Diabolum accedentem non
fugit; sed mansit sicut Leo vtribus fidens,
virgine autem visa non stetit, neque mo-
ratus in contuenda pulchritudine; sed
statim secessit. Gensebat nimirum in præ-
lio contra Demones virili, & audaci ani-
mo opus, in continentia autem prepara-
tione victoriam concedi, non ex virginis
consuetudine; sed secessu. O quit quis in
 mundi huius arenam præliaturus de-
 scendis, edisce pugnandi modos, ca-
 dunt sanè Demonum phalanges, vbi
 strenuè inuadentem militem experiuntur,
 excidunt vniuersa vitia, vbi audax
 miles primis comatibus obilit intrepidus,
 at lasciuia manus tunc vincitur,
 cum fugitur, cum timetur! Ecce quali-
 ter castitas armatur aduersus hostes
 Luc. 12. *sint libi vestri præcincti.* Quid *Luc. 12.*
 hic lūborum præcinctus innuit? Præ-
 cinguntur ne lumbi militum, vt expe-
 ditus hostem aggrediantur, an vt ho-
 stem fugiant? Pulchrè D. Fulgent. serm. *Pulg.*
 in hoc Euang. ait. *Omnis Christianus*
præcinctos habeat lumbos, vt fugiat libidi-
nem. Papæ, ceteræ virtutes suos præpa-
 rant

nis, etiamsi adamas fias, cauendum ti-
 bi est à libidine, hanc semper inimicā,
 & contrariam puta, quam in ipsa secu-
 ritate timeas. Non possum non mirari
 sanctissimi Iob hæc de re cautelam: is
 enim sic filiorum inuigilabat pudici-
 tiz, vt cum audiret filios, & filias simul
 discumbentes, ruina domus oppres-
 sos fuisse, hæc illum prima subiit cura,
 ne masculorum cadauera cõiuncta ce-
 cidissent feminis. Accipite D. Chry-
 sost. hom. 1. in Iob sanctem. *Sedit itaque*
Chrysof
Iob verus, fortisque adamas, beatus Iob
discernens liberorum suorum membra, ca-
uensque ne fortè in masculinis membris
feminea coniungat. Proh verus adamas
 Chaldeorum ferrum de cælo ignem
 inmittitum pertransis inuictus, & in
 membris sanctissimorum suorum, cū
 iam vita carerent, times scintillam libi-
 dinis, ideoque caues, ne masculos fra-
 tres feminis sororibus, & defunctis cõ-
 iungas! Quis non metuat libidinem in
 quacumque vitæ sanctitate constitu-
 tus, quando adamas in manu Dei cõ-
 timet? quando Iob ex collisione cadaue-
 rû fratrum, metuit eius scintilla? quando
 Maria electa, & præelecta à Deo tur-
 bata ex colloquio Angeli lux castitati
 timet? Dicit Gen. 6. *Videntes filij Dei fi-*
lias hominum, quod essent pulchre, acce-
perunt sibi uxores Id quod ponderans
 D. Basil. de vera Virg. ait. *Sufficit quip-*
pe vel modice nudata pulchritudo, Dei
quoque filios ad voluptatem emollira, &
quasi homines eius causa morientes, mor-
tales ostendere. Nullo ergo in culmine
 sanctitatis, & perfectionis securam se-
 putet castitas, & ab incurso, & decursu
 liberam. Plal. 44. *Astitit Regina à dex-*
tris tuis. Quis locus aptior, & secu-
 rior Virgini, quam dexteræ Dei, vbi
 agni locantur post pericula? Sed ibi sta-
 tim, *Audi filia, & vide, & inclina aurè*
tuam. Adhuc in dextera Dei constitu-
 ta monetur, quia adhuc habet quod ti-
 meat. Rectè D. Pascal. ibi: *Statuitur in*
dextris, vbi beatorum est locus, &
monetur à patre, quoniã ut dixi,
adhuc bellandi est
tempus.

Lib. I. Caput Septimum.

tant milites ad congressus; at castitas quos victores experit sic præparat, vt illis non congressum, sed fugam suggerat. Vidistes exercitum Israël's Iud. 20. semel & bis. arma corripuisse aduersus adulterij architectos Beniamitas; sed quoties Israël aggreditur delere luxuriosam tribum, toties ipse male cadit percussus. Tandem quod audaci congressu non potuerunt, id perficiunt artificiosa fuga, ait enim, *qui fugam arte simulantes inierunt consilium, ut abstraherent eos decuitate, &c.* Ecce vbi aggrediuntur libidinosos hostes, ipsi prosternuntur, tunc vincunt, quum artificiose simulant fugam, nunquam enim ex libidine victoria venit nisi per fugam.

S. XXII.

*Quam est fugiendus puellis sermo
blandus.*

Turbatur Maria in sermone Angeli, & in eo sermone, quo maxime extollebatur, quo summe pellicienda erat. Quis vnquam ornatius? quis luculentius? quis blandis puellam commendauit, quam Angelus Mariam commendat? Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Verba sanè tot illicibus plena, quot literis, nec magis suauius, nec magis allestoria, nec magis cõpta excogitari possent, & turbata est hoc in sermone? imò ideo turbata est, & expauit castitas, quia sermonis exceperat blanditias. Heu quam iuncta est pudicitie ruina mellitis, & cõpositis ad inescandum sermonibus! His se contulit Iudith cap. 9. vt Holophernem detriumpharet, inquit, *percuties eum ex labijs charitatis mea.* Prouerbialiter dixit labia charitatis, nimirum sermones compositos amatorios simillimos fistulae aucupis, qua dulce canit, vt volucres capiat. His ergo sermonibus totam Holophernis perniciem credidit sapiens foemina, & quod robur illis non mollescit, & labat? Post mille numeratas puellas

Apollinis carminibus prostitutas, nimirum Steropes, Arethusas, Narpissas, Zeuxippes, sic finit D. Clem. Alex. in adhortat. *Effugit enim sola Daphne, & uatem, & vitium.* Et tot vna ægrè, & difficulter poësis effugit luxurians virus, vt verissimè dicat Hieron. ad Deme-triadem, *quod perdita mentis homines vno frequenter verbo, leuique sermone tentant claustra pudicitie.* Suspecti igitur sint virgini blandi sermones, suspecta charitatis labia, & verba, quæ præferunt suspicionem libidinis, non sine horrore, & turbatione audiat, quantumuis ab Angelo sint dicta. Sic apud Nazian. Trag. de Christo patiente, docet ipsa Deipara.

Nazian.

*Libidines amersor, ut nec verbulo
Audire, nec pictura eas feram aspicere
Spernendo siquidem hac, virginem animum*

possideo.

Quis acinceps sibi de virginitate, & munditia cordis blanditur inter impura carmina, inter chorças, luxuriamque exhalantes sermones, cum fortissima omnium Virgo Maria non aliter virginem animum possidere dicatur; nisi hæc spernendo; nisi à verbulis, à picturis fugiendo? Sed ais, quid officit verbulum, siue sermunculus, aliaque leuidensia, vbi integer animus, & infra-ctus consistit? Heu periculosam securitatem! ne tibi videatur animus liber, vbi verba mollia, vel ore profers, vel excipis aure. Sanè apud Luc. cap. 11. dicitur, *cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulabit per loca inaquosa.* Quid est, cur immundus spiritus ab homine abscedit? Cur audet extra hominem esse, vel à quo homine securus discedit immundus spiritus? Equidem ab illo securus abit, qui immundis verbulis ora præbet, & aures. Rem explicat eleganter exemplo D. Basil. libr. de vera Virg. fatus. Sicut miles, dum domum sibi per gyrum circumiens querit, occupato primo ingressu, facile ad interiora penetrat, quidpiam ex armis suis, lanceam scilicet, aut galeam, clypeumue illic deponit; ac licet sociorum gratia egressus foris interim videatur, potest.

Luc. 11

potestate tamen intus est, ob id quod ex armis suis intus posuit, propriam sui que iuris, aut sociorum, quos secum introducturus est, fecit domū. Ita & voluptatis miles atrox domum per circuitū querens, anticipans per sensus ad intima transitum, aliquid armorum suorum, id est, vel aspectus lanceam, vel galeam scilicet sermonem voluptatis opifscem, vel manū tactum in anima virginis ponens. et si foris esse videtur peccati perpetratione nondum corpore inquinato, potestate tamen intus est per arma ibi deposita vitians mentem. Itaq; vt in militaribus rapinis domus stat militi absenti per leue clirotec. r. seu galeæ signū, adeo, vt quantumuis liberam, integramque videas domum; tamen de leui signo eam sub potestate æstimas inimici. Sic vbi in virgine voluptatis opifsces sermones, & alia huiusmodi leuidensia videris, ruina m inde auspicare pudoris, quamuis longissimè videatur abesse hostis. Id nouerat castissima Susanna Dan 13. quæ vt non poterat reuelare senū in se facinus, quin castissimo ore verba impudicitæ tractaret, elegit silens mori, quam eiusmodi facere sermones. Ita D. Amb. in Psalm. 37. ait. *Accusabatur, & tacebat, dum batur ad mortem, & silentio se tegebat, ne nudaret pudorem.* Quando excusationis verba impudicitū lenum sonarēt, ab illis abstinit non metuens mortem, & metuens pudori.

Amb.

S. XXIII.

Etiam ab Angelorum colloquijs cauendum præ silentio ei, qui Deum diligit; perniciofa enim colloquia castis.

Quam Virgo Maria in Deum rapiebatur, cum Angelicos horret, & expaueat sermones! Sanctissima illa Christi Domini amata Magdalena diuinum cadauer exquirens, Angelos offendit, & Angelos nihil curans præterijt. Angelos non vides Magdalena? Pulcherrimè eius uomine respondet

Orig. *Nolo Angelos videre: si ceperint mihi multa narrare, & si voluerit illis ad omnia respondere, timeo, ne amorem meum magis impediunt, quam expediāt.* Adeo Dei amatoribus præcauenda sunt colloquia, etiam Angelical Malachias cap. 3. inquit. *Locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo: attendit Dominus, & vidit, & scriptus est liber monumenti coram Deo Ecce timentibus Deum tor accidunt linguæ lapsus, qui librum repleant. Quid mirum? etiam Deum amantes sibi timent à colloquijs Angelicis. Nihil diuinis amatoribus præstat, quam silentium: pro quo vnus adest Guarricus Abb. term. 1. de Anunt. vbi sic. *In utero verbum æternum sub silentio se premit: vobis tamen fratribus illud silentiū loquitur, vobis clamat, vobis utique discipulum silentij commendat: sicut namque puer ille conceptus in utero ad maturitatem partus sub alto, & diuturno proficit silentio: sic spiritum hominis disciplina silentij nutrit, format, & roborat, & quanto occultius, tanto tutius, & salubrius incrementum præstat. Ne miremur, quod prudētissima Dei dilectrix Maria expaueat Angelicos sermones, quæ a silentio maximos indies captabat profectus: nullum enim est colloquium, quod non debeat timeri a perfectionis studiosis mentibus. Quocirca & pulchra, & efficacia verba dabo sancti Isaci. Presbyteri de contemptu mundi sic dicentis. *Sicut vehemens glacies subito incidens summitatibus plantarum, desiccant eas; ita colloquia hominum, quamuis omnino breuia sint, & putentur ad bonum prolata, desiccant tamen flores virtutum, quæ de nouo floruerunt ex temperantia solitudinis. Hæc ille etiam de honestis colloquijs sanctorum hominū dicebat. Vbi autem de colloquijs mundanorum agit, tunc sic pergit. *Sicut nobilis homo, cum inebriatur, obliuiscitur suæ nobilitatis, & status eius exbonoratur, & irridetur pretiositas eius propter alienas cogitationes, quæ superueniunt eidem vini virtute: ita & castitas animi turbatur ab incauta locutione, & eradicatur ab ista omne sustentaculum laudabilis status sui. Expande quæso, quam exitialis existat incauta loqu-****

Malach

Guarric

Isaac

Lib. I. Caput Septimum.

Aug. tio animis castis, quorum stabilis fortitudo sub verbulo labat, & eradicatur ab ista omne sustentaculum laudabilis status sui. Quid plura? D. Aug. serm. 114. sic ponderat: D. Petri lapsum. *Petrus labia puella non sustulit; sed ubi locuta est, ille turbatur: processit sermo puella, & immobilis columna concussa est.* Quæ castitas nō timeat colloquia, ad sonumque sermonis non expaveat? De prima peccatrice Eva ita Text. lib. de patien. fatur. *Quid quod non sustinuit sola circumuenta, sed apud Adam nondum maritum impatiens etiam tacendi est* Ecce principium lapsus, quod virgo cum homine collocuta fuerit. Id enim significat, dum ait, quod apud Adam nondum maritum impatiens extiterit tacendi.

Text. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius.

S. XXIII.

Mariæ turbatio humane salutis dedit spem.

Oseas. **V**idere mihi videor in hac Mariana turbatione adimpletum id, quod apud Oseam, cap. 2. promissit Deus: *dabo eis vallem Achor ad aperienda spem, siue cum Symmacho ad ostium spei.* Quibus To Achor, nec nomen proprium, nec cognomen est; sed substantivum quoddam vocabulum turbationem significans, quasi dicat, dabo eis vallem turbationis ad ostium spei. Ecquis potior vallis, quam fructifer Mariæ venter *vallatus lilyis?* Turbat sane, imò contremiscit floridus pudicitie Mariæ vallis, cum iussus est fructum effundere. Hæc vna, & tota turbationis causa apud eruditissimum Card. Toletum legitur, nimirum proposita Mariæ & adamata virginitas, quæ vel nomine prohs audito contremuit, expavit, turbata est. Sic Cant. 5. *ipla ratur Virgo. Dilectus meus misit*

*manū suam per foramen, & venter meus intremuit, siue cum Septuag. & venter meus conturbatus est super ipsum. Quod pulcherrimè expendit Guillelmus apud Delrium, dum inquit. *Maluit manum mittere per foramen, per aurem Virginis sono prædicationis Angelicæ illabi in mentem eius ad eliciendam, quæ diuino mysterio cooperaretur, fidē, ad manus huius suavissima contactum memoria Virginis obstupuit, & expavit pro cautela voti propositi sui.* Quid tunc conturbata virginitas? Surrexi, inquit, ut aperirem dilecto meo: sic sacra Virgo, ut commentatur Honorius, ostium fuit, per quod Christus in mundum introiuit. Sic floridus virgineusque vallis conturbatus voce Angeli ostium nobis aperuit salutis. Hoc equidem liliato valli, quasi stagnatam video piscinam illam Bethsaidam Ioann. 5. quæ ab Angelo perturbata primo occupanti causa facta est salutis. Sed absit à Mariæ turbatione tam angustus salutis fons: etenim cum accedente Angelo Mariam turbari videris uniuerso hominum generi maximam auspicare salutem. Id mysterij prænouit D. Damascen. or. 1. de Virg. nat. in eo quod domus virginea fuerit apud Bethsaidā fundata, ex quo sic præsentis mysterio accinit. *Fausta tibi sint omnia, o Probatice, patris Regine domiciliū, fausta tibi sint omnia, o Probatice, seminum Ioachim vetus fanum, nūc autem ouilis ratione præditi: Ecclesia cælum imitans, atque olim semel quotannis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, & unum valetudini restituentem.* Verum modò recepti Angeli sermone turbata Maria, turbata, inquam, semel uniuersitatem hominum reddidit sanitati.*

Memini Cassiodorum lib. 8. ep. 32. *Arethutz fontem extollere ad miraculum, cuius miram, inauditamque proprietatē idē prædicat. Nam cum ibi tacitus homo, & studiosè silentiosus aduenerit, aqua fontis irriguas reperit sic quietas, ut in morem signi non tam currere, quam stare videantur. Ast ubi concrepans tussis emissā fuerit, aut sermo clarior fortasse sonuerit, nescio qua vis itim aqua ibidem concitata profulsit, os illius gurgitis ebullire videas grauiter excitatum.*

Guilb

Honor.

Ioan. 5.

Damas.

Cassiod.

tatum: silenti homini tacita loquenti strepitu, & fragore respondens: ut obstupescas sic subito perturbatam, quam nullus tactus exagitat. Noua vis, inaudita proprietates, quas voce hominis commoueri, & quasi appellata respondeant, ita hominum sermonibus prouocata, nescio quid immurmurans, credas ibi aliquod animal prostratum somno quiescere, quod excitatum magno strepitu tibi respondeat. Hæc Cassiodorus pulchre admirans, fontem silentio quiescentem sermone perturbari: quod forsitan miraculum in viuido salutis fonte Maria intuitus est D. Zeno term. 3. denat. dum ait. *Maria superbus emicat venter non munere conjugali, sed fide: verbo, non semine.* Ecce tibi signatus ille fons, virginalis uterus intremuit, turbatus est, ut supra dicebamus, turbatus, inquam, est non tactu virili, non semine accepto humano, sed verbo, sono prædicationis Angelicæ in mentem eius illapso. *Turbata*, inquit Lucas, *est in sermone eius.* Aderant procul dubio Mariæ frequētissimi Angeli, adfuit illa templo Gabriel familiaris, nec tunc legitur Mariam turbata accessu Angeli. Quid mirum? aderant Angeli taciti; nisi prius de concipiēdo verbo, de omnipotenti sermone egerant, sic silentibus Angelis de verbo, tacita, & quiete respondebat Mariæ puritas virginalis. At ubi Angelico sermone eius signati fontis pudicitia huc vsque innata, ebullire cœpit, ut obstupescas sic subito perturbatam, quam nullus tactus exagitat, sic ebullire, sic effruescere non munere conjugali, sed fide, verbo, non semine. Pulchra tanē illa Cassiodori excogitatio est, ut sermone perturbati fontis rationem adderet, nimirum credas ibi aliquod animal prostratum somno quiescere, quod excitatum respondeat. Nec crediderim falli, qui ex Mariana turbatione à verbo Angeli causata, numen inibi quiescens dixerit excitatum. An non Psaltes 76. clamat, *excita potentiam tuam, & veni, et saluos facias nos?* Sarcē contopita erat potentia, quæ poscebat excitari. Sed audi Petrum Damianum serm. de Ann. qui sic apud Marianam potentiam Dei prædicat accubantem. *Cū fecerit Deus omnia sua opera valde bo-*

na, hoc melius fecit, nempe Mariam, consecrans in ea sibi reconciliatorium aureū, in quo se post tumultus Angelorum, & hominum inclinaret, & requiem inueniret. Mariano in pectore quiescebat diuina potentia, ibi quasi cubabat contopita, donec sermo Angelicus intonuit, tunc enim virgineus conturbatus venter, non tactu, sed verbo, potentiam Dei excitari præmonstrat, & magnum humanæ salutis ostium aperiri: equidem fecit potentiam in brachio suo, & exaltauit humiles.

S. XXV.

In sermone Angeli suas laudes Maria simulit.

PRæcellentis Gabrielis salutatione nulli vnquam creaturarum tributa, turbatur Maria, quia ut eleganter Gregorius dixit. *Lustus dum laudatur in facie, flagellatur in mento.* Timet prudentissima. Virgo laudes suas, nouumque, ac gloriosum expauet panegyricum; vel tunc maxime parens digna diuino filio, qui gloriose à Dæmone compellatus Luc. 4. silentium Dæmoni indicit, *obmutesce*, inquit. Cuius imperij facinus sic expendit D. Epiph. tractas de malo lingue. *Se ipsum sponte morti obtulit Saluator, & sermonibus mendacij aure nequaquam prebuit, os suum aperiens acetum cum felle gustauit, qui sceleresti verba auribus excipere recusauit: os proditori osculandum exhibuit, & deceptoris responsum dare noluit: sic & tibi os maledicis osculandum prebe, aures vero minime: nam si tuum illis os preaueris osculum illos condemnabit; si aures illis accommodaueris, iam te verborum gustus occidet.* Hæc ille occasione Christi Domini fugientis laudes explicuit, quibus pondero illud, *si aures illis accommodaueris, iam te verborum gustus occidet.* Sanè efficacissima venena vel vetriculo decoqui, vel mandu debent, ut perniciem infundant. At laudum virus omnia venena superat, verborum solus gustus occidit. Sic esurienti in deserto Christo nociturus Satan, illumque exter-

Zeno

Greg

Luc. 4.

Epiph.

Dam.

Lib. I. Caput Septimum.

minare cupiens, non venenatas dapes propouit, non vina virulenta propinat; sed laudes parat, quæ vel gullatae possunt occidere. Sic Chrysol. hom. 23. in Matth. *Non dixit, si furis; sed si filius Dei es, videlicet existimans posse se aliquid per laudum blandimenta furari.* Viæ qua se peste liberent, qui laudes suas ab hominibus non exquirunt, præterquam quod vanissimum, in id stultissimum est, alienis testimonijs fidere. Pulchrè Bern. serm. in Nat. Ioann. Bapt. *Audi quid dicat Scriptura, sapiens permanet ut Sol; stultus autem ut Luna mutatur. Mutatum siquidè lumen nūquam in eodem statu permanet; sed crescit, deficit, extenuatur, annihilatur, & penitus non comparat: sic qui conscientias suas in alienis labijs posuerunt, modò magni, modò parui sunt, modò nulli, secundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerit, vel laudare.* Has lunares decretiones sustinent, qui ab alijs expectant, & auent laudari; cōtra prudentissima Virgo in hoc maximè electa ut Sol, quæ nec lumen emendicat, imò horret, & turbatur laudata.

§. XXXI.

Divina dona rationis exigenda metum afferunt.

Serm. 140. **V**enerat, inquit, Chrysol. *Angelus blandus in specie, fortis in bello, mitis in habitu, in sermone terribilis, humana proferens, diuina repromittens.* Sanè accommodatè dixit *diuina repromittens*, magna enim, & diuinitissima Virgini Angelici sermones intillabāt, & Vigotie diuinitissimis oppignorata muneribus, dirata orbis terrarum pretio, cœlesti ciue vilitata, de sermone hæc sibi offerente turbatur. Quæ tanto in munere turbationis ratio: illam eleganter Chrysol. tradit. *Quid plura? mox sensit in se supernum suscipi iudicem, ubi antè iā cœlestem vidit, & contemplata est mediatorè* Et verè ubi cœlestia sibi donari vidit, mox in se supernum præsentem iudicem, cui reddenda erat exacta

doni ratio. Huc spectat Chrysol. *Chrysol. hom. 1. in Acta. expēdens causam, cur Spiritus Sanctus venerit in Apollonios medijs linguis igneis. Postquam, inquit, adepti sumus donum, iam instat iudicij, & examinis tempus; quati nullum sit intervallum medium inter donum, & iudicium, iuter beneficentorem, & iudicem.* Etenim, ut scitè docuit sanctus Iacobus ep. 1. *Omne datū optimū, & omne donū perfectū desursum est descendēs à patre luminum.* Nullum in nos proficiscitur donum, nisi à patre luminum, ut flammantis iudicij metu afficiamur, cum donum suscipimus. Id effigiatum meminimus apud Helioptolm, ubi erat Apollinis statua, cuius dextera spicarum manipulum, simul & fulmen dicitur ostē tasse, ne quis spicas sumeret, qui etiam igni fulminis non sustineret examen. Sic compositus erat Ecclesiastes capit. 2 quum de acceptis à Deo donis in immensum gloriatur *Quis ita deuorabit, ait, & delicijs affluet, ut ego?* Quæ verba sic expendit Chakdzus, ut pristinam Salomonis pietatem commendaret. *Ecquis, queso, vel in sententia legis vigilantior, vel circa summi illius vè-turi iudicis diem sollicitus magis quam ego? Vbi inter accepta bona venturi iudicis sollicitudo regium animum pulsabat, conturbabat; cur etiam Marianum animum hæc sollicitudo nō pulsaret, ubi tanto filio ditabatur? Et quidem ubi Deus triumphali illo curru vectus, sese Ezechielis obiecit, ut hac visione, iuxta explicationem Iustini martyris quæst. orthodox. 44. consolatio daretur Hebræis prægravi seruitute Babyloniorum pretsis, inter curram vehentia animalia igniti creb. d. carbonēs fulgurabāt: in quorum sinu, ait Tert. lib. de Trin. carbonum medius est ignis, quoniam ad diem igneum iudicij mundus iste festinat, quasi nollet Deus vel minimam consolationis speciem hominibus prætere, quam simul de illo igneo tempore rationis reddēdæ cœmone faceret ipios.* Hoc etiam habent omnia diuina beneficia, quod intra se nutrant examinis, & supplicij ex ingratissimendi ignem. Quod meditatissimus D. Zeno serm. 2. in Iacob. ubi recollit beneficia à Deo in ingratisimum populum

Chrysol.

Iacob. 1

Bern.

Eccles. 2

Iust.

Tert.

Av.

Zeno.

pulum profecta per nubis, & ignis columnas, fatur. Verum Iudae quid monumentis tui criminis gratularis? Columna nubis te perduxit per diem, ut ostenderet caecum ignis columna per noctem, ut moneret arsurum. Ecce qualiter inter ipsa beneficia propinabantur caecitatis, & ruinae supplicia populo ingratisimo. O felix, qui diuinis beneficijs non sic aficitur, ut ignoret latentem ibi ignem vallaturi examinis. Oculatissim^o Abraham Gen. 18. hoc pro magno habuit beneficium, quod Deus eius tabernaculum intraret; sed quid tunc vir iustus? Pulchre D. Cleti. Rom. lib. 3. Const. cap. 21 fatur. Dei filium Abraham acceptum hospitio iudicem, & suum Dominum confessus est. Sic de benefico hospite gaudens, de iudice expauit.

Gen. 18.
Cle. Rom

Tex. Et cogitabat qualis esset ista saluatio.

S. XXVII.

Nil non praemeditandum, antequam faciendum.

Prudentissima sane haec Mariae in respondendo cunctatio fuit, namque ut aiebat ille. Vnus homo nobis cunctando restituit rem; diuitem ego, una femina Maria cunctando rem hominibus restituit. Et cum dum Eua festinauit serpenti credere, omnia nobis ecclestia bona eripuit; una Maria ad Angelicum sermone cunctata, verbaque eius meditata, rem nobis restituit integra. Id quod per Jerans Moyses Barceph. lib. de Par. c. 28 inquit. Hic mihi Mariam apud tuum animu contendit opus. Ipsi per cum Eua, atque illius quidem fortitudinem, huius vero socordiam animaduertito. Mari tenim, quae sapissime audierat, promissum esse a Deo patribus nasciturum Christum, cum eius nuntij gratia ad eam venisset Angelus, dixissetque concipies, & paries, nequaquam subito fidem illius verbis adhibuit, eo quod inauditum esset Virginem peperisse; sed

Ennius

Barceph.

cum ipso disceptando rem expendere accepit, &c. Nil subitum non suspectum, non plenum periculis, inde quae Deo plena erat Virgula, hoc primum didicit, nimirum a subitis obsequijs metuere sibi: nec alio magis Christum Marcionis Tertullianus contundit, quam ex eo quod subitus proponatur credendus, ait enim lib. 3. Subito filius, subito missus, subito Christus; ut qui nihil patet a Deo subitum, quia nihil a Deo non depositum, modo nunquam Deo placere potuit obsequium subitum. Nonne ea erat vox Petri constantissima Luc. 22. Domine, tecum paratus sum & in carcere, & in mortem ire. Et tamen ex hoc male audit apud Aug. tract. in Ioann. cap. 23. sic tantem de morte Petri. Huc inuenit exitum Petri, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat. Ideo peruersus affectus Petri, quia festinus, quia subitus ex nulla praemeditatione, aut consideratione natus. Omnis grata Deo Maria, quae cogitabat, qualis esset saluatio affectu subitum prudentissime suspectum habens. Vnde D. Bern. hom. 3. fatur. Solent Virgines, quae vere virgines sunt, semper pauide, & nunquam esse securae. Ac promide quicquid nouum, quicquid subitum fuerit ortum, suspectas habent insidias, totum contra se assumant machinatum. Utinam hanc virginum propriam virtutem vniuersi ebiberemus, quia in subitis obsequijs hostis insidias caneremus, nihilque non praemeditatum nobis esset in optatis. Mendax illa a primordio Eua de vitae ligno lata, ait, sibi a Deo fuisse imperatum, non manducabis ex eo, neque tangetis ex eo. Profecto egregie mentita est, cum ait sibi dictum, neque tangeris ex eo, imo licuisset tangere prius, & meditari multis, quid damni, quidue utilitatis eibus illi posset afferre. Ecce enim vnde aiebat Ioann. Apostolus. Canon. c. 1. nimirum, Quod erat ab initio, quod audimus, quod pit. Vidimus, oculis nostris perspeximus, & manus nostrae cotrectauerunt de verbo vita. Itaque ut vitalem arborem nasci non subito, non sine praemeditatione; sed mentis manibus tractantes, & cotrectantes illam affectum, praebuere. Id quod

Tertul.

Luc. 22

Bern.

Gen. 2.

Ioann.

Can. 1. 60

Lib. I. Caput Septimum,

Amb.

quòd expendens *Amb. lib. de Parad. cap. 12. inquit Vides, quòd antè velut manibus quibusdã perscrutatus sit Dei verbum, & postea annuntiauerit? Et ideò nihil Adã, & Eue fortasse nocuisset verbum, si pertractantibus diligenter quibusdam mentis manibus antè tetigissent.* Hinc omnis ruina, quod sine mentis cõsultatione ruitur in optata, hinc omnis hominũ victoria, quòd rem prius mente tractent, mentisq̃ue manibus atrectent de verbo vitæ, antequam in opera saliant. Huc respiciebat Dominus, quando hominum mentes, cogitationesq̃ue internas præceptis suis ligabat Cur enim iubemur nõ cõcupiscere? Cur minatur Dominus supplicium ijs, qui corde morchantur? Sanè vt doceamur mentalib⁹ exerceri, & mētib⁹ cõsiliis edocti, in arenã positi, præsentibus illecebrarũ phalanges deuincam⁹. Ita D. Isid. Pelus. lib. 2. epist. 107. fatur. *Ob eam causam salutaris sermo eum qui impudico oculo aliquem perspicit, supplicio affecturum se comminatus est; cum alij legumlatores facinus dumtaxat puniãt, ne difficile, ac nimis arduum bellũ sit, verũ facile & procliue.* Et sanè magna petis quicũque hostes in arena superare cupis, cum nunquam vllum prælium mente fueris præmeditatus.

Isid. Pelus.

¶ XXVIII.

Examinandi sunt maximè spiritus, quibus agimur.

Luc. 6. 12

PLacèat Eutymius, qui Mariã cogitabundã proponit in sermone Angeli, vt examinaret, an dol⁹ aliquis subesset salutationi tantæ. Porro nulla in re Mariana prudēs virginitas, crediderim magis imitata Angelicam puritatem, quàm vel in hoc critico naso. Iubemur apud Lucam vigilare Christiani eo genere vigiliarum, quibus similes sumus hominibus expectantibus Dominũ suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cū venerit, & pulsauerit ostium, confestim aperiant ei. Quæ dum expendo, vix reperio in mundo homines, qui Domi-

num à nuptijs reuertentem clauso expectent ostio, quod minimè aperiant, nisi prius nuptiali comitatu cinctus Dominus pulsauerit. Sanè nuptiarum tempore patent ianue, nemini domus intercluditur aditus, serui eo sunt intenti, vt aduentanti Domino parata domus affulgeat, ardeant facibus valuz, seseq̃ue ardentibus facibus dent obui os famuli, ne Dominus necesse habeat pulsare præuentus seruorum vigilantia. Quin potius ridiculum mundo spectaculum accideret, si sponsus à nuptijs veniens fulgenti stipatus sponsa, magnoque amicorum comitatu, clausas suæ domus inueniret ianuas, adeò, vt opus fuerit, stare omnes, pulsare, cõclamare, communesque seruorum responsiones, examinationes suslinere, nimirum illud ab interiori domus parte vbique gentium barbarum quis est? Hoc nuptiarum tempore nulli hominum in mundo accidit, verũ accidit in cælo Angelis, qui Domino a nuptijs reuertenti sponsa Ecclesia, nuptiali que decore fulgenti, non aliter cæleste ostium aperiant, quin prius ipse pulset, clamet, *aperite portas, principes, vestras, & introibit Rex gloria; & ipsi semel, & bis examineat, quis est iste Rex gloria?* Huc refert Nisihoni. 15. in Cãt. Lucæ dictam parabolam his verbis. *Comparat nos Dominus cum Angelis, si quidem vigilãter Deo pareamus, & vos, ait, similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cū venerit, & pulsauerit, aperiant ei, scilicet factis nuptijs, & in thalamum mysteriorum admissa iam sponsa expectabant Angeli reditum Regis Ecclesie ad naturalem beatitudinem, & gloriam.* Expectabant, inquam, sed minimè aperturi ianuas, nisi præmissõ rigoroso examine; nisi pulsante Domino, adhuc præcauerent tibi, & semel, & bis examinarent, *quis est iste Rex gloria?* Hoc in nuptijs examen, hæc seruorũ in aperiendis valuis etiã cū Domino suo cautela minimè inter homines reperitur, propria, & singularis est Angelis videntibus Dei faciẽ. Quod voluit significare Psaltes, cū præmisit. *Hæc est generatio querentium Deum, querentium faciẽ Dei Iacob, & statim subiungens*

Niss.

Psal. 23.

gens quasi notam Angelorum posuit hunc dialogum plenum naso, *aperite portas, principes, vestras, & introibit Rex gloria, quis est iste Rex gloria?* Quasi dicat hanc Angelorum mentem æmuletur quærentium Deum natio, hunc sibi effingat criticum nasum, ut nulli neq̄ Domino cor suum aperiat sine rigoroso examine: sic Maria Angelorū imitatrix, in dō Angelicis virtutibus cautior, Angelico pulsata sermone cogitabat, examinabat secum conferens qualis esset ista salutatio. Nec à tanta Virgine abfuit prudentia illa Magdalenæ ab Orig. celebrata, quæ Dominum in sepulchro deflens, Dominiū offendit hortulani sub habitu, à quo sic confestim interrogat. *Domine, si tu sustulisti eum?* O mira femine prudentia! hanc, quicumque Deum quæris, imitare. *Et si forte, ait Orig. aliquod tibi apparuerit, & desiderio tuo se representauerit, noli à te presumere tanquam tu eum noscas; sed interroga illum & ora, ut indicet tibi se ipsum.* Sic crediderim Marianam istam cogitationem de Angelo salutante fuisse quandam mentis orationem, qua in corde suo meditans Deum, deprecabatur, ut seseipsum indicaret, & manifestaret.

Orig.

Textus Ait illi Angelus, ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.

S. XXIX.

Proprij nominis appellatio securitatem in primis obtulit Virgini.

Gen. 3. QVAM iuste timeret peccator, expressit textus sacer Gen. 3. Vbi suppresso nomine Adæ, sic de illo post peccatum loquitur. *Qui ait, audiui vocem tuam, & timui, & meritu' timui, qui sub peccati mole nec dignus con-*

setur nominari. Sic Lypponamus ruminatur in presentiarū. *Adam, inquit, coram Deo peccator sine expresso hic nomine scribitur.* Timendam ergo luti nostri sortem in peccatoris Adami suppresso nomine exhibitam eliminat Angelus, cum Virgini fatur, ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Etenim nullo alio Adami filia Deo exprimeretur gratior, amantiorque, quam si proprio suo nomine à cœlitibus exprimat. Id quod Beda insinuās, in presenti inquit. *Quasi familiaris notam vocat ex nomine, nec timeat subet.* Nonne Luc. 10. iubetur discipuli gaudere, quod cuiusq; nomen scriptum in cœlis obseruetur? Et cur gauderent; nisi ex hoc maxime sui fecunditatem auspicarentur, Deumq; sibi gratum, & pacatum prælagirent? Equidem gaudeat Maria merito, quæ cœlestium ore suum nomen petceperit expressum, & ex hoc æstimet quanto sit in amore cœlestiū Regi. Iam prædem ostenderat Deus nimum erga Protoplastum amorem, quum fugientem à facie Domini insequitur, & proprio nomine compellat, *Adam ubi es?* Quod Deo hominem adhuc amanti tribuit Chrysol. hom. 7. ad Annoch. his verbis. *Saul non dixit ubi est David, sed ubi est filius Ius? Iudei quoque, quomam auersabatur, & oderant, non dixerunt ubi est Iesus? sed ubi est ille? Sed Deus, & in hoc demonstrare volens, quod nec peccatum amore extinxit, ait; Adam ubi es? Porro, Maria cœlestem afficit amore patre; quando, ex proprio nomine à cœlitibus enocatur: quid igitur timendum illi, quæ Deo est amabilis, & grata? quid timeat illa, cuius nomē in cœlitum ore versatur?*

Lipp.

Beda.

1. Reg. 30

Ioan. 5.

S. XXX.

Vbi Dei operatur gratia, omnia cœlestia operantur in bonum.

Nescit gratiosa Dei manus fouere timores, imo quæcunque mala

F 5 cti

Lib. I. Caput Septimum,

etsi horribilia, etsi maxima à Dei tractantur manu gratuita, statim admirabili bonitate pertunduntur. Quæ maiora mala, quam ea, quæ in rebellem Prophetam Ionam parabantur? Frement fluctus feri maris: sicut dira tempestas: immanis bellua hominem voratura paratur; sed vnam inter tot mala felicitatis indicium erat, quod hæc

Ionas 2. à Dei manu tractabantur, ait enim Ionæ cap. 2. *Preparauit Dominus piscem gradem, ut deglutiret Ionam, Ibi D. Hieron. expendit illud quod ait, prepara-*

Hieron. ait Dominus piscem: ad quid manus Domini piscem prepararet? Ut pro parte præberet habitaculum, ut qui in mari iratum senserat Deum, in morte propitium sentiret. Sic mala ipsa, ut Dei tractatur gratuita manu, gratia pertunduntur, & in bonum vertuntur. Idcirco Angelus, ut penitus radicem timoris euelleret à Maria, eam præfert rationem, quod eius virginitati ille Deus gratus ad sit, qui malis ipsis in bonum abutitur, à cuius manu ipsa mala benefacere discunt. Vnde Guarric. Abb. Angeli verba expèdens hom. 2. inquit. Secura igitur, o Virgo intemerata, o porta sanctuarij perenniter clausa, secura aperi Domino Deo Israel, qui tibi iam dudum clamat, aperi mihi soror mea, amica mea, non est quod timeas integritati tuæ, Deus non nouit integra violare, sed violata consolidare. Hoc proprium esse solet gratiæ, & fauoris humani, quod nocent dum fauent. Sic de pulcherrima Tyri nau Fzechiel cap. 27. lamentatur. Ven- tus Auster cõtriuuit te in corde maris. Nõ fæuus Aquilo, nõ præcep- tus Boreas, sed lenis Auster, & suauis contriuuit tantam nauim, quippe ipse humanus fauor, & gratia nocuus est, & maxime exiti- lis, id quod ponderat Tacianus oratio. contra Græcos, dum eorum deridet fa- bulas quibus fingebant, Hiacynthũ à Zephiro fuisse interfectum, ait enim. Dicat mihi nunc iaculator Apollo, quomo- do Hiacynthus à Zephiro sit necatus? vi- uit cum Zepirus, & cum tragicus. Poeta dicat. Aura Deorum preciosissimum ve- hiculum ipse ab exigua victus aura perdi- dit suos amores. Heu suaues humani fa- uoris auræ, quot naues mundia- le. Pe- lagus feliciter nauigantes conterit!

Guarr.

Ezech. 27.

quos amores fædatis? Fœlix qui non a pud homines, sed apud Deum inuenit gratiam, qua sola incolumis serua- bitur. Hinc ponderat Damasc. fœlici- tatem Marianam, quod inuenient gra- tiæ abyssum, qua duplicis virginitatis nauim incolumem serua- ret. Vbi enim Auster fauoris humani cõterit nauim castitatis, eandem seruat, & custodit diuina gratia.

§. XXXI.

Qui Dei munitur gratia, nil timet.

IVre Maria timorem omnipem exhibi- lauit, quæ gratiæ plenitudine confir- mata, nil quod timeat habet, imò ter- rori est vniuersis, qui timetur ab alijs. Exemplum esto id quod pulchrè ani- ma adertit Chrysof. de grat. fortitudi- ne ad cap. 21. Genesios. *Quicumque, ait, gratia Dei in solitudinibus agit, securior ac potentior est ijs, qui sine illa in medijs ciuitatibus versantur ingenti hominum multitudine freti. O ingentem fortitu- dinem gratiæ! Sed vnde has illius vi- res colligemus maximos? quibus ad- ducemur rationibus, ut tantam inesse gratiæ virtutem credamus? est ne a- liquis, in quo enunciat hoc robur gra- tiæ? est sane, ait Chrysof. David de loco in locum transiens, erraticus, ac vagus manu superna munitus fuit: Saul in me- dyjs ciuitatibus cum esset, & tantum se- cum duceret exercitum, quotidie timebat & tremebat inimicorum insidias. ille qui dem solus erat, & non indigebat humi- na præsidio, hic verò coronatus, & purpu- ra indutus illius auxilio indigebat, & Re- gis opus erat pastoris opera. Quid pul- chrius? quid gratiæ fortitudinis expli- catus? Argutior adhuc est Theodo- retus, qui Saulem in David irruentem meditatus, postquam Rex ipse vidus in illibus hominum David inuestigatu- rus perrexit; postquam illum inuenit, hæc à Saule Davidi inimico inuenio dicta mitatur. *Iura mihi id Dominus, ne deteas semen meum post te, ne superius nomen**

Gen. 2.

Chrysof.

Reg. 30.

nomen meum de domo patris mei. Hæc pene inermi David dicebat Rex maximo exercitu armatus. Quo circa Theodor. ait. *est imbecillitas vitij, ut qui erat dux & Imperator tam multorum militum, rogabat fugitivum, & qui erat cum multitudo militum rogabat eum, qui aufugebat, ut ipsum impertiret benignitate ac clementia, ut nomen suum patrum non expungeret.* Merito namque Saul expertus diuinę gratię sibi, non minus timebat, Davidem contemplantum; fugitivum quidem, sed Deo gratum. Eas ingerit in creatis mentibus vires diuina gratia ut timendis ipsis, & horredis sint Deo grati, timore, & honore! Vnde Andreas Cretens. Angeli notans ingenium ait. *Quod enim subiecit, inuenisti gratiam apud Deum, commodè omnem excussit Virginis metum.*

S. XXXII.

Quicumque Deo gratiofus accidit non timeat suis bonis, omnia bona habet.

HOrret natura vacuum, ut philosophice loquar, quod ne detur mille proprię naturę distonos, contrariosque motus sustinent res create: foelix Maria, quę cum Deo gratiosa adsis, nullam extimescas vacuitatem, hic sine gratię Dei fructus, vacuitates, & inanitates ab humana natura eliminare, mira que illam plenitudine, & bonorum cumulo ditare. Sic D. Irenęus

Deut. 26 Irenęus argumentatur ex Deuter. 26. Moyses lib. 4. c. ait, & nunc Israel. quid Dominus tuus postulat à te, nisi timere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus uis eius, & diligere eum, & seruire Domino Deo tuo ex tota anima tua? Hæc quidem gloriosum faciebant hominem, id quod deerat ei implentia, id est amicitiam Dei. Pulchrè, & accommodatè Irenęus uniuersam naturę nostrę plenitudinem vocat amicitiam Dei, quę sola, etsi cetera desint bona munditia, foelix es, gloriosus es, plenus es. Audite plectrum Græcanicū sic tinniens Latio.

Seruus Epictetus fuerat, & corpore marcus.

Paupertate Iruus, Dijs sed amicus erat.

Sanè qui Deo gratus qui Dei amicus, foelicissimus, in medijs inanitibus plenus, & abundans ut rectè iubeatur Maria nullam sibi inanitatē timere, quę gratiam inuenit apud Deum. Auct ad huc animus reuocare in examen illud Irenęi, nimirum, *hęc quidem gloriosum faciebant hominem, id quod ei deerat implentia, id est amicitiam Dei.* Quibus pulcherrimè sugillat inanitatem humanorum bonorum, & gloriarum, quicquid lucidum, quicquid in humanis splendidum non implet, quod deest homini, cum omnibus his gloriolis, & humanis bonis nunquam impletur, imò mille patitur defectus homo. De fleuit hanc inanitatem nature Severinus Boecius lib. 2. de consolatione Phil. sophica, prosa 7. *Quis est tam compositus foelicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? anxia enim est humanorum conditio bonorum, & quę uel nunquam tota proueniat, uel nunquam perpetuò subsistat. Hunc consensus exsuperat: sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia rei familiaris inclusus est: mallet ignotus; ille utroque circumfluens uitam celsam deflet; ille nuptis foelix, oribus liberis alieno censum nutrit heredis; alius prole letus filia, filij uel deliciis morsus illacrymat. Idcirco nemo facile cum fortunę suę conditione concordat, sub defectuum metu gemunt cuncti mortales, quantascunque sibi conglomerent foelicitates. Vide apud Dan. cap. 2. omnia mundi regna aurea, argentea, ærea congesta, ut compleant vel uiam hominis Italiani. Nec complent tandem, nec omnibus his integratur natura humana; nisi supplente puluere defectum metallis. Quid plura? Vide in Thabor Christum Dominum radiantem, summasque Paradisi glorias propinquantem Apollolis, tunc quærît Abulensis, an claritas illa Christi fuerit una ex dotibus glorię, quę naturam extoluant humanam? & sic definit. *Ad ueram corporis gloriam non sufficiebat claritas, cum manere possint cum illa multi defectus**

Boecius

Abul.

corpo-

Lib. I. Caput Septimum,

de paris. Ecce omnia humana decora, diuites gazæ, pulchritudo, splendor generis hominem in glorium faciunt, nimirum, quia inter hæc semper deest homini aliquid de sola gratia Dei: vere, & iuste Irenæus fatur, quod hæc gloriosum faciebant hominem, id quod ei deerat implentia, id est amicitiam Dei, quæ sola perficit, adimplet hominẽ, illumque omni parte integrũ, & omni defectu metu liberũ facit. Id quod crediderim a D. Chrysol. expectatũcũ de Paulo ait. *Oranem hominem Paulus exhibebat Deo, nimirum integrum, plenum, non deficientem; sed omni ex parte constantem, qualem decebat esse illum, qui Deo habebatur gratus.* Hinc licet iam ponderare Marianas gazas, quàm plena, quàm superabundãs, quàm omnis defectus, omnis metus expers, quæ apud Deum inuenerat amicitiam, & gratiam! *Gratiam, inquit Andreas Ierosol. quam non accepit Sara, quam nõ sensit Rebecca, quam nec Rachel cognouit: inuenisti gratiam, qua nõ est digna habita nobilis illa Anna, nec Phenenna hinc è regione posita: quoniam hæc quidẽ matres ex sterilibus factæ sunt, amittentes unã cũ uirginitate orbitatẽ; tu autem, ut etiam mater sis, uirginitate tamen frueris semper illaesa.* Hæc Andreas, ubi expendit illud, *hæc matres factæ sunt amittentes unã cum uirginitate orbitatem; tu autem ut etiam mater sis, uirginitate frueris semper illaesa* quasi diceret, quod cæteræ omnes non adeptæ sunt bonum prolis sine defectu, altem uirginitatis, sola inter omnes Maria Dei amica, & grata etiam prolem potuit expectare absque metu alicuius defectus; sed potius gaudent omni plenitudine integritatis.

§. XXXIII.

Gratia pudicitia confirmata, omnis metus abest.

Sane æque eritum, ac verum illud Profani, res est solliciti plena timoris amor, nec Mars ipse limina Venæ tangit, cui non sit maximo in timo-

re Vulcanus Vnde pulchrè Cyprian. de pudicitia fatur. *Qui cupiditates tollit, & metus iustulit.* Nam ex cupiditatibus metus veniunt. Argutus adhuc Athanas. orat. de Pass. & Cruce. de his, qui Fidei Christianæ nomẽ dederunt, inquit. *Voluptatem, cui in idolatria sua metuebant, in Christo nunc aspernantur.* Et enim nullus nisi in timore indulget voluptati, & quidem cum Maria gratiã uirginitatis perfectissimè inuenerit, timoris occasionẽ exclusit: timor enim impudicitie comes, spes autem locia uirginitatis est. Vnde ubi D. Paul. 1. ad Corinth. 2. fatur. *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: id explicas D. Hier. in Ionã c. 1. ait. Quando dicitur hoc, corpus ostenditur, hoc, in quo nascimur, hoc in quo morimur, hoc, quod uirginitas expectat ad premium, adulterium formidat ad pœnam* Ecce tibi uirginitas ut spe nititur, verũ adulterij impuritas sub formidiae premitur. Sed quid timeret uirginitas, quæ pugnacem Dominum sibi lateronem habet? Enim uero Egyptiæ lasciuam aduersus Iosephum pudicitie exemplar armatam videns D. Isidor. Pelus. lib. 4. ep. 77. inquit. *Cum illa castitatis hostis, cum isto autem eiusdem legislator faciebat, & certaminis socium se coniungebat.* Nulli succumbit timori quæ de tanto laterone gloriatur; quæ sibi socium belligerantẽ Dominum acquirit, omnis erit expers timoris. Hinc meritò Mariam uirginũ ornamentũ loquitur Andr. Cret. hom. in hoc Euang. aens. *Benedicta tu in mulieribus quæ cœlestem thesaurum, in quo alij omnes sapientie, & cognitionis thesauri sunt reconditi, in tuto uirginitatis tue complexa es.* Expendo illud in tuto uirginitatis, quasi uirginitas Mariana omnes timores ablegeret. Et quidem meritò dicebat in presenti D. Chrysol. Item. 144. *Quid timet, cui iudex carissus est assertor, integritas testis innocentie?*

§. XXXIII.

1. ad Cor

3.

Andr. Ierosol.

Cypr.

Atban.

1. ad Cor 3.

Hiero.

Isid. Pel

And. Cret.

Chrysol

S. XXX.III.

*Vbi Iesus adest munimentum est
pudicitie.*

Merito iuebatur Maria non timere virginitati suæ, etiam in partu, quando paritura erat Iesum: ait enim Angelus, ne timeas Maria, concipies enim, & paries filium, & vocabis illum Iesum. Nec alio efficacius de per dendo puore timor eradicari poterat, quam dum Iesus pariendus annuntiat, qui ubi est, inexpugnabile adest munimentum castitatis. De Marianæ virginitatis claustris locutus Ezechiel cap. 24. ait, quod porta erit *clausa principi*. Quæ verba dum expendit Guar- nic. Abb. serm. 2. in præsentis future *Si verbo Dei apta es, tum demum non modo clausa, sed et signata es. Pone me, inquit, ut signaculū super cor tuum, ut signaculū super brachium tuum. Iesus quippe impressus corde, expressus opere sigillū plane, & munimentum est castitatis sponsa sue, & eò ipso quod se imprimis imitatio nis formam, imponit etiam incorruptio nis custodiam*. Plane non evertenda erat castitatis arx à Iesu, de cuius nomi nis flexuris conspicua conseruatur in columis integritas Ecclesiæ sanctæ. Sic D. Athan. lib. 3. contra Arrianos, integritatem Ecclesiæ ponderans, ait. *Omnia in omnibus erit Christus, ubi porro Christus, quod genus ibi metus aut periculi fuerit? Et paucis interiectis, nominis Iesu custodiam pro Ecclesiæ integritate seruanda hoc apposito explicat exemplo, dicens. Quemadmodū si quis Regis filius, patre eius volente adificare ciuitatem, in singulis operibus præscribat nomen suum tutelæ causâ, quo simul & inuoluta permaneant titulo, reuerentia que nominis simul, ut ex ea inscriptione in memoriam veniant ipsius, & patris sui & ab eo rebus iam ex sententia confectis, percunctetur quis de ciuitate quomodo eam condiderit; si que tum respondeat se bene eam edificasse, nam secundum patris voluntatem suam imaginem singulis operibus impressam esse, eo quod nomē suum ubique sit inditum, & quasi in edificatū.*

Ezech.
24.

Abtan.

O pulchrum ciuitatis munimentum de nomine Iesu comparatum! Hoc sane robur Iesus habet maximum, ut v- bicunque eius inditum, & veluti innatum fuerit nomen, nulla ruina timeatur, sed noua tutela, & integritatis custodia asseratur. Vnde Cāt. 2. *Dilectus Cant. 2. meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia*. Non ait, quod lilijs castitatis pascatur; sed potius quo inter illa moratus pastorem, & custodē agat. Ita D. Bern. *serm. in Nat. Virg. fatur. Non cibo; sed cō sortio pascitur liliorum, nec lilijs vescitur, sed versatur. Qui vescitur consumit lilia; sed dilectus noster Iesus minime lilijs puritatis vescitur, minime cōsumit flores castitatis; sed ut pastor, & custos inter illa versatur.*

Cant. 2.

Bernar.

Text. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.

S. XXXV.

Mariæ, & filij Dei magnitudo maximè ab hac conceptione claruit.

Accomodatè filius Dei dicitur magnus, & in altitudine patrislare, cum concipitur utero virginali, quasi ex tunc maximè eius magnitudo & altitudo innotesceret, necnō Virgo mater creaturarum altissima monstratur, quæ magnum filium cum altissimo communem habuit. Hinc pulchrè sanct. Epiphani. hæresi 38. explicans illud Matth. 1. quod Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit, sic inquit singularis. *Non nouerat, quod tali gloria honorandus esset aliquis in terra, maximè mulier, non igitur cognouit ipsam, donec vidit miraculum, nec cognouit miraculum ipsius, donec vidit genitum ex ipsa. Et quidem Ioseph magnum quidam*

Epiph.

Lib. I. Caput Septimum,

dam de Maria cogitarat, maximam & fidelē de Deo opinionem habuerat; sed sic exēssit æstimationem iusti viri Deus ex Virgine conceptus & natus, Virgo Deum concipiens & pariens, vt tunc primum dicatur vterq; à Ioseph cognitus, illique vtriusq; magnitudo declarata non cognouit ipsam, donec vidit miraculū, nō cognouit miraculū ipsius putā filium, donec vidit genitū ex ipsa. Acciuit ex parte Imperfectus apud Chrysol. hom. 1. in Matth. sub fine. *Verē exim ab cognouit eā, ante cuius fuerat dignitatis, quæ vni geniti Dei facta fuerat Mater; sed postquā peperit, tunc cognouit, quod speciosior, & dignior facta fuerat, quā totus mundus nō capere poterat, nec merebatur accipere, quasi in angustū cubiculum vteri sui sola suscepit.*

Imperf.

§. XX XVI.

Maria magnitudo expenditur: quod Deum conceperit, & vtero libenter detinuerit.

DE Mariana magnitudine explicanda certant inter alios Greg. Papa, & Hieronym. Ille ad cap. 1. Reg. sic ait. *Maria, vt ad conceptionem æterni Verbi pertingeret meritorum vertice supra omnes Angelorum choros vsque ad solium Deitatis erexit.* Hic serm. de Assumpt. maiori verborum maiestate eandem amplificat magnitudinem Marianam. *Celsis, ait, sublimior fastigijs, gloriosior prerogatiuis meritorum, ita vt nullis iam visibus ipsa eademque mancipanda nisi diuinis* Vtrumque longē superauit D. Zeno. serm. 3. de Nat. Mariæ. *Superbus emicat venter Verbo: nō cōtētus nisi ad excessū gloriæ magnitudinem componeret Marianam, superbus emicat Mariæ venter, dicit Zenon, quasi a conceptu Verbi Maria nullum finem, nullum modum magnitudinis cogitaret; sed supra modum, & mensuram, quod proprium superbientium est, euolaret.* Crediderim

Greg.

Zeno.

hic sanctum Antislitem meminisse illius Isaie vaticini; nunc maximē Virgi *Isa. 60.* ni aptandi *ponā te in superbiam secularum, gaudium in generationem, & generationem.* Quomodo in superbiam? Pagninus legit, *ponā te in gloriam æternam, & satis apte, vt exsuperantem Mariæ gloriam indigaret, Mariam conceptu, & Maria seculum orbemq; superbientem facit.*

Sed age duobus è capitibus colligamus hanc Mariæ excellentiam maximā à conceptu Verbi manifestatam: sanē illam manifestauit Angelus etiam dixit: *concipies in utero, & paries filium* quibus inuixit partum non inopinatum, non phantasticum, non abortiuū, non precocem, sed maturum, sed temporaneum fatui, vt potē qui ante conceptus non quasi fluius per eandem; sed tanquam pluuia in vellere cōsisteret, in vteroque inueniretur commotari, quod maximē extollit gloriam vteri virginis, qui exultantem illum gātem ad currendam viam in primo cursu impetu sistere fecit. Lego præcursores Ioannem in materno vtero exultantem, nimirum in officium exilire conātē. De quo elegāter Chrysol. hom. 2. *Exiit Ioannes in materno vtero accusans naturæ tarditatem, labefactō, inquit, vincula naturæ, propero predicare.* Eo namq; puer ardebat desiderio sangēdi suo munere, vt non sustineret natuam vteri tarditatem, quē mora impatiens dirumpere conabatur. Ex hoc Ioannis factō maius quid in Dei filio augurabar, vt potē qui desiderio desiderabat hominibus communi cari, quorum ardentissimo desiderio sic flagrabat, vt à regalibus sedibus descenderet, fieretque extra cœlestia palatia; quid ni extra cœlestia extra ipsum est factus. Me audaciæ nota liberat D. Dionys. Areop. cap. 4. de diuinis nominib. *Audebimus, inquit, quicquid pro veritate loqui, quod ipse quoque auctor omnium pro amatoria bonitatis magnitudine extra se sit.* Id sanē est hominum desiderium in Deo, quo extra cœlestia decora, quo extra ipsum trahitur, quæ res illum extra cœlum, extra se factum poterit detinere? quæ illū morabitur? quā Ioanne superior

Chrysol.

Dion.

vbi

vbi ad maternū vterū peruenerit, vterū pestum dabit, vt egrediatur? quā loāne festinior properabit ab vtero in officium, & more mensum impatiens disrumpet vteri carcerem? Sed o virginalis vteri praestantia! O Mariae gloria inenarrabilis! quem nec caelestia omnia detinuerunt ad homines properantem, nec ipse se detinuit extra caelum, & extra se factum detinuit libentissimum pulchritudo vteri virginis. Sic de filio Dei ad homines euren-

De Nat. Ser. in. 4. rente D. Zen. fatur. *Requiescit libens florentissimo in domicilio castitatis, & in visceribus sacrae Virginis comparat sibi corpus suo iudicio nasciturus.* Ecce tibi quam ex hoc clareat Marianum vteri pulchritudo maxima: in Elisabeth vtero non quiescebat Ioannes more impatiens, & filius Dei Ioanne longe festinior, pro vt ardentiori impetu ferebatur, postquam extra caelestia, & extra se profiliit, hominum desiderio tractus requiescit libens vtero virginali clausus, nec ibi desiderio excundi agitur, qui flores Mariano in vtero, vbi adeo libens quiescit caelestis apis, quae ibi carmina, quibus voluntaria mora rapidissimo in cursu sumitur princeps nautarū: quod pulchritudinum emporiū vbi properans ad nundinas tam diu moratur diuinus mercator?

Pergo aliō, & nuro Marianum vterum tam floridum apparere, imo florētissimum sub tanti luminis radis perterrefecit Ierusalem Dominus. Sophon. i. in cap. fatus. *Scrutabor te in lucernis, nec vnus sustinebat civitas sancta scrutiny facis: ast Mariae puritas immensi Solis fulgentissimos sustinet radios, & tunc eius apparet magnitudo puritatis: etenim tunc maximē conspicua est puritas crystalli, quando sub Solis radis sine nauo, & sine macula claret.* Hinc. D. Chrysof. in D. Th. Caten. *Siquidem enorme quibusdam videtur, Deum habitare corpus: nonne Sol, cuius est corpus sensibile, quocunque radios mittit, non laeditur in propria puritate? Multo ergo magis iustitiae Sol vtero virginali mundissimum corpus assumens, non tantum contaminatus nō est, imo etiam ipsam Matrem sanctiorē ostendit.* Hae Chrysof. quibus ego expen-

do, quod Sol iustitiae ingrediens Marianum vterum, ipsam Matrem sanctiorē ostendit: vtpote quae sub tanti Solis radijs in nullo nigricans, vndiq; pura, & illustris apparuit. Quod mirabere magis, dum apud Isai. 6. Seraphim diuinū iubar expauescentes facies suas pedibus, & alis velabant, ne videantur & ipsi, vt ait Forerius: quoniam enim pacto nudi apparent corā eo, cuius splendores ipsi sustinere non possunt? aut quid in se ipsis dignum admiratione, atque inspectione intelligent, qui maiestatem illam intuentur? at Maria immenso Deitatis lumini proxima, nihil quod vellet habet, nec coram increata sanctitate propriae timuit sanctitatis: imō tunc conspicabilior, gratior, sanctiorque apparuit. Iuuat modō exclamare illud Antipatri orat. de Ioann. Nat. *Quis dicat ab ea, quae fuerat olim condemnata, intus in ventre habitum fuisse iudicem? quaeque nudiuit, in doloribus paries filios tuos, nam venisse post autem illum, qui nobis annuntians doloris solutionem.* Hae illo miratus, quod femineus sexus olim reus, olim damnatus ea in Maria fulgeat innocēna, qua possit iudici adesse, cum illoque metu posito conuersari.

J. XXXVII.

Marię nil defuit magnitudinis, quae decebat solum magni Dei.

SVpra omnes Hierarchias merito stant verticem vsque ad solum Deitatis Virgo Mater crexit, quod vt gloriosum, ita vt maximam de Maria predicauit Gregorius Magn. Ceterum inde gloria maior Regio Vati apparet, quod in Sole constitutum sit Marianum tabernaculum. *In Sole posuit tabernaculum suum.* Etenim non tenebras, sed lucem amat opus, cui nihil deest, quod omnes mensuras attingit perfectissimae artis. Seraphim illa ab Isaiā conspecta maiestatis magnitudinem ipsa conspiciata, obductis alis, vt vidimus

Sophon.

Chrysof.

Antip.

Isai.

Lib. 1. Caput septimum.

J. XXXVIII.

vidimus, sese obnubilabant. Quæ tunc causa? Pulchrè D. Chrysoſt. Quia in explicabilem erga conditorem reuerentiam exhibere ſtudebant ipſo habitu, & voce, aſpectu, ſtatione: quoniam igitur id, quod deſiderant, quodque conuerſabant, nõ aſſequantur declarant, eũ quod vniſque velatur; nam ita deſectum circumtegiunt, & quod deest affectui, velo obtegunt. Quid Marianę glorię magis accomodatũ quæ ſic explicuit omnes perfectę erga Deum reuerentię numeros, ſic in ſe omnia decora clauſit, quæ ſolum Deitatis decebant, ſic omnes menturas magni, & inuani Dei tabernaculi tenuit, vt tenebras, & velanẽ fatidita clariffimos Solis radios adamarit.

Cant. 1.

Sic leg.

2. Sep.

Orig.

Hieron.

Ambr. &

Aug.

De reſta
Chr. fid.
lib. 2.

Ep. ad
uerſus
Paul. Sa
uolaten.
quaſt. 10

1. Indica mihi vbi p. ſcas, vbi cubes in me
ride, ne eſt, & ſar ſicut velata: quali dice
ret velantur illa, quæ nequeunt aſſe
qui quod increata conuenit maieſta
ti, quibus deest par mueri ſufficiẽtia:
ſic Seraphim apud Italam velabantur,
nolo inter hæc numerari quę ſupre
mæ magnitudinis tabernaculi Dei te
renũ, cui nihil deest, quid doceat ma
gõ Dei Matrẽ, ideoque velamẽ ſuo,
lucem appetõ meridianam, qua abſo
lutiſſima perfectio mea relareat. Sic
Maria iuxta Cyril Alex. loco Solis in
circumſcripta iuſtingẽ Solem comple
xa eſt non inter tenebras, ſed ſub velami
ne, ſed meridiana luce patentior ma
ternũ veterũ conuerti ſuo para
uit, vt potẽtẽ cui nihil deest ex omni
bus ad ſummũ Deum excipiendum
procurandis. Quod eleganter memi
nit D. Dionyſ. Alex. dum ait. Hæc eſt
quam Iſaac præuidens dicebat, Iacob det
tibi Deus benedictionem terre habentis
omnia, qui enim de cæto descendit unige
nitus Dei verbum neſtatim eſt in
utero virginali, & genitum
ex Paradiso virginali ba
lentẽ omnia.
(?)
de

Vterus virginalis Maria dedit
Verbo diuino & nominis ma
gnitudinem, & celebra
tem apud omnes.

Hæreo adhuc Angelicis verbis ſu
prã relatis, concipies, inquit, & pa
res ſũum, & vocabis Ieſum. Hic erit
magr. & filius altiffimi vocabitur. Hęc
protulit Angelus, quali Deus à conce
ptu, & partu virginali adepturus eſſet
magnitudinem, & nominis celebra
tem. Tantum id non intonuit Proclus,
dum hom. de Chr. Nat. ait. Maria uni
tarum inter ſe naturarum officina, hæc ſa
lutaris reconciliationis panegyris. Et
quidem iure panegyris noſtrę recon
ciliationis vocatur: etenim illi quicquid
laudabile in noſtra reconciliatione Ver
bũ fecit, acceptum tradit. Vide apud
Platẽm 44. quã ſe Chriſti nomen
in vnguenta diffundat per vniuerſum
orbem terrarum, myrrha, & gutta, &
caſſia à veſtimẽtis tuis, hoc eſt, vt Theo
doreto placet, nihil odoratius, quam
Verbum veſtitum carne, nil celebrius,
vnguentum effuſum nomen eius, cu
ius ſuauiate repletur mundialis hæc
machina: verum omnis illa vnguento
rum effuſio, omnis illa nominis cele
britas ſuum originem traxit à domi
bus eburneis; ab eburnea virginalis vte
ri domo egreditur Verbum apud om
nes creaturas nominis ſui, rerumque
geſtarum ditulorum fragrantiam. Sic
magna orationis grauitate retulit D. Cyril.
Cyril. Alex. Exageli de Incarn. Verbi
hęc verba faciens. Quia perinde agonus
ẽ nobis ortum ex muliere ſortitus eſt ſit,
vt iure, meritoque nomen quod eſt ſupra
omne nomen, accepiffe perhibeatur, o
mneque genu cæleſtium, terreſtrium, &
infernorum ipſi incurritur, & omnis
lingua confiteatur, quia Dominus noſter
Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.
Ecce tibi nomen magnum, & celebra
tatem Chriſti vterõ adſcriptum ſœmi
neo, a quo originem traxit.

Proclus

Pſal. 44.

Cyril.

Vnde merito Alcuinus ſerm. de
Nat.

Alcui.

Nat. Virg memorans Rebecca, cuius
 alitua filius iacob obtinuit à patre be-
 nedictionem, sic de Maria fatur. *Re-
 becca futurorum præscia, magnificandi fi-
 ly manibus pelliculas hedorum circum-
 dedit. & colli nuda protexit* Quasi di-
 ceret, o noua Rebecca à qua genitus
 patri, habitu inuentus ut homo, simili-
 tudinem carnis peccati accepit, qua
 patris benedictionem venarus miro
 modo sese magnificauit, ut merito sit
 & vocetur magnus Filius altissimi Pa-
 tris hinc pulchre D. Athanasius sic Ma-
 riam alloquitur. *Benedictionibus te ce-
 lebrat prima acies, que ex thronis, Cheru-
 binis, & Seraphinis constat, qui magni
 Regis Dei cognitores appellantur. Et cum
 magni Dei cognitores Mariam cele-
 brant Sane, ut magni Regis Dei excel-
 lentias speculantur, necessariò in lau-
 des virginis veteri exurgunt, quasi in
 aliqualem Christifera magnitudinis
 causam. Cui videtur subscriptiue
 Guarnic Abb. serm. i. in Annunt. ubi fa-
 tur. *Maria singularem præ cunctibus ele-
 ctis inuenit gratiam apud Deum, ut vide-
 licet Dei conciperet, & pareret filium, et
 que ex ebore corporis eius thronum sibi
 virtus altissimi sine manibus exsunderet
 gloriosum Gloriosus prorsus ille thronus
 ac mirabilis, de quo Scriptura perhibe-
 tur, quòd non est factum tale opus in uni-
 uersis regnis, quòd facile testimonijs pro-
 baretur Angelorum, qui semper, & insa-
 tiabiliter in gloriam & decorem Domini
 ei corporis prospicere concupiscunt. Sic
 de Mariæ ebore virgineo ratilat Dei
 thronus sublimis, & eleuatus; sic de
 Maria exorta Christi caro, afficit deco-
 ris magnitudine ipsos Angelos.**

Atban.

Guarnic

¶ XXXIX.

*Vterus Virginis Mariæ non de-
 iccit, sed extulit Dei
 tatem.*

VAna relinquo vanis, qui Deū Ma-
 riano in vtero computrandu

metuebant, in illos telum contoritur,
 Proclus felici dexteritate. *Nullam, in-
 quit, Deus contrahit labem, quòd intra
 viscera, que citra omnem dedecoris notã
 condiderat, inhabitat. Aduersus hæreti-
 cos hoc deducit satis; verùm fidelibus
 Aug. gratior existit, qui Natiuitatem
 Verbi humilem, & excelsum prædica-
 uit lib. i. de Symbol. ad Catechum. *Vn-
 de humilis: quia homo natus ex homini-
 bus: unde excelsus: quia ex Virgine. Et sa-
 nè ab vtero virgineo omnia gloriosa,
 & excelsa Deo canit Angeu. Vnde B.
 Gregor. Nisi. magnū quid, & excelsū
 meditatus, quo immentia Dei maiestas
 à cœlo in terram migraret, hoc vnum
 præ omnibus inuenit, nempe aliam
 Virginitatem, sic ait. *Non nauigio, aut
 curru aliquo, sed incorrupta virginitate
 in vitam humanã transiit. Videtur acu-
 tus Doctor coniecisse oculos ad nau-
 uigia illa auro flammantia, quibus nu-
 pturi Reges ad nauigant, sicut ad currus
 triumphus, gloriaque plenos, quibus
 Imperatores urbem honestabant, his-
 que despectis, ita fari. Non Deo nuptu-
 ro triumphatori aureas classes pares,
 humanum ut mare tranet, non splen-
 didos currus: habet, quo se exaltet ma-
 iestas, habet, quo triumphet maximè
 sublimis Saluator, non nauigio, nò cur-
 ru, sed incorrupta virginitate in vitam
 transiit humanam. Nullo sublimius ef-
 ferretur Verbum, quam dum conscē-
 dit in aliam materni vteri Virginita-
 tem. Hæc est illa Aquila volantis in cœ-
 lū via, que tam difficilis, & accliuis ap-
 paruit Sapienti Prou. 30. sed audi qua-
 liter ab. Amb. lib. de Sal. i. complana-
 tur. *Quis cognoscere potest quemadmodū
 Verbum in Virginem venerit, ut tam fe-
 licem fatum partus virginis effunde-
 ret, id est, quòd ait vestigia Aquilæ volan-
 tis, id est, Christi Domini aduentus.*
 Ecce enim nil magis nobis Verbi ad Vir-
 ginæ ingressus prætendit, quam præ-
 petes, & sublimis aquilarum volatus.
 Vidisti Aquilam pansis alis nubes per-
 terebrare, arduis, sublimibusque verti-
 cibus subsidere; cœlorum altitudinē
 appetere, id est, vestigium Christi Do-
 mini ad Virginem aduentus. Non se
 deprimunt regia Verbi maiestas, ut vir-
 ginē vterum teneat, imò tunc maxi-
 me***

Proculus

Aug.

N.

Prou 30
 Amb.

Lib. I. Caput Septimum.

mē Aquilæ celsitudinem sublimemq; volatum ostendit. Etenim à virginitate nihil non sublime exequidum erat nihil non diuinum, & maximum. Id quod notat Chrysol. serm. 142. in eo quod Angelus ait, *concipies, & paries filium*, eleganter tubinferens ille: *non dixit filium tibi, non dixit tuum: monita ergo per Angelum Virgo, ne presumas huic vocare filium tuum; sed mox ut genueris, inuoca Saluatorem, quia virginitas non sibi parit filium, sed pignus auctoris, & integritas suum gestat Dominum, non alumnum.* Ita Chrysol. quo nemo dignius virginitatis partū elucidabit: etenim qui a Virgine oritur, eam præ se fert magnitudinis exuberantiam, ut ipsa ab origine superior, & præstantior non tam filius, quam Dominus appareat, non tam hominis factura, quam hominum omnium vindex, & Saluator videatur.

Chrysol.

Ildeph.

Hinc D. Ildephōsus serm. 8. de Assumpt. Virg. *Virgo*, ait, *credidit admonita quod ausuit, meruit sanctificata quod credidit. Denique tantum se ad cæli fastigium subleuauit, ut Verbum in principio apud Deū, id est, Dei filium de summa arce susciperet.* Itaque non descendit Verbum, dum Mariæ adest, sed tota sua altitudine conseruata illum pertingit sublimitas Mariæ, illiq; nouum dedit decorem, nouamque sublimitatē. Rem conficit vnus Gilibert. serm. 21. in Cant. fatus. *Fæmina circumdabit virum, quo modo circumdat corona caput caput enim Ecclesiæ Christus, gloriosus planè in illo splendore gloria, & paterna figura substantiæ, sed superaddito nostræ quodam velut fignatura, & colore in huius, dum subluet, plus placet, nec illis tantum qui secus ferre non possent; sed in ijs etiam, quibus purè se splendor ille refundit.* Itaque & Angelis, & hominibus exoritur Sol iustitiæ mirificè exaltatus, condecoratus ab utero virginali.

Gilib.

(2)

Text. Et dabit illi Dominus
Deus sedem Dauid patris
sui, & regnabit in do-
mo Iacob.

S. XL.

Virginis Matris amore, & estimatione tenetur Verbum diuinum.

Sapientissimi Athenarum lege cæuerunt, ne filij à matribus cognomen acciperent: quæ lex ita vniuersos homines peruasit, ut nihil sanctius habeatur apud humanas familias, quam materna, & fœminea decora obnubilare. Hinc natum est prouerbiū, quo Spiritus diuinus cap. 4 istam hominū stultitiam expungit. *Stultus*, inquit, *homo despicit matrem suam.* Gratiore suis matribus Lycij, qui teste Alexandro ab Alexandro, eo in honore, & æstimatione habent matres, ut omisis patribus, nomē solum efferant, atque decus maternum. Quid mirum? habent hi quem imitentur filium Dei, qui summi Patris principatū dissimulans, Matris gentilitate gloriatur immense. Ecce tibi accipiet sedem Dauid, & regnabit in domo Iacob. Pulchre ad hæc Bernard. *Quid magnum promittitur ei, qui sedet super Cherubim quæ Propbeta vidit sedentem super thronum excelsum, & eleuatum, sedere in throno Dauid? Sane diuino Verbo, quia per matrem, Dauid sedem habet, Iacobea domus, Dauidicum regnum, gentilitia sunt materna, adeo inde Verbo grata, adeo pretiosa, ut paterna stēmata, & amplissima, & diuina obliuiscens, his solum maternis gentilitijs se maxime iacet immenseque gloriatur. Quod rectè calluerat quisquis cecinit id Cant. 3. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate quo coronauit illum mater sua.* Hæc cene sunt diademata, quibus se conspiciendum offert diuinus Salomon, diademata*

Prob. 4.

Bernar.

Cant. 3.

demata, quæ ex matre habet: etenim diadema, regnumque paternum in sinu Patris luce inaccessibili candet, immensi Deitatis abyssi superadi sunt, ut quod a Patre accipit ornamentum appareat, quo exterius eminet, quo exultat, quo gloriatur, quo velle conspicit, maternum est, & maxime gratum. Sic ingeniosus Guillelmus expendit. *Diadema, quo coronauit eum Mater sua nempe regiam nobilitatem assumpta humanitatis, qua eum coronauit, eo quod illum de sanguine suo regio secundum carnem concepit, Unde Gabriel paransimul ecce concipies, & paries filium, & dabit illi Dominus Deus sedem David, & regnabit in domo Iacob.* Sic ille ut gratius Verbi ornamentum, quo velle dignoscere indigaret, nimirum, quod ex regia Matris familia hereditauit, tanto erga Matrem amore, & æstimatione afficiebatur Verbum. Quid plura mediis ipsis passionis nubibus, quando candor ille lucis æternæ velabatur, quando potestas tenebrarum in Deum dabat iura, quando diuina omnia abscedebant, & se Pater ipse abcodebat ut que in Filij querelam; tunc Verbum diuinum diuinæ originis dissimulatione & obnubilationem passus, hoc vnum habuit maxime in optatis, ut gentilia Matris elucescerent, vnde sub titulo Iudæorum Regis voluit excarnificari, vltimumque profundere sanguinem. Vide, o Virgo, quantum debeas Filio, inquit D. Ildephonsus serm. 8. in Assumpt. ut te veram Matrem ostenderet, verum se hominem patiendæ tormentum monstrauit. Etenim maluit se Matris filium ostendere sub titulo Regis Iudæorum in cruce perseverando, quam & titulum, & crucem deserendo se filium Dei ostentare Iudæis postulantiibus. Acute hunc erga Matrem affectum in Christo Domino Tertull. aduertit lib. 4. in Marcion. etenim vociferantem cum Iesu fili David miserere mei, Iesus statim illuminauit filius David, qui hoc se & cognouit, & cognosci voluit filium hominis, etiam minus oculatam, etiam veri luminis compotem extenon quoque visione donauit, ut & nos regulam, simulque mercedem fidei duceremus, qui vult videre Iesum

David filium credat per Virginis cœsum, Ecce tibi quo Iesum tibi maxime obligabis, si illius materna decora, maternos auos in mentis, & ore habeas.

J. XLI.

Virgo statim à Verbi conceptu clausa sicum aduersus Dæmones recinit.

EXpendo adhuc cui regno, cui sedi succedat Verbum incarnatum. David regnum plenum bellis, sanguine hostium madidum, ut ex eo solium templi maximi constructione arceatur. Iacob ab utero supplantauit fratrem: quid magis faceret ipse Maior, quam ipso in utero matris, arenam cœingere, & inimicum bello deuastare. Horum ergo regnum, & sedem accipit Dominus, hoc est, iuxta Theoplatum, his sese regnando accommodauit, gladium, ignemque & crucem inimicis militando, nec distulit bellum, sed potius Iacobeæ proles ab utero Matris perterrefecit æreas potestates. Memini Galen. in lib. an animal sit id quod in utero est, talibus indicijs Heroum conceptus augurari quod ab utero iam sui experimentum præferant sicque inter alios ait. *Alcmena Herculem procreans terrorem aduersarijs, diffidentiam inimicis incutiebatur, cum adhuc infantem utero gereret.* Alcmena longe præstantior Maria, quæ Verbum concipiens adhuc infantem utero gollabat, etiam terribilibus hostibus videbatur, terribilis, inquam, ut castrorum acies ordinata; & quidem, ait, Guillelmus, ex quo Dei filium peperit terribilis Dæmonibus fuit, cum enim viderent eam integritate simul & prole gaudentem, verberans illis suspicio incidit, ne forte illa genuisset tot prophetis vocibus olim pronunciatum Messiam, per quem eorum imperium rueret, itaque virginitate illi puerperæ nil eis tunc terribilius. Iam iam Mariæ virginea alius terrorem aduersarijs incutiebat, cum adhuc infantem in utero gereret. Quod pulcher-

Guill.

Ildeph.

Tert.

Guill.

Athan. nime excogitavit Athanasius dum illud Angelicum expendit, nimirum Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obruet tibi. Eum uero, ut in Apostolos virtus ista ideo descendit, ut contra omnem aduersariam virtutem uigeret, ideoque Spiritus superueniet essentialiter, ita quoque Spiritus sanctus in Virginem descendit Sic ille: ubi pondus energiam comparationis Mariæ de Spiritu sancto habentis, cum Apostolis eodem flammanti correptis spiritu, ut contra omnem aduersariam potentiam uigerent. Etenim late in hac ipsa comparatione quaedam contrapositionem non inuicem, quatenus Apostoli, sublato in celos Domino, igneum Spiritum rebibentes terribiles aduersarius extiterunt: at Maria à primo Verbi in mundum ingressa, cum primò utero habuit infantia membra, o quam terribilis, o quam aduersariis formidabilis erat! adhuc uirginis uterum calefaciebat pueruli artus, & quasi ignientis tela, quasi hostilia elaborantis arma officina formæ horrebat. Unde merito exclamauit de Christi Natiuitate. *O utere, in quo arma aduersus mortem fabricata sunt!* Cuius sententiæ pondus ut exprimat, consule prius Virgilianum specus, ubi Vulcania domus, ubi tela omnia fiunt, ubi.

Virg.

*Vulnificusque chalybs vasta fornace liquefit.
Et Cyclopium exesa caminis
Antra densa tonant, validique incudibus ietus.
Auditi referunt gemitum, stridunt que caueris.
Stridit a chalybum, & fornacibus ignis anhelat.
His informatum manibus, iam parte posita.
Fulmen erat.
Parte alia Marti currumque, rotasque Volucres
Instabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes.
Aegidaque horrificam turbata Palladis arma.
Fulgores nunc terrificos, sonitumque metumque.
Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.*

Tolle gemitus, & omnis huius terrificæ officinæ finge tibi Mariam in utero æmulatricem, ubi cum infatilibus membris credes fabricari igæa tela, gladium ancipitem, rapidum fulmen, fulgores terrificos, sonitumque, metumque, flammisque sequacibus iras: quæ omnia aduersus mundiales, ærealque potestates utero uirginali fabricant. *Alc.* Quid enim non horruerunt principes tenebrarum, quando viderunt præter morem instructam omni armatura fortium contra se procedere feminam? Hæc pulchre serm. de Natiuitate Virg. Alcuin. intulit, memorans uirginem uterum a Verbo concepto, armorum, terrorumque officinam: nec mirum quod nigras Demonum phalanges perterrefaciat, quæ lucidissimis caelorum exercitibus est terrori, ut Epiphanius existimat his verbis. *Obstupuerunt omnes Angeli, & uersus Angelorum exercitus timore, tremoreque graui detenti, quia cernebant illum, qui habitat in caelis per eam uersari in terra, & exhorrescebant Virginem, & formidabant dum conspicerent eum, qui principio caret descendente à throno Cherubico, in utero uirgineo sedere.*

Epiph.

J. XLII.

Maturet certamina, qui Regnum Christi uelit comparare.

Regnat equidem Christus in domo Iacob, in domo nempe illius, qui prius nouit certamina, quam lucem; qui ut sensit inimicum, non tempus nascendi expectauit; Sed ab utero supplantauit fratrem. Nihil enim magis pauendum Dei hostibus, quam forte, & intrepidum initium pugnae. Nonne Aegypti plures sustinere plagas; sed quum vident primogenita occisa, tunc Israel potestatem excundi faciunt. Quod ineditatus Nizetas in Naz. nat. 2. Pasch. dicit. *Neque enim eam plagam Aegypti perferre potuerunt, sed tunc Israelitis discedendi potestatem faciunt: eodem modo Demonibus quoque animarum nostrarum persecutoribus grauissima hæc poena videtur, quando in animo ab omni ostent.*

Oseas 12.

Exo.

Nizet.

S. XLIII.

Christus Dominus omnibus suis
passiones manifestavit, abscon-
dit suas glorias.

Miraberis Iacobum in utero ani-
mosè aduertum fratrem insurre-
xisse, cuius certaminis gloria utero
marris fuit clausa: verum ubi in lucē
editus est, nunquam non timuit fratrē, *Gen. 22*
sic enim *Gen. 32.* ad Deum clamat.
Erue me de manu Esau fratris mei, quia
valde eum timeo. Insuper magna cin-
ctus familia in conspectu omnium cū *33*
ad fratrem appropinquaret capit. *35,*
adorauit pronus in terram septies. Sic vi-
ctorias, & animositatem uteri tenebris
conclusit, merus autem, & infirmita-
tes coram omnibus propalauit. Sanè
hinc dicitur Iesus in domo Iacob re-
gnasse, quando de Iacobi more ipse Ie-
sus totus erat in manifestandi passio-
nibus, & glorijs obnubilandis. De his
audio Isaiam dicentem cap. 6. *Vidi Do* *Isa 6.*
minum sedentem super solium excelsum,
& eleuatum. De passionibus autē agēs
cap. 53. inquit. *vidimus eum, & non erat* *Isa 53.*
aspectus. Quibus id statim venit ponde-
randum, nimirum quòd ad videndas
gloriosas sedes, & thronos vni, & so-
lus Isaias admittatur, ait enim *vidi;* ve-
rùm ut ad passiones ventum est, iam
non solus, sed cum multis accedit, fa-
tus *vidimus.* Id quod eleganter attigit
Bern. serm. 5. in Isaiæ locum dicens.
Communis visio verbo pluralis numeri *Bern.*
designetur; hac autem tam singularis est,
quàm sublimis. Ibi tanquam vnus è mul-
tis vidimus, ait, hic tanquam solus, & so-
litaris leuans se supra se, vidi, inquit,
Dominum sedentem. Is enim est Iesus,
qui glorias suas ab oculis mortalium
studiotè arceat, verum passionum sua-
rum infirmitates, contumelias presen- *Exo. 40.*
tissimas omnium oculis veli esse. Di-
citur *Exod. 40.* *Pones altare aureum, in*
quo adoleatur incensum coram arca testi-
monij; Tentorium introitus tabernaculi
pones, & ante illud altare holocausti. Ec-
ce tibi vtrumque altare Christum si-
gnifi-

estentatione alieno primogenita peccati,
hoc est, prima vitæ origo, ac principium
à nobis extinguitur. O quàm pro-
mouetur Dei regnum; & peccati
regnum cadit, ubi miles primis incur-
sibus strenuè obstat, & primis ausibus
ostenditur clarus! Irruerat Satan in
Iobum, & ubi pruna sua tela inania vi-
dit, sic uxoris per vocē clamat. *Quous-*
que sustines? Quibus commotus Orig.
lib. 2. ait. *Non dicit Iob, qui torquebatur*
quousque sustineam? quousque torquear?
Diabolus verò, qui non sustinebat dolo-
res; sed confusionem dicebat ad patientē,
quousque sustines? Iob, qui sustinebat, non
succumbebat. Diabolus, qui non sustine-
bat, deficiebat. Sanè grauissima hæc pœ-
na videtur Diabolo, quando fortiter
in principio reijcitur, quando primi
eius expugnantur conatus, id prorsus
intolerabile ducit. Felix ille, qui sic au-
det à principio: dicunt vulgò, *dimidiū*
facti, qui bene cepit, habet; at ego Chri-
tianorum regnum in primis ausibus
crediderim constitutum. Ecce vobis
Abraham iugulaturus filium, cū pri-
mum gladium stringit, ante vllā san-
guinis effusionem coronam obtinet
triumphi. Do. Isidor. *Relus. lib. 4. ep.*
157. dicentem. Erat cernere naturam
quid in cum suis armis, atque copijs omni-
bus humi prostratam, ipsam verò stantē,
& manum extendentem non corona præ-
ditam, sed gladio quousque corona illustrius
fulgente armatam. Quibus pondero,
quòd omnes aduertantes phalanges
humiliaceant prostratæ ad primam
militis educationem gladij, & quòd co-
rona non in capite posita facinus imple-
tam, sed in ipso effulgeat gladio. Equi-
dem ea virtute eduxit vir strenuus gla-
diū, nihil moratus, ut vel à primo edu-
ctionis nixu victoriam, & coronam
reportauerit. Sic de ipso Iob capit. 1.
post hostis primos conflictus dicitur.
Tunc surrexit Iob, & scdit vestimen-
ta sua, tonsaque capite corruens in terram
adprostravit. Cui se in terram prosternit?
Pulchrè Orig. lib. 1. *Primum surrexit,*
& ita demum se prostravit; surrexit ad præ-
liū, prostravit se ad pacē, surrexit ad vi-
ctoria perfectionem; prostravit se ad coro-
ne susceptionem; ut vel ipso in certaminis
capite se dignum corona ostentaret.

Iob. 1.
Orig.

Gen. 22.

Isid. Pel.

Orig.

Lib. I. Caput Septimum.

gnificabat, sed quod aureum est, velo contegitur; alterum, nempe holocausti palam omnibus patet. Cur hoc? D. Cyril. Alex. lib. 4. Ioann. cap. 28. ait. *Calabatur primum, quia occultata atq; recōdita est gloria Christi; alterum autem vulgo patebit, quia mors eius omnibus patet.* Sic cine qui de regno Christi velint gloriari, patefactis infirmitatibus, virtutes curent celare, & abscondere. Id quod pulcherrimè ostendebant sorores illæ Lazari, quæ eius infirmitatē verbis, & literis manifestarunt; at ubi eum mundo mortuum viderunt, sic recondunt, & abscondunt, ut nec amicissimorum oculis pateat. Sic D. Bern. ferm. 3. de Assumpt. expendens illud Domini apud Ioan. *Vbi posuistis eum? Sorores, inquit, alloquor, quæ sepelierunt fratrem prædicatione, & ministerio, ubi ergo posuistis eum? absconditus est fossa humo non facile inuenitur.* Et rectè dicitur abscondi fossa humo, qui mortuus mundo Christo renascitur.

§. XLIII.

Generis nobilitas magni ponderis est in Prælati.

NON casu ubi de regno Iesu agit Angelus, ad domum Iacob præceteris cucurrit, quasi ad fontem totius Israëliticæ nobilitatis. Equidem nulla domus est in toto Israel, in qua degenerum aliquid non inueniatur. In Abrahæ domo Ismael ancillæ filius; in Isaac domo quis magis degener quàm Esau? & sic in alijs; vna Iacob domus nihil degenerum passa est; sed tota populi nobilitas ab illa pallulauit. Iam merito futurus orbis Rex de antiquo nobilitatis fonte commendatur, nihil enim sic premit ingenuos subditos, quàm a facie populi tollere duos Prælatos. Accipite quid sanctissimus ille Episcopus Prolemaides Synesius in quodam Andronico Præfecto sibi infenso notat ep. 57. fatuus. *Meministis cuius modi ex me extiterit? qui ut nihil aliud certè ab illis maioribus ortū du-*

xeram (ab Erusting enim qui Doris in Spartam deduxit, ad meum usque parentem generis successiones publicis tabulis inscriptæ sunt) is qui ne aui quidem nomen edere posset, imò nec parentis, ut aiunt, nisi quantum coniectura assequi potest, porro à piscatu ad Præfecti currum sit euectus. Hac solū vir egregius suas ærūnas ponderabat, nec aliud dolorum pondus inueniri posset maius, quàm quod ingenui subditi vile sustinēt tibi durum Præpositum, & prælatū: præterquam quòd mille alia incomoda prosiliunt statim ab ijs, qui à sentina præsumunt clauum. Ea eleganter notauit D. Ennodius in paneg. Theodorici Regis de quodam tyrāno aenis. *Metuebat parentes exercitus, quem meminisse originis suæ admonerat honor alienus, nam ire ad nutum suum legiones, & remeare, pauore algidus imperabat; suspecta enim est obedientia, quæ famulatur indignis, & quoties Prælatos conuenit conscientia stirpis ultima, & illud metuunt, quòd timentur.* Et sane mens vili-bus allucta malè semper audit in sceptris, illi continuus comes metus, & suspicio se sperni, ac contemni, dominandi disciplinam nec nouit, ut quæ innutrita fuit seruis. Idcirco inter felicitates fortis illius feminae Prou. 30. hæc non postrema censetur, quòd nobilibus in portis vir eius. Cùm enim maritus dominus sit vxoris, non poterat subditæ plena felicitas intelligi, si dominum tortiretur, quem innata nobilitas non cesseret. Hinc iam nō miror id quod sæpissimè oblitescere tolebam de imperio Israelitarum, quo nullum noui miserius, tot cladibus refertum, tot à Deo vero defectioibus plenum, in quo vix vnus inter mille bonus princeps extitit. Excipe Dauidē, Ezechiam, & Iosiam, aut vnum aliū, & reliqui omnes Reges malituerunt, idolatæ, in Deum rebelles, populo damnosi. Quæ huius rei ratio? nempe seruitus, & abiecta conditio, quam gētes illæ apud Aegyptios captiuatæ ebiberunt. Hanc reddidit Anastasius Nic. q. 45. ubi tractans intolerabile danimum Prou. 25. notatum, nimirum; *seruus cū regnauerit, ita loquitur, id est, si seruus regnauerit, nempe Israel, qui fuit seruus*

Cyrl.

Ioan. Bern.

Ennod.

Prou. 30

Anast. Nizen.

Synes.

Prou. 25

in

*in Aegypto, & insipiens repletus fuerit
cibus, ut qui terram in promptu acceperit
& comederit, & repletus recalcitrauerit.
O utinam ille ad praelaturas eligatur,
cui generositas, cui ingenuitas, cui iu-
bere innatum sit! Fallor, si hoc non tra-
debat D. Chrysost. hom. 7. ad pop. dū
ex 1. Gen. ait. *Faciamus hominem ad ima-
ginem, & similitudinem nostram: quid est
ad imaginem nostram? principatus imagi-
nem dixit, ut quemadmodum nullus in coe-
lo est Deo superior, sic super terram nullus
sit homini superior: uno enim hoc, & pri-
mo honorauit, quod ad imaginem suam eū
fecit; secundo, quod non laborum premiū
imperium nobis praeiust. Etenim hoc
maximè notandum, quod a Deo im-
perium non datum est laborum prae-
mium; sed naturæ ipsi inseminatum
humanæ, quasi uelit eos in præfecturas
assumi, quibus innatum est imperare,
& iuberè. Vix equidem est aliquis la-
bor, qui imperio munerari debeat, ubi
natura minime suffragatur. Vnus De-
us ad omnipotentiam suam ostentandam
ignobiles, & rudes piscatores, in Ecce-
lia principes elegit; at ipsi statim ubi
pro Iuda duodecimus Apostolus eligē-
das erat, an elegerunt piscatorem, & ru-
dem hominem? Absit, imò ut bene no-
tauit D. Antoninus apud Lorinum, ele-
gerūt Matthiam, uirum mira eruditiō-
ne, & doctrina præclarum. Ille enim so-
lus, qui de lapidibus potest facere fi-
lios Abraham, potest de uilibus, & seruis
bonos suscitare Prælatos.**

Gen. 1.

Chrysof.

Ant.

Textus. Dixit autem Maria ad
Angelum, quomodo fiet
istud, quoniam uirum
non cognosco?

¶ XLV.

Maria experta Domini præsen-
tiam supra naturam
audet.

¶ Credidit Maria Angelo, credidit
inquam, se paritum Deum &

tamen uotum conceptum de uirgini-
tate æternum seruanda humiliter, &
summissè exponit. Sic Patrum aut ho-
ritate fultus tradit Toletus, sic uerba
ipsa attendenti facile persuadent. Mi-
hi unum accidit admirandum, si qui-
dem Virgo Angelico credidit sermo-
ni de prole diuina à se parturienda, cur
modum exquisiuit? Cur prætendit uo-
tum, & propositum castitatis? An in
Deo obliuionem sui propositi machi-
natur? Crediderim sanè Mariam non
tam conatam esse emissum exhibere
uotū uirginitatis, quàm illo exhibitio
adducere Deum, ut ex uirgine incor-
rupta nascatur. Annuit quidem par-
turi; sed partus mundialis leges fastidens
uirginitati adhæret, & à Deo expos-
tulat modum, quo uirgo pariat. De
Ioanne adhuc in uisceribus matris a-
gènte, sic Antipater meditatur. *Cum ex
matrice in matre Christum Ioannes aspe-
xisset, prouidens, exiliens, natura ter-
minos conatus est transire. Video etiam Do-
minum, discabat apud se, qui imponit natu-
re terminos, non expecto tempus, quo so-
let factus gestari in utero. Sic supra na-
turam conatus exilire infans eo solum
quod se Domini præsentia ditari ui-
deat. Sic Maria Ioanne animosior se-
cuta Dominum Angelico testimo-
nio præsentens, se in maximam Dei
gratiam euectam conspiciens, me-
diocria ista pertasa, magna audet, &
cum sibi Deiferum partum uidet of-
ferri, naturæ terminos transgredit, no-
uum, & inauditum uirginis partum
expostulat, soli Deo remittens excogi-
tandū, modū quo pariat uirgo florida.
Hoc ipsum focineo sexui consule-
bat Chrysol. in hæc Mariæ uerba in-
quiens. *Quomodo fiet istud, quoniam ui-
rum non cognosco? Mulier, quem uirum
queris, quem tu in Paradiso perdidisti?
Redde uirum mulier, redde depositum
Dei, redde ex te quem perdidisti per te,
prætermitte naturæ ordinem, recognosce
ordinem Creatoris Nil dulcius, ad ex-
primendam excellentiam Mariæ, quæ fo-
minarum agens personam corrigere
nititur damna primæ nobili antipa-
tia. Etenim illa Angelico suasa sermo-
ne fructus dulcedinem noluit gustare
sicut uirum, quem perdidit gustu fructu.**

Antip.

Chrysol.

Lib. I. Caput Septimum.

Hæc ab Angelo salutata, ut fructum ventris perciperet benedictum, noluit comitem habere virum; sed ipsa sola respiciens omnes perditos viros ex se sola, suisque visceribus Dominicum audet sperare fructum, presentiensque secum gratiam Creatoris, ut ait Chrysol. audacter ordinem prætermitit naturæ. Ad hæc acuta est Anastasij Sinaitæ ponderatio, etenim Matth. 21. dicitur. *Intrauit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes ementes, & vendentes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit; & accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos.* Et quidem cæcos, & claudos à se templi claustra arcebant: vnde ergo modò illi ad templum accedere sanandi audent? Anast. Sinaita lib. 4. de rectis fid. dogm. inquit. *Claudos, & cæcos longius arceat lex ab ingressu templi, designato admirabili hoc prodigio, nimirum exclusis templo negociatoribus, qui viderant, & audierant secum reputantes, id operis humana esse fragilitate superius, ausi sunt ingredi.* O quam audent possunt supra omnem vim ipsi, qui presentem Deum augurantur! Miraberis, quòd Marc. 10. perat Iesus à Ficus fructus, cum nò esset tempus ficorum, cur hoc Dominus faceret? An, ut doceret homines presentem Domino supra omni audente naturam? Ita Orig. in Matth. tom. 16. fatus. *Vult enim Christus fideles suos meliores esse humana omni natura, & erigit eos supra naturam, & ut dicam, opera Dei magis, quàm hominum, propter quod hominibus dicit, quoscumque ad beatitudinem vocat, Ego dixi Dy estis, & filij excelsi omnes arguens eos, qui nolunt esse Dy, neque filij esse excelsi.* Quippe crimè est, si presentia Domini muniti nò audeamus in superiora, & diuina. Igitur virum ex puit Maria, & presentiens Deum sola sibi totum diuinum exoptat fructum intundi, ut simul ipsa totum vniuersæ refundat creaturæ. *Ostinam, clamat hic Alcuus, poculum suum ebria illa Eva, aut totum ebibisset, aut totum effudit!* At participem habuit virum, & perdidit omnes viros; prudentior Maria dum virum despicit, totum ipsa ebibit vitalem fructum, ut tota vniuersam

si illo perfundatur natura.

Text. Respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

S. XLVI.

Maria sanctitas in Verbi Incarnatione maxime enituit.

Totum Incarnationis negotium, quia cransissime, diuino tribuit Angelus artifici, nempe Spiritus sancto, eisdemque virtuti fecundatrici. Placet in hac re nobis Euthym. qui & placuit de cæsis. o P. Ioanni Maldonato minime oistinguenti Spiritum sanctum, & virtutem Aluisinu: in. o iuxta Scripturarum loquelam venusta est eiusdem repetitio, idemque Spiritus sanctus, & virtus Altissimi, quæ obumbrabit, id est, quasi obtubilabit, siue quasi nubibus obteget, ut irroraretur Maria diuinoque fecundata, & compluta ex nubilo, animatam germinaret salutem. Hæc mihi bene donauit Maldonatus, quibus sub breuitate transcriptis, iam hinc vocor in Marianum panegyricum cuius supereminens sanctitas iam palam sub his verbis enituit. Enimvero Bern. acutè expendens illud, *Spiritus sanctus superueniet in te,* super plenitudinem quandam virginis sanctitatis exaltat, quæ non solùm interne plena, sed et superplena conspicitur, propter abundantiam gratiarum, cuius super illum erumpunt radij. Ille nimirum Spiritus, qui iuxta Apostolum in cordibus nostris clamat, inibi clausus miro in Maria modo supereminet, superuenientesque effundit sanctitatis radios. Nescio quam huiusmodi superplenitudinem sanctitatis in protomartyre Stephano sunt mirati Patres, quæ interioris hominis angustias rimans, exterius sui clarissimam

Matth. 21.

Anast. Sinaita.

Mar. 10

Orig.

Alcui.

Euth. Mald.

Bern.

Niss.

mam speciem dabit. Cuius rei rationē pulchra similitudine exponit D. Greg. Niss. apud Lippeman *Nam, inquit, sicut ignis idoneam nactus materiam, sublimem flammam tollit, & splendidiorem lucem efficit: ita Spiritus Sanctus ex magno Stephani animo clariores gratiæ radios emittebat. Quid vendibilius? Sanctus ignis pro qualitate materiæ exurgit inflammans, & eam quandoque inuenit materiam, intra quam conclusus vix extra appareat; verum quando aptā materiam inuenit, & mundam, o quam sublimibus, quam splendidis, quam diffusis supereminet flammis! Igitur Marianam mentem, & pinguem virtutum adipem, & mundam puritate virginica, quales putatis tēdas præbuisse ignibus Spiritus Sancti? Crediderim, quod ignis diuinus tantam, tanque idoneam materiā nactus, eas superfuderit flammis, quæ mentis creatæ superantis angustias se se propè in immensum dilatauerint. Quid plura? Ad Rupert. qui ex tunc primo putat tertiam Trinitatis personam ditari nomine Spiritus Sancti, tanta fuit in Mariam profecta moles sanctitatis, De fluuio Paracleti dicitur Gen. 2 qui inde diuiditur in quatuor capita: id quod ad rem spiritualem transferens Abbas Celiens lib. de panib. cap. 12 ait, quia simul collecta gartia plenitudo nulla tenus creaturæ humane capacitate potest apprehendi, in quatuor capita dicitur diuidi, priuilegio tamē Filij sui supra totius creaturæ meritum Mater Dei aspersione Spiritus Sancti tota Deitatis gratia est superfusa. Hæc ille.*

Gen. 2.

Cell.

Hilar.

Exo. 1

Hanc exuberantem Mariæ sanctitatem præ oculis habuit D. Hilar. dum serm. de Alcen. *Verbum diuinum, ait, sicut inuolabiliter pertransit, sicut reuerenter intravit. Expendo illud, reuerenter intravit, & non potui non meminisse illius magni legislatoris Moyse, qui nudis pedibus, ob reuerentiam notam iustus est videre visionem magnam: sed cur ea reuerentia a tanto viro exoptulatur? quia, inquit textus sacer, terra in qua stas, sancta est. Iure terræ sanctitas quamcumque reuerentiā postulabat. Hinc iam potes colligere Marianæ terræ sanctitatem, quam non Moyse, sed Deus intravit; magna san-*

ctitas, quam verentur homines, quam reuerentur & Angeli: verum Mariæ sanctitas præstantior omni creaturæ sanctitate, siquidem illam reuerentiam omnium maximus Legislator. At cupis cognoscere qualem reuerentiam Deus exhibuerit maternæ sanctitati, iam præclare explicuit D. Zeno serm. 4. in Nat. Christi, dum ait. *Tempore maturo Diuinitatis dignitate deposita; non tamen potestate, caelo egressus, sacrario templi virginis hospes pudicus illabitur.* Obserua illud diuinitatis dignitate deposita, & simul recordor illius terti moris, quo iudices, quum principem, seu virum illustrem inuisunt, conuatis, & obseruantur ergo non antea conueniunt principem, quam virga dignitatis insigni seposita. Hanc Matri suæ reuerentiam exhibuit supremus creaturarum iudex, diuinus Legislator, summus omnium princeps Deus, qui non aliter virgineum, sacrosanctumque inire dicitur uterum, quam diuinitatis dignitate seposita, hoc est; maiestatis insigni diuisio.

Zeno.

S. XLVII.

Quidquid carni, & sanguini proximum est, suspectum, & inuisum habeatur a mente casta.

Castissimæ Virgini grauidandæ diuinus illabitur Spiritus, caro enim in castitatis negotio, non solum non prodest quicquam, sed etiam officit plurimum. Pulchrè D. Chrysol. ser. 142 ad Virginem Mariam loquitur. *Deus ipse ad te venit, quia te pœnauit ad bonum peruenisse, nec iam caro ad carnem, sed Spiritus sanctus superuenit in te. Quasi diceret, ubi carnis illecebras fugisti: ubi te Virginem castam exhibuisti, non caro sed Spiritus in te requiescet, in te que sua exercebit munia: vnus Spiritus castis mentibus familiaris, & amicus sit. Quidquid carni concernit, suspectum & inuisum habe: quam potus doctrinam castitatis cultor Ioseph, velles femine reuerentias manu reliquit, & fugit.*

Chrysol.

Lib. I. Caput Septimum,

Gen. 39. Sed cur vestes reliquit? An quia vestes
 carni proximæ sunt, & castus animus,
 necessum est, vt fugiat etiam carnis um-
 brâ: Ita prorsus D. Nilus in cat. ad cap.
Nilus. 1. Iob dicens. Ioseph ille pudicitia atble-
 ta, voluptate illum tenere conâti, res quæ
 habent commercium cum corpore, tanquã
 indumenta relinquens, foras egressus fu-
 git. Expendo quã se expediat vir cas-
 tus a rebus, quæ habent commercium
 cum corpore, quali sola incorporea,
 & spiritualia possint esse menti castæ se-
 cura. Vt iam sic cauisset primæus il-
 le sacerdos Aaron, at male cautus, vt
 in aures faminarum petijt. Exod. 32.
Exo. 32. quid inde, nisi lasciuu vituli idolũ effin-
 geret? Quas cum ille accepisset, formauit
 opere fusorio, & fecit ex eis vitulum. Eu-
 caneamus à rebus quæ habent com-
 mercium cum corpore, ni velimus il-
 lis adorari succumbere. Id monebat
Bas. Nazian. orat. in sancto Baptisma dicens.
*Illustrantur oculi, vt recta cernamus, nec
 meretricium ullum simulacrum ex aeu-
 rato, & supernacaneo aspectu constat in
 nobis circumferamus. Nil quasi medium
 est, & visio carnalis pulchritudinis, &
 statim idolum, cui misere genua cur-
 ues, & muliebrem mundam attingis,
 & statim lasciuu vituli altaria donis eu-
 mulas. Non multũ dissentit Clemens
 Alex. 2. Pedag. cap. 12. fatus. Beati qui-
 dam fuissent Hebræi veteres, si mundum
 mulierum abstulissent, & abiicissent, vel
 solummodo fudissent. Nunc autem cum
 aureum bouem constassent, & in eo adoran-
 do idolatria peccatum admisissent, ipsi
 quidem nec ex arte, nec ex proprio insti-
 to commodi quicquam ceperunt. Sane si
 mundum muliebrem abiicissent beati
 fuissent, at vbi manibus acceptum con-
 spexerunt, in eo adorando miserè sese
 conficiunt. Hinc Virgo cauta in eo, quæ
 Angelum, purumque cognouerat Spi-
 ritum, corporalia, carni que concernē-
 tia timebat verba, turbata in sermone
 eius; sic enim cogitabundam, & medi-
 tabundam inducit Andreas Cret. Ma-
 riam. *Quæ est illa salutatio, aut vnde in-
 ingressus, qui nuntium hoc mihi asporta-
 uit? Angelum ergo eum censebo? Verum
 hominis instar loquitur.* Sic cauta virgi-
 nitas, adeo purus spiritus amabat, vt
 vel in ore Angeli verba humana me-*

tueret.

J. XLVIII.

*Ab vno Spiritu sancto inhabitante
 te didicit Maria suam integri-
 tatem eternare. Vbi de B. Xa-
 uerij integritate.*

DE conceptu monita Maria, & pro-
 virginali integritate sollicita, nihil
 dubitans, sed modum seruandæ, in par-
 tu, & post, incorruptionis requirens, a-
 iebat. *Quomodo fiet istud, quoniam virũ
 nõ cognosco?* Nouit Angelus Virginis af-
 fectum, nouit discipulam parati, quæ
 eternam incorruptionem edisceret, &
 protinus tantæ disciplinæ magistrum
 profert, locutus. *Spiritus sanctus superue-
 niet in te.* Ad hæc D Bern. hom 4. *Ac* Bern.
*si Angelus respondeat ad Virginem. Quid
 à me requiris, quod in te mox experieris?
 Sciens scies, & feliciter scies, sed illo do-
 ctore, & auctore; ego autem missus sum
 nuntiare virginalem conceptum, non crea-
 re, nec potest doceri nisi à donante.* Et qui-
 dem nõ est potestatis Angelicæ, quod
 virgo doceatur suam integritatẽ eter-
 nare; id ad diuinum spectat magisteriũ.
 Spiritus, qui intime illabitur membris
 humanis, ille ad incorruptiorem facit
 proficere, & immortalitatem. Modo
 accipe pulchra Tert. verba lib. de Trin.
 vbi sic loquitur de Spiritu sancto. *Inha-
 bitator corporibus nostris datus est, &
 sanctitatis effector, id agens in nobis, vt
 ad eternitatem, & resurrectionẽ immor-
 talitatis corpora nostra perducatur; dum illa
 in se adsuefacit cum celesti virtute misce-
 ri, & cum Spiritu sancti diuina eternita-
 te sociari. Erudiuntur enim in illo, & per
 ipsum corpora nostra ad immortalitatem
 proficere, dum ad decreta ipsius discunt se
 moderanter temperare.* Ecce qualiter a
 Spiritu sancto coibunt corpora no-
 stra disciplinam sese æternandi, immar-
 cescibilemque corruptionem conser-
 uandi; vt hinc norint virgines quo do-
 ctore possint discere solidam integri-
 tatem seruare, dum nimirum ad decre-
 ta ipsius discunt se moderanter tempe-
 rare

Bern.

Tertul.

rare. Etenim Spiritus sancti casta decreta eo spectant, ut uiuam, & eternam seruent virginum incorruptibilitatem. Cauet lex Leu. 21. ad omnem mortuum non ingredietur omnino, & nilominus Moyses ipse Ioseph ossa mortua secum atportabat. Vbi ergo legum obseruantia? Quasi a Moyse ore respondit D. Hieron. Pelus. lib. 4. epist. 157. dicens. Non uiolo, non soluo inquit, legem. Sed per hoc ostendit rem ipsam, quae per scripturam, ac uerba legis significatur, diligenter esse attendendam. Ego enim cum, qui castitatem coluit, pro mortuo non habeo. Quippe qui casta diuini Spiritus decreta secutus est, semper uiuam, & floridam ediscit integritatem seruare. Pro quo notandum mihi in primis attar, quod Ioseph iubeat moriturus, ut ossa eius arida ex Aegypto, in patria sepu chra reducantur, uerum pater eius Iacob longe aliter cauet, ne corpus emortuum Aegypto sepeliatur, sed carnis integritas transferri statim mauult. Cur ita? Rem pulchre attingens D. August. lib. 2. de mirab. sacrae Script. cap. 15 ait. Iacob namque nequaquam externa gentis sceminis, nisi his, quae de Mesopotamia secum uenerant, miscebatur: idcirco ad paternum sepulchrum integro corpore post mortem statim deuebitur. Ioseph uero Assensu Pucispharis sacerdotis Heliopolis filiam uxorem accipiens, externo sanguini fuerat immixtus, & ideo post mortem in extraneo terra limo conditus est. Sic nulle uirgines a Spiritu sancto edoctae, suam integritatem aeternarunt, nullam enim uidentes corruptionem, integro corpore transferendae sunt in caelestem patriam. Sic Chaterina, sic Caecilia, sic Beatissimus Indiae Apostolus Franciscus Xauerius Iesuitarum decoris sanè ut de Spiritu sancto accepit, quod alienigenarum, & exterorum prouincias peragraret, quin mulierum exterarum uel uisui acquiesceret, sic integro corpore, floridisque, & uiuis carnis in patriam sepulchrum transportatur. Similem huic corporis integritatem in Leat. Malachia meditat. D. B. r. ser. 1. Meminit illius Pauli ad Rom. c. 8. dicens: habitat in me peccatum. Se: qualiter in tanto Apostolo peccatum habitaret? Sanè habitabat ut in-

carcere, non ut in possessione, habitabat inquam, ut coactus in uinculis, habitaret, ne officiat. Id ipsum ad mortem in uiuido, & integro cadauere transfrens, ait. Sic & mors ipsa minime quiddam adhuc abesse cogitur, sed cogitur non obesse. Ecce tibi corpora, quae Spiritus sancti fuerunt habitacula, ut sint eadem Angelis mortis uincula, & carceres. Inhabitator Spiritus docuit membrum nostra regnare, & mortis dominari, adeo ipsa mors in membris adsit uincta, adsit captiua, minime laedens uiridam, & floridam integritatem.

Text. Ideo & quod natus est ex te, Sanctum uocabitur Filius Dei.

S. XLIX.

Vterus uirginis Mariae diuinam prolem arguit.

Virgineum partum unus uerus, & naturalis filius Dei spectat, cuius supereminentem magnitudinem decet è florido uirginis inuolatae utero delabi. Pulchre Theodotus apud Synodum Ephes. hom. 2. de Nat. argumentatur. Cernis quomodo quod natum est Matris integritatem illam conseruauit? Apud rectè ratiocinantes Deus esse utique cognosceretur. Quem fructum daret semper floridus uerus Marianus, nisi Deum? Vbi gratissimus diuini parentis hinc uisum inueniret, nisi inter florentia hinc calliditas? Merito de uirgine patiente loquitur D. Zeno ser. 4. de Nat. Quae principaliter stupet talem se filium genuisse, qui ex se natus non crederetur, nisi quia sicut fuit uirgo incorrupta post conceptum, permaneret talis etiam post partum. Hac in alma uirginitate cubat, & pascitur Dei filius in meridie, quando ex utero ante Luciferum à Patre generatur, hac eadem cubat in media nocte, quando apud Bethlehemi ex Maria nascitur. Nec uirginitas aliud, quam Deum parere; vnus

Theodos

Zeno

Bern:

Lib. I. Caput Septimum. 1

Cyrylost
 Vnius virginittatis est diuinus partus. Non amplius id debeo D. Chrylost. in presenti apud Metaphrastem sic ab Angeli ore loquenti. *Natura errores Domine corrigere, morborum nebulam dissoluere, membra mortua ad vitalē vim reuocare, natura precipere, ut gignat, a certis membris sterilitatem remouere, senescentem stipulam ad viridē formam reducere, terram infœcundam statim efficere manipulorum matrem, solitum est tue virtutis op^o. Testis est Sara, tum Rebecca, post autem Anna, quæ cum graui sterilitatis morbo laboraret, abste liberatae sunt. Virginem verò sine virili congressu parere, superat nature leges & presentiam tuam in puella denuntiat, ut quem celi, terraque non capiunt, uterus Virginis comprehendat. Sic ille: quibus egregiè ponderat virginum partum, præter omnipotentis brachij efficacitatem, ad huc inducere realem presentiam nascentis Dicitatis.*

S. L.

Maria Virgo quandam sanctitatis speciem dedit Verbo diuino ex se nascenti.

Euseb
 V Rgeo vterius illud, quod nascetur ex te sanctum, & miror quod paruus sanctitatis fons videatur in immenso sanctitatis pelago aliquid dedisse. An abyssus ille gratiarum, & splendorum ex Maria natus accepit quicquã? Sane illum splendorem, illamque sanctitatis accepit speciem, quam ex parentibus sanctis accipiunt filij. Hanc speciem in Salomone suspiciebat Rex ille, cuius epistola ad ipsum sic habet apud Euseb. lib. 9. de Præp. cap. 41. Rex Vapbres Salomonis Regi salutem. Valde sum gauisus, & festum celebraui diem, tū ego, & copia mea vniuersa, quod regnū a probō viro acceperis, & probato tanto Deo. Sed ecce plulquam Salomon hic, nempe Mariæ filius, quo nullus sanctior, nec beator, utpote qui ultra infinitam gratiam sibi instam, hanc etiā habet, quod a sanctissima, Deoq;

gratissima Matre carnem habeat. Unde merito Alcuinus sic Mariam affatur. *Vterum tuum, o Domina, velut sanctissimum Dei templum, totus mundus veneratur. Quia in eo. salus mundi initiata est: ibi decorem indutus est Dei filius ac præelecte sponsa Ecclesie formosus in stola candida exultanter occurrit. Etenim uterus virginalis nouum decorem, nouamque sanctitatis speciositatem intulit Verbo increato. Sic illi apud Hierosolymani, Christi Domini & miratores, & exceptores prius exclamant Math. 21. O sanna filio David, & immediate subdunt, benedictus qui venit in nomine Domini: quasi in tuonarentur solam sanctitatem, & benedictionem ex benedicta Dauidica parente ortam. Quod ponderans D. Cyril. Alex. hom. in Nestorium, sic salutat Verbi diuini Matrem. *Salue Mater, & Virgo, per quam is benedictus in Euangelij nominatur, qui venit in nomine Domini. Ut clareat, quod in iuste Verbi speciositas, & sanctitas spectabilis quasi accepta Matri referatur. Hinc Rup. lib. 1. cap. 11 de operibus Spiritus sancti, sanctiorem Natiuitatem putat in Christo quā in Adamo, ex parte terræ, ex qua assumptus est vterque. Itenim Adamum fecit Deus ex terra nec benedicta, nec sua; verum Christum fecit ex virginali terra benedicta, & sua, iuxta Psal. 84. *Benedixisti Domine terram tuam. Ergo a primo homine secundus longè perfectior. An quia ille factus a patre est, hic autem opera Spiritus sancti genitus? Absit; sed quia secundus homo a virginali terra Maria singularem excellentiam accepit, quam non habuit homo primus. Non ergo melior artifex Spiritus sanctus, quā Pater, sed melior terra, melior, & aui; ne rationi vicinior materia a Spiritu sancto assumpta est sic ille.***

Alcu.

Matth. 21.

Cyri.

Text.

Text. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit in senectute sua, & hic est sextus mensis illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

S. LI.

Quam utilis Elisabeth cognatio Mariæ.

Provisisset Angelus veteres illas, & steriles foeminas nimirum Saram, Rebecca, Annam in exemplum vocare, ut parituræ Virginis fidem attrueret, maluit tamen Elisabeth commemorare, ut Marianis meritis etiam hoc daret, quod sibi fecunditatem atquirerent, & vicinis cognatis. Rubus ardens incombustus, virginitas Mariana fuit sub partu Dei filii, Nileno, Bern. Euch. Rup. Theod. & alijs, quos refert Lornus Act. 7. capit. In quo rubi miraculo illud singulare addit Auctor. hystoræ schol. quod nimirum non solum rubus ipse flammis correptus, viridis manebat, & illætus; sed etiam vicinæ herbæ, & plantæ, plus quam ipsa natura ferebat, vegetæ, & hilares vivebantur. Quo virginæ partus clarius adumbratur miraculum, quando & Virgo diuinis superfusa flammis, intacta fecundatur in matre, & eius cognata, & propinqua ad novum etiam repueraticebat partum. Tantum hoc non dixit Guarr. Abb. ser. in Nat. Ioan. Bapt. sic aiens. *Flumina prorsus de ventre Mariæ fluebant aqua viue, & fons vite gratis oriebatur de medio Paradisi. Proxima erat fons Cedrus ista nobilis (Ioannem loquor) ideoque uberius irrigata, in tantum excreuit, ut inter natos mulierum nihil illa sublimius possit inueniri. Quid aliud diceret perdoctus Abbas de Ioannis matre? iam penè emortuū iugum erat, vetus, & infrugiferum ar-*

Niff. Bern. Euch. Rup.

Guarr.

bos; nanciscitur tamen cognationem & propinquitatem cū Mariano rubo, fuit huic gratæ fontis cognata, & ideoque vetus, & sterilis erat, novum virorem acquirit, & novam fecunditatē. Hinc reddo excogitationē D. Theodoro Studitz, qui orat. de Nat. Ioan. ait. *Elisabeth matri Sæcæ gloriæ aequalis, vel potius superior, ut quæ esset propinquitate coniuncta Dei Matri, ex sterilitate non Isaac, qui vocatur Dei servus, sed Ioannem, qui fuit appellatus Dei verus, & germanus amicus. Expende illud nimirum vel potius superior, ut quæ esset propinquitate coniuncta Dei Matri. Hinc enim felix foemina vincit superiores in gloria, hinc durior sætu apparuit, hinc viguit inter omnes, quia huic flammanti rubo appropinquavit. Non minus eleganti sermone D. Chryso. notans Zachariam pressum fuisse silentio, cum Elisabeth, & Ioannes exultant præ gaudio, hanc illius rei promittit causam. *Vir frenatur, & mulier liberatur, Zacharias silet, & Ioannes exultat, solam enim vidit sterilis Virginem, & Solem animadvertit Lucifer. Quasi querenti causam silentij patris, & lætiæ matris responderet, tantum sterilis vidit Virginem, cur non lætaretur sterilis, quæ sola meruit ut propinquus fecundam Virginem videret.**

Theodo. Stud.

Chryso.

S. LII.

Subditi ad nova, & inusitata mandata allicendi sunt, rationibus, & exemplis.

Ecce quot argumentis, quot exemplis Angelus adducit Mariam, ut Deo ex illa volenti nasci, obediat, & quidem obedientia Mariana promptior erat, quæ ut egeret Angelicis argumentis, nihilominus tamen Angelus ubi Dei mandatum novum, & extraordinarium novit, illud rationibus, & exemplis mollire statuit. Sic Prælati, quoties nova, & inusitata subditi mandant, non sine præmissa ratione id faciant. Consule Exodi cap. 20. ibi dicitur, nō

Exodi, occide: 20.

Lib. i. Caput septimum

Occides, non furtum facies, non mecha-
beris, at ubi de sabbato feriando præce-
ptū datur, ait: *Septima die nō facies opus.*
quod in septima die requieuit Deus ab om-
ni opere, quod patrarat. Quod notans D.

Chrysof. Chrysof. hom. 2. ad Pop. ait. *Quare, dic*
mibi, in sabbato adiecit causam, in cæde ve-
rò nihil tale fecit? Quoniam hoc quidem
mandatum non de principalibus erat, nec
per conscientiam nobis exquisitis, sed par-
ticulare quoddam, & temporaneum. Hoc
solemne sit omnibus Prælati, qui ve-
hnt promptius sua adimpleri præscri-
pta, quod particularia, & noua præce-
pta, nō sine ratione, & causa præmissa
suggerant. Potro subditi, qui perfectæ
obedientiz dant operam, id non expe-
ctent, sed ad Dei nutum, vel oculis clau-
sis, nullo rationis examine prosiliāt. Sic
mouebat D. Prosper. sent. 186. dicens.

Prosper. *Magna est utilitas hominis, iubenti Deo*
etiam incognita ratione iussione, Deo
seruire. Iubendo enim Deus utile facit,
quidquid iubere voluerit, de quo metuen-
dum non est, ne non profutura præcipiat:
nec fieri potest, ut voluntas propria non
grandi ruine pondere super hominem ca-
dat, si eam voluntati superioris extollen-
do preponat. Non tamen erit contra ra-
tionem obedientiz perfectissimæ, mā
dati particularis rationes inquirere, vt
inquisiuit Maria, dicens: *quomodo fiet*
istud? Enimvero parata erat etiam in
difficilissimis, quantum ex se erat, obedi-
re, sed cupiebat modum, & rationem
scire mandati. Id quod in obedientia
perfectissima licet inueniri. Quando
rudes illi, & imperfecti Israelitæ dice-
bant Exodi 24. iuxta lect. Sept. *Omnia*

Exo. 24. *quacumque dixerit Deus, faciemus, & au-*
diemus: quasi in eo suam imperfectionē
ostendāt, quod antequam plenē perci-
perent, & intelligerent faciendarum re-
rum rationes, operi incumberent. De
quo D. Basil. in cap. 1. Isaiz, fatetur. *Ta-*
met si consentaneum magis erit, ut dice-
rent: Audiemus, & faciemus. Atqui sic
legis sensum explere, vel crassissimi cuius
uis est: ceu sunt sabbatum obseruare iux-
ta corporalem sensum, ab adultis lege pro-
hibitis abstinere, die octauo circumcidi, vt
que ter in anno in lege apparerent. Ho-
rum autem rationibus dignoscendis spiri-
tualiter incubuisse, viri est iā perfecti, &

eius, qui per vite curriculum in huiusmo-
di rerum cognitione sit plurimum versa-
tus. Itaq; perfecti obedientis est, rationes
& causas mandatorum exquirere, qui-
bus citus in mandati euolet executio-
nem.

Textus Dixit autem Maria: ec-
ce ancilla Domini, fiat mi-
hi secundum verbum
tuum.

§. LIII.

Maria excellentia fuit, quod Deus
ab illa carnem sumpserit
dante ipsa.

Nihil ex Matre habere voluit Deus
quod non libenti, & grauioso a-
nimo præstitit, quasi in hoc maternā
dignitatem reueretur. Id expendebat **Guill.**
Guilielmus apud Delmū, Cant. 4. sc. 1.
dicens. *Nolebat omnipotens carnem su-*
mere ex ipsa, non dante ipsa; sicut sumpsit
ex dormiente Adam, vnde formauit Euā:
ad futura Matris excellentiam, non tan-
tum ex ipsa carnem sumere, sed etiam ab
ipsa volebat. Igitur hoc vnum in sua in-
carnatione Verbum exoptauit, ad hoc
Angelum misit, qui miraculum expli-
caret, qui dignitatem, & gratiarum cu-
mulum proponeret, vt Virgo sponte
sua libens assensum præstaret. Nemo
pulchrius hanc Marianam excellentiam
ponderauit, quam Theodorus orat. ha-
bita apud Conc. Ephes. aens. *O Virgo,*
que ipsam viciisti deliciarum Paradisum,
illa sine semine, omne plantationis genus
protulit; ex virgine terra ortis plantatio-
nibus. Hæc autem Virgo illa terra melior
est, non enim pomorum protulit arbore,
sed virgam Iesse fructum Saluatorem ho-
minibus afferentem. Et illa terra virgo
erat, & ista Virgo, sed illius quidem arbo-
rem nasci præcipit Deus. Enim veto iu-
re ponderandum est, quod Paradisus
non nisi iussa, præceptoque diuino o-
bligata, germina, & fructus præstiterit
illius quidem, ait, arborem nasci præ-
cepit

Theodot.

cepit Deus. At Maria Virgo nulla tra-
cta p̄cepto, sed sponte sua libens, &
voluntaria generādo Christo exhibuit
vterum. Nullus Dominus Prophetā
ad populū, sic loquitur, p̄sente Isaiā.
Quem mittā? Ad h̄c Amb. Psalm. 118.
Ierem. 14. *Vtique seruulo suo poterat impe-
rare, quem dignum, qui mitteretur, inue-
nerat, sed misit eum spontanea oblatio-
nis non fraudare mercede, qui ut ipse se
offerret p̄stolatus est, & quamvis eius
siret affectum, ex postulauit tamen vocē,
ut gratis cumlaret.* Quod si hoc in
seruulo expectauit, non micemur idem
in Matre expectasse. Præterquam quod
in igni ponderis est spontanea voluntas
qua quis mouetur, vt operis suscepti
non grauetur sarcina. Idcō Exo. 3. mis-
surus Moysen, ait. *Et nunc veni mittam
te ad Pharaonem: verū Isaiā 6. ait, quem
mittam, & quis ibit nobis?* Ecce tibi Moy-
si imperat, at Isaiā nihil mandat, solum
p̄tendit necessitatem, vt ipse sponte
sua, sese offerat. Cur ita? Bene D. Basil.
fatur. Quia illic mittebatur Moyses
pro bono, ac beneficio in populum
conferendo: hic autem ministerium
proponitur, ad nuntiandum res parum
amenas, imō permolestas. Quocir-
ca illi quidem mandatum p̄scribitur,
huic autem famulatus legationis in
potestate relinquatur: propterea quod nos
homines sic natura comparati sumus, vt
que semel volentes exequenda elegerimus
quamlibet molestā fuerint, tamen eam
operosam molestiam deuoramus, ac perpe-
timur. Meritō ergo in potestate, & libe-
ra Mariæ volūtate ponitur diuinus par-
tus, ex quo iam per eius animam transi-
turus acuebatur gladius.

J. LIIII.

*Egregium Mariæ facinus, quod
libens se offerat tanto
ministerio.*

Immeritō carpuntur à Toletō. D. Am-
brosi. & Euth. qui putant verba illa
Mariæ: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi se-
cundum verbum tuum,* fuisse verba optā

tis, desiderantisque, imō ex desiderio se
se alacriter offerentis. An contrarium
hoc virginæ modestiæ? Recolite se-
mel datos Prophetas, Moysen, & Isaiā
Diuinæ æconomiz candidissima lumi-
na. Ille ad Israelis clauum vocatus, suæ
humilitati consulens, munus constan-
ter recusabat, dicens Exo. 3. *mitte quē
missurus es.* Hic vix Dominum sollicitū
animaduertit de eligendo ministro, &
sese offert muneri tanto cap. 6. *Ecce
ego, mitte me.* Vter pulchrius? Vter agit
sanctius? De vtroque sic pronunciat Na-
zianzenus. *Bonum est Dei imperium ali-
quantisper detretare, vt Moyses ille, &
rursus ad vocantem promptē, atque impi-
gre accurrere, quemadmodum Isaias.* Ex
peditius huius rei rationem reddit Na-
zianzenus Scholasticus Nicetas, fatus. *Ete-
nim Moyses impari metuens muneri, sibi
suaque fragilitati prospiciebat refugien-
do: Isaias autem cum remissis sibi peccatis
audiuisset, quis proficiscertur ad populū
hunc; atque existimaret eam ob causam,
nuntium queri, vt pari beneficio frueren-
tur illi, ad quos mitteretur, p̄ animi la-
titia se ipsam offert, vt illis quoque pecca-
ta remitterentur.* Ecce ego, inquit, mitte
me. *Quare non sine ratione, & ille manda-
tam sibi prouinciam deprecabatur, & hic
cupido ambiebat.* O summē extollenda
ambitio, quæ adeo populari saluti stu-
debat! quæ beneficio diuino donata cu-
pide ambiebat munus, quo par benefi-
cium hominibus miseris communicā-
ret! Hoc ambitu extulit naturā Ange-
licam D. Hilar. dum paruulos memo-
rans ait. *Periculose contemnitur ille, cu-
ius desideria, ac postulationes ad æternum
& inuisibilem Deum ambitioso Angelo-
rum famulatu peruebuntur.* Et quidem
nihil gloriosius, nihil ambitiosius etiā
Angelis, quā salutem miseris propi-
nare. Et Prophetas, & Angelos quā
lōgissimē ex capite superat ambitio Ma-
riana, quæ se se offerens in ministerium
humanæ salutis, ait. *Ecce ancilla Domini
fiat mihi secundum verbum tuum.* Equidē
se gratiosam apud Deum experiens, vt
pari beneficio fruerentur homines, o-
blatum sibi Saluatorem ambit. Nōne,
Hierem. 31. ait. *Femina circumdabis vi-
rū? vbi ex multorum doctorum calcu-
culo, pro circumdabis, legendū est, Femi-*

Exo. 3.

Isai. 6.

Nazian.

Nicet.

Hilar.

Hier. 31

Lib. I. Caput Septimum.

hæc ambiuit virum. Quod Mariæ singulare est: quādo viri ceteras feminas ambiunt, ipsa vna virum ambit, virum, inquam, Salvatorem mundi sollicitat, & trahit, vt aurora diem, Apollinem Diana. Vt meritò exclamet Alcuinus, serm. de Nat. Virg. *Sicut Aurora valde rutilans ò Maria, veri Solis splendorem præcessisti, vt verè diem salutis, diem propitiætionis à tua claritate initiari dignum fuerit.* Talem auroram talis dies, & talem diem talis aurora decuit, tu vide, de quo se magis possit Maria gloriari, an quia aude occurrit, an quia præcucurrit Solem, vt mundo diem salutis intueret.

Yves.

S. LV.

Mariæ ancilla appellatione, sibi magis Deum deuincit, & ardet.

Sunt qui Mariam à consortio Diuinitatis, à Deiparæ nomine excludebant, eò nixi fundamento, quod ipsa se ancillam appellauerit. O egregij Marianarum virtutum æstimatores! Quia se ancillam dixit, non est mater Dei? non creaturarum Regina? Imò quando se ancillam dabat, & munus matris, & summam rerum à Deo percipiebat. Similiter insaniebant Arriani aduersus diuinum Verbum, quod seruus quandoque diceretur. Quid tunc? ait pulcherrimè D. Athan. *Quin & Bersabe, tametsi mater, filium suum, seruum nominat, dum patri dicit seruum tuum.* Deinde de Nathan loquitur, & inter loquendū Salomonē serui nomine appellat. David autem talia audiens, equè filium suum agnoscebat: isti vero ita loquendo, nō ignorabant eū genuinum filium esse, quin imò vt heres patri institueretur, sollicitabant, cum illum vt seruum nominarent. Ecce quantum valeat serui compellatio, qua Nathan, & Bersabe regnum filio, à patre expiscari conātur. Sic profus Maria se dū ancillā nominat, vt Regina omnium, Materq; Dei eligeretur, sollicitabat. nec vnquā magis Deū sibi attraxit, quā cum se mater abiecta ser-

Athan.

uitia numerat. Nec miror in Marianā seruitute tantam esse potestam gloriā, quando venturi æui fœlicitatem non alijs titulis ostendit Paulus, nisi titulis seruitutis, & subiectionis. Ait enim 1. ad Corinth. *Novissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat: omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia; tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia.* Ecce vnde extoilat pacatissimum regnum Christi, nō ex auita ingenuitate, sed ex subiectione; quod notans Orig. hom. 23 in Matth. ait. *Vide quomodo in omnibus istis nomen subiectionis ad salutem ponitur subiectorum.* Hinc crediderim quod sanctissim⁹ Daniel captiuus apud Babylonios, magis a sumabat humilem illam seruitutem suorum, quā Regiam profapiam. Etenim memoraturus regios pueros, tacita stirpe regia, solum ait cap. 1. *Fuerunt ergo inter eos, (nimirum inter captiuos, & seruos) de filijs Iuda, Danel, Ananias, Misael, & Azarias.* Tacita illorum regia nobilitate, hoc solum meminit, quod fuerint inter seruos, quasi hinc ex seruitute Dei causa suscepta, maxime illorū gloriam exaltaret. Id notabat Theodoretus dicens. *Cum supra dixerit, imperasse regem, vt eligerentur è stirpe regia iuvenes forma conspicui, & magnitudine decori, & hic personarum nomina posuerit: Tribus Iudæ simpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit.* Equidem non multi nobiles, sed qui religiosi, & piam virtutis seruitutem præseferunt, hi diuinū affectū sollicitat sibi.

1. ad Cor. rinto. 15

Orig.

D. m. c. r.

Theod.

Text. Et discessit Angelus ab ea,

S. LVI.

Feminarum colloquia quàm suæ gienda.

Peracto salutis nuntio, nil moratur Angelus, sed statim abiit, iam tac docens

docens Christi ministros, quam cauenda sint illis longa colloquia faminarū.

1. Cor. 11 Paulus 1. ad Corinth. 11. aiebat; *ideo debet mulier potestatem habere in capite propter Angelos.* Quasi vellet, quod feminæ in cotegenda pulchritudine sua non solum humani, sed etiam angelici conspectus rationem habeant. Ita plane D. Basil. de Vera Virg. explicat Paulum fatus. *Admonet non decere mulierem, non modo vllum membrorum ceterorum, verum nec caput quidem temerè, indifferenterque nudare. Et quoniam sole, absentibus viris id attentare consueverunt, ideo dignitatem aliam præstantioris viris adiecit: discens, propter Angelos qui ubique presentes sunt, & omnia que gerentur, inspiciunt. Reueretur ergo omnis mulier, sed virgo in primis Angelos, etiam cū domo sola, nullis viris arbitris, residet.* Non satis commendata virginum cautela videtur, nisi iubeantur virgines cautæ esse etiam ad angelorū conspectum: sic eodem modo non satis commendatur virorum apud feminas cauta conuersatio, n. si de Angeli factio. Quando per actō salutis nuncio, non amplius apud Virginem moratur sed statim festinus auolat. Dei ministrū respiciebat Isaias, cap. 16. aiebat: *& erit sicut avis fugiens: quippe ales tibi aderit placidissimus, teque cantu suo maxime recreabit: sed vbi cautus sui peregit modulos, statim sine mora auolat.* Ita Dei minister cum salutis causa, feminas adire cogatur, peractis breuiter salutis cantibus festinet statim euolare.

Isid. Pelus. Id docebat D. Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 274. dum ait. *Quod si vs cum feminis congregiaris, necessitas aliqua te obstringat, oculos humi deiectos habe. Cumque pauca que ipsarum animos obstringere, atque illustrare queant, locutus fueris, euola.* Crederem quod ipse Dominus Iesus sic vitam suam composuerit, vt ad mulieres etiā familiares, & sibi deuotas, breuissimè verba daret. Etenim ardens illa Deiatrix Magdalena, dum defunctum Dominū, imò sublatum, apud sepulchrum lacrymatur, ait Ioannes cap. 20. quod, *vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus mulier quid ploras? quem queris? Et inter hæc Magdalena adhuc nō cognos-*

cebat Iesum, cuius rei causam attingens Orig. ait. *Ipse est Iesus qui tecum conig. loquitur, sed forsitam ideo eum nō cognoscis, quia tecum loquitur.* A deò rara erāt Iesū cum fœminis colloquia, vt ex eo Magdalena non cognoscat Iesum, quod secum priuatim videat colloquentem. Ad Corinth. scribens Paulus, epist. 1. cap. 9. fatur. *Nunquid non habemus potestatem, mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Habebat sane saltem de aliorum Apostolorum exemplo hanc potestatem, qua aliu omnī causa mulierem sororem circumduceret, sed minime id ausus fuit facere, imò à tali fœminarū consortio lōge abhorruit.* An quia timeret sibi tātus Apostolus à fœminarū familiaritate? Ita respondet D. Basil. de Vera virginitate, ipsa per verba Pauli. *Non sum, inquit, vsus hac potestate: bonum enim mihi est magis mori, quam vt gloriam meam, virginitatis scilicet, vlla inquinet affectio.* O vere Apostolica cautela! eius erat imitator D. Synesius Episcopus Prolem. Cum enim naufragus ad insulam appelleret, ab incolis terræ amicabiliter exceptus est, sed ille à fœminis dona afferentibus, quibus famem leuaret nihil accipere voluit, accepit tamen à viris, de quo ipse fatur epist. 4. *Neque enim libet mihi à mulieribus quicquam accipere, ne cum eis vllum fœdus intercedat.* Iam huc accedit D. Ephræn ser. 2. de comput. dicens. *Si quis fœminis delectatur, & apud eas alacrem, hilarēque se reddit: passionibus prauis deseruit, & cum conscientia bellum gerit; has vero qui auersatur, seque à consuetudine eiusmodi abstrahit, belli molestia liberatur, pacemque cum conscientia retinet.* Hæc, & verè. Addēdus insuper est Hieron qui quam præcipuè sint fugienda consortia muliercularum plebecularum, sic monet epist. 4 ad Rult. *Matrē ira vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, vt tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas, que illi in obsequio sūt, tibi scias esse in insidijs. Quia quanto vilior earum conditio tanto facilior est ruina.*

Lib. I. Caput Octauum:

CAPVT VIII.

De Maria Elisabetham visitante.

MARIA Verbo diuino grauidandam reliquit Angelus, & ipsa quam occisime ad montana festinauit, ut uideret cognatam, non quasi incredula de oraculo, non quasi incerta denuntio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi laeta pro voto, religiosa pro officio festinans pra gaudio. Hæc Ambrosius, cui sufficiat subscribere, ut tantæ Virginis mentem, in hac eiu spræpropere uisitacione manifestam faciamus. De ciuitate in quam, perrexit uirgo; quæ hac ciuitas sit? Hoc vnum ex Euangelista scio, illam esse sitam in montibus Iudææ, nec amplius vacat diuinare.

Ex Luca. i. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem Iudææ, & intrauit in domum Zachariæ.

§. I.

Verbum cum primum Marianum iterum ingreditur, matrem eo in loco ponere curat: ubi maior ei reuerentia exhibetur.

MARIA Diuina prole foeta, ea festinatione in montana, ut satis credibile appareat, illam ab Angelis fuisse asportatam, quod memini uiris doctis placuisse. Præterit Angelos Rap. & ab ipso Angelorum Domino in montana deduci Virginem admiratur. Sic enim ait: Post Dominum femina trahatur, & currebat in odorem unguentorum, & ipsum currere, id est, abire cum festinatione in montana, erat dicere, tra-

beme post te. Etenim nihil prius cogitauit Dominus quam matrem ex tollere, & meliori orbis loco, & parte exaltare. Illud maxime decantatum effecit Iesus Naue; vix promissam attingit terram, & in primis locum, ubi tabernaculum fœderis sanctius constitueretur indagauit; constituitque illud summa ueneratione, & sanctitate apud montana Silo. Rem memorat Iosephus his uerbis: Iesus Castris è Galgalis in montana translatis sacrum tabernaculum in urbe Silunte fixit, quod is locus propter pulchritudinem uisus sit idoneus, in quo tantisper maneret, donec maior commoditas edificandi templum se præberet. Sic uerus, & diuinus Iesus terrenam ingressus substantiam, deductis Angelorum castris, maternum, & uirginale tabernaculum transtulit in montana Iudææ, quod is locus uisus fuit idoneus, in quo tantisper maneret, propter pulchritudinem. Ecquis pulchrior in toto orbe terrarum locus, quam ille, ubi facti præcursoris parentes florescebant? ubi quercus annosa, & fete Elisabeth, uiridantibus folijs, fructuque grauida reuerascit? Vbi Zachariæ arbor magna, & procerâ uernabat? His medijs pulchritudinibus, & amenitatibus, Mariam, ut uisidum tabernaculum fixurus Iesus uenit, quia nullus locus in orbe terrarum gratior, quia nullus Dei Matris æstimationi accommodatior. Me uocat illud ab Ezechiele propositum ænigma cap. 17. ubi ait. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & uarietate uenit ad Libanum, & trahit medullam cedri, & transportauit eam in Canaam, in urbe negotiatorum posuit illam. Nullus ame inuentus est qui uerbum illud Canaam, pro nomine alicuius terræ proprio usurpet in presenti, sed pro appellatiuo nomine, quod negotiationem significat. Et merito Cedrorum pulcherrima à morte, ubi parum aut nihil æstimatur, translata est in locum, ubi floret negotiatio, ubi ditissimi, & oculatissimi negotiatores, & merces solent æstimare & ex illis immensas sibi comparare diuitias. Iam ergo ænigmatum expositionem asseram, dum considero medio in Libani monte, nimirum medio in Hierosolymitano termino, at borem

Iosu. 18.

Ioseph.

d. o. 11

Ezech.

17.

17.

17.

Rap.

borem illam floridissimam assurgere, Mariam Cedrorū pulcherrimam, in gloriam tamen apud concives suos, & paruo pretio habitam, sed ecce tibi Aquila grandis, nimirum Verbum Patris Diuinitatis canicem infantilibus membris, plumisque iuente carnis renouans, & varians, à paterno nido in terras aduolat, tollit medullam Cedri, hoc est incorruptam Matrem, & transportauit illam in Chanaam in negotiationē in vrbe negotiatorum posuit illam In loco vbi oculatissimi mercatores Zacharias, Elifabeth, & Ioannes, & dignā æstimationem incorruptæ Virgini præberent, & ex illa máximas spiritualium donorum diuitias compararent sibi. Sane hanc apud se in æstimabilem mercimoniam nouit in primis Ioannes, qui Matris ab utero sic exclamat apud Chrysostomum dicens: *iniquè facis Mater que tardas; lux venit, solue matutinum, opus est sanguine, qui mundum emat, oportet me agnum eminus ostendere.* Vide quam se præbeat Ioannes negotiatorem strenuum, qui iam ab utero matris emptiones, & venditiones meditatatur. Vide quam apud illum æstimabitur Maria virginis maternitas, & quam bene hoc pretioso thesauro negotiabitur, ut ex hoc conicias, quam prudens oculatissima aquila pretiosum Matris Cedrū ad hanc negotiatorum vrbe[m] transferat.

Chrysof.

S. II.
Deus humanas mentes in sublimi me agit.

D. Aug.

Ut Maria in montana non euolat, sed in utero Deum habebat, qui in sublimi leuitat. Pulchre D. Augustinus scribit de Nat. alt. *Cum esset gratida, Maria, salubri leuitate plaudebat, lumbi enim, quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Sæpe in hominum gaudijs vite sunt lignæ moles per aera quæssimæ volitare; vultant, inquam, magis ponderis machinæ, sed vultant de machinæ ignis efficacia: qui ut in sublimi titur, sic ponderosas machinæ per su-*

pernas regiones agit. Hac mente Augustinus meditabatur Mariæ per montana oculi sumum volatum; salubri namque leuitate plaudebat, sed quam prelatet lumbi utero clausum, qui nescit, quibus inest mentibus, ad sublimia nõ eleuare. Qui vaquam homines maiore peccatorum pondere in ima vergebāt quam Egypti De illis Exod. 15. *Submersi sunt quasi plumbum in aquis: quo circa Origin. hom. 6. in Exod. ait, anime eorum ad talentum plumbi, super quo sedebat iniquitas, aggrauata erant, propter quod submersi sunt, tanquam plumbum in aqua vobementi.* Quid plura? huius grauisimi peccatores, plumbeæ hæ animæ postmodum eas susceperunt alas, quibus æthera tranent. Videres abrupta montium desertum in hospitalia, per totam Egyptum non plumbeis, sed altibus spiritibus plena, qui in corpore quasi extra corpus de cœlestibus solum, vitam agunt. Nonne hæc mutatio dextere excelsi? Sane ubi ignis diuinus infantibus obvolutus fascijs Egyptum intrauit, plumbum mutauit in alas, & depressas humi mentes fecit in astra leuitare. Sic D. Hilar. ad cap. 3. Matth. inquit. *Considera quod in Aegyptu aliquando pecunia fuerint amatores, ventris imperio seruientes, sed Christi suscipientes ignem in cella subito subuolarunt.* Alta semper querat qui igneo Dei spiritu agitur. Quæ post receptum ignem Petrus, qui sepe aliis mare descendebat in nauibus, Act. 10. *Ascendit superiora domus, ut oraret, iam propter diuinum ignem menti clausum, non placebant illi ima loca, sed totus in superiora ferebatur.* Quod meditas D. Cyril. Alex. lib. 9. in Leuit. ait. *Petrus qua sussum sunt, querebat, non qua super terram. Illic ascendebat, ubi illa cœlestia, ad illa fastigia, de quibus dicit Dominus, qui in cœlo est non descendat tollere aliquid de domo.* Quasi periculosum sit his, qui igneo Dei spiritu feruntur, non semper studere altis. Hinc est quod Christianos suos Dominus renasci fecit ex aquis, ut cœlestium corporum naturæ associantur, eorumque cognationem, & proprietatem bibant, quando cæli omnes ex aquis orti sunt. Quod memorans D. Zen. serm. de Iudæis 10. ait Geni *vali vna submersis: ut calefces effecti terram*

Exo. 15,
Orig.

Hilar.]

Act. 10.

Cyri.

Matth.

24: 7

Zeno.

Lib. I. Caput Octauum.

ram desiderare non norint. Quo respiciebat D. Chrysol. hom. 22. ad Pop. ait. Si non potes Sol fieri, fias stella dum taxat. Tantum ascende super terram, incipe amulari sideribus. Quasi dicat, vbi eadem, qua celi, vulua, ceditus es, ne tu solus de generes, & inferior fratribus mancas, sequere fraternos volatus, alta pete, sola tibi placeant superna, ne minor sis, vel infima stellula.

S. III.

Verbum Dei non solum apud florentissimas vrbes, & frequentissima templa, sed per compita per montana euulgandum.

Nescio an verbi Dei adeo studiosi sint, qui non nisi apud nobilium conuentus, apud frequentissima templa, in vrribus, de illo verba faciunt. Ecce Dei Verbum virgineo vtero clausum quo se primum deducat, per abrupta montium, per aspera montana, vt vel famelicum puellum cibo salutis faciet. Audio Hieremiam lamentantem **Tren. 1.** *Tren. 1. super populi sui arumnas, & inter alia lugenda, hac fatur. Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt quia quaesierunt cibum sibi, vt refocillaret animam suam. Non adeo flebile erat, quod sacerdotes caderent, si in arena caderent, si per montium abrupta precipitarentur, dum lupos ab agnis arcent. Sed plane lugendum est, quod sacerdotes Dei non nisi in vrbe consumantur, qua: consumptio eorum est, qui ex Sacerdotio nil aliud querunt, quam animam suam refocillare. Vnde statim c. 2. sic ipse Hierem. clamat: *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini; leua ad eum manus tuas pro animis paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.* Non pulchre stratis pulpitis solum in te, sed per curie compita, per ambula plateas, vias, ascende montes, vt verbo*

Dei famelicos exfatures. Vbi eleganter, & pie D. Paschasius Abbas sic fatur. *Pasc. Ne sola Dei dilectio sufficere videatur sine dilectione proximi, leuanda sunt manus & cura impendenda pro paruulis, & his qui fame verbi Dei periclitantur in capite omnium compitorum. Reuocandi sunt ergo de triuis & platearum exitibus, ex capite omnium compitorum, ad conuiuium, & prandium Domini, ne fame usque ad finem periclitentur in adia. Is est omnipotens Dei sermo, qui amat circumferri, per tribia, per montana, ne vel paruulus homuntio Diuini verbi in adia conficiatur. Nec indecorum est Deo per vilia circunduci loca, quando in eis iuuantur di sunt paruuli, ait enim Tertul. lib. 2. contra Marcion. *Nihil Deo indignum est, quod efficit Deo credere.* Vnde de Sapientia Incarnata dicitur Matth. 9. *Circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens, &c.* Vbi Hier. *Vides quod equaliter, & vicis, & vrribus, & castellis, id est, & magnis, & paruis Euangelium praedicauerit, vt non consideraret nobilium potentiam, sed salutem credentium.* De cuius exemplo seruidi Praedicatorum per compitorum capita, per triuia, per abrupta montium querunt paruulos, quos verbi Diuini fructibus exfaturent. Vt dicat Psalm. 103. *Super ea volucres caeli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces: quippe caelestium volucrum est, mirum sanctissimorum Concionatorum, non solum ab aureis pulpitis templorum, sed a petris compitorum, a montium saxis plenas Diuino verbo voces dare.**

S. IIII.

Maria creaturarum Regni inaugurationem apud montana capit. Vbi, quam regium sit benefacere.

Regalem Mariae dignitatem a Dei conceptu nemo non nouit; sed scire cupis, cur tantae dignitatis Regina festinet in montana? Quis rex sine inauguratione? Quae regis inauguratione vbi

vbiñō saxea moles, seu querc⁹ magna? Abbul. 3. Reg q. 36. tot congerit Reges Israelis, ad fontes, ad prærupta saxa inauguratos, vt putet à nemine culmen regium conscentum fuisse, qui inter hæc non fuèrit proclamatus. Ecce tibi cur regiam Mariæ maternitatem sequatur in montana festinatio, nimirū vt regni in augurationem capiat. Similiter Matth. 17. de Christi discipulis dicitur. *Quod duxit illos in montem excelsum.* Vbi D. Hier. ait; *duci in montana pars Regni est.* Et quidem pars maxima Regni inauguratio. Quo circa Maria cum Regem sæculorum vtero clausit, ius ad sæculorum Regnum accepit; inauguranda tamen ferabatur in montana, vbi prærupta saxa, limpidissimi fontes, annosæ arbores immortalis eius Imperium auspicabantur. Vbi sacerdos aderat, vbi plausus, & exultationes fœlices, vbi salutiferi olei effusio maximè illam omnium Reginam prædicabat. Sane Maria de oleo diuino, quo ipsa plena erat, sic totam Zachariæ domum infecit, vt paruul⁹ communi omnium pressus infirmitate, statim proficeret sanus.

Quid igitur magis regium, quàm omnibus benefacere, omnium infirmitates curare? Prudenter ille apud Isaiam cap. 2. se à Regno obeundo excusabat dicens: *non sum medicus.* At Maria Ioanem a peccato liberat, replet gratia, totamque Zachariæ domum cumulat sanctitate, vt decebat Reginam omnium creaturarum. Iudæi Iesum vehementer accusant, quod se Regem facit, aiunt enim Ioan. 19. *Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris, omnis enim qui se Regem facit, cōtradicit Cesari.* Sed quid in se regium humilis Iesus ostentauit? Vnde potuerunt colligere vel vmbra tam egregij mendacij? Sane vbi eum insignem omnium benefactorem videbant, non sine fundamento regalem eius mentem suspicantur. Pulchrè D. Leo ser. 10. de Pas. ait. *Veruntamen non intotum videatur inanis Iudæorum obiectio: discute diligenter, Præses; quid de Domui operibus notum sit, quid de potestate compertum. Cecis visum, claudis gressum, surdis auditum, mutis præstat eloquium. Febres abegit, dolores resoluit,*

*mortuos resuscitauit. Magnum prorsus Regem ista demonstrant. A deo propriū & innatum est Regibus quod benefaciant, vt non cecutiant Iudæi, quando videntes Iesum omnium benefactorem in eo quid regale suspicentur. Vnde Beat. Synesius lib. de Reg. hæc regibus satur. *Princeps oī in bonis cōferēdis liberalitate sit præditus, tūm nibilo magis ea dere defatigandus est, quā Sol suos in stirpes, atque animantia radios effundens: neque enim lucere laboriosum est ei, vt pote cuius in natura splendor, & fons ipse luminis cōtinetur.* Huc reuocarem miraculum illud, quo Deus significauit pro langandam esse vitam Regi Ezechiz. Is enim cūm penè animā ageret, 4. Reg. 20. obtinuit à Deo vitæ prorogationem, cuius rei signum factū est in Sole retrocedente, & longiorē diem efformante. Sed cur in Sole, regia vita significatur? D. Aug. lib. 2. de mirab. cap. 28. ait. *Conuenienter tale signum Regi in mortis expectatione posito aptissimum euenit, quod Dominus per Solem fieri taliter disposuit.* Eadem enim debet esse ratio, & vitæ regiæ, & cursus solaris: quippe sicut Sol nescit sibi viuere, nescit non festinare ad aliorum necessitates, sic Rex velut Sol, velut dies vniuersos subditos festinet illuminare, coadiuare. Accedit etiam Nazian. orat. in funere Patris dicens. *Deus simul Regem gratia, & miraculo ornat, & Diei augmento, dierum augmentum confirmat: vt sibi semper Sol, & Regia, vita correspondeant.**

S. V.

Domestica vite seruicitia non cōtemnenda, vbi opus fuerint, prætextu Deo vocandi.

Festinationem Mariæ in Zachariæ domum Angeli mirātes, aiūt. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora cōsurgens.* Hoc in primis mirantur Ange

H 3 li

Matth.

17.

Hiero.

Synes.

4. Reg.

Aug.

Nazian.

Ioan. 19

Leo

Cant. 6.

Lib. I. Capitulum Octauum,

in Maria, quod longo silentio rupto, quod interrupta quiete, quasi Aurora confurgat. Etenim cum Aurora communeshominum labores excitantur, seruilia opera incipiunt agitari. Virg. *Aene. 11.*

*Aurora interem miseris mortalibus animam.
Extulerat lucem, referens opera, atque labores.*

Quisquis cum Iacob sub nocturna quiete luctabatur, Gen. 32. se à lucta excutiebat his verbis. *Sine me, iam enim ascendit Aurora;* quasi diceret iuxta Interlinealem. *iam tibi tempus est ab inuisibilibus, & diuinis ad corporalia, & humana negotia tractanda descendendi.* Hoc aurora confurgens significat, ut cuncti mortales operibus incumbant seruilibus, ut se dedant negotijs exterioribus tractandis. Hoc pulcherrima aurora Maria pramonuit suis factis, dum à Verbi cōceptu, silentio, & quiete contemplationis dimissa abiit cum festinatione seruitura Cognatę. Id notauit D. Ildephonser. 5. de Assumpt. fatus. *Porro postquam electa est à Domino, fecundata Dei verbo, exurgens de loco, per iter deuium, & abrupta montium ueniens, ut deferret amicis actualis uitae laboriosum officium, Zacharia uatis ingreditur domum.* O utinā ab hac diuina Aurora excitarentur ad laborandum mille muliercularum otiosarum examina, quae prætecta orationi vacandi horrēt fūsum, operisque laborem aspernantur! Sane bene conueniunt, & in vna sede morantur contemplationis otium, & labor manuum, nec mens Deo plena discit contemnere, & aspernari laboriosa officia uitae humanae. Magnus ille Moyses pascebat gregem soceri sui, Exodi. 3. *apparuitque ei Dominus in flamma ignis.* Quid tunc Moyses? *Vadam, & uidebo visionem hanc magnam.* Quae uerba sic legit D. Zeno. *transibo, & uidebo visionem.* Transibo ait, an relinquens soceri gregem? An officium pastoris dimittet, ut uisioni vacet? Imò tunc magis gregi pascendo operam impendit; cum tantae uisioni intendit animum. Accipite D. Zenonē in Psalm. 118. *fantem. Quid est istud tra-*

*sibo nulla enim locorum interualla discreuerant: eodem in loco, & loquitur, & uidet. Quid ergo transit? transit plane corporales curas, & soceri sui oues pascebat, ut caelestem cognitionem reliquit terrenis operibus excedit. Expende illud, & soceri sui oues pascebat, non enim laboriosum pascebat gregis officium, impedimento fuit, quominus Deo vacare posset, sed Deo intētus actualis uitae laboriosum officium socero deferebat. Desidia est quae nocet pijs mentibus, & Deo plenus labor autem ingentia cumulat bona, quando ait, Psalm. 27. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Quae uerba expendens Drogo lib. de sacramēto Pas. sic loquitur, *Molestus est labor, sed fructuosus; labores manuum tuarum quia manducabis, iam beatus es, & bene tibi erit in futurum.* Quasi labores nesciant, vel ad nomen esse sine praeuio, esse sine fructu, sic praeter ea bona, quae in futurum afferent, statim in praesenti beatificant laborantem. Hinc Deus uti seruatorum suorum mentibus adit, nil prius illos docet, quam laboriosis officijs operam nauare. Damascenus, ut ad Marianos labores gradus faciat, multus est in explicanda Solis creatione; etenim ait. *Prima die creauit Deus celum, & terram, in caelo finxit corpus solare, sine luce efforme, sine motu quietum, & stabile. Verum quarta die acceptam lucem corpori insudit solari, & factus est Sol, & statim ab accepta luce sese in orbem cepit rotare, pernicique cursu omnes mundiales plagas illuminaturus euolauit.* Quid plura? Virgineū corpus Mariā affabre Deus cōdidit & sic pulcherrimum corpus per quindeniū mansit quieti uacans: cum ecce tibi luce inaccessibili uestitur, dum caelestis mulier Solem induit, hoc est Deum concipit, & tunc statim alite gressu uolat in montana, sic similiter ubi quis Deo impletur, statim agitur, ne ociosus uacet, sed ut per uaria opera exerceat animum.*

(?)

Tex

Textus. Et salutavit Elisabeth:
& factum est, ut audiuit vocem
salutationis Mariæ Elisabeth,
exultavit infans in utero e-
ius, & repleta est Spiritu
sancto Elisabeth.

¶ VI.

Maria à Verbo edocta Cognatis,
in primis consulere

Divinis est Cognatorum e-
gentium necessitatibus accurrere
quam doctrinam à Verbo divino in
primis hausit Maria, illaque edocta,
montibus superatis, Elisabeth ad domum
festinavit. Sic D. Ildeph. ait, de conceptu
honorem deferre didicit Cognatis. Ecce
tibi virgo concipiens increatum Ver-
bum, id in primis didicit, ut Cognatis
prospiceret, & illos honoraret. Non id
doceret spiritus diaboli, sed contrariū:
apud Matth. cap. 10. docens Dominus
diaboli furorem in Christianos ait. *Tra-*
det frater fratrem. Quæ verba elegan-
ter tratans Eusebius Emili. ait. *Non est.*
fides in servis diaboli, qui cum non gignat,
neque gignatur, non etiam iura propinqui-
tatis servat. Melioris conditionis sunt
qui Dei verbo aguntur, diuinoq; inspi-
rantur halitu, cum enim in Deitate sit
gignens, & genitus, hanc suis mentem
inicit, ut suum deferant honorem Co-
gnatis, illisque cum necessitas tulerit, in
primis faueant. Sed iam do Tert. qui
lib. de carne Christi cap. 17. eleganter
explicuit, quibus fontibus hanc hæredi-
tariam siue curam, siue incuriam in Co-
gnatos à Deo, vel à diabolo accipiam?
Ea, inquit, nihil concepit ex diaboli ver-
bo? Imò concepit, nam exinde abiecta ut
pareret, & in doloribus pareret, verbum
diaboli semen illi fuit, enixa est denique
diabolum fratricidam. Quid aliud pare-
ret colloquio diaboli imbuta? Quid

aliud efferret de verbo diaboli, nisi rui-
nam nisi excidium omnis cognationis,
& germanitatis? *Et contra Maria cum e-*
didit qui carnalem fratrem Israel in te-
remptorem suum, saluum quandoque præ-
staret. In vulvam ergo Deus Verbum suū
de tulit bonum fratrem, qui memoriā ma-
li fratris eraderet. Qui vix conceptus
virginali in utero, matrem edoceat ho-
norem de ferre Cognatis. Tanto Maria
præstantior, prima illa hominum geni-
trice: quod illa de verbis diaboli odium
peperit inter fratres, & parricidij se-
minariū. Hæc autem felicissima, ver-
bo diuino facta de conceptu didicit
honorare Cognatos, in mortua cur-
rens, ut integram Cognatorum domum
mille donis ditaret. Sed adhuc audax vi-
debitur forsam hoc facinus Marianum
quo puella sese tanto itineri dedat di-
vino factu iam grauis. Quippe audax etiā
visum fuit Iacob facinus, cū præter ter-
ræ motos, insperatis pastoribus, ipse so-
lus aggressus fuit tollere putei lapidem
ut Rachelis greges adaquaret. Nonne
hoc audax fuit factum? Sed ecce qualē
excusationem indicat Textus Genes. 29.
Quam cum vidisset Iacob, & sciret tō-
sobrinam suam, queque Laban auunculi
sui, amouit lapidem. Vbi eleganter Hu-
go fatur, officium sanguinis inauravit au-
daciā. Etenim ut con sanguineis ex-
tremē egentibus quis faueat, laudabili-
ter audet quæcumque difficilia supera-
re. Annon pro Iobi primogenito fune-
bris est illa declamatio in cap. 1. nimi-
rū: *filys tuis, & filiabus tuis comedētibus,*
& bibentibus apud fratrem suum senio-
rem, &c. Vbi expendo illud, apud fra-
trem suum seniore: quod ponderans
Olimp. in cat ait. *Conuiuium verò exor-*
nat, cum illius exstructorem fratrem na-
tu maiorem fuisse confirmat. Equidem
maximum id est ornamētum,
quando maiores potentioresq;
fratres invigilant mino-
rum coga-orū in-
firmatibus.

Ildeph.

Matth.
10.

Euseb.

Tert.

Gen. 29.

Hugo.

Iob. 1.

Olimp.

Lib. I. Caput Octauum,

S. VII.

Qui Christo Iesu inserviunt, proximo
moribus commodis insudant,
etiam per humilia

opera.

Sic Christus Iesus afflat eorum ani-
mos, quibus adest, ut suae quieti par-
cant, & proximorum saluti se tradant
negotia, ut discant non ministrari,
sed ministrare. Nonne vides Virginem
Christo plenam, non ad caelestia rapi,
sed ad montana nitti, ut Ioannis do-
mini salutem afferat? Sic de radiante illa

Matth. 2. Stella Magorum duce dicitur Matth. 2.
quod stetit supra ubi erat puer; licet e-
nim caelestem originem fuerit nacta,
non de dignatur dimitti ad stabulum
vsque, ut hominibus praebeat ducatum.

Vnde hanc dimissionem propter ho-
mines didicit stella? A Christo Iesu, cui
famulabatur. De pulcherrima D. Max.
verba hom. 4. in Epiph. nimirum. *Verè*
stella hac, dominica Natiuitatis ministra
que tanto est Caldeis obsecrata famula-
tu, ut inquirendo Christo non solum eos
moneret e caelo, sed & ducatum illis praebe-
ret in terris. Expendo vnde probet ste-
llam verè fuisse Christi ministram, nimi-
rum, quia non solum e caelis, sed in ter-
ris etiam hominibus seruret. Multi e-
nim sunt, qui proximis subuenire vo-
lunt, sed à puppi, sed a sublimi imperij
solio. Quam alia est mens eorum, qui
Christi Domini spiritu afflantur; hi &
ab alto fulgent, & humi repunt, ut pro-
ximorum incumbant saluti. Sic caue-
tur Leuit. 6. *Ignis in altari ardebit sem-*
per, quem nutriet sacerdos, subiciens mane
ligna per singulos dies, & imposito holocau-
sti, de super adolebit adipem pacificorum.

Leu. c. 6. Quibus expendo quod ad oblationem
pacificorum, quibus cum Deo, per Chri-
sti reconciliacionem pacificamur, iube-
mur ligna ministrare, ut holocausti for-
nax natiatur, quia nisi per humilium
operum ministerium proximorum, De-
ique amorem nutriamus, a g. è, & diffi-
cilter cum Deo per Christum habebi-
mus pacem. Sic Berengolius Abbas

Bereng.

serm. 11. in Nat. Conf. fatus. *Quisquis in-*
terse, & Deum vult facere pacem, primus
in se gemina dilectionis incensurus est
facem: quia tunc Deo dignè de se odorem
suausissimum reddit, si pro dilectione Dei,
& proximi ad humilia quaque se studio
charitatis insubebit. Hoc i. tergo c. mimb^o
Christi ministris studium singularè, ne
sibi solum vacent, sed quouis propriae
commoditatis dispendio, proximorum
studeant commoditati Apoc. 22. dicitur. *Apoc. 22.*
tur: qui audit dicat veni: vbi D. Greg. Greg.
hom. 14. in Ezech. fatut. Cui enim iam
vox vocantis Dei efficitur in corde, neces-
se est, ut proximi per praedicationis officium
erumpat in voce, & id circò alium vocet,
quia ipse vocatus est. Post Christi ascen-
dentis in caelum visionem, sic Christo
vacantes Apostolos vrgebant Angeli
Act. 1. *Quid statis aspicientes in caelum?*
Quae verba commentatur, D. Athan. *Act. 1.*
Athan. orat, in Ascens. dicens. *Quid statis suspi-*
cientes in caelum? Quid statis mundo mi-
raculum hoc praedicate. Quasi a Christi
Domini intuitu piaculum foret, non
currere ad proximos iuandos.

S. VIII.

Mariana verba Elisabeth in do-
mo primam sanctitatem
halantia.

Sic cupis, cur primus Ioannes ex-
cepit verba Mariae, ait enim, *ut audi-*
uit vocem salutationis Mariae Elisabeth,
exultauit infans in utero eius, & repleta
est Spiritu sancto Elisabeth. Ecce tibi pri-
mus Ioannes ad vocem Mariae exultat,
de inde Elisabeth Spiritu sancto reple-
tur. Sed cur primus Ioannes exultat? Ea
est natura cuiuscumque anthidori, & phar-
maci medicum, ut in primis sese ar-
met aduersus humorem, cui maxime
inimicatur, illumque acriter impugnet
vsque dum victoria potiatur. Sane Ioan-
nes in utero exultans sub virulenta anti-
qui serpentis lue, erat marcidus, origi-
nali tremens infirmitate, qua nihil Ma-
riae sanctitati magis contrarium, nihil ma-
gis oppositum. Vnde factum est, ut ingre-
diens

Alcui.

diens Maria domum Zacharie primu-
 sose in Ioannis maciem armaret, illam
 que acriter expugnans, puerum dona-
 ret integra sanitate, quam ipse saltibus
 manifestauit. Non longe abest Alcuius.
 scilicet de Nat. Virg. ubi ait. *Tu bellatrix
 egregia, primo eum, qui primus Euam sup-
 plantauit, expugnare viriliter aggressus.*
 Ea erat Mariæ sanctitas originalis, vt
 nihil magis sibi putaret contrarium,
 quam peccatum originale, ideoque in-
 gressa Zacharie domum in illud pri-
 ma emittit iacula, illudque protinus de-
 bellare conatur. Missurus Dominus dis-
 cipulos, ait illis Matth. 10. *Estote pruden-
 tes, sicut serpentes.* An inbentur discipu-
 li serpentis astum imitari? Qualiter id
 faciant, explicat D. Remigius in cath.
 fatus. *Serpens decepit primum hominem,
 callidus fuit hostis ad decipiendum: quip-
 pe rubenti se immiscuit fructui, & infir-
 miorem partem aggressus, totum per-
 didit genus humanum. Sic vos sitis pru-
 dentes, & benedicta crucis fructu, viuenda
 eloquia parate.* Sola Maria inter omnes
 hanc induit serpentinam calliditatem
 qua de salutaris fructu ventris sui ma-
 nira, ea verba dedit, quæ infirmiorẽ
 naturam, scilicet puerum utero degen-
 tem primo inuadunt, & exultate pue-
 ro, totum serpentis virus manet elimi-
 natum, vt clareat, quam supra serpente
 se exaltet, & sanctitas, & prudentia Ma-
 riana. Insuper serpens ille fructu, & ver-
 bis potens parentes impexit, & vniuer-
 sos filios prostravit. Hæc fructu sui ven-
 tris, & verbis potentior, filium Elisa-
 beth utero clausum tangit, & parentes
 repleuit Spiritu sancto. Hinc pondero
 D. Ildeph. serm. de Assumpt. verba in
 laudem sanctitatis Marianæ prolata in
 hunc modum. *Recte arca sacramento-
 rum Virgo Maria fuit, supra quam sanè
 propitiatorium, & Cherubin, hinc inde
 obumbrantis figurantur; quia Maria
 nullum obrepit peccati contagium, sed in-
 tus omnis custodia Legis, & manna fuit,
 quod est mirabile Sacramentum, & pro-
 piciatio salutis humane.* Quibus verbis
 id ostendit Mariæ sanctitatem maxi-
 mam, quod Sacramentorum instar, e-
 ius verba conferant alii sanctitatem, &
 medellam primam peccati. Nonne Sa-
 cramentorum verba conferunt gra-

Matth.

10.

Remig.

Ildeph.

tiam? Ita vt locuta est Maria, exultauit
 infans super infusus gratia, vt merito
 Maria apelletur Sacramentorum arca.
 Quo refero Epiph. lib. 3. Hæc. cap. 79. *Epiph.*
*Non permisit Deus beata Ma-
 rie dare baptismum, non benedicere discipu-
 los, non imperare in terra iussit, sed solam
 ipsam sanctificationem esse voluit.* Vere
 vnus Iesus erat omnium creaturarum
 sanctificatio, & fons vniuersæ sanctita-
 tis. Sed is matrem suam ea sanctitate
 compleuit, qua videretur non tam san-
 cta esse, quam ipsa sanctificatio, vt me-
 rito non instar ministrorum, sed fere ip-
 sorum Sacramentorum instar gratiam
 halare dicatur. Vide quid de Mariano
 cadauere meditatur Andreas Cret. ho-
 mil. de Assumpt. aiens. *Erat in medio il-
 lud ianuosum corpus Dei parua, quod Dei
 verbi tota capiebat plenitudinem. Quod qui
 de diu videbatur in lecto, unguenti sanctifi-
 cationis suavis odore tota perfunde-
 batur natura.* Vt primo dictis respodeant hæc
 verba, nimirum, *quod quidem dum vide-
 batur in lecto, &c. reuoco in memoriã
 illud Moyse diuinitus inspiratum, videli-
 cet, serpentem quicum longo sublatum
 stipite, qui cum conspiceretur, venena-
 ta vulnera ignitorum serpentum a po-
 pulo Israelitico exsufflabat.* Hinc Cre-
 tensis ait, quod virginale corpus, *dum
 videbatur in lecto, unguenti sanctificatio-
 nis suavis odore perfunde-
 bat totam naturã
 creatam.* Quasi diceret, dum videretur
 hæc prudētissima, serpens, mortua, me-
 dellam, & sanitatem halabat vulneri-
 bus ab ignito serpente illatis. Quid visa
 viua præstaret? Quid cum Dei verbo
 plena Elisabeth visitauit? Tunc cum
 cernebatur ingrediens, vel cum sybi-
 lus eius audiebatur, sanctificationis un-
 guento perfunde-
 bat totam do-
 mum Cognatæ, vulnera
 que antiqui serpentis
 depellebat a
 Ioanne.
 (1)

Andreas
 Cret.

Text. Et exclamauit voce magna, & dixit: benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

S. IX.

Maria Verbi diuini benedictionibus omnium creaturarum propinquissima.

Quam vnica sit Maria Verbi diuini imitatrix, haud obscure cognoscat, qui illa apud D. Aug. formam Dei compellatam viderit, qui proxime dicta de eius efficacia in sanctificandis hominibus notarit, qui modò Elisabeth sententiam enuclearis. Vidit, enim Elisabeth Mariam, vidit & reuolante Spiritu Sancto eius sanctitatis magnitudinem sic obstupuit, quasi proximè accederet excellentiæ, & magnitudini Diuini filij, quod sequenti declarauit preconio. *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ac si diceret, tua beatitudo tua excellentia, quam longissimè superat omnes mundiales virgines; sicui comparanda est, maximè beatitudini, & excellentiæ filij tui, vt pote Altissimi filij. Eidem beatitudinis ordini cum filio tuo, si non par, saltem quantum fas est creaturæ, proxime accedis, soli filio, nulli ali, comparabilis. Etiam de nubibus sollicitum 3. Reg. 18. commonefecit puer, nubeculam paruam quasi vestigium hominis apparere. *Quid est cur nubecula dicatur, quasi vestigium hominis?* Ioannes Hieros. de Inst. Monach. 33. inquit. *Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendit in Carmelum, quia Maria in hoc suo spirituali ascensu, non sceminam quam imitaretur, sed hominem diuinum habuit exemplum.* Volauit proculdubio super laudes omnium sceminarum Maria, omnes creatas perfectiones infirmas putauit, & leues, vnus viri solum & maximi, &

5. Reg. 18.

Ioan. Hier.

diuini vestigijs hæsit: cui in excellentijs si qua vnquam creaturæ potuit, fuit parallela. Rem hanc faciat D. Chrysothom. de Nat. Ioan. apud Metaph. Vbi multa à filio in Virginem profecta bona expendens sic pergit. *Merito is quoque qui est natus, matri talia præbuit privilegia, quæ etiam habuit solus, ea illi quoque soli dedit. Non habuit ipse fratrem ad generationem, neque dedit matri sororem miracali.* Expendo: quæ enim habuit solus, ea illi quoque soli dedit, quasi Virgo inter omnes personas tantum creatas, quam increatas fuerit vnica verbi diuini æmulatrix. Etenim quæ Verbum habet solus, ea nec Patri communicat nec Spiritui sancto; communicat tamen Matri, vt nimirum sint nati ambo diuinæ personæ productores ambo, vt sic pateat, quam sit benedictio Mariæ benedictionis verbi germana. De quo supra c. 6. §. 2.

S. X.

Felix qui fructum profert iuxta genus suum. Vbi de Pœnitentiæ fructibus.

Maximam crediderim laudem esse, qua Maria terra benedicta extollitur de benedicto fructu. Namque ex eo maximè honoratur homo à Deo quod primæ conditionis instar & lucè pariat, & fructus iuxta genus suum. Pro quo exhibeo vnū Chrysothom. § 6. ad Pop. sic fantem. Vide quanto nos honore profecutus sit Deus, tale nobis opus præcipiens. Feci inquit, ego cælum & terram, do tibi etiam creationem. Fac terram, cælum, nam potes. Qui facit omnia, & mutat de Deo dictum est: hanc & hominibus potestatem dedit. Feci ego, inquit, speciosum corpus, do tibi melioris creationem; tu bonam fac animam. *Dixi ego germinet terra herbam virentem, & omne lignum pomiferum, dic & tu, producat ipsa terra fructum proprium, & exhibit, quidquid facere velis.* Non magna à nobis petuntur, sed solum quod instar fecundæ

Chrysoth

Luc. 3. eundem arboris proprios fructus profereamus. Sed qui sunt proprii? Diuinus praecursor apud Lucam cap. 3. peccatoribus inquit. *Facite fructus dignos paenitentia*: quae verba premens D. Amb. fatur. *Faciat ergo fructum qui potest gratia, & qui debet paenitentiae.* Quippe monstruosa erit arbor, monstruosa tellus, quae proprii oblita fructu, nutrit alienos. Benedicta ergo terra, nullo peccati debito infecta, producat gratiam, & benedictionis fructum, at terra maledicta, peccati spinis consita iuxta genus suum fructum producat, nimirum, paenitentiam, squalorem. Hi male audiuit Saul, qui peccator innocentiae fructum parturiebat 1. Reg. 15. aiens. *Peccaui, sed honora me coram senioribus.* Vbi D. Greg. Magnus. *Saul quia confitetur & affligi non vult, sed honorari, in regno & Dei beneplacito abiicitur.* Consultius Iob, ubi de ira Dei se peccatorem agnouit, protinus cap. 1. *Tonso capite curruens, &c.* Cur tonso capite? Orig. lib. 1. in Iob fatur. *Totondit comam capitis sui, & cum totondisset proculdubio quod ipsi eam aduersariis proiecit. Ecce, inquit, arbor sum fructifera, omnia quae superflua sunt a me proijcio, illibatus perfectum fructum afferam.* Et recte de paenitentis fructu cogitas, crinium cultum, corporisque abiicit ornamenta; etenim paenitentium fructus afflictio est, squalor est. Vnde merito D. Chrysost. suspecta habet ornamenta in paenitente: quando enim de primis peccatoribus induendis agitur Gen. 3. dicit *Fecit quoque Dominus Deus Adam, & uxori eius tunicas pelliceas.* Id quod ruminans Chrysost. hom. de lapsu hominis ait. *Accipiunt indumenta pellicea, ut qui confessi iam delictum fuerant veniam cultus humilitate perciperent. Ostendit dominus confessione & deformitate cultus veniam posse facillime impetrari. Ut enim contumacia est celare quod Deo teste commiseris, sic periculosum est, si splendore cultus animi innocentiam mentiaris.* Equidem sterilis, & infrugifera arbor est paenitens, vestium delictis affluens, cuius proprius fructus luctus est, & squalor. Bene monerat paenitentem D. Cyprian. lib. de lapsis fatus. *Si quem de tuis charis mortalita-*

tis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter & steres facie inculta, veste mutata, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto, indicia doloris ostenderes. Animam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua super viuere hic tibi, & ipsa ambulans funus tuum portare cepisti, & non acrius plangis? non iugiter ingemiscis? Non te vel pudore criminis, vel continuatione lamentationis abscondis? Sic ille: producat ergo terra fructum suum, terra, inquam, benedicta, benedictionem populorum, terra maledicta luctum, squalorem, merorem, & omnia beneficit.

Text. Vnde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.

S. XI.

Maternitas Mariana plurimum leuauit foeminarum laboriosa puerperia.

Quae se mensibus quinque occultabat, quasi fastidia pleni vteri erubesceret, iam exultans conceptam prolem explicat, & incredibili gaudio, sua de conceptu faelicitatem exaggerat. Quippe experta est Elisabeth inter conceptus erumnas, & fetus fastidia, & timores partus, experta, inquam, est, noua, & insperata leuamina, quibus Dei matris praesentiam auguratur, & post habitus fastidij vteri, gaudet de consortio tantae maternitatis. Vnde, ait, *hoo mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Sed vnde scis tibi adesse Dei matrem? Puellam integerrimam vides, Iosephi cernis sponsam, cur ex hac ad te diuinæ maternitatis opinio dimanauit? Conceptus grauedine sensit amitti, vteri fastidia vidit releuari, & puerperum gaudijs perfundi, quod vni tribuit

Lib. i. Caput Octauum.

Hesich.

buit consortio, & presentie diuinae matris. Etenim eleganter Hesychius hom. i. ait. *Cum prima virgo concluderetur molestis ob transgressionem insuetis, & ab ea gemitus plurimi prodirent, omnisque mulier illius causa in dolore esset constituta, & partus omnis propter eam acerbiter pateretur. Secunda Virgo Maria miseriam omnem feminei sexus repellit; omnemque tristitia fontem, qui interdum adesse solet, obstrinxit, & nubem desperationis, qua premuntur mulieres in partu, dissipauit: & lumina letitiae apud contribules coruscare fecit, O vnica, & vera Lucina Maria, quae Deum pariens, cunctas honoras matres, cunctis que parientibus praetendit letitiae faces. Quae mulier utrum de coniuge plenum erubescat, quando videat puerperij habere consortem Dei Matrem? Quae coniux fastidia conceptus non toleret, dum uolcat te vna cum Deipara, matris insigniri vocabulo? Hoc Diuinae Matris consortium ut haberet, quibus se periculis non opposuit Thamar? Ea Gen. 38. ut a socero suo Iuda semen acciperet, operuerat vultum suum ne agnosceretur; at post conceptum, minime erubuit tumentem utrum manifestate, ait enim Textus: *nuntiauerunt Iudae dicentes, fornicata est Thamar nuptua, & videtur uterus illius intumescente.* Cur quae faciem primo occultauit, postea de foeminarum astu, minime occultat tumentem ventrem? Sane sic de consortio Christiferae matris, quam sperabat, gloriabatur, ut omnia pericula a tuente utero profectura facile contemneret. Huc spectans D. Zeno.*

Gen. 38.

Gen. 38. ut a socero suo Iuda semen acciperet, operuerat vultum suum ne agnosceretur; at post conceptum, minime erubuit tumentem utrum manifestate, ait enim Textus: *nuntiauerunt Iudae dicentes, fornicata est Thamar nuptua, & videtur uterus illius intumescente.* Cur quae faciem primo occultauit, postea de foeminarum astu, minime occultat tumentem ventrem? Sane sic de consortio Christiferae matris, quam sperabat, gloriabatur, ut omnia pericula a tuente utero profectura facile contemneret. Huc spectans D. Zeno. serm. de Iuda, ait. *Thamaris nostrae cum processu temporis, procedit & uterus. Mirum profecto mysterium videte, quae celauerat faciem, non celat ventrem.* Conceptum erubuit, in quo quam longissime absumilis fuit Deiparae Mariae, & non celat ventrem, quando se in illa familia fecundam vidit, in qua Dei mater tumidum utrum gestatura erat. Accinisse videtur Theodoretus, quaest. 94. in Genes. ubi Thamaris honestatem etiam in incellu ponderans, ait. *Nec enim postea vel Iudam vel alium quempiam attigit sed contenta fuit vocari mater eorum, qui ex illo semine Abrahamidum nascerentur.*

Zeno.

Theod.

Theod. quaest. 94. in Genes. ubi Thamaris honestatem etiam in incellu ponderans, ait. *Nec enim postea vel Iudam vel alium quempiam attigit sed contenta fuit vocari mater eorum, qui ex illo semine Abrahamidum nascerentur.*

Inde enim mater Dei futura, tristitia fontem, quae inter pariendum adletio let, obtruxit, letitiae lumina apud contribules suas coruscare fecit, quae exultantes pergerent ad partus, per quos Dei parae matris contortes haberentur. Igitur Elisabeth ubi pro tristitia fonte ab antiquo serpente, mulierum conceptibus, & partibus infeminato, toram secum prole sensit perfundi letitia, optime colligit, & celebrat praesentiam Dei matris. Mirabar aliquando cuiusdam Alconis decantatissimam in iaciendis sagittis dexteritatem. Huius filius cum viridanti ruris cespite cubaret, somno sepultus, per rosidas herbas elabitur anguis, pueri nudum pectus ascendit, ibique securus sese multos plicans in orbem, insedit. Tunc ecce tibi Alcon, qui erat adolescentis pater, aduenit, videt simul filium, & eius pectore cubantem serpentem. Proh dolor! obstupuit, ast animosior factus, arcum aptat, sagittam dirigit, illamque ea dexteritate eiaculat ut serpente confosso staret ferrum, solumque exciraret iuuenem, gaudentem se a tali fuisse periculo liberatum. Vnde Alconi tam felix dexteritas? Quae ars illi fuit, ut in pectore pueri, confolio angue, ipse viuus exultaret, & lectus? Pulchre Manil. lib. 3,

Manil.

Ars erat esse patrem, vicit natura periculum.

Et pariter inuenem, somnoque & morte leuauit.

Haud alia subijit, ut credo, Elisabethae cogitatio, vidit proles in pectore cubantem serpentem illum veterem peccati originalis, vidit serpentinos halitus in parituris foeminis conseruari. Et simul sensit ad Mariae gressum, quidquid serpentis erat, abijci, & omnia delatitiae lumine coruscari, cuius haec dexteritate fieret? qua arte, tanta eijcerentur mala? Sane arserat esse Dei Matrem:

Mater Dei ad fuit, quidquid serpentis erat in parituris, ad meliorem conditionem transtulit.

(?)

S. XII.

*Christus Dominus amat solis senti-
ri beneficijs*

Amb. **E**cce adhuc Saluator, materno ab utero clausus tenetur, & occultus, & illum produunt beneficia in Ioannē profecta. Ait enim eleganter Ambrosius. *Cito euentus Mariae, & Dominice presentia beneficia declarantur. Nam sequitur. Et factum est, ut audiuit salutationē Elisabeth, exultavit infans in utero eius. Vocem prior Elisabeth audiuit, sed gratiā prior Ioannes sensit.* Ioannes, inquam, prior sensit diuinæ presentiae gratiam, quando hic est Saluatoris mos æternus ut potius sentiat beneficijs, quam certatur obtutibus. De illo ingrediente mundum verba fecit Paulus ad Titum cap. 3. *apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris: Quid d' Paule apparuit? apparuit ne Saluator? apparuit potius benignitas, & humanitas Saluatoris.* Quo respiciens Ambrosius Epist. 86. fatetur. *Hæc est Saluatoris pietas, ut interueniat saluti, ac non se prodat aspectu, sentiat beneficijs, & non sentiat obtutibus.* Equidem beneficia primò Saluatorem produunt, nō oculi, amat enim suam personam latere, & sua publicari beneficia. Ioan. 1. dicitur de Verbo. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Quippe in Saluatore, & erat ipsa viuuda substantia, & erant beneficiorum lumina: tūc subdit. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* De quo eleganter dubitat Orig. tom. 5. in Ioann. inquit. *Quæro cur tandem cum Ioannes missus à Deo, venerit ad testificandum ut testificaretur de lumine, non etiam venerit, ut testificaretur de vita?* Sane in verbo & vita, & lux erat, cur ergo Ioannes solum testatur lucem, & non vitam? Anquia Saluator sese abscondit, tantumque velit dignosci per beneficia? Ita Origin. ait. *Homo ergo nullus qui veniret, testificari proterat de vita etiam nūc abscondita eum Christo in Deo.* Is est procul dubio Saluator, non qui la-

pidem mittat, & manum abscondat, sed qui sese abscondat, & è manibus beneficiorum lumina effundat. Quam apte D. Chryso. inducit Ioannem calcibus, & saltibus in utero matris sic fantem. *Inique facis d' mater, quæ tardas Prophetam gestas in utero, contines militem Regiæ prædicationis. Lux adest, solus matutinum, Sol oritur prius lucebit Lucifer, in foribus lux est, & voce est opus.* Ut matutinum de sola luce Solis, non de obtutu coruscat, sic Ioannes non de facie Saluatoris, exultat, sed de beneficijs.

Chryso.

S. XIII

*Quam semper Dominus sit saluatis
ris paruulis.*

Cur ibi non Dominus, ubi infans exultat adhuc in utero matris? Plane bonus est semper Dominus, & salutaris infantibus, quibus omnia erunt felicia si Deus ad sit. Elias 3. Reg. 19. ut Deum videret, prius terribilia quædam est passus, prius venit ob oculos Spiritus grandis, & fortis, subuertens montes, & conterens petras ante Dominum: non in Spiritu Dominus. Et post spiritum commotio: non in commotione Dominus. Et post commotionem ignis: non in igne Dominus. Quid plura? Ioannes Hieros. de instit. Monast. cap. 18. existimat per spiritum fortem conterentem petras signari Azahalem, per commotionem autem explicari Iehu, qui domū Achabbi eradicauit; per ignem, Eliszum dicit, qui 4. Reg. 2. illudentibus pueris duram per vrsos intulit stragem. Nec mirum, ait ille, si pueris illis hoc accidit; nam sequitur non in igne Dominus. Vbi Dominus adest, non scuitur in pueros, imò omnia læta, & iocunda accidunt infantibus. Hæc illa notissima Dei vox est, sine te paruulos venire ad me, inde suam commendat, & exultat bonitatem, ut rectè dicat Tert. lib. 4. contra Marcionem, loquens de Deo. *Quia vero bonus adeo diligit paruulos, ut apud Aegyptum benefecerit obstetricibus protegentibus partus Hebræos periclitantes, edicto Pharaonis.*

3. Reg. 19.

Ioann. Hieros.

4. Reg. 2.

Tert.

panis. Vnde D. Paschasius lib. de Sacramento corporis Christi cap. 15. vt probet Eucharistici panis gratia infantes paruulosq; ditari, expendit quod ipse Dominus perse distribuatur gratias diuini conuiuij, ait enim. Licet Sacerdos benedicat: ipse Dominus est, qui benedixit, & frangit. Vnde in Exodo ad Aaronem, & filius eius, inuocabitis nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eos. Sacerdos ergo inuocat, sed ipse benedicit, & frangit, quia nisi ille frangeret hunc panem, paruuli omnes ieiuni remanerent. Hinc quoque Propheta suspirans, qui nec dum venerat Christus, aiebat in lamentationibus suis, Paruuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis. Euge Euge, o vos paruuli. Magno uestrum omnium homo Christus adest; adest, inquã Christus vt ex infantis, & paruuli colligitur saturitate. Non enim lætitiæ panis ad paruulum Ioannem perueniret, ni Christus adesset in utero matris, cuius bonitatis proprium est, consulere paruulis vt infra etiam dicitur lib. 3. cap. 5. 5. 3. & alibi.

10. v. d. 2. R. 1. 1.

J. XIII.

Scenici ludi à diabolo instituti aduersus Sanctos.

Nonne vides Ioannis in utero præproperam lætitiã, qua gessit, qua saltat. Sane vbi hyemali brumã nimium matutini, prosiliunt solis radij, nigram solent indicare tempestatem. Ideo suspesi mihi sunt hæ Ioannis antelucanæ exultationes, & nimis festini saltus, & si diuinare licet, iam inde Ioanni exitiales saltationes in vite sine auguro Iacobi, & Esau infensum bellum etiam pueri ab utero signabãt, Gen. 25. de quibus dicitur: *collidebuntur in utero.* Vbi Symmachus, *in superficiem ferebantur,* & apertius Scholiastes ait, *colluctabantur.* Sed nescio quo diuino mysterio S. Amb. lib. de Isaac cap. 4. ex Greco redit, *exultabant,* & D. Aug. quæst. 72. in Gen. posuit, *gestiebant,* quasi per antelucanam exultationem, & gestientem lætiam, futuros sanguineos conflictus sig-

nificarent. Sic Ioannis in utero exultatio, & gestientes saltus, an inde protendunt sanguineos saltantis puellæ gestus, Ioanni exitiales? Et cui sancto, & pio viro Scenicus saltus non exitit exitialis? Crediderim a diabolo inuenta tormenta, vt suã ostenderet in homines crudelitatem, at ludi scenici, & choreæ inuentæ ab eodem, vt perdat Sanctos. De Herodiade saltate dicitur Mar. 6. quod placuisset Herodi. Vbi eleganter D. Fulgentius ait, *Ecce iam diabolo procurante, ludens cepit delectare puella, ad hoc solum, vt possit occidere Prophetam.* Nullum nõ mouit lapidem diabolus, vt Ioannem à viuis tolleret, sed omnia machinamenta ei extiterunt vana, quippe Herodes Ioannem reuerbatur, & libeter eum audiebat. Quid tunc diabolus? Saltationem instituit Regi gratam, qua sola posset occidere Prophetam! O quam salutaris illa Clementis Alexand. in ad hor. ad gentes vox, qua à Syrenarum cantibus humanas mentes arceat, aicens. *Præter nauiga, cantus mortem operatur.* Sciolus ille Babyloniorum Rex, Dan. 3. aureæ statuz adhibuit omne genus musicorum, vt quos non flexisset ignis fornacis, saltim cantibus eneruaretur, vt adorarent statuam. Ait enim: *in hora qua audieritis sonitum tube, & fistula, & cithara, & sambuce, psalterij, & symphonia, & omnis generis musicorum cadentes adorate statuam.* Non verò diabolus opereretur efficaciora arma iua ad perdendos Sanctos, si non produceret scenicos hos cantus. De quo D. Chrysof. hom. 4. ad Popul. fatur. *Vidisti quam difficilia certamina parata sunt, & quot insidiarum necessitates, & quam profunda vorago, & præcipitium utrinque? Sed netimuris. Quanto magis machinamenta inimicus auxerit, tanto magis puerorum fortitudinem demonstrat. Propterea tot musicorum consonantia, propterea caminus ardens, vt & voluptas, & timor assistentiã animas obsideret. Asper abstantium quis pius est & rigidus? Molliat ipsum, inquit, delectans omni sonæ musica melodia.*

Marc. 6. Fulg.

Cle. Ale

Dan. 3.

Chrysof.

Eu perniciosã Dæmonis arma! Felix qui in his aureis poculis venenum nouerit pertere.

10. v. d. 2. R. 1. 1.

10. v. d. 2. R. 1. 1.

10. v. d. 2. R. 1. 1.

Amb. Aug.

S. XV.

*Pugnacissimus est Ioannes pro tu-
tanda castitate.*

AD virginis vocē, exultat adhuc
in utero existeris Ioannes, quasi
iam inde pro castitate tutanda in cer-
tamen prosiliat. Sic de Virgiliano cal-
culo, ad militarem audaciam refero
illud *exultavit*, ait enim ille *Ænæi*. 2.

Virg.

*Vestibulum ante ipsum, primoque in limi-
ne Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena.*

Ioannes ergo ad castissimæ Virginis
vocem sic afficitur, ut quasi luce co-
ruscus ahena, nouus Christi miles ad
castitatem tutandam telis exultet. Nec
mireris, quod maternus uterus nō de-
tineat exultantem militem pro casti-
tatis certamine, quando nec cœlum
ipsum, pacis locus, eundem potest
continere, quominus in castitatis ho-
stis prosiliat! Vnus id luculenter at-
git D. Basil. ad Virginem lapsam in-
quiens. *Ioannes verò Baptista suspiria
duxit, quod non potest relictis supernis
conuersationibus, quæ admodum tunc so-
litudinis, ad redarguendam iniquitatem
percurrere; & si quid pati oporteret,
caput potius, quàm dicendi libertatem
amittere. Imò ad beati Abel similitudi-
nem etiam ipse mortuus adhuc loquitur,
clamat adhuc altius, quàm de Hero-
diade vociferatur, illud, non licet tibi ha-
bere ipsam. Proh inclytus castitatis ath-
leta, quem nullus auocat locus à cer-
tamine, qui excitatus in utero voce
Virginis, & mortuus, & in cœlo exi-
stens cuperet ad defensionem castita-
tis sæpè in arenam prosilire! Diceba-
tur Ioannes Luc. 1. *veterus in spiritu,
& virtute Elie*, sed ecce plusquam
Elias exiit. irata enim Iezabel, Elias
3. Reg. 19. *Timuit, & surgens abyt quo-
cumque eum ferebat voluntas. Quò nō
fugeret Elias ab irata Regina mortē,
cruceinque minitāre? Pulchrè D. Fulg.
serm. de Ioan decol. ait. Elias Iezabel
Reginam passus est inimicam, quam dum**

Bas.

Luc. 1.

3. Reg. 19.

Fulg.

*fugit, totam vitam suam in fuga contri-
uit. Cuius tantum timuit gladium, ut vi-
uus fugisset in cœlum. Itaque Elias vi-
uus sese in cœlum reciperet, quò à Re-
ginæ furore permaneret securus Ani-
mosior proculdubio Ioannes, qui vel-
let etiam cœlum relinquere, ut ca-
stitem aduersus furentes Reginas
propugnet. Qui etiam mortuus, & in
pace requiescens adhuc clamat, & vo-
ciferatur illud, non licet tibi habere ip-
sam.*

Text. Et Beata, quæ credidi-
sti, quia perficientur in te ea,
quæ dicta sunt à
Domino.

S. XVI.

*Nunquam sine effectu inueniri po-
tuit Mariana Fides.*

MULTI sunt in extollenda Ma-
riæ fide, quæ Abrahami filia,
Abrahami longè superauit fidem. Sa-
ne Mariæ puritas, humilitas, & inte-
ger omnium virtutum chorus, Deum
maximè allexit, delinuit, inescavit. Ve-
rum omnes hos affectus in Maria vali-
dissimos effugit Deus per quindecim
annos, potuitq; illis resistere: astut no-
bis medijs his virtutibus innotuit fi-
des Mariana, statim à sinu Patris extra
et filii ad uterū fidelis Virginis aduola-
uit Enim verò magna fides nescit ef-
fugi, nescit frustrari. Ausus est fidelis A-
braham immensæ Dei maiestati offer-
re paruum, & rusticum hospitium, cu-
ius paruitatis conscius Deus, nihilomi-
nus apud fidelem virum hospitatur.
Quod ponderas D. August. serm. 68. *Aug.*
de tempor. ait. *Licet illa minora fue-
rint, quæ exhibebantur locorum angustijs,
magnitudinem dederat fides, quæ contem-
ni non debuit à Deo. Et cur contemni à
Deo pateretur fides, quæ vel renitenti-
bus naturæ legibus, semper suis poti-
tur optatis? Id animaduertit D. Zeno
lib. 2. serm. 5. de Abrahamo, & Sara sic
loquens.*

Aug.

Zeno

Lib. I. Caput Octauum,

loquens. *Quia utrisque etas ademerat spem sobolis, pignus succidaneum meruerunt Sic meruit fides, quod ademerat tempus, extorsit credulitas, quod natura negauerat.* Nullam equidem nouit fides repulsam pati, ad omnia audet quasi iam præ manibus habeat. Notate Gen. 28. gemellorum in Thamaris utero existentium historiam, ait enim text. *Instante partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum.* Quid audacius? Achuc in utero existens, ante caput, prætendit manum. Sicut erat populus fidelis, qui fide uiuens, non potest non habere omnia optata præmanibus Quo spectans Theodor. quæst. 95. inquit. *Ante legem fuerunt etiam plerique pietatis alumni secundum fidem uiuentes Quocirca Zarã tale uitæ genus demonstrans, manum porrexit.* Nullo enim signo clarius demonstraretur hominum secundum fidem uiuentium præstantia, quam porrecta manu, utpote, qui omnia felici coficiant manu. Huc reuoco Gedeonis fidem Iudic. 6. cui timore confecto, viribus fracto apparuit Angelus, & ait. *Dominus tecum Fortissime uirorum!* Ad quem ille. *Si Dominus nobiscum, ubi sunt mirabilia eius, que narrauerunt patres nostri, atque dixerunt de Aegypto eduxit nos Dominus.* Ad hæc Angelus Dei respondit. *Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian.* Sed quæ erat hæc Gedeonis fortitudo? Ipse timore percussus potius imbecillitatē, quam fortitudinem referebat, ubi robur, ubi fortitudo ad tam infensos hostes repellendos? An fortitudo in eo, quod credens Dei gesta, eius magnalia memorabat? Hoc merito placuit Theodoro, quæst. 12. ubi ait. *Memor. erat Gedeon mirabilium Dei, firmamque de Deo habebat opinionem, & meruit audire ab Angelo, proficiscere in robore fidei huius, & uincere.* Vbi fides, ibi fortitudo, ibi manus valida, qua hostes detumphet, prædæque capiat. Insuper miratur Daniel in Leonum lacum à Regis Satrapis, quibus inuitus Rex annuit, quod crederet Danielem à Deo suo posse liberari: & licet procurata famēs Leonum audissi-

mè expectasset pascua: tamen subito ad elæ præsentiam, quilibet Leo fit Tantalus Quid piura? Audite Tertu. *Tert.* aduersus G. 1011. *Danielem statim utiq; conclusa, & usitata feritas Leonum deuorasset, si Dary digna præsumptio de Deo falli potuisset.* Quid pulchrius? Tanta est certitudo, qua fidem Virgineam non fallendam Elisabeth auspiciatur, dū ait. beara quæ credidisti, quia perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino: etenim a Deo magna fides nequit repulsa pati. Vnde D. Ildeph. serm. 7. de Assumpt. sic Angelum memorat dicentem ad Virginem. *Non Ildeph.* expauescas partum Virgo, nec metuas, nec multum sis in experta formidans, tantum crede, & concepisti.

CAPUT IX.

De Mariæ de Deiparæ cantu apud Zachariæ domum.

Visa Maria exultauit Ioannes, cuius exultatio tota effusa est in Marianas laudes decantandas, quasi uniuersi gaudij sui & Deū, & Dei Matrem recognoscēs authores. Superior Maria suam animi exultationem, & immensum gaudium quo eius spiritus perfundebatur, uni Deo & Saluatori, Dominatori acceptum decitat. Quasi diceret Maria, vos cognati exultationis, & lætitiæ vestræ quasi authorem me laudibus magnificatis. Felix ego quæ nulli creaturatum refero acceptum meum gaudium. Exultat planè animum penè in part magnitudine gaudiorum & gratiarum, id tamen uni Saluatori meo, Dominatori que omnium, debitum recognosco, quare unum, & solum intus animi mei medullis magnifico, & laudo. Vnde.

(?)

[Text]

Text. Magnificat anima mea
Dominum, & exultavit spi-
ritus meus in Deo salu-
tari meo.

§. I.

Deus à magnitudine, qua fulget
in cælo, apparuit in Vir-
gine.

Elegantissime probat Theodo-
tus Ancyræ Episcopus, Mariam
ampliolem, & excelsolem esse sedē,
magnitudini Dei ostendendæ, quàm
cælum ipsum. *Sed obycis, inquit, magis
decebat, ut cælum ipse incoleret? Sed intel-
ligentis anime excellentiam consideres
venustam, que humani corporis constitu-
tionem contueare, unum hoc animal cete-
ris dominari, ac imperare posse demirare.
Iã dic obsecro uter præstantior est, seruus
ne, an dominus? necessitatis iugo subie-
ctus, an ab omni necessitate immunis? Pro-
culdubio regia hominis mens capa-
cior est, ut illa magnitudo diuina exhi-
beatur, quàm in amplissimo, & fulgē-
tissimo cælo. Hoc unum ab humana
mente require, quod vni, & soli Deo
se pandat, & cælo melius summam
Deitatis magnitudinem capiet. Quod
noscens Virgo aiebat? Magnificat ani-
ma mea Dominum, & exultavit spiritus
meus in Deo salutari meo. Omnia igno-
ro creata, vni Domino, & seruatori
animam, mentemque pando, & ecce
tibi in anima mea, in vtero meo sub
omni sua magnitudine claret, quia so-
lus ibi capitur. Hanc Marianam gloriã
Isa. 33. Isaias cap. 33. speculatus aiebat. Oculi
tui videbunt Hierusalem, ciuitatem opu-
lentam, tabernaculum quod nequaquam
transferri poterit. Nec auferentur clauis
eius in sempiternum, & omnes funiculi
eius non disrumpentur: quia solum ibi
magnificus est Dominus. Etenim vbi so-
lus Dominus est, qui dominatur Ma-
rianæ mentis, magnificus ibi, & valde
magnificatus apparet. Id quod clariùs
ostendunt Sept. dum legunt. Quia no-
men Domini magnum vobis. Hoc est iux-
ta D. Cyril. quia nomen Domini se-*

cundum suam magnitudinem ibi splē-
det, & sicut in amplissimo cæli spacio
demonstratur. Hinc pulcherrimè
D. Theodorus Studita ser. in Ioan. ait
de Verbo diuino. *Qui est super omnia,
& in sinu Patris manet, nesciētibus alijs
igneis ministris, tanquam aliud cælum
ingressus, in vtero semper Virginis Ma-
riae se patefecit.* Expendo quod altissi-
mus Dei filius se ipsum patefecit in-
grediens Virginis vterum, quasi aliud
cælum ingressus. Sanè non ibi minus
spatium magnitudini ostendendæ, ape-
riendæque adinuenit. Vt vel sic pateat
quàm doctè magnus Hilar, hom. 1. de
Ascens. magnitudinem Dei nascentis
è Virgine confert cum magnitudine
eiusdem ascendentis in cælum, dicēs.
*In illo die virginis templi, in hoc cele-
stis regni secreta patefecit.* Enimuerò si-
cut magno sublimique Deo ascendē-
ti compagum cælestium magnitudo,
murorumque sublimitas patuerūt, sic
nascenti magno, sublimique Deo am-
plitudo apparuit templi virginis, vbi
sub tam incredibili magnitudine se
Deus recepit.

Theodo-
Stud.

Text. Quia respexit humilita-
tem ancillæ suæ.

§. II.

Abiectiones, & contemptibilia
mundi ingentes gloriæ fru-
ctus pariunt ex
Deo.

Merito ancillule vilitati, & abie-
ctioni tribuit Maria quos fructus
in se ex Deo parturiri præsentit. Is enim
est diuinus oculus, qui de stercore subli-
mitatem educat pauperum. Exodi 26.
dixerat Dominus; *respiciam super vos,
& augebo vos* Quorum verborum ex-
plicationem pulcherrimè tractans D.
Cyril. Alex. lib. 16. in Leuit. ait. *Respi-
ciam ergo, inquit, & augebo vos, tanquã
si Sol respiciat segetem & afferat fructu.*
Quippe

Psal. 112
Exo. 26
Cyril.
Alex.

Lib. I. Caput Nonum.

Quippe ad Solis aspectum virides efflorescunt campi, sed cito marcescunt floribus, nullus inde legitur fructus: at verò seminibus arua facta, & luto, siue stercore horrida de solis aspectu mille parturiunt segetes, mille dant agricolis vsuras laborum. Sic omnis carnis gloria, superbus, & aureus splendor, sicut flos agri, diuinis sub obtutibus marcescit, verum vbi diuinus oculus seruulorum suorum vilitates respicit, & abiectiones, quis numeret ab illis ortas segetes gloriarum immensas?

Chrysof. Huc attendebat Chrysof. hom. de Cæconato, notans mundialia euauisse decora, quādo exaltata sunt abiecta Christianorum. *Quid pro fuit, ait, idolis, etiā eorum qui non sunt, adoratio, templorū amplitudo? Quid vero martyribus obfuit vilitas sepulchrorū? Nonne dedecus inustum est errori in amplitudine, & in humilitate res martyrum sunt exaltate?* Ecce florida Idolatrię spectra ad Dei cōspectum euauere, & vilia seruulorum

Matth. Christi ingentes parturiunt fructus glorię. Non immeritò apud Matth. cap. 12. notantur loca, per quę ducat Iesus discipulos suos, ait enim: *Abijt Iesus per sata sabbatho.* Cur per sata? Sane vt ostenderet discipulos suos instar satorum de stercore, & abiectionibus horrentium, sub diuinis oculis fructificare.

Amb. Id quod attigit D. Amb. lib. de Isaac, cap. 6. *fatus. Iesus in sabbato duxit per seminata discipulos. Moyses per desertum duxit populum Iudaorum. Christus per seminata duxit, quia per passionem eius desertum floret vt lilium.* In deserto floridos inuenies agros, amanos lucus, in feminatis solum vides stercoreis horrores, aratri scindentis furculos, & tamen à deserto sterilitas, à feminatis diues fructus nascitur. Sic defatorum more, Dei seruuli per passionum horrorē, per vilitates, & abiectiones mille fructus ex oculis diuinis trahunt. Hinc rediuius Sol diuinus, & è sepuchro egrediens, imbecilliores areę suę glebas prospexit, vt per illorum imbecillitatem, amplius radiaret efficacia eius gratiæ. Quocirca ait Chrysof. hom.

Chrysof. 38. in 1 ad Corinth. 15. *Petrus cum Christi discipulum se esse negauit, quominus reiectum se putaret præ ceteris, hęc conspe-*

ctu suo dignatur Dominus. Eadem causa propter sexus imbecillitatem, Saluatoris gratiam primò mulier, & nascentis, & resurgentis sensit. Proh, quā trahit infirmitas oculos Saluatoris, vt ex illa ingentes faciant glorias pullulare! O ama dimitti, ama sub Dei potenti manu vilescere, & pro nihilo reputari vt dum sub humilitatis stercore videaris à diuinis oculis, in æternam sublimitatem erigaris. Itaias 6. ingentem Dei notans maiestatem ait. Et ea quę sub ipso erant replebant templum. Ad quod D. Bern. let. 2. ait. Fuit quippe in Angelis qui diceret Ponam sedem meam ad Aquilonem. Miser ille qui sine Deo esse maluit, quā sub Deo, miseri illi qui videntes sursum currerunt cum eo. Exierunt infelices, & vacuus relictus est locus, quem accipiet alter. Nonne Deo subiecta eris anima mea? Alioquin nec tibi locus erit in templo, quia quę sub ipso erant replebāt templum. Ecclix Maria, quę etiam dñ aliquo modo supra Deum eleuatur, quando Mater Dei efficitur, mavult sub Deo esse, & ad vilitatis natiuę sterminus recurrens, sese præparat, vt sub diuinis oculis, ingētes hominum glorias parturiat.

Itaias 6

Bern.

S. III.

Obedientia hominem reddit dignum, qui Dei oculis appareat.

Singulari prudentia Virgo Mariatri sicut humilitati Ancillæ, quod fuerit à Deo prospicere. Vna enim forma serui obedientisque Ancillæ ad se rapit Diuinitatis oculos. Sic Abrahamū vsque ad filij internecionem Deo obedientem meditatus D. Zeno pulcherrimè exclamat. *O nouum spectaculum ac vere Deo dignum! Quod vel ipse Abraham præcognoscens, ex ostensione suę obedientiæ, loco nomen imposuit, vt mavult Hieron. vt dicatur, Dominus videbit. Quasi nihil in terra pulchrius, nihil elegantius inueniri possit, quod diuinis exhilaret oculos, quā vel vmbra*

Zeno.

bra obedientis hominis. Huc retulit
 3. Reg. 17. Athan. D. Athan. illud Eliz: *Vivit Dominus in
 cuius conspectu sto.* Etenim ait in vita
 Athan. Antonij. *Non computabat Elias prae-
 ritum tempus, sed tamquam quotidie in
 certamine positus, talem se praeberere cupie-
 bat, qualem sciebat Dei dignum esse cons-
 pectibus, puri cordis, & preparatū obedi-
 re voluntati eius.* Hinc cernis quāvtili-
 ter Deus tot dederit leges populo Israē-
 litico: nec enim erat vllus vasculus in
 domo Sanctuarij, de quo non habe-
 rent plures observationes, vt ne ma-
 num extendere liceret sine observa-
 tia legis, & religione. Cur tot leges? tot
 caeremoniae? An vt ex illarum custo-
 dia semper diuinis versarentur obtuti-
 bus? Ita Tert. 2. contra Marc. dicens.
 Tert. *Deus in lege assignanda ipsorum vasculo-
 rum curam distinxit, vt istis legalibus
 disciplinis occurrentibus ubique, nullo
 momento vacarent à Dei conspectu.* Sa-
 nè vir obediens, cuius oculi, sicut oculi
 ancillae in manibus dominae suae, intē-
 tos sibi reddet oculos diuinos, neque
 ad horam illum fugiet Dei cōspectus.
 Isa. 60. Ita apud Isaiam cap. 60. loquitur Do-
 minus. *Super quem respiciam, nisi super
 humilem, & mansuetum, & timentem
 verba mea?* De quo D. Chrysol. serm.
 Chrysol. 143. inquit. *Audi Dominum dicentem,
 supra quem respiciam nisi super humilem
 & mansuetum? quantum mansuetus est
 ille, qui iussis obtemperat, immansuetus
 tantum est ille qui iussa discutit.* Igitur
 qui iussis obtemperat, is ad se rapit ocu-
 los diuinos: is à Deo vnicē respicitur,
 diuinisque astat haud ingratus obtuti-
 bus. Iam noui quo merito Magdale-
 na, dum soror domesticis insudat, ipsa
 sub oculis hærebat diuinis: ait enim Lu-
 cas 10. *Ipsa sedens secus pedes Iesu, audie-
 bat verbum illius.* Audiebat, inquam,
 illius verbum parata protinus obedire
 siue active, siue contemplatiuē instare iu-
 beatur. Cur quæ sic obediens dicto e-
 rat ab oculis diuinis arceretur? Sanè in
 conspectu Dei fixa erat, quam promp-
 ta obedientia commendabat. De hac
 Magdalene obedientia ait Dominus.
*Maria optimam partem elegit, qua non
 auferetur ab ea.* Quæ hæc optima pars,
 nili indifferens obedientia, qua in Dei
 stabat conspectu? Ita D. Bern. serm. 3.

de Assumpt. fatus. *Vnum arbitror è duo-
 bus: vt aut de electione Maria laudetur,
 quod pars ipsa, quantum in nobis est, sit
 omnibus elligenda; aut certe vt neutrum
 dicatur de fuisse, neq; in partem quam li-
 bet præcipitasse sententiam, sed ad obediē-
 tiam præceptoris ad vtrumlibet sit para-
 ta.* Non aliter secus pedes Iesu sedet,
 non aliter diuinis oculis astat, quam
 parata obedire, siue ad frequens mi-
 nisterium, siue ad contemplationis
 quietem mittatur. *Quis enim sicut Da-
 uid fidelis ingreditur, & pergens ad impe-
 rium Regis? Denique paratum, inquit,
 cor meum, paratum cor meum non semel
 tantum, sed & secundò, & vacare tibi, &
 proximis ministrare.* Hinc Maria Vir-
 go pensat sua merita, ob quæ oculis di-
 uinis placeret, nimirum ob obediē-
 tiam quatenus sicut oculi ancillæ in
 manibus Domine suae, ita Mariae o-
 culi ad Dominum Deum nostrum.

Textus. *Ecce enim ex hoc bea-
 tam me dicent omnes genera-
 tiones. Quia fecit mihi
 magna, qui potens est
 & Sanctum no-
 men eius.*

III.

*Dei oculi firmitudinem in bonis
 conferunt.*

Quam pulchra argumentatrix est
 Virgo Maria! ex eo quod à diuinis
 oculis respecta sit, infert: ecce enim ex
 hoc beatam me dicent omnes genera-
 tiones; quasi æternam in bonis suis fir-
 mitudinem augurans. Equidem neuit
 Sol lutum durare, & solidare, sic verus
 iustitiæ Sol vbi respicit clemens, luteis
 hominum cordibus petrarum indit fir-
 mitatem. Simon non dum Petrus, ac-
 cessit ad Iesum, Ioan. cap. 1. *Intuitus
 autem eum Iesus dixit, tu es Simon filius
 Ionæ, tu vocaberis Cephas quod interpre-
 tatur*

Ioan. 1.

I a tatur

Lib. I. Caput Octauum.

§ V.

Marianum nomen fere celebritate contendit cum Dei nomine.

Non solum ab Elisabetha, sed ab omnium fidelium generatione predicandam suam gloriam Maria auguratur, ex eo quod sanctificata supramodum sit, ab eo cui est potestas maxima, & nomen sanctum. Supradicta verba sic explicat Theophilus. Ast cur propriæ celebritatis rationem, & causam refert Maria beneficijs acceptis, non solum a potenti, sed singulariter ab habere nomē sanctū? An ut sui nominis claritatē, & celebritatē ex diuini nominis similitudine cūmēdaret? Vnde Petrus Damianus debet Mariano nomini celebritatem pulcherrimē explicabit, s. m. de Anunt. fatus. Sollicitus erat pater cui filium mitteret generandum, quæ vocaretur mater digna tanto infante, & statim de thesauro Diuinitatis *Mariae* nomen euoluitur, & per ipsam, & in ipsam, & de ipsa, & cum ipsa totum hoc faciendum decernitur. Expendo illud de thesauro Diuinitatis *Mariae* nomen euoluitur: quippe in mundialibus Regijs, & est commune penu, ex quo singuli ministri, & vestes, & ornamenta nascuntur; & vltimus est regius thesaurus vbi solum asseruatur ea, qui regalibus personis sunt in usu. Quod si princeps aliquem velit honorare ministrum ex regio thesauro, illi vel vestem, vel ornamentum donari iubet. Quo munere, nullum honorificentius expectari a Rege posse, Amat suggessit Allucro, A Ester cap. 6. Hæc de ornamentis apud mundiales Regias distinctionem cogita apud celestem: Hierusalem de nominibus gloriosis Sanctorum. Sanè commune penu est apud Deum, quo gloriosa nomina iustorum asseruantur, & ideo iubet Dominus per Lucam gaudere discipulos, quod nomina sua scripta sunt in caelis. Præterea regius est thesaurus, vbi occluduntur diuina nomina, propria diuinis personis, & quam sint diuina nomina abscondita, thesaurisque asseruata

tatur Petrus. Qui modo Simon iam Petrus, qui modo luteus fragilisque homuncio, iam petreæ gaudet soliditate. Vnde hoc videre licet in his; intuitus eum Iesus, de quo Origin. in Ioan. 5. dicit. Potuit Simon eo quod Iesus in eum intuitus est, eod usque stabiliri, ut ab opere stabili, firmoque cognomen traheret, & Petrus vocaretur. Sic Dei oculi firmant, & stabiliunt mentes humanas. ut a Dei oculis in petrarum soliditatē transeant. Præclarè Isaias vbi se ante oculos vidit diuitios ait, cap. 6. Ecce ego, mitte me: quæ verba sic transfert D. Basil. ibi. Ecce ego sum; mitte me, Proh Deus immortalis? vilis homuncio dicit, ecce ego sum? Non ne hoc est nomen proprium diuinitatis, firmissimæque essentiae Dei? Vnde homo natus eam fiduciam, qua sibi diuinæ essentiae attribuat firmitatem? Sanè dum ad Deum loquitur, dicens, Ecce, quasi eius se presentans oculis, statim fudit de essentiae firmitate. Quod innuens D. Basil. ait. Ecce sum ego, fiducia iam fretus, quasi particeps illius essentiae, se ipsum annumerat his, qui in consortium venerant illius essentiae. Hanc in se ab oculis diuinis firmitatem dilapsam nouerat Dei a matrix, Cant. 8. vbi ait. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo. Septuag. in oculis eius, quasi pacem reperiens. Quasi totam murorum firmitatem diuinis oculis acceptam referat. Inde Matth. 8. Apóstolicae nauis fluctuationem corefert, quod Christi oculi clausi somno essent, ait enim, ipse vero dormiebat. Vbi D. Hilar. fatur. Ecclesia, intra quas verbum Dei non vigilauerit, naufrage sunt: non quod Christus in somnum relaxetur, sed quod somno nostro consopiatur a nobis. Ergo oculi nostri semper ad Dominum, ut ipse tuos miseret cordet ad nos inclinans, & tertium duraturas gratias animis nostris indat.

Origin.

Isai. 6.

Basil.

Math. 8.

Hilar.

Theoph.

Damia.

Luc.

Exod. i. ta ostendit illud Exod. i. *Et nomen meum Adanas non indicavi eis.* Id enim, ut vni Deo proprium in diuinitatis arcano thesauro occultabatur. Ergo Maria nomen non ex comuni penu, non ex nominibus iustorum scriptis in celo, quibus maxime quisque beatorum decoratur, sed ex diuinitatis thesauro, ex arcantissimis quibus ipsa vitur Deitas, euolutum est, ne miretis, quod diuini nominis amuletur claritatem.

III. SE.

VI.

*Maximam filius Dei fortitudine,
Et potentiam ostendit, dum fa-
mine quasi coadiutrici cre-
dit magnalia Incar-
nationis.*

DE l'erga se potentiam exaltat Maria, dum ait, *fecit mihi magna, qui potens est.* Miranda maxime facinora fecit Deus in celo, & in terra, quibus suam potentiam exaltaret; liberato Hebræo, Ægyptium submersit, manna pluuit ad vnus militis vocem celestem militiam stare iussit, medijs flammis roscidos adolefcetes custodit, & his præter missis, in hoc vno se iactat diuina potentia, quod vni se credat femine, quod in vterum Virginis intubilibiter descendat. Et quidem antiquum erat, & paruum illud diuine potestatis elogium, nimirum, *manes sceleris fluxerunt a facie Dei Iacob.* Maius sine dubio est diuine potestatis miraculum, quod cera, sicut, mons firmetur ad gressum magni Dei Iacob. Sic suppet D. Cyril Hieros. Orat. de Occur. Domini, vbi hæc verba dat. *Qui omnibus cali portas patefecit, ætusque in cruce sepulchrorum ostia aperuit, & æternas illas inferorum portas contriuit. Matris tandem Virginis claustra admiranda virtute conclusa seruaquit.* Hæc alle, quibus pondero: post rot portas, vellesque contractos, inde admiradam Dei virtutem commendat, quod virginis Mariæ claustra, admiranda

Cyri.
Hier.

virtute conclusa seruaquit. Cuius facies motes contriuit, & velut ceram liquauit, liliatam pudicitie vallem in Maria in regnum nouit æternare. Proh Dei virtutem mirabilem! Nonne stragnum hoc, in Mariam, Dei facinus? Sed accipe matris, nimirum quod feminae coadiutrici totam reparationem generis crediderit hultrani. Imperum hominis in vniuerso orbe terratum firmaturus Dominus mulierem. Admo adutricem addidit. Proh dolor! Vnus mulieris fallacia imperium hominis corrumpit, & totum Dei opus, si quo alio facinore, hoc vno feminae opere labauit. Quid tunc Deus? Femineum ingenium, & statum abominatus, maledictis feminas multauit a paradisoque exulare fecit? Cur ergo hominem reparaturus non sibi cauet a femina? Cur impavidus mulierem iterum adit? Fortis est Deus, nil quod timeat habet. Numer. 16. cum Deus iratus in Core, & Dathan, & Abirō, vniuersam Hebræorum nationem euertere tentauit, Moyses, & Aaron steterunt: & ut Deū placaret, sic eius fortitudinem maximam obijciunt. *Fortissime Deus, num vno peccante, contra omnes ira tua de se uict?* Hoc clumbi, pussillanisque homunitionis propriissimum, quod propter vnus errorem, in omnem generationem exardescat, quasi ex vno suspectos omnes habeat, ab illisque sibi timeat, & exardescentem iram suam nesciat frænare. Non sic qui magnanimi, fortesque sunt, quæ & se temperare norunt, & alios timere nesciunt. Ergo Deus qui omnium fortissimus est, fortitudinis suæ illud prodit indicium, quod etiam peccante femina, & regium euercente opus, iterum ad feminam recurrit, cum totum humane reparationis consilium, quasi optimæ coadiutrici fidit. Hinc D. Zeno. serm. 2. de Nat. ait. *Exultate femina, promotionemque vestri sexus agnoscite, culpa deleta veteri. Ecce per vos iungimur celo, anus peperit argentum, & virgo Deum. Hic est Deus noster qui dignitate interim seposita, non tamen potestate, &c.* Longiorem Zeno producit sermonem, nobis id satis est, quod feminae crediturus humani generis excitationem, ipse Deus adest dissimulata

Num. 16

Lib. I. Caput Nonum.

lata dignitate, non tamen potestate: quippe qualiter disimularet potestatis lux ingens robur, quid muliere videas opus iuam prostratum, & deiectum, iterum mulierem conuenit? Qui matrimaledicēs, dolores, & arumnas mimitatur, filiam adit, & de caelestis roris benedictione cumulat? Qui parentes à paradiso exturbat, & prolem sibi in matrem acciscit? Magna hæc in Maria sunt, in quibus necessum est, ut incredibilis Dei potentia pateat. Similem Dei potentiam exaggerat Tertul. co quod, extiturus cum fuerit Marcion hæreticus nanclerus, adhuc Iesus ad naues accedat, ut discipulos sibi quærat è nauibus? Sic enim ait lib. 4. *Affectauit de nauicularionum collegio allegere; habiturus quandoque nauclerum Marcionem.*

Tertul.

J. VII.

Deus hominibus veris res præstat, ab illisque sola nomina accipit.

Magna suscepit à Deo Virgo, ait enim, fecit mihi magna qui potens est, & quid pro magnis his Deo reddit? Redditur à Virgine Deo confessio illa, & *Sanctum nomen eius*. Equidem nouit Deus bona dare hominibus, dare inquam, res, solidasque glorias, à nobis autem sola nomina, nuda nouit vocabula accipere. Moytem, & Eliam cum Iesu colloquētes in Thaboris gloria notans Tert.

Tertul.

lib. 4 contra Marc. ait, *Quid tam Christus creatoris quam secum ostendere prædicatores suos? Cum eis gloriam suam communicare à quibus Dominus gloria nuncupabatur?* Hoc diuinissimi Christi, summi Patris filij propriissimum, quod pro nūcupatione gloriosi nominis, ueritatē suæ gloriæ communicet, quod res gloriæ tradat suis, & nomen gloriæ ab illis accipiat. Memini D. Isidorum Pelus. lib. 3. epist. 131. sic seruorum Dei gloriam extulisse *Opere pretium est, relictis bonorum nominibus, ad res ipsas cō-*

Isid. Pel.

tendere. Regnum enim, & opes, ac gloria, nomina quedam sunt apud exteros; res autem apud Christianos. Quæ admodum etiam contra, dedecus & mors & paupertas apud nos vocabula sunt; res autem apud illos. Ex quibus illud ego addiderim, quod iam dixi, nimirum quod regnum, ac gloria accepta Deo ex hominibus, nomina etiam sunt apud Deū, res autem apud Dei seruos. Malè ergo cum accipis à Deo gloriæ res, nō reddis illi gloriæ nomina insignia. Hæc in Adamo peccatore Deus maximè desiderauit, quando condonaturus si resipisceret, vocabat, Adam ubi es? Ad quæ ille: *Audiui uocem tuam, & timui.* Vide quam sese rusticum in respondēdo exhibeat, quod notans Lyppomanus ait. *Sine honoris præfatione, & cognomine, sine digno epitheto Deum alloquitur. Vocem, inquit, tuam audiui, non addit Clementissimè Deus, & creator me.* Largus in accipiendis à Deo beneficijs, auarissimus in reddēdis Deo nominibus. Crediderim hæc etiam à serpente rusticitatem ebibitam: etenim Diabolus interroganti Deo Job. 1. *Vnde uenisti?* ipse solum respōdit, *Circūui terram, & per ambulauit eam.* In quem merito irascitur Chrysof. hom. 2. *fatuus. Superbus, & tumens, neque sui locum, & statim sciens, neque interrogantis dignitatem, dicit circumui terram.* Plane rusticus, ac superbus, qui quæ solum dare potest nomina gloriæ, ea Deo eripiat. Humilis, & comes Maria uel tunc maximè cum Deo grata, illi reddit gloriōsa nomina, & illustra, dicens, quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctū nomen eius.

Gen. 2.

Lyppom.

Job 1.

Chrysof.

Text. Et misericordia eius à progenie, & in progenies timentibus eum.

J. VIII.

Misericordia Dei fecundissima, per omnes generationes, sed ubi est Dei timor.

Fecundissima res est misericordia dauna, contendit cum humanis generatione-

nerationibus, à proge-
 nies extenditur: sed si habeat sociū ti-
 morem Dei. Id innuit Psal. 28 *Vox Do-*
mini præparantis ceruos, siue vt ex Hæ-
bræo. alij reddunt: Vox Domini parturi-
re faciet ceruos. Quippe natura diffici-
 les ad partum ceruū, cum tonitruum
 timore percelluntur, maturos iam fæ-
 tus parturiunt; sic vbi timor Dei adest,
 per generationes & generationes mi-
 sericordiana Dei multiplicat. Hinc est,
 quod sterilem socium, iā iā igni appll-
 candum, vt reuiuiscere, & fructificare
 faciat bonus latro, dolens quòd iuxta
 misericordie fontes pereat, timorem
 suggessit, dum ait Lucæ 23. *Neque tu*
times Deum. Quod sic expendit D.
 Chrysol. hom. de cæco nato. *Alter*
probus inuenitur, in iudicio reus, in cruce
iudex, sed & timorem docet. Prima enim
vox latronis ad sociū latronem hac fuit.
Neque tu times Deum. Et merito in li-
 gno sterili, & arente etiam iuxta mise-
 ricordie apertos fontes polito, vnum
 timorem Dei desiderauit, de quo pos-
 sit in vitam æternam fecundari. Nihil
 mihi credet sic fecundat animos, sic
 munus, sic virtutes eorum æternat, vt
 Dei timor. Sic ex Dinæ historia, pro ti-
 more exclamat Cellensis Abbas lib.
 de panibus cap. 14. aicens. *Noli filia Ia-*
cob, noli sine fratribus exire ad mulieres
regionis huius, quia Leu est in via, Sichen
filius Emor ardens concupiscentiatui. Sal-
tem Simeon, & leui id est timor præsen-
tium, & futurorum pudicitie tue sem-
per assistant protectores, & ultores, ne ra-
piaris, ne blanditus delinita in confusionē
nobilitatis tue prostituaris. Nemo nos
 à paterna Dei amore rapiet, nemo
 nos diuinæ misericordie auferet; imò
 hoc vno timoris Dei affectu replebi-
 mur omnino sanctitate. Quid dixisse
 miraris? An nostra maior quam Chri-
 sti Domini capacitas? Ergo vide quo
 Christus repleatur, Isaia 11. *Requiescet*
super eum Spiritus Domini, Spiritus sa-
pientie, & intellectus, Spiritus consilij,
& fortitudinis, Spiritus scientie, &
pietatis, & replebit eum Spiritus timo-
ris. Quid pro timore dignius? Cui sa-
 pientia, pietas, fortitudo, & aliæ ad
 sunt virtutes, hunc replet timor. De
 quo vide quam se ipse diuinus timor

iaestet apud Guillelmum Paris. lib. de
 moribus, tract. de tim. *Sunt & aliæ ma-*
gnificæ laudes meæ, inter quas & illa est
eximia, quod ipsum Christum Dominum
apothecarn omnium gratiarum, imò fontē
omnium virtutum replere diuus sum.
Cum enim alijs datum sit in illo requies-
cere, solum, replere eum ab Spiritu sancto
mihî tributum est. Ita enim ibi dicitur, re-
quiescet super eum spiritus sapientie, &
intellectus, & ita de alijs. Deinde dicitur
est, replebit eum Spiritus timoris Domi-
ni. Nec mirum, cum ego plenitudo sapien-
tie sim, cum sim ipse Dei thesaurus. Quid
ergo decuit magis implere illum, in quo
sunt omnes thesauri sapientie, & scientie
Dei? Hec ille pulchrè de Dei timore
nobis donauit: Inanis ille, & vacuus
erit, qui sine Dei timore vixerit, quem
si habueris, plenus es, fellicissimus es.
 De Iob dicitur quod vacuatus omni
 substantia, de hac diuini timoris pleni-
 tudine gaudebat. Sic D. Zen. lib. 2. ser.
 16. ait. *In sterquilinio fetido, scaturiente*
vermibus Iob sedet, quasi nihil passus, sed
solo Dei timore contentus. Cur non esset
 contentus eo Spiritu, qui corda huma-
 na potis est replere? Enim verò Dei ti-
 mor antecambulo est omnigena misere-
 ricordie, fauorisque diuini; vnde ex ti-
 more à Deo incusso sic documentatur
 Chrysol. hom. 6 ad Romanos *robis ipsi*
castigare vellet, & malorum experientia
non tot diebus vos timori tradidisset, cum
enim punire noluerit, terret. Quoniam si
puniturus esset, timor esset superfluus V-
bi ergo præmittitur timor, non suppli-
cium, sed Dei fauor expectetur. Sic cū
 Maria Luc. 2. turbata est in sermone
 Angeli, diuini fauoris in gentem in illa
 capacitatem meditatatur D. Chrysol.
 ser. 143. aicens. *Quod per Angelum Deus*
mandat, ille meretur scire, qui timet sci-
re. Audi Dominum descendentem, super quē
respiciam, nisi super humilem, &
mansuetum, & trementem
verba mea. De Dei ti-
 more sæpè alias.

Zeno
 Chrysol.
 Crysol.
 Isaia 60

Guiller.
 Paris.

Lib. I . Caput Non um.

Text. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

S. IX.

In eo maxime Dei ostenditur potentia, quod superborum mentes in humilitatem transformet Christi.

Cum ab extenta Dei manu vel à globo eius digito superbissimos Aegyptios nouerim dissipatos, imò superbiz omnigenaz patrem Luciferum è cælo deurbatum, & terræ visceribus sepultum: quæ erit ista laus brachij Dei fortissimi quod superbos supplantet? Adde in præsentî brachium Dei esse filium Dei, qui fortissimum Dei brachium frequenter in sacra pagina appellatur, quod Incarnatione extentû acras potestates debellauit. Qui ergo ex superbis triumphus decebit magis diuinum brachium, nempe filiû Dei hominem? An quod verè, & propriè ab illo superbissimi thyranni fuerint enecti, mari terræque sepulti, ignibus addicti immortalib? Sane ad hæc perpetranda non desiderabatur potentia tanti brachij, quando vel spiritu oris sui interficiet impiû, & thyrannorum maximum. Vbi autem fecit potentiam in brachio suo, quid maius speratur; nimirum quod dispersit superbos mente cordis sui. Hoc est quod superborum mentes salubri contritione transmutterit in humilitatem. In hoc maxime eluxit potentia filij Dei, hoc fuit illius opus, hic labor totius incarnati Dei æconomiz, Huc spectauit Psal. 28. *Vox Domini confringentis Cedros, & comminuet eas, tanquam vitulum Libani.* Cuius explicationem libenter capio à Richard. Vict. dicente. *Verè hac mutatio dextera excelsi, rigore Cedri contere, & ad similitudinem vituli Libani, id est qualibet tumida cor-*

Beda.
Theoph.
Orig.
Gregor.
D. Tho.

Psal. 28.

Richard.
Vict.

da inclinare ad imaginem humilitatis Christi, qui attritus est propter scelera nostra, non propter peccata sua. Hæc inquam, est mutatio dextere excelsi: hoc opus dignû laudatissimi brachij Dei, quod proceræ illæ arbores, quod superbi & elati homines, aude & enixament nesciri, & pronihilo reputari, à Domino factum est istud. Quâ diuini brachij potentiam ostendit, illud de Christo Domino à Iacob Gen. 39. de cantatum, scilicet, *quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.* De quo pulchre Tertul. lib. 3. in Marc. ait, *Taurus ob utramque dispositionem alijs ferus, ut iudex, alijs mansuetus, ut Saluator, cuius cornua essent crucis extrema. Has denique virtutes crucis, & hoc more cornutus uniuersas gentes & nunc ventilat, per fidem auferens à terra in cælum, & tunc per iudicium ventilabit auferens à cælo in terram.* Hæc ille, de mira Christi fortitudine in conuertendis, siue evertendis superbis. Vbi expendè, quàm facile evertat Deus superbissimos quosque, nimirum qua facilitate quis graue aliquod à cælo in terram dimittit, ac vt ad meliorem frugem conuertat, ita genti fortitudine eget, quia grauissima corda deorsum vergenda, & renitentia à terra in cælum ventilanda sunt. Hæc D. Leo ser. 8. de Pas. ait. *O admirabilis potentia crucis! In qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim omnia ad te, & vix expandisses tota die manus tuas, ad populum non credentem, & contradicentem tibi, confitenda maiestatis tue sensum totus mundus accepit.* Proh extenti diuini brachij potestas, quæ grauissimas, renitentium mentes, ad superos vsque facis reuolare! Nunc teneo Saluatoris triumphos Ezechieli monstratos, cuius triumphalis currus sub iugis, bouis, Leonis, & hominis volitantia corpora cernebantur, quasi ea Saluatoris denotetur potestas, quod ponderosas mentes, corda peccatorum graua, & deorsum vergentia, ad tranandum Æthera perpeti nobilitet ala. Vt verissimè dicat D. Bern. ser. 19. in Cant. *Multum laborauit in eo Saluator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis author assumpsit. Illa, dixit, & facta sunt, mandauit, &*

Gen. 39.

Tertul.

Leo

21. 3.

Bern.

uit, & creata sunt, at vero hoc, & indi-
 Etis suis sustulit contradictionem & in
 factis observatores, & in tormentis ex-
 prabratores. Quas contradictiones, &
 iententias non experiretur, quæ bo-
 bes, & Leones ad luperos miteretur ve-
 tilare? Sed & hos in exelum ventilavit,
 & per astra fecit volare, quo eius bra-
 chij potestas maxima explicatur.

J. X.

*Christus Dominus redempturus ho-
 mines, sibi labores, & opprobria
 omnia, præoccupavit.*

EA est regalis brachij potestas vt si-
 bi speciosa omnia, & vtilia in pri-
 mis occupet: venient enim Regi sta-
 tim alimentata præoccupantur, profectu-
 ro comineatus itagnantur. Rex autem
 Christus homines redempturus accen-
 dens, in eo pientissimi brachij sui ostē-
 dit potestatem, quod labores, & oppro-
 bria cuncta sibi præoccupavit. Suffixo
 iam cruci Domino dicit Matth. capit.

Matth.
27.

*Tunc crucifixi sunt cum eo duo latro-
 nes, unus à dextris, & unus à sinistris.*

*Prætereuntes autem blasphemabant
 eum, mouentes capita sua. Nullus præte-
 reuntium latronibus molestus erat, ne-
 mō illis nota furta, & homicidia im-
 properabat: cur hoc? sane potentissi-
 mus Rex Iudeorum impropria omnia,
 & opprobria vni sibi tunc tempo-
 ris præoccupauerat. Id nobis notatū*

Isid. Pe-
lus.

*dedit D. Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 130.
 fatus. Pēdebat, quippe in pasubulo, me-
 ntiliano tempore, atque in metropoli
 tana vrbe, ac maximo festo, in quo ne-
 minem fuisse, verūmīle est, qui non
 interesset. Quin etiam alij cauillis in eū
 iudebant, alij plātus ipsius lancea feriebat.
 Atque in eos quidem latrones, qui vna cū
 ipso in crucem acti fuerant, nihil tale per-
 petrabant. Et quidem probra omnia vni
 sibi Dominus tunc temporis reserua-
 uerat, ipse solus pro omnibus oppro-
 bria pati volebat. Memini apud Ioan-*

Ioan. 2.

*cap. 2. Dominum ad nuptias iuisse, itē
 passurum Hierosolymam ascendisse;
 at eū de nuptijs agitur, dicit, Erat Ma-*

*ter Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus,
 & discipuli eius ad nuptias. Verum vbi
 ad Hierosolymam veniendum erat, so-
 lum ait. Ascendit Iesus Hierosolymam.
 Iesus dicitur ascendisse, non discipuli,
 an quia discipuli non ascenderunt cum
 Iesu? Absit: imō simul & Iesus, & disci-
 puli ascenderunt Hierosolymam,
 paulo enim post vbi Iesus negotiato-
 res a templo abegit, dicit Ioannes, &
 mirati sunt discipuli: ascenderunt ergo
 cum Iesu discipuli. Sed iam scire cu-
 pis, cur ad nuptias simul Iesus, & disci-
 puli dicantur iuisse, in Hierosolymæ af-
 censu prætermisissis discipulis, solus Ie-
 sus ascendisse prædicetur? Sane in nup-
 tiali conuiuio leuamen aliquale erat,
 quod etiam permittit Deus suis disci-
 pulis, at apud Hierosolymam omnia
 dura manebant, crux, verbera, oppro-
 bria, quorum apudissimus Iesus omnia
 vni sibi præoccupauerat, & sic suis se
 infoderat discipulis ad patiendum, vt
 vnus ipse & solus videretur inter labo-
 res esse vt solus illos potiat. Ab hac
 stat sententia Orig. tom. 21. in Ioan.
 aienis. Obseruandum est Matrem Iesu
 dici adesse nuptijs, vocatumque fuisse
 Iesum eū discipulis, neminē vero præ-
 ter Iesum nominari Hierosolymā ascē-
 disse. Viderique discipulos etiam ad-
 fuisse, quandoquidem recordati sunt
 scriptū esse, zelus domus tuę comedit
 me. At fortasse in singulis discipulis erat
 Iesus Hierosolymam ascendens, quo cir-
 ca non dictum est, ascendit Iesus Hieroso-
 lymam, & discipuli eius. Et quidem in
 subeundis laboribus vnus Iesus exhibe-
 tur, vnus est Iesus qui patitur, sibi labo-
 res, & sudores reseruans, gaudia & tes-
 ta permittens & reliquis.*

Orig.

Reuoca in memoriam maternam
 illam Charitatem Rebeckæ, qua filiū
 Iacob cęlesti benedictione approbat,
 & cū ille timeret, ne pro benedictione
 maledictio sibi obueniret, ait illa Ge-
 nes. 27. *Ime sit ista maledictio; fili mi.*
 Quæ verba ponderans D. Isidor. Pelus.
 lib. 2. epist. 58. inquit. *Rebecca apostolica
 vt sic loquar, animi magnitudine prædi-
 ta, imprecationem suscipere minime du-
 bitauit, vt ipsius filius benedictionem con-
 sequeretur. At que bonis quidem ipsi cede-
 bat: mala autem ipsa sola sufferre parata*

Gen. 27.
Isid. Pel

erat,

Lib. I. Caput Nonum.

erat, dicens, in me fit ista maledictio, fili mi. Ecce modo non Rebecca amorem, sed diuini brachij validam, & ardentem charitatem: qui in cruce extensus, & confusus, imò pronobis maledictus factus, imprecationem suscipere minime dubitauit. Atque bonis quidem discipulis, & omnibus hominibus cedebat, mala autem, nimirum maledictionis pristinae partus tribulos & spinas, dolores, & nuditates ipse solus sustinere paratus erat. Proh charitas Christiana prodiga in bonis dispartendis, avarissima in malis sibi reseruandis! De alatis illis Cherubinis apud Ezechielem cap. 1. dicitur. *Due penne singulorum iungebantur, & due tegebant corpora eorum.* Quippe in Christianis affectibus hæc duo licet obseruari, & quod beneficentia alæ extensa sint ad alios, & quod arumnas, & dolores sibi vni referuet Christianus. Sic D. Greg. magnus hom. 4. in præsentia, ubi dicit. *Sanctorum penne coniunctæ sunt amor, & spes; due verò penne, quæ corpora contegunt singulorum, & sibi met ad alterum coniunctæ non sunt, timor, & penitentia.* Volare faciat Christianus bona sua ad alios, at timores, & poenas vni sibi velit habere, si summam charitatis pertingere amat. Hanc charitatis summam pulchre insinuat D. Isidor. Pelus. in duobus fidelis populi dilectionibus: alter erat Moyses, alter Paulus, ille sic rogabat pro populo Exodi 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite.* Hic epist. ad Rom. ait. *Optabam enim ego ipse, anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Ex quo sic eleganter monet Isidor. lib. 2. epist. 58. *Moyses ut de diuino libro expungeretur rogauit, si qui sub ipsius imperio erant internatione deleberentur. Maius est quod Apostolus fecit: nam ille simul perire cupiebat: hic autem perire, ut alij salutem consequerentur.* Eam Apostolus charitatem à Dei brachio Christo accepit, qui per sui contritionem, omnes homines in libertatem asseruit, qui sibi mortem, & maledictiones accipiens, nobis ingentia bona reliquit, & optimum triumphum modum edocuit. Sic Græcus apud Cath. explicat illud, *fecit potentiam in brachio suo.* nimirum, *nec quoquam alio me-*

diante, nisi in proprio brachio triumphum docuit: quatenus brachium Dei sibi dolores assumens, omnibus alijs gloriosos peperit triumphos.

Text. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordie suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in secula.

§. XI.

Deus res hominum firmavit, subiuit.

Quis fugiat mundiales vires? Quis rerum humanarum rotatus non subibit? Sane ludit & humanis diuina sapientia rebus, iam Iruus, qui modo Cressius erat, iam exigit tributa, qui paulo ante emendicabat stipem. Sapienter Philo lib. Quod Deus sit immutabilis, de rerum humanarum volubili statu Philosophatur. *Verbum diuinum, ait, Choras in orbem duxit, quod vulgus hominum fortunam vocat, & omnes gentes circum lustrando, nunc his, nunc illis imperia vel tribuit, vel adimit.* Sic omnia humana in præcipiti raptu sunt, a sentina itur ad puppim, deponuntur potentes, & exaltantur abiectissimi quique. Porro medijs his humanæ conditionis vicibus recordatus Deus misericordie suæ antiquis promissæ Patribus suscepit Israellem puerum suum, hoc est, sese humanæ carni immiscuit, sese subiecit nostræ volubili naturæ quasi nobile & immutabile falcrum, æternumque suorum imperium stabiluit. Huc spectat illa subministratio Christi, quam dicit Paul. ad Philip. 2. *Subministratio, in qua, Iesu Christi vbi D. Ansel. Sicut columna, vel summa mentum fulsime subter, ne corrumpat*

Ezech. 1

Greg.

Exod. 32

ad Rom.

Isid. Pelus.

Græcus.

Philo.

ad Phil. 2. Ansel.

bat

bat fundamentū res humanas, ne passim current, hoc sibi adhaerente fulcro egebat nostra natura, ne communes subiret vices, & volubilitates. Hoc terreum robur immiscendum erat firmi, & testaceo calcaneo, ut aurea, argenteaque membra æternum confirmata durarent. Nonne posset Deus labilem naturam hominis, vel spiritus sui confirmare, qua necessitate coactus sese illi nobile fulcrum admiscuit?

Proferam D. Athan. qui serm. 3. contra Arrianos sic loquitur. *Si ob vires suas, per quas id potuit Deus, verbo edixisset, & ita maledictio aboleretur, imperantis quidem potentia in conspicuo patet: homo tamen eiusmodi effectus fuisset, qualis Adam ante prauaricationem fuerat, extrinsecus accipiens gratiam, non autem eam suo corpori conglutinatam tenens. Talis siquidem antea fuit, quam in Paradiso collocaretur, forsitan etiam deterior euasisset, ut pote qui iam prauaricari ediscerat. Ecce tibi res hominum, in animo mutationi subiecto, quam labaret, quā laboretur. Quid interest quod homo ab intrinseco labilis, suscipiat omnia sanctitatum decora: nisi ad illa sustentanda fulcrum sibi habeat ad haerescens? firmo nitatur fundamento? Nouit hoc diuina sapientia, & ut humanis vicibus mederetur, naturā hominis suscepit; hoc est, firmiter sibi coniunxit, sese humanae felicitatis subiecit fundamentum. Id ex multorum Patrū lectione, clamat Proth. 8. dicens. *ante secula fundauit me. Et quid est illud, fundauit me, nisi me fundamentum firmitudinis humanae posuit? Sic D. Cyril. Alex. lib. 3. thesauri cap. 8. Quando quasi lapis aliquis, de monte absque manibus dimissus, hoc est ex substantia patris profectus, in carne nostra, quasi in terra de fossus est. Tunc fundatam se ait sapientia quasi dicens: *Filius Dei sum verus, sed homo factus sum, ut principium, & fundamentum super aedificandorum per fidem suam, et propter carnis connaturam sit adem mihi ipsi eos compingam. Quid aptius à diuina sapientia potuit excogitari, ut mederetur humanis vicibus, quam ut humanæ naturæ se ipsam coniungat? Equidem vni Christus apud Platōnem ludibrii causa, clarissime induit***

Athan.

Prob. 8.

Ciril.

coccineam, regios splendores suis fidelibus æternauit. De quo sic D. Isidor. Pelus. lib. 1. Epist. 257. loquitur. *Ludibrii vestis de terreno imperio, ac principatu tanquam ludrico triumphauit. Verum Domino imposta robur, ac vires contra-xit: atque ad imperium a successione immune progressa est. Conueniebat enim cum vel Christum dum taxat contigisset, atque ipsius firmam, exitisset, firmam, & stabilem effici. Is enim est Christus Dominus viuus lapis, qui firmitudine, & perpetuitate manet, qui suppositus sciat fragilia, & eaduca omnia fulcire in æternitatem. Id quod etiam meditando est in arundine, quam manu Saluator in praetorio patiens gestabat, de qua D. Amb. lib. 10. in Lucam ait.*

Isid. Pel

Amb.

Arundo quoque secunda vni Matth. comprehenditur manu eius, ut humana fragilitas iam non sicut arundo moueatur à ventis, sed operibus Christi corroborata fundetur. Sic ille.

In Deo solo firmitudo.

L Abantur omnia, volubilique rota tu rapiuntur mundi magnalia, is solus rapidissimis rerum vicibus obstitit, cuius in vno Deo spes collocatur. Post ruinam Nabuchodonotoris, post Balthasaris excidium, regnum accepit Darius, de quo Daniel cap. 6. ait. *Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti, ut essent in toto regno suo. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat. Vbi credidit, quasi ad miraculum, dictum esse illud, ex quibus Daniel vnus erat, qui prope Daniel indelictis fuit Nabuchodonotori, item per gratias exiit Balthasari, & tandem placet Dario. Quis crederet amicum Regis, cum rege non perire? Et ecce pereunt reges, transferentur regna, vnus Daniel Dei seruus stat, & perseverat omnium amicus. Profec-*

Dan. 6.

Theod.

Lib. I. Caput Nonum.

ius illustris fuit Dario sceptrā tenente, regumque successiones nihil de eius gloria immutarunt, sed illi morte extincti sunt, at Daniel aequalem illis omnibus regnantibus splendorem obtinuit. Convenite huc qui regum amiciciam ambitis, qui labilem, firmumque statum in regis favoribus amatis. Vnus est qui volubilem Fortunæ rotam stare faciat clavus, nimirum quo invisi diuinam seruitutem profiteamini. Dum Deo, virtutique innitimur, regum successiones nihil de nostra gloria immutabunt; firmi stabimus medijs humanis vicibus, medio rapidissimo gurgite, quo voluntur omnia creata. Iacob vidit celebrem illam scalam, & in ea Angelos ascendentes, & descendentes, putares scalam similem fuisse Fortunæ rotæ, in qua motu perpetuo ascendunt, & descendunt etiam Angeli, nulla enim creatura est, quæ mutationi non subiaceat. Sed vide miraculum, inter tot descensus, & ascensus Angelorum, vnus Iacob immobilis, & firmus perseverabat, vt pote qui capiti suo lapidem Christum supposuerat, ait enim Text.

Gen. 35.
Hieron.

Gen. 35. ibi posuit lapidem ad caput. De quo D. Hier. Psalm. 133. dicit, *sibi capite ipsius lapis erat Christus.* Crede mihi vni fidas Christo, si velis numquam cadere, ipse est lapis angularis, pro firmo & in mobili fundamento humanarum felicitatum datus. Vt pulchre dicat D. Athan. ad Maximum. *Omnia creatura de mutabilitate suspecta est, sed ipsum verbum suum corpus pro nobis obtulit, ne in hominem spe, aut fiducia moueremur.* In vitæ scala ascendunt & descendunt etiam Angeli, caue fidas ali præter Deum, qui descendentibus cunctis creaturis, tibi aderit, teque firmum & stabilem sustentabit. Ecce tibi apud

Luc. 1.
And.
Hier.

Lucam cap. 2. post salutationem Angelicam dicitur: *discessit Angelus ab ea.* Vbi acute Andreas Hierosol. ait. *Discessit ab ea Angelus, verum Dominus non recessit ab ea, qui solus humanæ spei manet sustentaculum, cum rapido cætera rapiuntur volatu.* Sane Abrahamus dilectissimum filium obtinuerat, suæ senectutis fulcrum, suæ familiæ stabilimentum, acceptæ a Deo promissionis sustentaculum. Sed proh dolor! in-

ter hoc, iubetur filium iugulare, nec moratur senex, ascendit montem, struit ligna, super ponit Isaacum, stringit gladium. Quid ni, fidelis vir, sicine occidendus filius? Sicine succidendæ familiæ spes? Nonne vel aliqua verba facies, cui facturus est mortale vulnus? Quid dicis amantissimo filio iugulando? Verba Abrahami ad filium dedit Iosephus, inquit. Fili mille votis te expetitur postquam in hac vitam venisti, summa cura, & sollicitudine educaui, nil beatius reputans, quam si te virum videre daretur, & denique hæredem meæ ditionis relinquere. Sed quoniam Deo visum est, vt te eius mihi benignitate donatum, ei nunc redderem, ser generose hoc sacrificium, cedo enim Deo, qui a nobis hunc honorem reposcit. Itaque inter preces, & sacra animam tuam apud se collocabit, *Vbi memor cur te potissimum educauerim, senectutem meam sustentabis; non quidem per te ipsum sed Deum mihi curans tuo loco adiutorem, & protectorem.* Expende quam sibi caueat Abrahamus a creaturarum auxilijs, expertus enim volubilem creaturarum conditionem, senectutem, ait, meam sustentabis, sed statim cauet, non quidem per te ipsum, sed Deum mihi curans adiutorem, quasi & filium, & cælestes ciues de mutabilitate suspectos haberet, & solius Dei manum, & sustentaculum requireret.

Ioseph.

Caput X.

De Maria prægnante, & partum expectante.

Alebat Angelus ad Mariam Luc. 1. concipies in utero, & paries filium, quibus verbis significatur, fructus ventris Mariani non præcox futurus, sed ibi maturandus, & perficiendus, & de Heroum more decimo parturied mense. De quo erudite satis vt assolet pater Pineda in Salomonis in cunabulis. Quid autem ex hoc Marianæ accedat excellentiæ, nobis modo venit examinandum.

Luc.

Luc. i. Concipies in utero, & paries filium.

J. I.

Maria sola in se una communis omnium gratiarum fontes per decem menses stannavit.

Hilar.

Q Vis in gentes diuitiarum cumulos illi viro accrescentes enumerabit, qui communes bonorum fontes, quibus vniuersi viuunt, solus ipse sibi retinuerit per tempus aliquod? Hinc ergo placuit Hilario extollere Mariæ prope immensas gratias, serm. 2. de Nat. fatu. *Commune omnium gaudium peculiari munere nouem mensibus sola possides.* Fons ille bonorum, qui totum caelestem Paradisum replet, qui vniuersos Angelorum exercitus exfaciat, & inde redundans mortales vniuersos in genti cumulat plenitudine gratiarum; Is totus, integer, super plenus intra solius Mariæ aluum clauditur, vt Mariana gratiarum abyssi, longe superet vastissimam plenitudinem maris. Et enim mare omnia flumina intrant, sed tamen vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant, sicque perspicuis reuorsibus quot flumina maris albeum intrant, rot alio erumpunt. At Mariam nam abyssi vniuersi conueniunt fontes gratiarum, nec per nouem mensium curricula inde exeunt, sese eius mente stannantes, & utero. Excipe patuas guttulas, quibus tunc, temporis sancti ex super pleno Maria stagno rigabantur, quando in sola Maria integer, & plenus erat fons gratiarum. Gen. 2. sic habes. *Fluuus egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Quasi extra paradysum fluuius haberi non possit, nisi diuisus, & in minuta frustra factus. Ad eum modum gratiarum fluuius, qui diuisus, & guttatum lectus ab alijs creaturis habetur, in sola Maria in diuisus, & plenè stannatur. Id ponderat Cellent Abb. lib. de Panibus. cap. 12.*

Gen. 2.

Cell.

dicens. *Quia simul collecta gratiarum plenitudo nullatenus creaturae humanae capacitatem potest apprehendi, in quatuor capitula dicitur diuidi: privilegio tamen filij sui supra totius creaturae meritum Mater Dei, tota deitatis gratia est superfusa.* O quam exundauit alius Mariana, quando qui diuisus fluuius alios replet vniuersos, inibi totus clauditur! Clauditur inquam, inibi fluuius gratiarum adeo, vt ex quo intrauit Mariana viscera, nunquam inde exierint diuina fluera. Quod innuit Angelus, quando dixit Luc. 1. *Virtus altissimi obumbravit tibi, hoc est nunquam non tibi aderit totus influxus gratiarum, ita exponit D. Athan. dicens. Quam virtutem per omnia tempora conceptus, eam habuisse confido, & post conceptum, eam retinuisse: neque enim id temporarium in virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datur fuisse.* Itaque influunt in Mariam omnes fontes gratiarum, & non effluunt, intrant Marianam aluum omnia flumina, & nunquam exeunt, vt pene immensam eius gratiarum abyssi ex paucas.

Luc. 1.

Athan.

J. II.

Primum tibi diuinam gratiam, quam alijs procura, nec nisi depleno alios riges.

Am illud, *concupies in utero*, ponderandum est, quo naturalis fetus moram, & in habitationem in utero virginali explicat Angelus, vt confundat illorum mendacia, qui vt ingentem Deiparæ debitam tollant gratiam, contendunt in eius utero Iesum nec constituisse, nec aliam illi gratiam communicasse; preter eam, quam aqua comunicat canali, per quem cursim transit. Contra quos stat illud Gregor. Nazianzen. ad Cledonium, recitatum in Synodo Ephesina, nimirum. *Si quis sanctam Mariam, Deiparam non credit, extra Diuinitatem est. Siquis Christum per virginem tamquam per canale discurre, ac defluxisse, & non in ea diuinitatem, quæ absque viri opera, sed diuinitate;*

Nazian.

Lib. I. Caput Decimum.

no, quia procreationis lege, firmatum esse dixerit, in simili impietate versatur. Expēdo illud, per canalē, quo verbo, agnosco sensum intentum à Theologo, nimirum quod Maria non canalis, sed fons verus extiterit humanitatis Christi, deinde pondero & aliud, quod scilicet Maria non quasi canalis in solo transitu ad alios Iesum habuerit, sed quasi fons sibi diutius detinuerit, & nō nisi de pleno ad alios effuderit. Huic excogitationi lucem prętulit D. Bern. ser. 18. in cant vbi asserit. *Si sapias conchā te exhibebis, non canalē. Hic siquidem pene simul & recipit, & refudit, illa vero donec impleatur, expectat, & sic quod superabundat sine damno suo communicat, sciens maledictum, qui partem suam facit deteriores.* Ergo Maria non vt canalis, quod accepit gratiæ fluentum, statim ad alios refudit, sed vt concha, prius sese per nouem menses impleuit, meliorem suam partē efficiens, & sic de super pleno, ad alios fluentia exirecupiuit. Vtinam sic omnes nō canales ad alios, sed conchas nobis metipsis prius esse velimus! Act. 7. magus ille Simon aiebat; *date mibi potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus accipiat spiritum sanctum.* Proh seductor! ad alios ifte gratiam requirit, non sibi, non vult esse concha vt de pleno fluat, sed canalis, vt alijs abundet. Illum bene mordet Chrysof. hom. 18. *Operte bat petere, vt ipse accipiat spiritum sanctum, at ille quoniam hoc ei non erat cura, vt det alijs petat.* Nonne simili laborabat insania diues ille apud Lucam cap. 16. dum à flāmis ait. *Rogo te, pater Abraham, vt mittas eum in domū fratris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, &c.* Quam nefaria charitas, sui oblitum in animę discrimine, aliorum meminisse! Pulchre D. Greg. lib. 8. mor. cap. 8. inquit. *Flammis vlticibus traditus non sibi, sed opitulari fratribus cōcupiuit.* Hinc merito D. Bern. ser. 2. super Missus est, veteri Iosepho præfert Iosephum spōsum Mariæ dicens, *Ille frumentum seruauit non sibi sed omni populo, iste panem viuum è cælo seruandum accepit, tam sibi quam toti mundo.* vere in hoc cōiux Mariæ, eiusque imitator virtutum, quando prius sibi accepit fluentum diuinum,

& non nisi de pleno ad alios refundi permittit.

J. III.

Vtrum Maria in homines liberalior sepulchro, quando sepulchrum post tres dies, Maria post nouē menses nobis reddidit Christum.

Mvlus est August. ser. 13. in extolenda sepulchri Domini gloria imo conferens natiuitatem Christi ex vtero Mariæ, cum natiuitate è sepulchro sic fatetur. *Religiosior est plane ista natiuitas quam illa. Illa enim corpus mortale genuit, totius mundi Dominum, nouem mensibus in vtero clausum tenuit, hæc autem triduo tantum tumuli gremio custoduit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc autem salutem citius suscitauit.* Ideo ne Maria sepulchro auarior, quia tardius dedit Thesaurum mundi? Imo inde sepulchro in homines Maria exitit liberalior. Enimvero sepulchrum, vt tertio die redderet Iesum, vim maximam passus est, vt tremor ille testatur, quo concussum apparuit. Insuper sepulchrum nil contulit egressuro Domino, nec eius egressum parauit. Verum Maria in homines liberalior, vt in situm verbum accepit, semper operata est, vt nobis nasceretur filius, quem per nouem menses excoluit, maturauit, aptauit ad natiuitatem. Vnde D. Zeno ser. 4. de Nat. ait. *Parturit Maria non dolore, sed gaudio, nascitur sine patre filius, nō totus matris, sibi debēs quod conceptus est, donans matri quod natus.* Etenim à materna efficacia habuit, quod vtero adolesceret, & maturo tēpore nobis esset natus. Eius conceptio ascribitur Spiritui sancto, nascendi autem tempestiuitatem debemus actiuitati Marianæ. Id caluit Theodorus, hom. sæpe alias citata, dicens. *Paradiso gloriosior facta est Maria. Ille enim Dei cultura factus est. Hæc autem secundum carnem, Deum coluit, eligentem hominis copula.*

Bern.

Act. 7.

Chrysof.

Luc. 16.

Greg.

Bern.

Aug.

Theod.

copulari natura Sese iactaret Paradisus quod à Deo fuerit excultus, quod in se experiretur manus diuinas: sed maior est gloria Mariæ, quæ suas manus impotuit operi diuino, quæ Deum ipsum filiorum sepi vallans, in vtero singulariter coluit, & excoluit, vt maturo sui ventris fructu homines viuiremus. Paradisus à Deo excultus occisimè sese fudit in fructus: qua hora diuinas præsentit manus, fructibus plenus fuit, colque homini propinauit. Væ homini, qui tam præcocis, & acerbi fructus damnum experitur, & poenas luit. Huc spectat illa vulgo iactata querela apud Hierem. 31. & Ezech. 18. nimirum. *Patres comederunt vbam acerbam & dentes filiorum obstupuerunt* Inde paradiso gloriosior facta est Maria, quæ gratiæ fructum Iesum in vtero suo sic excoluit, vt paulatim & per tempora, in clementum accipiens, acerbitate pristini fructus tolleretur, & dulcis & maturus & tempestius parturiretur hominibus. Sic Georg. Nicomed. antistes dicit. *Maria est que ascendit ex Libano virginitatis & mundum perfudit unguento. Ex qua dulcedo diffuens veterem amarorem ligni dulcem reddit.* Ecce tibi quam nobis utilis fuerit longæua Marianæ partus expectatio: cultura enim diuina paradysum fecit in fructus festinare, qui ex festinatione immaturi & accerbi extiterunt generi humano. Marianæ cultura fecit dominum in vtero tardare, & maturefcere ad partum, vt sic veterem amarorem ligni decoqueret, & nobis dulcissimum fructum ventris sui donaret. Vnde Christiana respiciens tempora Tertul. lib. de Monog. cap. 7. ait *Desierunt vba acerba a patribus manducata, filiorum dentes obstupescere.* Desierunt equidem vba acerba, sed ex cultura Mariæ, qua diuinus fructus, & maturus, & tempestiuus nobis in plenitudine temporis apparuit.

(?)

S. III.

Non repente ad virtutis fastigium euolandum, sed paulatim, & per gradus.

Conuenite huc vos omnes, quos vel horaria expectatio diuexat, qui de Christo concepto grauidi, ad partum curritis, & infantiam peracti subito transformamini in virum perfectum, in ætatem perfectam plenitudinis Christi. Ecce Maria concepit Deum in vtero, & per decem spacia mensium paulatim sustinet augeri, & perfici corpus diuinum. Etenim ait D. Zeno ser. de Nat. *In hominem coaptatus integumento carnis includitur Deus, humanamque vitam mutuatur de tempore, qui præstat temporibus æternitatem.* Quid est humanam vitam mutuatur de tempore? Sane qui æternus est, moras temporis satagit expectare, & amat humanos subire progressus paulatim per tempora ætates, vt prius puer, dein puer, statim iuuenis, postea vir, pulchritudine sua prospere procedat, & regnet tempore pestiuitate. Non aliter Maria Deum voluit habere, nisi etiam illum de tempore mutuans, membrorum, in vtero per temporis moras expectans maturitatem. Sic illa Dei amatrix Cant. 1. ait. *Botrus Cipri dilectus meus mihi, non adhuc vba, non mustum, non vinum optimum, & perfectum, sed tantum botrus nimirum gemmula, siue flos, & tamē ingenimula & flore gaudet, patienter sustinens, quod per temporis incrementa liceat maturum, & tempestiuum fructum capere.* Do in præsentia Orig. hom. 2. sic fantem. *In quibus verbum Dei vitis vera efficitur, non eis ad summum maturos botros producit, & dulces, nec repente eis efficitur vinum suauē, & letificans cor hominis, sed prius producit eis suauitatem odoris in florem. Botrus hic florens monstratur esse in vineis Engaddi, vt gratia flagrantie ipsius immittatur in initus anima, vt post hoc pati possit acerbitate tentationum, que propter verbum Dei*

Hierem.
Ezech.

Geor.
Nico.

Tertul.

Zeno

Cant. 1.

Orig.

Dei

Lib. I. Caput O Decimum,

Dei credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet. Sic qui sapit, ne subito velit altum sapere, per ima ascendat ad summa, per inferiora, superiora petat, prius lætetur in botris, & post modum aspiret ad novum illud cælestis regni vinum, per infantiam crescat in virum perfectum plenitudinis Christi. *Fœlix illa mulier Matth. 26* Christum recubentem cum discipulis suis unguento precioso perfudit, quam acriter mordebant discipuli, quod melius videretur eis, si unguentum venderetur, & illius precio pauperes viverent. Quid? verum ne est hoc an satius esset unguentum venditari ad pauperes alendos, quam illo perfundi Christum? Equidem perfectius illud opus existimat D. Chryso. hom. 61. ad populum, & nihilominus ait iure increpitos fuisse Apostolos à Domino, quod ex novella discipula, id quod perfectius erat, statim requirerent, quando tyrones non subito ad summa trahendi, sed per gemmulas & flores exhortandi, ut expeſcent maturos fructus. *Quoniam adhuc imperfectus erat affecta, ipsam autem illi fatigabant, eam consolans hæc dicebat: ut quid molesti estis huic mulieri? Ne mulieris fidem, tunc germinantem discipulorum increpatio tabesceret* Expende illud tunc germinantem, quippe per germen, ad florem, & fructum itur, nec prius fructus: quam germen exquirendus. Hic non possum non meminisse quosdam prælatos, & magistros spirituales, qui nimis gravantur filiorum imperfectionibus, nec sustinent expectare tempus tempestivum vteri, donec formetur Christus in eis, sed in infantia requirunt virum perfectum, & in novellis, & imperfectis plantis statim oderunt vel germen luxurians sine fructu, & sæpius clamant *si sic futurum erat, melius esset non concipere*. Hi festinissimi non ferentes vteri moras, amant sæpius abortiri, & informes, imo deformes foetus excludere. Illos pulchre convenit Ber. ser. 12. in Cant. Moylis exemplo, qui rebellibus filiis misericordiam à Deo expostulans aiebat Exodi 32. aut dimitte illis hanc noxam; aut deleme de libro vitæ. Tunc sic Bern. *Neque Moyses vellet solum se introduci in gau-*

ditum domini sui, foris scilicet remanente populo, cui licet inquieto & ingrato, vice pariter, & affectione matris inheret. *Dolet viscera, sed tolerabilior sibi indicat torsionem, quam exclusionem*. Ergo discat prælati viscerum torsionem, fastidia vteri tolerare, donec in filijs Christus efformetur, discant subditi imperfecti iacere, & paulatim per incrementa temporis in perfectam ætatem evolare.

J. V.

Maria in utero Christum habentis desideria.

Ardentissimis saluatorem videndi desiderijs antiqui patres æstuabant, sed omnes longe superavit Maria, ut quæ ardentior erat, & Deo proximior, intra viscera continebat infantem. O quoties tunc repetiuit illud Rupertii aientis. *Quam veraciter ille te appellauerit desiderium collium aternorum, ego maxime experientia sum in visceribus meis*. Enim vero tot eius in pectore ebulliebant desideria, tot ardebat ipsa flammis, ut omnium præscorum desiderijs in unum collectis, sola videretur agi. Nullus ardentiores preces, & lachrymas obtulit, nullus calētiora emisit suspiria. Audisti Seraphum illa apud Isaiam cap. 6. Deo stantia, quæ simul & bis alis quietis Deum obnubilabant, & alteris extensis alis sine requie præ nimio desiderio volabant: Ecce modo in illis Maria delineata, quæ Saraphinis ardentior, & Dei amantior, Deum simul in summa requie vteri velamine contegebat, & totis præcordijs, crebris desiderijs videndi illum afficiebatur. Apoc. 12. pro tenditur cælestis hæc femina de amictu solis clara, de stellarum corona gloriosa de subiacenti luna excelsa, sed etiã dicitur quod. *In utero habens clamabat parturans, & cruciabatur ut pariat*. Sic cum parturit virgo Maria? Sic cum cruciatur ut pariat? Equidẽ cruciatur Maria ut pariat, non eo dolore, quo cæteræ excruciantur matres, sed vehementi

Matth. 26.

Chryso.

Rupert.

Apoc. 12.

Exod. 32.

ti.

*Vehementes expectationis amplius
expenduntur cruciatus.*

ti desiderio videndi natum. Excruciat enim desiderium vehemens amantes: excruciat longa expectatio concupiētes animos; cur ergo vehemens desiderium, cur expectatio boni summo ardore concupiti virgineū pectus nō stimulant? non pungerent? non excruciarēt? Apud Paul. ad Rom. 8. Omnes creaturæ, etiam Angeli, ut maui Amb. Orig. & Theod. vehementer cruciantur, dum reuelationem filiorū Dei expectant. *Nam expectatio creatura, inquit, reuelationem filiorum Dei expectat. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsquo adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes.* Vbi ergo omnis creatura etiā cælum, etiam sanctissimi viri, etiā beati Angeli parturiunt, & ingemiscunt reuelationem filiorum Dei expectantes nihil mirandum, quod Maria, cuius expectatio maior, cuius desiderium ardentius, cuius amor exuberantior, expectans reuelationem filij Dei a se nascituri clamet parturiens & crucietur, ut pariat. Quo crediderim spectasse D. Zen. ser. 4. de Nat. dum de Deo utero clauso virginali, sic fatur. *Interea promouēt suum mēbra factorem, & opus, sui figura vestit artificem. Parturit Maria non dolore, sed gaudio.* Expendo illud, parturit, hoc est pariendi sustinet cruciatus, sed non illos, quos parientium dolor, disruptioque membrorū causat, sed quos vehemens expectatio, ardens desiderium, & ab spe certa ortū gaudium intimis solēt inferre animis. Siccine dum fœtus in utero perfecte figurabatur, parturit Maria, & cruciatur nō dolore, sed gaudio, quo & ipsi beatissimi Angeli cruciantur. Hinc eleganter à B. Epiph. dicitur Maria verbum concipiens *Thronus Cherubicus, cruciformis, & celestis.* Quasi vellet quod inter Cherubicas, caelestesque virtutes, quibus in utero thronum Deo parauit, non statim illi affurrexerunt cruciatus, ut simul Deum sustentans, & gloria affecta, & desiderijs vehementibus agitata, & cherubim, & cælum, & crucem repræsentaret.

Ille Marianos in expectando Saluatoris partu cruciatus iusto pondere pensabit, qui eius fidei certitudinem nouerit ponderare. Sane ille fœlix latro cruci suffixus erat, ea fide qua clamauit, *Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum.* Quam uocent sic supet Aug. ser. 119. de tempore, ut præ illa, pariducat reliquos latronis cruciatus. Traditus enim erat latro crucis tormentis, sed illa uoce, fidelē mentem tradebat tantillæ expectationi de regno à Iesu dando, cum primum animam agat, & prætermisissis crucis doloribus, fidelem mentem dolet Augustinus expectatione vexari, ait enim. *O latro quid in futura secula fidem inte perfectam fatigas?* Ecce tibi Augustini acumen non miratur hominem dolores mortis sustinentem, & miratur, & dolet fatigationem credenti animo aduenturā ab expectatione ad summum horaria! Cur in futura secula fidem perfectam fatigas? & si Iesus in regnum properet, cur ut perueniat vis expectare? an nescis fatigationem expectationis fidei animo esse maximā, excedere reliquos cruciatus? Hinc conijce quam apte Dominus Ioan. 4. Apostolorum labores conferens cū laboribus Priscorum Patrum ait. *Ego missi vos metere, quod non laborastis. Alij laborauerunt & vos in labores eorum introcistis.* Quæ huius sententiæ ueritas? Prisci patres coniugij gaudia potiti sunt, bona terræ comederunt, indiuitijs multi, in uictorijs illustres, in regnis clari; in filiorum, charorumque sinu occubuerunt, sepulti in senectute bona. Verum Apostoli in fame, & siti, in frigore, & nuditate tentati sunt, excruciatu sunt, ferro, flammisque extincti, cur ergo hi præ alijs dicuntur non laborasse? An crux suauior quam mollis lectus? An pauperies mitior quam rerum abundantia? An terra mortē crucemque munitans lætior, quam terra

Lus. 23.

Aug.

Ioan. 4.

Lib. I. Caput Decimum.

Rup. lacte & melle manans? Sane priscos patres perfecte credentes vna vexabat saluatoris expectatio, & in huius comparatione nullus est alius labor. Ita Rupertus in presenti fatetur. *Illi credentes, & sperantes credendo, & spectando fidem, & spem suam in propagationem carnis suae, tanquam in bona terra gratia Dei committentes, seminauerunt, euntes & stantes, & semina sua mittentes. Et ecce nunc alij metunt, nempe vos Apostoli, qui promissionum, quae ad eos factae sunt, praesentem habetis effectum.* Haec ille, sed adhuc ostendo quam sit crequenti acceptior mors ipsa, expectatione, si tantum vnius meminerimus sensus aduentum Christi Domini expectantis. Is est Simeon de quo Lucas cap. 2. *& ipse expectabat solationem israel.* Expectabat sane, adeo ut praexpectatione illi mors dulcis accideret. Quid plura? Ingressurus dominus templum, sic diuinitus admonetur Simeon apud D. Taimoth. Hierosol. *Surge senex quid dormis? tempus quo oraculum expleri debet, iam adest, natura cito, praesto est enim, qui te absoluet. Excute necrotaphia, fureasque sindones, prepara sepulchrum, dispone domus tua, adest qui te missum faciet* Perpende quaxo, quibus putet Thimotheus posse deliniri expectantis animum, nimirum ostento funere, annuntiata morte. Etenim expectatione mors ipsa suauior, animo expectanti haud ingrata mors dum ab expectatione soluitur. Hinc iam facile erit Mariae expectantis ponderare cruciatus: o quam fatigabatur eius perfecta fides in expectando! O quam ipsa expectatione laborabat pra omnibus! Vere cruciformis, vere martyr & plusquam martyr.

S. VII.

Expectatio Mariae digna imperio.

EA erat Maria, quae, & si vehementer concupiebat saluatoris partum, tamen incredibilis patienti, vteri tempora obseruabat, quibus mature, & te

pestiue benedictus sui ventris fructus in terram caderet. Et quidem decebat caeli, terraeque reginam adeo patiens expectatio, quippe D. Ambrosius iustissimam electionem, qua Salomon in regnum fuit euectus a patre, inde colligit, quod caeteri fratres & si natu maiores, ita impatienter in regnum anhelabant, ut nescirent illud ex patre expectare. Vnde eo usque precauit Dauid, ut cum Adoniam filium, regnum sibi & surpare comperisset, & gerere conuentus, non eum, qui praeuripere gestiebat, sed eum, qui expectaret, eligeret. Sic Ambrosius in Apol. Dauid cap. 6. & merito Dauid expectationem Salomonis coronauit, quando nimis prope festinatio Saulem a regno deturbauerat. Etenim conferturus Saul cum hoste manus, iustus fuerat a Propheta, ut se contineret tantum sex diebus, ille autem morae impatiens, expectare nesciens, ad bellum festinauit, ubi primum imperij ruituri omen accepit. Id quod eleganter attigit Theodor. in 2 reg. quaxli. 29. aiens. *Denunciauit Samuel Sauli ut eum expectaret sex dies, & deinde cum rite sacrificasset, instrueret aciem. Saul autem non expectauit Prophetam, unde cum eum sacrificantem deprehendisset Prophetam, vehementer eum increpauit, & praedixit, regni priuationem.* Ecce tibi vna patiens expectatio, vel reges exiit, vel in auguratur. Imo credideri non ab expectatione Mariae manifestam fuisse eius regiae maternitatis dignitatem, & robur illud, quo negocia populorum suo subiecit placito. Huic excogitationi facere praetulit inclita illa Hebraeorum lux Judith, cuius conciuces adeo erant ab Holopherne, in augustum deducti, ut iam iam urbis deditio, obsidionem vellent euadere. Tunc exurgens Ozias c. 7 ait *AEquo animo stote, fratres, & hos quinque dies expectemus a Domino misericordiam, forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, facite mihi haec verba, quae locuti estis.* Merito Ozias expectationi totum committebat negocium, sed male intra certos dies expectationem suam arctauit. Audiuit Judith Oziae puissimum expectatio: e

Amb.

Theod.

Judith 7

VOCAT

Caput XI.

De Purificatione Virgini-
nis Mariæ. Eiusque
ad templum ad-
uentum post
partum.

DVplici lege cautum erat apud Moysen, ne foemina post partum templum adirent, ante quam quadraginta dies purgationi sacros expectasset, quibus transactis oblatura Domino prolem accederet. Quæ lege solū tenebatur foemina, cuius partus, & peccato prolis, & sanguinis facibus conspurcatur. Vnde Maria, quæ invidente ipsa puritate, iustitiæ solem nobis peperit foelicissimo, nitidissimoque partu, vbi nullum dedecus, nulla macula, nulla pristini maledictionis suspitio videbatur; a purificationis lege prorsus immunis erat. Verum perfecta emulatrix diuini foetus, vt ille circumcisionis notam est amplexatus, sic illa sole purior, purificationis legem obseruat. Igitur illo die vide quanta aperiantur Dei magnalia; lumen diuinum apparet, Si meon Deum infantem vnus suscipit, adest prophetans Anna, Maria sinit Domino, & redimit primogenitum, purificationisque Moysaicæ absoluit sacra. Nos autem misso Dei, & Si meonis, & Annæ occursum in librum sequentem cap. 9. ad ea, quæ propria Mariæ fuerunt, properamus.

vocat virum, presentem alloquitur. Quod est hoc verbum in quo consentit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyris si intra quinque dies non venerit vobis ad iutorium? & qui estis vos, qui tetatis Dominum? Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum. Hanc illa expectationem populo persuasit, & summan rerum inter milites, inter arma, mulier obtinuit. Id quod expendens D. Amb. lib. 3. off. cap. 13. inquit. Quanta honestatis auctoritas, & consilium de summis rebus foemina sibi videret, nec principibus populi committeret? Quanta honestatis auctoritas, vt Deum adiutorem presumeret, quanta gratia, vt inueniret? Vna equidem magnanima expectatio profecit foeminam principibus, & fortissimis viris: ne miseris Mariam omnibus creaturis fuisse prelatam, quando in genti patientia nouit Sauiatorem vtero suo morantem expectare. Hanc expectationem commendabat illa Cant. 2. dicens: *Adiuuro vos filie Hierusalem, per capreas, ceruos que camporum ne suscitatis, nec euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit* Quæ verba ad Christum venturum referens Philo Carpatus, ait. *Adiurat ne excitent desiderium sponsi ad ipsam: sed vt quando velit, & secundum beneplacitum maiestatis suæ, pro illa, terrestri fungatur legatione redemptionis* Hæc erat Mariana cura inter ardentia desideria, ne ante tempus excitaretur dilectus, sed vt secundum beneplacitum eius aut tempestiue veniret, aut tardaret. Hinc D. Laur. Iustinianus serm. de Anunt. ponderat quam afficiatur saluator expectantium amore, fatus. *Verbum in veterum Virginis descendit, vt spem daret laborantibus, peccantibus indulgentiam, diligentibus pacem, atque expectantibus mercedem. O quam gauderet expectatione matris, qui in eius vtero expectantibus mercedem parabat.*

Amb.

Cant. 2.

Philo.
Carp.

Laur.
Iust.

(?)

Lucā. 2. Postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysis, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino. (sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum, adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.)

§ I. *Maria mulier est illa, quae evertit domum, & accensa lucerna perditum inuenit hominem.*

EV quam male perdidit hominem mulier! Sed crediderim hodie per mulierem recuperandum. Hodie beata mulier Maria post Deum conceptum post virginum partum, post purissimum puerperium, post legis fere omnis, & ordinis naturalis evertionem, addit templum, portans in vlnis lucem, increatam. Quis tam perditus homo reparationem suam non sperabit? Apud D. Lucam. cap. 15. Mulier perdidit dracimam, & dragma perditam, accingitur, ad inuestigandum, accincta domum evertit, ut accensa candela perditam dracimam restauraret. Ecce modo tibi, quem hominem mulier perdidit, mulier Maria qualiter se comparat ut restauraret. In primis domum evertit, hoc est, totam naturam transcendit, nullam in conceptu, neq; in partu, neq; in puerperio seruat ordinem, seu legem naturalem, nullam naturae legem non frangit. Conceptura Deum dicebat Angelo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Vbi acute, ut assolet Chr; sol. serm, 142. ait. *Mulier quem virum queris, quem tu*

in paradiso perdidisti? Redde virum mulier, redde depositum Dei, redde exte quae perdidisti per te, praetermitte naturae ordinem, recognosce ordinem creatoris. O scilicet mulier, quae hominis perditam damna potes restaurare! Aqua fidelitatis potest exigi, ut quem virum mulier dedit perditioni, ipsa mulier restituat saluti: quando lumen indeficiens manibus gestans accedit templo, post totam domum eversam, nimirum post legem naturae superatam. Iussus fuit Simeon templum adire, ut in mulieris manibus facem videret, cuius lumine perditae gentes erant restauranda. Quid plura? Inter foeminarum examina, vnam dignoscit Mariam inuentricem salutis humanae. Vnde illas nosse senex bone? Vnde inquam nosse, nullam tot foeminarum ad inueniendum hominem accingi, praeter vnam Mariam? A Iesu quaesuit aliquando Nathanael Ioan. 1. *Vnde me nosse.* Cui statim Iesus ait: *Cum eras sub ficu vidi te.* Vbi Eucherius lib. formal. spiritual. explicat. *Cum esses sub ficu, id est sub peccato Originali, vidi te redempturus.* Hinc, ex illius antiquae arboris umbra cognouit Iesus Nathanaelem. Hinc etiam diuino nutu senex Simeon cognouit omnem illam mulierum multitudinem non preparari ad humanam salutem inueniendam, quia omnes illas sub primaeu ficu animaduertit; nihil prospexit in illis non olens, & referens naturalis propaginis contagium. In vna Maria tota corruptae naturae domus eversa erat. Omnis lex peccati, & maledictionis in partibus in Maria erat superata, & fracta, & ab eius manibus accensum lumen gentium coruscabat. Sic D. Timotheus Hieros. orat. de Simeone factur. *Iustus Simeon oculos huc illucque circumferens vidit quidem multas mulieres, verum singulas scilicet in ornate, ornatuque humanae naturae proprio affectas; solam autem virginem quodam diuino, insinistoque lumine circumfusam animaduertit.* Illae in ventres hominum, mortis in ventres & muliebri naturale ingenium, & infectae naturae ordinem praeserebant; sola Maria naturam anteuertens, perditum hominis restauratum templo apparet, eversa naturae domo, nihil profu-

Ioan. 1.

Euche.

2. 1. 1. 1.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Timoth.

Hieros. 1

fluat

Alcu.

linæ arboris, nullum naturalis propa-
gini ordinem seruans, sed & diuino
fulgore coruscet, & Diuinitatis lumen
maibus præfert. Vt accinat Alcuinus.
*O Virga lampas luculentissima, quantos
letificasti, quando splendore gloria Dei
illustrata desideratum illud lumen, qua
inuenta est drachma decima sedentibus in
tenebris, & in umbra mortis protulisti!*
Exultate viri, iam proculdubio inue-
nienda erit vestra salus, ecce corruptæ
naturæ domum euersam à muliere,
quæ Deum de Deo, lumen de lumine
hodie gestat, vt è medio vmbremortis
salui & liberi inueniamur. Non longe
abest Epiphanius vbi ait. *O virgo sanctis-
sima, quæ exercitus Angelorum in stupo-
rem deduxisti. Stupendum enim est mira-
culum in calis, mulier amicta solis; stupen-
dum miraculum in calis, mulier gestans
lucem in vlnis* Expende quot miracu-
la in virgine congerantur; mulier ca-
lestibus se ingerit, natura illa labilis, quæ
à ficu vel timentum quæsiuit de subra-
dijs solis amicta claret, quæ mortis te-
nebras propinquit, quæ latebras sugges-
sit, hodie gestat lucem in vlnis. Quis tam
miserè perditus est, qui nequeat tanto
sub lumine inueniri? Quis tam captiuus
in legē peccati, qui non speret repara-
ri per foeminam, à qua leges confriu-
guntur peccati, & pene euertitur do-
mus naturæ lapsæ.

Epiph.

S. II.

*Ingenuum est non expectare pres-
criptum legis ad bene ope-
randum.*

Gen. 26.

MOysaice legi innutrita Maria sum-
mam inde commendationem
accipit, quod Angelis purior, nullique
legi puerperij subiecta, purificationis
tamen legi obtemperavit. Enim vero
quod tanto ditata ventris fructu lega-
lem obseruantiam non despexit, in-
genuum est, regium est, diuinitissimum est.
Agar illa Saræ ancillula Gen. 26. vbi ex
Abrahamo filium concepit, statim des-
pexit Domnam suam, quod teruorum

ingenium bene sibi notauit Lyppom.
dicena. *Meliorē se putat domina sua,
non fert fortuna suæ sortem nisi seruili-
ter.* Quid magis seruilis, quam debitam
obseruantiam denegare? Quid magis
ingenuum quam ad indebitam etiā of-
ficia exurgere? Sane qui debitum pen-
dit honorem, aut tributum, is seruus
est, non ingenuus, non princeps, nil
enim magis ingenium, magisque diui-
num, quam ad efficiere, ad quod nulla
lege tenetur. Accipite in vno Christo
Domino, quid regius, & diuinus ani-
mus, quid forma seruilis operata sit,
Ioan. 2. rogat mater, vt vini defectum
in nuptijs suppleat; cui ille respondit,
Quid mihi, & tibi mulier? Quasi dice-
ret: quid ad nos pertinet, cuius nostride-
biti obligatione, nos pungit hæc vini
cura? Hoc notans D. C. ril. Alex. libr. 10.
Thesauri, cap. 2. ait. *Quid mihi, & ti-
bi, mulier, vt homo dicebat, & aquam in
vinum vt Deus conuertebat* Seruilis for-
ma obligationē examinabat ab inde-
bito officio, & munere & se, & ma-
trem arcebat; verum diuinitas innata
quo magis indebitum officium puta-
bat, eo cupidius sese in illud accinge-
bat. A peritius adhuc hunc Ioannis lo-
cum versatur D. Greg. Niss. otat. in il-
lud Pauli, tunc & ipse filius subijcietur
ei, vbi ait. *Quid mihi & tibi mulier? Vis
ne, me ante tempus præfisse, aut imperare
Non dum uenit hora mea que præbet eta-
ti, vt imperet, & sit sui iuris* Quasi idē
esset indebitum officium præuare, &
innatam ingenuitatem, & regum,
imperatoriumque animum exerce-
re. Ea igitur est ingenuitas Mariana, is
regius, imo diuinus in illa vigeat spiri-
tus, quo ad indebitam legum obserua-
tiam accingitur, & eo velocius prope-
rat ad templum, vt filium Deo sistat,
quo ex nullo legis præscripto ad id te-
netur. Eleganter D. Chrysost. hom. 24.
in epist. ad Ephel. componit votum
Annæ samuelis matris cum sacr. ficio
Abrahæ, quando filium Deo lita-
bat. Etenim Anna 1. Reg. 1. sic
precatur. *Domine exercituum, si respi-
ciens videris afflictionem famule tue, de-
deris que serue tue sexum virilem, dabo
eum domino omnibus dieb. vite sue* Ad
hæc Chrysost. inquit *Ipsa erat Abrahæ
filia*

Lypp.

Ioan. 2.

Cyri.

Niss.

1. Reg. 1.

Chrysost.

Lib. I. Capitulum Undecimum.

Filia, ille postquam petitus erat, filium suum obtulit, ista vero ante petitionem dedit. Vtrisque longè præstantior Maria quæ absque ullius legis obligatione, ante petitem, quem filium à Deo liberaliter accepit, ipsa hilariter, & liberaliter reddit.

S III.

Maria virgo in oblatione filij maxime glorificata est.

T Alètum dum sudario involuit, involutūq; recōdit piger ille apud Lucā, & talētū perdidit, & iram diuinā incurrit. Prudentius Maria talentū mūdi Christum, & pannis involuit, & in templum cum illo profilit, salutem humani generis negociatura. Sic bonos negociatores hortatur dominus Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis.* Maria optima negociatrix lucem increatā potita, non ociosa fedit, non se tenebris abdedit, sed egressa domo, festina in templum abiens lucem sacrarum intulit, ingentemque inde sibi gloriam acquisiuit. Pulehre Isaias cap. 60 accinit. *Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Nec credendus est euangelicus vates locutus fuisse ad illam Hierusalem, quæ occidit Prophetas, cuius oculi caligauerant, ne viderent lumen, vt bene Adamus notat: sed nouam aliam Hierusalem alloquitur; crediderim ego, Mariam. An non Maria potita est diuinum lumen? An non Maria illuminata, & illuminatrix? Equidem Maria surrexit & accipiens lumen mundi, ad templum iuit, & gloria domini orta est super illam, quando ex hoc ingentis gloriæ radius enituit. Eius in vlnis vt vidit Simeon Iesum, ait. *Lumen ad reuelationem gentium, & gloria plebis tue Israel.* Quasi diceret, qui vlnis tuis sustentatur puer, O virgo, lumen est, quo vniuersæ nationes fulgeāt & vnica Israelitica plebs gloriam accipiat. Ad hæc D. Chrysost. iudæorum plebem indignam censens gloria Chri-

sti, Simeonis Verba examinat. An recitatorū gloria Christus? An in domino glorificantur, qui mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum? Qui gloriam item suā crucis vendiderunt sub halta? *Est tamē Propheta Simeon, ait ille, & dicit gloriā tuā plebis Israel.* Fuit enim expectantius gloriæ eius, qui expectabatur, aduentus, & glorificant tum Ioseph, tum Mariam quæ dicuntur. Equidem super Mariam de diuino lumine radiantē in tēplo gloria domini orta est. Et quomodo Maria non glorificaretur, quando tantū munus sinit Deo, nimirum Christum? D. Irinæus lib. 4. cap. 34. de muneribus Deo oblati inquit. *Non indiget quidē dominus nostro munere, sed is, qui offert glorificatur ipse in eo, quod offert, si acceptetur munus eius.* Vt inde Marianam gloriam venemur maximam, quando templum ingressa vnū obtulit Deo munus omnibus acceptabilius. Isaac ditaturus filiū Esau gloria benedictionis, expectabat ab eo aliquale munusculū, ait enim Gen. 27. *Fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & benedicat tibi anima mea.* Interea Iacob currit ad greges, agnum affert, vt cibum, & munus parenti gratum parat, & sibi gloriosam benedictionem accipiat. Quid plura? Accipite Amb. fantem. *Accessit ad oues Iacob, & attulit innocentia partus; quia Patriarchæ cibum nullū credidit esse dulciorem, quam Christum: hunc publico parenti cibum vtilem iudicabat, quo futura erat remissio peccatorum, & ideo accepit stolam fratris.* Ideo præ fratre benedictione fuit ditatus, & glorificatus. Sic communis omnium pater Deus optimus maximus quotidie in templo ab Israele expectabat munus aliquod gratum, dumque carnalis populus hircorum sanguinem parat; Iacobq; proles Maria templum adiens innocentia attulit, & puritatis partū, quia parenti optimo cibum nullū credidit dulciorem futurum, quam Christum, quo futura erat remissio peccatorum, eoque munere Maria & patri Deo placuit, & maximam sibi gloriā conquisiuit. Quam gloriam meditatur D. Isid. Pelus lib. 2. epist. 192. dicēs. *Si puerulus matrimony fructus est, quo*

Ioan. 12

Isa. 60.

Adamus

Chrysost

Iren.

Gen. 27.

Amb.

Isidor.
Pelus.

nam

dam pacto Virgo matrimonij fructum edidit? Sic, inquam ut nec diuina natura quicquam patiatur, & quod mortale est modo quodam, qui nullis verbis exprimi possit, omnemque interpretationis vim superat, honorem accipiat.

S. IIII.

Maria liberalissima in genus humanum.

Epipha. **M**ertus est D. Epiphanius in B. Maria commendanda, sed precipue cum diuinum infantem eius videt in manibus. Tunc sic extulit Marianas laudes. *Dico illam esse calum, thronum simul, & crucem, extendens enim sanctas vlnas Dominum portauit. Et merito crucis dicitur Maria imitatrix, cum extensis vlnis susceptum Dominum portat, aris illum oblatura sacris. Crux equidem omnium creaturarum liberalior extensis brachijs recepit dominum, nec sibi retinuit auara, sed statim illum patri reddidit hostiam salutarem, & acceptabilem, & hominibus, quo redimi possent, precium reseruit. Altera crux Maria, minus dura, sed non minus liberalis vix excepit filium, & extensis vlnis illum portat exhibendum patri, hominibusque donandum. Quod inuens Euang. ait, & tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino. Non ait tulerunt filium suum, ut diuinissimæ matris extolleret liberalitatem, quæ cedens iuri materno, non ut suum, sed ut mundi precium hominibus donatum, efferebat æterno Patri. Non dicit hoc Maria ab illa, quæ natura mater erat hominum. Hæc enim alienos, & vitios fructus sibi subripuit, & dum vii marito, & sibi sapientiam procurat, & diuinitatem, totum inficit, & fame enecat genus humanum. At dicit hoc Maria à maternis Crucis brachijs, quæ statim ac fructum protulit, illum porrigit mundi precium, & hostiam Deo acceptabilem. Ut hinc videantur verba illa Cant. 8. Mariæ aptari: nimirum. *Sub arbore malo suscitanti te, ibi corrupta est mater tua. Quibus**

Rup. Beda. Iustus, & Ans. cognoscunt pulchrâ antithesim inter crucem, & ligni scientiæ boni, & mali: Sub illacum viuentium mater gratiæ plena apparuit, sub isto corrupta est natura in prima naturali matre; sub ligno vitio, quæ mater erat naturâ, naturâ ligni induens aruit, putruit, nil nisi vermes paut. Sub cruce cælestis sponsa Maria excitatur, cruci configurata crucis induit, & gratiam, diuinum fructum non sibi subripiens, sed illum donans hominum vniuersitati. Et dicitur Lucæ 2. *Concipies, & paries filium. Vbi os aureum Chrysol. logi. sic fatur. Non dixit tibi, non dixit tuum. Quare? quia sanctum vocabitur filius Dei. Virgo te gratia præstitit matrè, non natura, genitricem te dici pietas voluit. Sane si genitricem è natura emularetur Maria, vni sibi seruaret diuinum fructum, sicut illa sibi subripere voluit diuinitatem, at misericordia Dei fecit, ut Maria non natura, sed gratia esset mater, non pristini corruptæ naturæ ligni, sed viuidæ crucis gratiæ existeret æmulatrix: Ut sicut Crux diuinum fructum non quasi suum reseruauit, sed hominibus donauit, sic cruciformis gratiæ æmula statim à partu materno iuri cedens, fructum diuinum patri obtulit, illoque vniuersos homines ditauit.*

Chrysol.

Enriquez

S. V.

Marianis manibus diuinus fructus sese maxime ad omnes homines auxit.

Panis viuus erat Dei verbum à principio, sed quo cælestes spiritus soli vescabantur, quo circa aiebat Aug. conc. 1. in Psal. 33. *In principio erat Verbum, ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ virtutes, manducant, & saginantur, quis autem homo posset ad illum peruenire? Nec mica superat à mensa illa, quam homines manducarent, ideo fame perituri. Tandem accessit Maria, & Verbum suis sumpsit in manibus, illumque in il-*

August.

Lib. I. Caput Vndecimum:

S. VI.

Epiph.

lā segetem multiplicavit, quæ vniuersitati hominum parturiret saturitatē. Hinc Epiphanius ait. *Maria est ager minime cultus, quæ Verbum velut granum frumenti suscipiens, etiam manipulum generavit.* Compone illud granum frumenti, cum manipulo generato: & videbis quam multiplicatus sit Angelorum panis in manibus Marianis. Grani mensuram non excedens Verbum aduenit Mariæ, cuius manibus in manipulum crescens vniuerso hominum generi paratur pabulum. Exiguitatem grani illius meditatus Simeon expectabat consolationem Israel, nimirū, quod soli Israëlitarū vescerentur illo grano; verum vt templum ingressus Marianis

vnus contemplatur infantem, protinus exclamat. *Quod parasti ante faciem omnium populorū.* Ad hæc author Greg. in Cat. fatetur. *Ante quam dignus videretur Beate visionis, prestolabatur solatium Israel, vt autem quod sperabat, obtinuit, exclamat se vidisse salutem omnium populorum.* Iam non vni Israël, sed omnibus populis æstimauit sufficiens, quasi in manibus Mariæ tantum incrementum accepisset, quod omnium mortaliū indigētia foret satis. Apud Ioan. c. 6. beneficentissimū illud Christi Domini miraculum celebratur, quo quinque panes accipiens manibus, sic illos fecit augeri, vt præter innumeram puerorum, & foeminarum multitudinem, quinque millia virorum exsatiaret. Ex quo sic D. Athanasius orat de Incar. Verb. ait. *Cum tamen paucis numero panibus, tanta vis populi alitur, & ex inopia copia repululatur. Quis aliud credet, quam authorem earum rerum Dominum esse, procuratoremque mundi?* Dixissem eadem de fecunditate Mariana. Cum enim granū illud frumētū, nempe Verbum diuinum, quod solos Angelos exsatiabat, a virginis manibus non granum, sed manipulus, sed seges fiat, tot populos satiatis, quis aliud credet

Ioan. 6.

Athan.

quam Mariam tanti amenti instrumentum procuratricem esse mundi?

instrumentum procuratricem esse mundi?

(:)

Praclara virtutum facinora scientiam mentis acunt.

Mariam in templum gradiētem, vt Deo filium sistat, comitatur Ecclesia accensis cereis, de more prudentum Virginum, qui exierunt obuiam spondæ, & spondæ accensis lampadibus. O quam discitur prudentia, o quam acuitur mentis sapientia ex præclaris facinoribus manuum! Ad animam scite cupietem dicitur Cant. i. *Si ignoras te, o pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos, &c.* Tuc enim ignorantiam depellit, & sapientiam acquirit anima, si laboriosis instet officijs, si insignia opera patret. Sed aptius Kaldæus quasi cum Maria locutus dicit. *Si ignoras te o pulcherrima foeminarum, egredere, & abi, & deduc filios tuos tamquam hædos, vt appareant in domo Sanctuarij.* Adeo enim excellens est facinus, quo Maria filium suum vnigenitum fecit apparere in domo Sanctuarij, vt vel hoc facinus eius mentem valeat illustrare, & omnigena prudentia condecorare. In Exod. cap. 24. iuxta locutionem D. Basil. in 1. cap. Isaia, dicebant Israëlitarū. *Omnia, quaecumque dixerit Deus, faciemus, & audiemus.* Nota ordinem, faciemus, aiunt, & audiemus, quasi ex factis ad sapientiam capiendam animum aptent. Sic D. Isidorus Pelus lib. 4. epist. 81. ait. *Qui diuina præcepta in opus, actum ve perducere student, ab ipsa actione discunt, non tam oratione, quam actione, & opere cognitionem parient.* Memoriam in præsentibus subit illud Abrahami decantatissimum facinus, quo vnigenitum Deo litant, a quo eam acquisiuit sapientiam, quam nullus studijs compararet. Quæ enim studia scientiam parient futurorum? Et Abraham litaturus filium futura cognoscit, quando interrogatus de Oue, respondit; *Dominus prouidebit sibi victimam.* Vnde scisti hanc diuinam prouidentiam? Quis tibi tam perspicacem sapientiam edocuit? Id sola edocuit

Cant. i.

Kald.

Exod. 24

Isid. Pelus.

Gen. 22

Ephram edocuit tam insigni lirationis actio. Profero D. Ephram in Ionam, ubi sic ait. *Lingua Abrabe plus nouerat quam cor, manebatque mens eius ociosa, at lingua uaticinabatur. Os cum soleat à corde adiscere, hic cor edocetur ab ore mysteria futura.* Potiunt equidem externæ operationes, præclara facta, mentem illuminare, incredibilemque sapientiam ingerere animo. Quocirca Martha ad templū mittitur, ut filium Deo silit, & ex tam insigni opere, quidquid scire cupit, facile capiat.

S. VII.

Mariana fecunditas in unitate prolis commendatur.

Epipha. **M**ALE periere, qui Marianū puerperium multiplicabant, docentes à filij Dei egressū mansisse aperta uirginalia claustra, ut alios parerent, ut sic rigurose primogeniti munus Deo oblatum decantent. Proh insania! Hos detriumphat Epiph. lib 3. contra Hæres. aicens. *Profecto etiam genitricem ipsius leenam dixerim: unde enim gignitur omnino leo, si non leana mater eius uocatur? Leana autem non contingit secundus partus, non ergo amplius partum nouit Maria.* Ea enim erat Maria, cuius unicus filius inter omnes futurus existeret singularis. Qui à maledictione partus, multiplicantur, nō enim propè infinita malorum moles aliter exhauriri posset, nisi per multitudinem partuum. At ubi totum benedictionis negotium est, ubi totus perfectionis cumulus adest, unicus etiam partus debet esse, qui in se totum gratiarum imbibat mare. De Præcurioris Domini parentibus dicitur Lucæ 1. *Et non erat illis filius: quod expendens Chrysol. serm. 91. ait. Non dixit non erant illis filij, sed non erat illis filius, quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus.* Perfectissimum parentem decet non filiorum examen, sed is filius, qui totum perfectionum cumulum exhauriat, qui singulares patris uirtutes ipse unice, & singulariter orat, & exaltet.

Hinc Paul. ad Corinth. 1. cap. 8. uanissimas Deorum Græcorum genealogias confundens ait. *Nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum, & unus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum.* Quasi diceret, quod uerus Deus nosceret, etiam multarum creaturarum author sit, tamen nō earum enixu pater constituitur, quando partus multitudo degeneres, & imperfectas proles enuntiat, uerum quod pater fiat, ad habet ab unico & singulari filio, qui omnem patris exhaurit perfectionum cumulum. Quem sensum præfert D. Athanas. epist. 1. ad Serap. dicens. *Si filius est Dei Verbum, uetus est sicut Pater. Unus enim Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Iesus Christus, unde & unigenitus filius dictus est.* At creatura multa sunt, uariæque Angeli, Archangeli, Cherubin, Principatus, Potestates. Porro, quia filius non est de multorum numero, sed unus est, sicut Pater unus est, nequaquam est creatura, &c. Indecens erat tantū Patris filium, numerum esse, & unum è multitudine, sed unicum, sed singularem, Patris referentē æternam singularitatem. Hinc iam sese fert maternitas Mariana de unico, & singulari filio exultans, qui uenicus est, sic in omnibus perfectionibus, unicam refert matrem.

S. VIII.

Vna Maria parens, purgatione minime indiguit.

APage Origines, qui diuinissimum hoc puerperium purgationi subiicit, quando ipsa puritas, & mundities Mariæ parienti muderet. Quid purius eo partu, in quo iustitiæ sol nascitur? Pulchrè D. Zeno serm. 2. de Nat. Zeno inquit. *Non mater eius tanti partus pondere exhausta, totis pallens iacuit resoluta uisceribus, non filius matris, aut suis est ullis sordibus delibutus: neque enim re uera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes, & maculas uenerat mundaturus.* De antiqui serpentis halitu, sordet infecta

Lib. I. Caput Vndecimum.

fecta hominum natiuitas, & qua femina hominem purum acceperat, & mundum, æquum est, vt in sordibus iaceat erubescens quod ipsum reddat prorsus squalentem, & immundum. Inde Maria felicior, quæ non parturit peccatorem, sed sanctum, non solum hominem, sed & Deum, ideo, ait Angelus, & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. & vt bene D. Gregor. Nazian. orat. 40. *Dei filius, sine ulla spurcitie ex virgine progressus est, nihil enim spurcum vbi Deus est. Iam a sæculo Deus habitat lucem inaccessibilem, quare complexa Deum Maria, non sordes nutrit, sed candidissimo lumine, limpidissimisque radijs conuestitur. Ecce vobis, quicumque tenebrarum harum principibus seruitis, quantis sordibus eorum emittis amicitiam? Sane si ablundi estis, fontibus egetis, & mari. Nota est illa Marc. 5. historia, vbi grex porcorum, quo nil immundius, demonis tamẽ immundiciam non sustinens, vt illam de pelleret, totam maris aquam subiit, ait enim. *Exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare. Quod notans Chrysologi acumen ser. 17. dicit. Demergi in mari, & fluctibus perire grex maluit, quam eius immundiciam pati, & putredinem tolerare. Quasi eis, qui nequissimis spiritibus obsequuntur, toto mari opus habeant, vt contrarias inde depellant immundities.**

re, & etiam vbi Patrem dicere posset, dominicum reueretur titulum. *Matth. 11. inquit. Iesus: Confiteor tibi pater Domine cæli, & terræ. Si patrem vocas bone, & uere vocas, cur Domini meministi? Patrem vocabat vere filius, sed humanitas assumpta nequit etiam ibi Dominum obliuisci. Lo huius loci commentatorem D. Athan. lib. 3. contra Arrianos, vbi sic habet. *Cum pulcherrima interpunctione dixit, confiteor tibi pater; deinde Domine cæli & terræ. Vbi illum & patrem suum dixit, & rerum creatarum Dominum, vt liquido constaret, eum a tempore indute carnis patrem suum Dominum appellare. Caro facit assumpta, ne detrectetur forma seruis, sed etiam in patre suramum internoſcatur dominium. Et expendo illud, a tempore indute carnis, non enim is est Dei filius, qui detrectet Dominos recognoscere, cum licet; ante carnem non habebat vnde Dominum confiteretur, sed vbi carnẽ accepit, statim sese Domino sistit. Huc ebiberunt spiritum quicumque anhelant ad filiationem diuinam, quo ceteros quisq; sibi Dominos, & prædicat, & existimat. Felix illa Chananæa Matth. 15. a Tyro, & Sydone egressa, sic moliebatur Dominicam repulſam. *Etiã Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum. O vere felix mulier, quæ salutis filie causa Christum secutura, hoc in primis ex filij Dei spiritu accepit, vt etiã Iudæos profiteretur Dominos suos! De illa Amb. ait: *Studium eius, & humilitatem Dominus laudauit, quæ non sibi profundum sapientiæ a primordio vindicauit, quamuis de Tyri, & Sydonis finibus sam esset egressa, sed micæ quasdam, quæ de mensa Dominorum suorum caderent, crederet colligendas. Quam longe ab sunt vanissimi Tyrones, qui vix limina sapientiæ, siue vitæ spiritalis ingressi, & Agarenorum instar, Dominam despiciunt, omnibus se præficiunt. Vtinã quid de filio Dei haberent menti insitum, & nil tam in se meminissent, quã seruitutem, & in cæteris Dominum. Sic Proba commendat D. Fulg. Epi stol. ad Gallam. *Proba cum sit auis, atavisque nata consulibus, & delictis regalibus*****

Qui spiritu Dei aguntur omnes alios, vt Dominos, reuerentur.

Ecce vobis Angelorum regina diuino ditata partu, diuina prole præfultans in templum properat, vt Moysi obsecundet, & puerum Domino sistat. Quid sibi vult quod sistat puerum Domino? Nonne verius dixisset vt sistat puerum patri? Equidem hoc habet humana caro a diuino verbo assumpta, ne detrectet Dominum recognosce-

Matth.

Athan.

Matth.

Amb.

Fulg.

bus

bas nutrita, tanta illi est humilitas dono gratie celestis infusa, ut amore subiectionis, & usu seruendi, Dominam se ali quando fuisse iam nesciat, cum omnes Dominos habere de lectione sanctæ seruitutis affectat. Maria ergo Deo propinquior quã Chananza, Dei studiosior quam Proba, vt Dei filio ditata fuit, quasi Dominam se esse nesciret, de lectione sanctæ seruitutis Moyfi obtemperans, legalis disciplinæ micæ perquirat, cum esset plena pane viuo, & in templo se, filiumque suum Domino fassit.

I X.

In communi legum obseruantia
virtus enitet præstantissima.

Specti sint noui, & paradoxo viuendi modi etiã in virtutum transcurrendis curriculis, nam qui extraordinarias abiectiois, & austeritatis vias arripere, præpropere consilio, in amplissimos vitiorum campos deueniunt. Superbissimus ille Nabuchodonosor, audiuit à Daniele somni sui expositionem, cap. 2. Quid tunc? Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suã & Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit, vt sacrificarent ei. Quis de tam humili adoratione non speraret magnos progressus virtutũ? Quis Regem humi postratum ad captiuos pedes videns, non crederet, in humilitatis verticem deuenturum? Sed ecce statim auream sui imaginem extollit quam adorandam exhibet multitudini. Id acute animaduertens Richardus Viç. lib. 1. de crud. int. hom. parte 1. cap. 36. ait. Illud notandum quod sepe quo se quis inconsultius, & immoderatus abicit, eo ad insanos post modum superbiam erumpit. Attende in rege humiliationem instabilem, & indiscretam, & post modum superbiam plusquam humanam. Nam qui prius Danielem adorauit, idem ipse post modum statuum suam adorare præcepit. Securissime quis eas vi-

rum semitas terit, quæ intra communes sui status terminos continentur. Hinc sese maxime extulit virtus Mariana, nimirum in sui status communiũ legum exactissima obseruantia. Quam enim abiectiois & humilitatis semitam secuta est, nisi eam, qua communibus puerperij legibus sese subiecit? Et dum tritis omnium vijs graditur, perpetes aliorum volatus excedit. Illi aciebat Angelus, *invenisti gratiam apud Dominum: quo circa D. Bern. serm. 3. in Annunt. pöderat. In venisti gratiam quantam gratiam? gratiam plenam, gratiam singularem? singularem an generalem? Vtramque sine dubio, quia plenam, & eo singularem, quo generalem. Itaque eo singularis præstantia virtutis Marianæ clauit, quo non peregrinis & exorbitantibus, sed communibus, & generalibus semitis gradiebat. Ecce tibi vnde commendatur præstantis virtutis vit. Gen. 6. iuxta lect. Chrysoft. Noë homo iustus in generatione sua De quo pulchre expendit ipse Chrysoft. hom. 23. Vidisti ad mirabilem genealogiam? Noë, inquit, homo, commune nomen pro laude iusti usurpat. Nec in iusto viro crediderim laudabilius aliud, quam si communes, & tritas viuendi sui status semitas impleat sanctitate. Deborâ suam victoriam commendat Iudic. 5. aiens. De celo dimicatum est, stellæ manentes in ordine suo contra Sisaram pugnaverunt. Quasi diceret, vt inclitus Israël dux Iosue victoriam reportaret, omnes planetæ celestes a communibus legibus exorbitarunt, nouas, & in vñitatas stationes præ se tulerunt. Verũ mea victoria eo præstantior, quo communis astrorum ordo permansit, quo intra communes cæli, terræque mores confecta est. Id innuit Dionis. Carth. dum ait Contra Sisaram pugnasse dicuntur stellæ in suo cursu & ordine permanendo, id est solitum cursum, & dispositionem suam seruando. Sic que per verba ista innuitur differentia huius victoriæ ab ea: que sub Iosue de super est concessa Summe enim commendatur virtus, qua quisque in ordine suo, in statu suo, tritis terendo vias, communes obseruando leges se maxime exaltat.*

Luc. 2.
Bern.

Gen. 6.

Chrysof.

Iud. 5.

Carth.

Text.

Lib. I. Caput Vndecimum.

Tex. Et vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

¶ XI.

Discant religiosi viri, dum Principum frequentant domus, nihil dimittere de Christiana paupertate.

Illustum, diuitumque erat, agnum Deo offerre, vnde miror, quod virgo paucos ante dies à Regibus visitata, & munita, inter regum frequentias, & munera adhuc amaret Christianam paupertatem, & munus diues, nec Deo offerendum sumptu secuta in omnibus mores pauperum, dum offert par turturum, aut duos pullos columbarum. O quam religiose! O vos felices viri religiosi, qui de Mariæ exemplo nostis inter Reges, & Principes commorari, & nihilominus integrâ Christi paupertatem sectari. Psal. 103. ait. Cedri libani, quas plantauit, illic passeris nidificabunt. Erodus domus Dux est eorum. Sanè cedri istæ, Principes sæculi sunt, quibus diuitijs passeruli Christi sustentantur apud illos manentes, & illorum saluti inuigilantes spirituali. Dum tamen apud Principes sunt, de Principum exemplo non amant diuitias, non secuntur aurum, sed Erodij; vel, vt alij legunt, Fulcæ domus, hoc est Christi paupertas dux est eorum. Hanc vnam vel in Regijs spectant quod eleganter tractans August. ibi conc. 3. ait. Illic, id est in cedris libani, passeris nidificabunt: præbebunt ramis sustentationem suarum, colligendis minutis spiritibus. Præbent istæ, faciunt hæc cedri libani, quas plantauit Dominus. Sed passeris quamuis in cedris libani nidificabunt, non tamen cedri libani duces sunt passerum. Sed Fulcæ domus dux est eorum. In cedris quidem nidificant pisse-

Psal. 103.

August.

res, sed petram illam habent ducem, quæ fluctibus tunditur, & non frangitur, imitantur enim Christum. Nec inter amenas cedros, inter regum, Principumque frequentias patiuntur aliud, quam Christum pauperem spectare, & sectari. Cedrus illa magna, & procerâ Nabuchodonosor, in cuius brachijs fideles passeruli nidificabant, fecit statuam auream Dan. 3. quam sectatores eius adorarent. Fecit & ardentem fornacem, qua mitterentur, qui aliud, quam Regiam aut imaginem spectarent. Proh dolor! inuenti sunt tres passeruli, tres pueri Hebræi, qui tñ in cedris nidificabant, tamen non abibant post aurum, non ducera habebant ceurum, sed Deum spectabant, hi dati flammis sunt, verum flammæ illos custodientes, sectatores auri vorarunt. Caue tibi serue Dei, qui apud cedros nidificas, qui Principes sæculi sectaris, ne cum auri sectatoribus abeas, ne oculos auertas à Christiana paupertate, & venerationi eris ipsis flammis. Luculenter monebat hoc Chrysol. homilia 24. ad Popul. fatus. In ignem igitur descende, ne sed eas extra ignem ne te flamma corripiat. Nam si te cum pauperibus quidem viderit à te discedet, si vero separatim ab eis, tibi statim insiliet, & te corripiet. Cum diabolus aurum non adorantes in caminum paupertatis immittere minatus fuerit, ne de mittetium, sed ex missurum esse veli numero, vt ex his qui saluantur ne ex his qui comburuntur, efficiaris Mirabor si post aurum abeunt non te flamma vorat, quæ illorum custos est, qui in cedris, nidificantes, ambiciosi sectatores sunt paupertatis Christianæ.

Daniel.

Chrysol.

¶ XII.

Qui magna reliquerunt pro Deo, erubescant non contemnere parua.

Posset sane Maria de Regum muneribus offerre agnum, vt vel aliquantulum inde splendorem inter populares

Tert.

pulares caperet. Absit hoc piaculum a Mariana virtute, quæ magnis præparata, caperetur paruis Non ne eleganter monebat Tert. lib. de Pat. *Absit a seruo Dei tale inquinamentum, ut patientia maioribus tentationibus præparata, infriuolis excidat?* Ea sane est Mariæ puritas, quæ ut animose contempsit mundi magnalia, sic paruas consolatiunculas summe re dedignatur. Sane fortis athleta Iob

Iob. 2.

bonis omnibus spoliatus iuxta septuag. lectionem cap. 2. *Sedebat supra acerbum stercoris extra ciuitatem.* Cur extra ciuitatem, sedurus abiit? Pulchre Orig. lib.

Orig.

2. in Iob. *Cur in ciuitatem maneam? Cur re, ac filij, & ciuitate, & domibus carui. Cum re familiari ac libenis, corona regni ablata est mihi. Nunc vero cum regno, re inquam etiam ciuitatem ac domum* Vir strenuus putabat gloriæ suæ inquinamentum fore, si qui regni amissionem tulerit, consolationem caperet in vna permanente ciuitate, sic affluens magni ipse dedignatur & parua. Ut erubescant illi, qui regna, qui mundi grãdia aut sunt a se pellere, & paruis postmodum irretuntur consolatiunculis. Cur Petri ardor, in nefario milite plectendo, non fuit Domino probatus? sed ait illi Matth. 26. *Mitte gladium tuum in*

Matth. 26.

vaginam. Quid quod Petrus strinxerit gladium? An hoc ignemiosum Christo, se de vnus gladio consolari, quando omnes Angelorum exercitus reliquerat? Ait D. Leo. ser. 6. de Pal. *Superfluum erat, ut qui nolebat pro æsidio, Angelicarum virtutum iuuari, vellet se vni discipuli oppositione defendi.* Fugiamus & nos qui magnalia mundi abnegauimus, de paruis consolationem perquirere, qui plenas mentes abiecitimus, ad micas inluare, & ad ossa corrosa, qui cete magna victores superauimus, Echeneidis minimis detineri Sic monebat D. Greg. Nazian. carmine 3. ad

Nazian Virgines.

Nec vite ipsa tua immittas, Echeneida, carnem.

Quæ velut in iecela, properantem, compedit, puppin.

D tinet, ac tantam cogit subsistere molem.

Et quid doleres nauim saluis mercibus

per Scillas per Caribdines nauigare, vè roque secundo ingentia scopulorum pericula contemnere; tumentes fluctus, ventorum superare rabies & tandem è vestigio pusilli pisciculi immobilem habere. Sic multi descendunt mare in nauibus, quando humanæ vitæ fluctus vt superent, sese Christianæ ligno committunt crucis, & post superata grandia pericula, post ingentes merces comparatas, post felicissimos factos processus, paruam quid obijcitur, nimirum pusilla concupiscentiæ, siue vanitatis remora, qua properantē detinet, & cogit tantam subsistere mole. Aliquando enim perfectus viris accidit id quod familiare est illis qui a solis luce ingrediuntur suboscuro cubiculum, vbi luci assueti nihil videntes passim offendunt vel leuissimis offendiculis. Sic multi viri spirituales dum ob animarum lucrū, foras discurrunt, gloriosa facinora peragentes, insensibiliter de forensibus negocijs affecti, sæpe domi corruunt propter leuissima offendicula.

S. XIII.

Magna virginitatis custodia est, quod nolis ornatio apparere, quam status rei familiaris permittit.

Cur paupercula & humilis Maria de agno oblato vellet ornatio apparere? Vt bene notat Canus lib. 11. de locis, non decebat vt quæ pauper erat, diuitum oblationem subito efferret: ab omni enim fastu erat virgo aliena. Præcipue quod in virginibus male olet quicunque ornatus, qui ab statu rei familiaris non permittitur. Vbi tenue penu profiteris, cur de diuitum extolleris ornatus & pulcritudinibus? Tota prisorum adolescentum ambitio, præcipuus ornatus erat in crinibus, quibus insignis Iob, inter diuitias, inter regni splendores, vbi regni, bonorūque partitur iacturam, tonsa capite corruens in terram adorauit. Quid plura? tonsa à Iobo

Iob. 1.

Lib. I. Caput Duodecimum.

Orig:

Iobo capitis hanc pulchram rationem meditatur Orig. lib. i. in Iob ubi inquit. *Comam vero capitis sui totondit, ob hoc quia deposita diuitiarum abundantia, etiã come nimietatem deponeret. Non bene conueniunt pauper penur, & diutum ornatus, qui animo castus est, cum status sui conditione temperet corporis cultum, & comarum ambitionem. An hoc reperiit Lucillus ille, qui post sub- stãtię omnis naufragium, crines statim totondit? dicens in illo Greco latino apud Natalẽ comitẽ lib. 8. Myth. cap. 4.*

Natalis

Dijs, a quoreo que Ioni.

Seruatus dicat è pelagi Lucillus undis. Hos crines, aliud namque habet ille nihil.

Turpe enim est nihil habere, & crines rotari calamistrũ vestigio. Hinc ab Ægyptiæ manibus sine pallio elapsum Iosephum commendans D. Cyprianus lib. de Pud. inquit. *Ipsas vestes reliquit, corporis nuditatem habiturus innocentie testem* Ah quoties quam innocentiam prædicat corporis nuditas, humilis ornatus, pauper cultus, eandem produunt intorti crines, ornatio cultus, ambitiosus ornatus Hoc de exẽplo Marię sanctum esse velim omnibus castitatis amatoribus, quod nimirum humiles virgines minime decent pompa ambitiones diutum.

Cypr.

J. XIII.

Primo loco Deo reddas idem, quod ab illo accipis.

Oblatum à Maria filium sequuntur alia turturum munera, quia Marię gratissimus animus, nil prius Deo offerere studuit quam ipsum quem acceperat filium Deo dante. Sic monebat D. Leo ser. de Nat. 6. *Non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, qui non aliter pie colitur, nisi id ei, quod ipse tribuit offeratur.* Accepit Maria à Deo filium qualem nulla foemina accepit, sed nec accipere potest: sed

Leo

auara & ingrata minime retinuit acceptum, quando in primis festinat intẽplum, filiũ Deo reddere. Felix illa Anna Samuelis mater, ante quã esset mater 1. reg. 1. sic Deum orabat. *Si audiendo audieris precatorem ancilla tue, & dederis mihi filium, dabo illum donum Domino omni tempore.* Ad quæ verba eleganter aduertit D. Chrylost. in epist. ad Ephet. cap. 6. hom. 24. *Non dixit si dederis mihi puerum, dabo pestinas, sed ipsum totum donum retribuam, primogenitum, & orationis filium.* Longe præstantior Maria ubi venit plenitudo temporis ipsa, quem acceperat filium, donum Deo retribuit. Alia de Simeonis occur- su, & Annæ prophetiç habentur lib. 2. cap. 9. per totum.

1. reg 1.

Crylost

CAPVT XII.

De Maria iuxta Crucem.

Multa B. pertulit Maria in Saluatoris infantia, cum fugitiua ad Ægyptum cucurrit, cum triduo duodenem filium desiderauit. Etenim his, & alijs plurimis euentibus doloris gladius virgineum animum transberuerat. Quorum dolorum æstimationẽ non vacat in præsentĩ facere: commodius id præstabimus cum Christi Domini enucleauerimus infantiam. Modo in altum ducimur, vt quo à tempestate passionis iactata sit Mariana rates, inspiciamus: rates, inquam, & Crucis arbori religata, & Crucem secuta, medijs ipsis naufragijs.

Ioann. 19. Stabant autem iuxta Crucem Iesu, mater eius.

J. I.

Innocentis filij mors acerbissima omnium dolorum Mariæ.

Quid magis acerbum, quã quod parens videat morietem filium, &

& vnicum, & amantissimum filium? Nescio an Deus maiori clade aflicere posset in hoc sæculo parentes, quam filii amantissimi interfectione. Sanctissimus ille vir Synesius Ptolemaidæ antistes dolorem suum ex filij morte exagerans epist. 126. aiebat: *Neceſſe erat vehementiorem eſſe huius mali impetum.* Hinc crediderim, quod dæmon ille cuius curæ erat, rebus Iobi nocere, hūc vehementissimum impetum illi in primis parasse, dum omittis alijs, vnam filiorum mortem renouat, dicens c. 1. *Quæ corruens opproſit liberos tuos, & mortui sunt.* Ibi Olimpiodorus in Cat. ait. *Germanæ prolis præcipue meminit, ut iuſti naturam exulceraret. Nec enim dixit ſupra omnes qui intus erat, cecidit, ſed magis luculentas ei plagas infligens dixit cecidit ſuper filios tuos.* Videte modo Marianam plagam eo vehementiorem, & luculentiorē, quo Mater digniorem vita filium videbat atrociter, & crudeliter fini. Genes. 7. cauetur; *Erit omnis anima, quæ non circumciſa fuerit exterminabitur à populo ſuo.* Et quidem, quod puer non circumcideretur, non ex illi^o culpa, ſed ex parentum incuria oriebatur, cur ergo lex non potius vindicat in parentes, quàm in pueros incircumciſos? Et ſane eo grauius in parentes exardeſcit legis vindicta, quo filios mulctat, & affligit. Sic D. Iſidor. Peluſ. libr. 2. p. 81 inquit. *Dicendum erat enim qui non circumcideret exterminatum iri, non autem infantes immatura ætatis.* Ego vero ne literalem quidẽ ſenſum improbo, ſiquidem parentibus acerbius eſt ſupplicium, cum pueri exitio dantur. Proh dolor, & virginis, & Matris ſanctiſſimæ, vbi vnicentum filium tam cruæli, & infami mortis ſupplicio videt extingui! Nescio an Maria in hoc ſæculo poſſet torqueri amplius, & affligi. Rabidiſſimus dæmon in Saulē, vt eum incredibili dolore affligeret, 1. Reg. cap 14. id machinatus eſt, quod Saulis filius Ionathas legem inculpabiliter frangat, ob quam innocens morte in iſtis Patris oculis mulctetur. Id quod ponderans D. Chryſoſto. homil. 4. ad Populum fatat. *Exiit ita. it. ſceleratus ille, & hac rursus prophamorem moliri cœ-*

Synes.
Iob 1.
Olimp.
Gen. 17.
Iſid. Pel.
1. Reg. 14.
Chryſoſt.

dem. Si enim Ionathas ſciens peccaſſet, & iugulatus fuſſet, filij cedes tantum id erat: nunc autem ex ignorantia præuariatatus (nec enim audiuit iuramenta) demum interfeſtus, duplicem Patri dolorem effeciſſet, filium enim, & filium qui nihil peccauerat, immolaturus erat. Vere 0 Beata Virgo, & Mater non ſimplex eſt dolor tuus iuxta Crucem, ſed doloreſt duplex, ſed multiplex, quãdo occidit vides, filiũ & filiũ qui nihil peccauerat, & ab his, qui tibi cordi erant, & quos ipſe cumulauerat beneficijs multiſque iudicibus bonis impleuerat.

§. II.

Maria Virgo pro mundi vita filium neci tradit.

Reuoco in examen illud pro dolore Saulis in morte filij à Chryſoſtomo paulo ante ponderatum. Nimirum, *Filium, & filium qui nihil peccauerat, imolaturus erat.* Sic in Marianus dolor eſt, quod ipſa ipſa, filium, & filium qui nihil peccauerat, immolabatur. Sic D. Bernardus Sen. putat filiũ ad Matrem fuiſſe locutum his verbis. *Vulneraſti cor meum, pro amore tuo carnem aſſumpſi, & vulneribus primis vulneraſti in Cruce cor meum.* Prima quidem Maria incluta Abrahamides ſtrinxit ferrum in filium, vt imperanti Deo prolem immerentem litaret. Prima pro communi ſalute primogenitum ſuum ad mortem expoſtulauit. Prima parens altera filio ſuo non pepercit, ſed pro omnibus tradidit; à qua ſimul & lac, & lignum Crucis filius accepit. Sifaræ fortiffimo duci lael vxor Heber Cinæ lacte potauit, ſic hiſtoria ludicum 4 narratur. *Iael aperuit utrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illũ.* Et ſtatim cum ille lactatus dormuiſſet; *tulit Iael clauum tabernaculi aſſumens pariter & malleum, & ingreſſa abſconditẽ, & cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuffumque malleo defixit in cerebrum uſque ad terram qui ſoporem morti ſocians, defecit, & mortuus eſt.* Ex hoc laelis facinore Petrus

Bernardi nus.
Iud. 4.

Lib. I. Caput Duodecimum;

Dam.

trus Damianus triumphum ex hoste ab Ecclesia peractum his verbis decantat. *Itaque quem Israelitica plebs superare non potuit, peregrina mulier, hoc est Gentilis Ecclesia, solo Crucis ligno prostravit.*

**Tom in
discript.
apud Me
aph.**

Verum liceat nobis ex hoc facto non mortem inflictam hosti ab Ecclesia, sed inflictam amantissimo filio à matre decantare. Equidem noua, & illustrior Iael summi spiritus sponsa Maria vbera de cælo pleno ducem, & filium Iesum lactauit, sed quo actu lactauit? ut postea clavis, ligno ipso Crucis exhauriret, & sanguinem. Ita Phylosophus Magnus Athanasius de Christo Domino ait: *Suxit mammam, ut diuinum illud lac nobis scaturiret, quod ex proprio latere profundit: nihil enim aliud est lac, nisi sanguis albus.* Ecce quã maturauit Maria mortem filio propinare, ipso in lacte, à primis mammis cõfossam hasta latus meditabatur. Trutiores illi Iudæi, qui Domini sitiebant sanguinem, ad summum dicebant: *mittamus lignum in panem eius.* Festinior mater non expectat panem, sed in lacte porrigendo mittit lignum, exigit sanguinem, ut nec guttam lactis exugat infans, cui non reddat in ligno fluuium sanguinis. Tenellum filium Machabeum, sic apud D. Ambros. inuictissima mater ad Crucem, mortisque hortabatur. *Tu solus superes filii, summa votorum meorum. Misere mei, que te in utero tot mensium curriculo portavi: aspice in cælum ad patrem omnium; aspice ad fratres, qui collegam requirunt; aspice ad matrem qua tibi lac dedit; redde mercedem pro sanguinis; noli à fratribus; noli à matre diuelli.* Sic illa ex Patris cœlestis obedientia, ex fratrum exigentia ex materni lactis obligatione filium animose propellit ad cruciatum. Quæ verba (ut puto) virgineo robori magis quadrant. Sicine Maria filium moriturum alloquebatur, & cum Iudæi clamabant, *si filius Dei est, descendat de Cruce;* illa lactis oblatis memorans, sic proclamat: *Misere mei: que te in utero portavi, aspice ad patrem cœlestem, ad fratres, qui Salvatorem requirunt: ad matrem, que tibi lac dedit; redde mercedem pro sanguinis.* Compensetur

Amb.

lac, exhauriatur sanguis, ut sic in ligno decidens prutini ligni damnis medearis.

S. III.

Maria et) morti filium animose, fortiterque dabat, et simul luctu, etu, dolorque maximo moribundum plagebat.

Iugulaturus Deo unicam eam dilectissimam filiam Hebræorum iudex Iephte ingemuit vehementer, indoluit maxime. sic text. sacer Iud. 11. *Iud. 11. Qua visa scidit vestimenta sua, & ait. Heu me filiam ea decepisti me, & ipsa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* Expende in duce maximo, & fortissimo post mille hostium strages, & lachrymas, & gemitus vehementes de filia iugulanda, simul & promptam, & inuictam voluntatem ad tantum facinus per petradum Etenim, scissis vestibus, multa lamentatus, ait: *aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero: nec lachrymæ, nec luctus, nec gemitus robur emolliunt voluntatis paratæ, ut filia effundatur sanguis, nec anea, roborisque plena voluntas, quæ in sanguine etiam proprium audet, lachrymas, luctusque exliccauit, ut merito. Ambros. lib. 3. offic. cap. 12. dicat. Iephte licet prometu (scilicet Dei) acerbitatem dure solutionis impleuerit, tamen luctum annuum etiam posteris deplorandum statuit, ac dereliquit. Eternis luctibus absoluit religionem, eademque pietate, & filiam absumpsit, & lamenta æternauit. Iephteum tamen luctum simul, & religionem Virgo Maria longe superauit, que crucis proxima patibulo, acerbitatem durissimi holocausti mente adimplet, immensique doloris segetem rigat lachrymis, mactatura filium (si patri placeat) cruci animose adstat; & pene eadem vulnera mille excruciatas doloribus lamentatur. Vnus id expendat D. Antoninus 4 parte Theolo. tit 15. cap. 41. §. 1. Stabat verecunda, modesta, lachrymis plena.*

Iud. 11.

Ambros.

Antoninus.

plena

plena, doloribus immensa: ita tamen diuina voluntati conformis, quod (vt Auselmus ait,) Si oportuisset, ipsa filium in cruce passuisset, atque obtulisset. Neque enim minoris fuit obedientiæ, quam Abrabâ. Robur illi circa pectus erat, quo filium ipsa litabat, & simul oculi mollescebant in lachrimas, osque felleum ex abundantia cordis lamentationes, carmen, & vix erutabat: Ovalidus miserationis affectus! potens es vel vno ictu a marmoreis pectoribus educere riuos aquarum. Pulchre author Catenæ Grecæ Job. 2. vers. 10. id in Patriarcha Ioseph est meditat. *Plerosque eorum, qui cupiditates vicerunt, inflexit misratio. Ioseph ille mentis, virtutisque celsitudine prestans vir eam, quæ summâ inter mortales exercet tyrannidem, compressit voluptatem; barbaram quoque feminam infuitas machinas adhibentem propulsaust, sed tamen lachrimas tenere non potuit. Fratres enim, a quibus iniuriam acceperat, cum non conspexisset inflammatus affectu os celeriter lauit. Ecce tibi iniurios licet sibi fratres solo prostratos non sustinuit ille videre, quum vim profunderet in nensam lachrymarum. Quid ergo efficeret misratio Mariana? Vidit non iniurium fratrem, sed amantissimum filium, sed beneficium Deum a puluere in cruce sublatum, ex carnificatum, faciem illam decoram tabo, sanguineq; fœdatâ. An quæ Æthiæos cupidinum ignes non nouit, manantia lachrymarum flumina exsiccabit? an quæ sumam carnis tyrannidem, antequam sentiret, pesum dedit, erumpentes gemitus retardabit? an quæ filium sine dolore vitæ dedit sine ingenti, dolorum strage morti tradit? sane non ea est miserationis violentia, immò amentia matrem facit sudare ænea pectora eliquat, maternum animum ex cruciat, dilaniat. *Intuetur te illa benedicta in mulieribus, & fixis in te oculis vulnera tua pietate considerat materna, & licet non ignoret, quid boni cõferat mundo passio tua, tamen parentis affectum commoritur, & pectus maternum inmanitate dolorum ardetur.* Hæc Arnoldus Christo de materni doloris acerbitate locutus; quibus virginem simul, & salutem*

hominum prospicere vides, & vehementi dolore moribundum filium lamentari! Quod si velis iuste dolorem Virginem æstimare, vel vnicuique argumento animo perpende, quid tunc vniuersi creatura patiat, perstreperet saxa, & collissa finduntur, inhiant sepulchra ruptis faucibus, carnifices ipsi, vel in victi pectora quatunt, vnde pulchre Bernar. *Cogitare nunc libet quantus dolor tunc infuit matri, cum sic dolebant, quæ in sensibilia erant.* Is etenim erat dolor, & luctus Marianus, qui finderet saxa, qui moueret inferorum antra.

Bern.

S. IIII.

Maria Virgo oculis excepit vniuersa filij sui vulnera; quod dolorem exprimit omnium maximum.

IS maximū dolorē ictus affert, qui maxime sensibile corporis partē afficit. is maxime sensibile afficit qui oculorum pupilas inimicatur. Hinc apud Zacharia. c. 2. Dominus dolorem de suorū strage conceptum sic exaggerat, *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Etenim quos ictus fideles corpore excipiebant, his Domini oculi cruciabantur; cum illi dorso, Deus oculis feriebatur. Hinc Marianum dolorem iuxta cruce credit omnium maximum qui aduertit ab illa oculis excipi quot quot telamantissimi filij corpus transuerberauit. Id in Machabæorum matre lanialis astante filijs expendit August. acumē *ferm. 109. de diuersis 6. cap. Illa inquit videndo in omnibus passa est; facta mater septem martyrum, septies martyr a filijs non separata spectando, & filijs addita moriendo, videbat omnes, amabat omnes, ferebat in oculis, quod in carne omnes.* Nihil virginæ matri acomodatus, nihil de Mariano dolore, est verius, & significatius. Filius Mariæ mille pertulit immānissimos cruciatus, in via, in monte Caluarie, in cruce, illa videndo, in omnibus, passa est, millies martyr, a filio non separata spectando, se se filio cupide addi

Zacharia.

Aug.

Grecus.

Arnol.

Lib. I. Caput Duodecimum:

tura moriendo videbat filium, amabat filium, ferebat in oculis, quod in carne filius, & ideo cruciatuum acerbitate, & immanitate superabat omnes martyres: acute Iosephus Machabæorum immansimos cruciatus, mēbrorum laniationem, ardentis sarragines, vix audet, matri hęc spectanti comparare; sic enim alloquitur inclytos antiquæ legis Martyres. *Non ego vos paruulos membrorum lineamentis, & totius vultus notis matris æmulos dicam, sit hæc summa laudis in ceteris, quibus præter naturam nil animus dedit. Vos ergo similes me te, robore fide afferam, & matri in omnibus pares dicam, in nullo postponendi, in nullo minus venerabiles, nisi quod illa immanitatem dolorum præ oculis excepit.* Sic ille inuictissimos iuuenes mille cruciatibus, mille tormentis affectos eo reputat solum matre inferiores, quod illa, & si non corpore, tamen oculis cruciatur filios spectando. Sunt equidem qui religione constricti dorsum acerbissimis flagelis dederunt, latera, candentibus flammis, ferreis vngulis crura bipenni, os felleo calicis, manus clauis, venter plumbeæ molli, his forsitam suos possint Marianis cruciatibus comparare, nisi quod illa inhumanitatem dolorum præ oculis excepit, vt merito Mariæ Virgini conueniat, quod Cyprianus eidem Machabæorum matri his verbis aptat. *Tā grande martyrium Deo præbuit virtute oculorum suorum, quam præbuerant filij omnes tormentis, & passione membrorum.* Etenim si aliqua creatura tan grande martyrium præbere potuit Deo quam Christus crucifixus, crediderim a sola Mariæ præbitum tantum martyrium, virtute oculorum suorum, quantum præbuit Filius eius tormentis, passione membrorum. Porro de Marianis progenitoribus, apud Abrææ finem existētibus, hoc asserit B. Brigitta lib. 9. cap. 11. quod vel crucifixum Dominum odorati, in tantum turbantur, quod maluissent in æternum esse in inferno, quam talem pœnam videre in Domino. Summum dolorem a conspectu irati Dei in reprobos proficis cœdū inde expedit Oseas cap. 10. Quod illi fugiente, fulgurantem iudicis faciem dicent montibus, cadite super nos, &

collibus operite nos, quasi minor illis, sit æterni carceris dolor, quam dolor quo afficientur iratum Deum videntes. Ecce tibi Christus feri patres crucifixum Dominum videntes eandem petunt optionem reproborum, amant enim æternum torqueri, vt fugiant tormentum a Christo in cruce visso profectum, hoc Abraham, hoc Iacob, hoc David, hoc omnes Christi parentes; & vna Maria affans cruci laniatum in tuens filium, oculis bibit tantum illud tormentum, quod vt fugerent viri pii recti rerum estimatores cupide malēt inferorum pati tormenta.

§ V.

*Maria tormentorum immanitate
celsitudinem matris Dei
ostendit.*

Quod vniuersos peccatores submersit diluuium, Noe in arcam magnopere exaltauit, nec nisi tantum in diluuiio summam supra nubes exaltationem pertingeret arca. Quod eleganter D. Amb. & Basilius cum Laurent. ad viuide crucis exaltationem transferunt: placet modo id ad arcam thesaurorum Dei, ad Deiferam matrem, cuius ab vtero vniuersæ animæ salutæ factæ sunt, accomodare. Non enim matris Dei celsitudinē attingeret, nisi immenso tormentorum diluuiio supernataret, opus fuit tota illa dolorum tēpestas, vastus ille gurges pœnarum, pene infiniti cruciatuū nimbi, vt Deiferæ arca in ea exaltatione, quæ decet matrem Dei, super astra, super cœlestia omnia sublimis euolaret. Inde Ioannes, qui aquilinis oculis sublimia omnia rimatur, noranter ait. *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius.* Nec enim alio in folio pertingeret magnitudinem suam Dei mater, vnde pulchre. Amb. in cat. *Sed nec Maria minor quam matrem Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat.* Quasi diceret totam ibi Christiparæ magnitudinem ostentabat, nequaquam minor, quam

Amb.

Ioseph.

Cypr.

Brig.

miact

minor quam tãtam matrem decet apã
rebat in altũ cruciatuum pelagus sub-
limata.

Hoc Ambrosij excogitatum maxi-
me exornat illa Diui Cyrili sententia à
quo, cum Imperator Apostata quære-
ret de Christo filio Dei. Cur non po-
tius Regis cuiusdam terreni appellatus
est filius & natus ex Regina matre? Post
multa quę sancte, & erudite congesit
vir sanctissimus prope finem, lib. 2. ait:
*oportebat Iesum existentem Deum curã
habere ne videatur hominibus gloria mi-
nor, & desiderare nobiscum momentaneas
has glorio!as, & parce dimensas prosperi-
tates.* Itaque opus fuit Christo Domi-
no omnes mundiales glorias fugere, vi-
litate, nuditate, ignobilitate infir-
mitate, dedecora omnia, & dolores
accipere, ne hominibus videretur glo-
ria minor, sed quę decebat filium Dei
conseruaret magnitudinem. Ea erat
gloria filij Dei digna qui in immenso
vilitatũ, & tormentorum abyssu quo
mieri homines summerguntur, super-
nataret ipse. Hęc sane gloria decebat fi-
lium Dei, & matrem Deiparam qua
non minor apparuit Maria iuxta cru-
cem, qui potius quę decebat matrẽ
Dei magnitudinem, & exaltationem
ibi attingit. Vnde D. Chrysof. Simeo-
nis Marianam compassionẽ auguran-
tis verba exponens ait, *Et tu esse mater
videris. An tu igitur tentationis expers e-
ris, quando quidem esse te matrem confes-
sa es? Quando quidem illum peperisti? quã-
do quidem uterum tuum viffa es commo-
dasse? nuntius enim, & index illius opera-
tionis venter tuus fuit, nunc tu igitur ten-
tationis expers eris? sed & tuam ipsius ani-
mam pertransiuit gladius.* A deo pu-
tat Chrysof. quod matrem Dei de-
ceant tentationes tormentorum, &
cruciatuum, vt hoc fundamento nira-
tur, nepe quod Maria sit Dei mater vt
hunc immentam illi pœnarum
molem aduenturam
præsagiat.

Chrysof

J. VI.

*Maria Virgo summa charitatis
metas iuxta crucem
attigit.*

Ibi, Dominus summũ charitatis api-
cem constituit, quod animam suam
ponat quis pro amicis suis. Quod rima-
tus Ion. 1. Can. cap. 3. Dei hominis erga
nos charitatem inde exaggerat. *In hoc
cognoscimus, inquit, charitatem, quoniã il-
le pro nobis animã suam posuit: adhęc ele-
ganter D. Fulg. ad Trasimundum Re-
gem libro 3. cap. 24. sic argumentatur.
Animam igitur ponere dilectionis est pro-
prium, vbi autem dilectio non est corpus
tradi dicitur, anima poni non dicitur.* Iã
hinc sese pandit Mariana summa in
Deum charitas, & dilectio, cuius non
corpus sed anima iuxta crucem dolo-
ris sustinuit gladium. *Tuam ipsius ani-
mam (ait Simeon) doloris gladius per-
transiuit.* O summi Deum amantis ve-
ra passio, vbi integra carne anima cõ-
foditur, laniatur! Christus Dominus in
Vtero Virginis existens, fulguris speciẽ
præse tulit Epiphanio, ita enim allo-
quitur Mariam, *O nubes lucida qua ful-
gur de celo lucidissimũ deduxisti Chris-
tum.* Verum crediderim Christum nõ-
quam ardentius fulgur extuisse matri
quam cum illam à cruce ardentibus
compassionis flammis fulminauit, ful-
gureasque fecit in illam amoris faces.
Sane fulguris ea vis est, vt mollia & in-
firma præteriens, fortissima solum, &
adamantina conterat, populetur. Quid
molius carne? Quid infirmius humano
corpore? Quid fortius? Quid magis ada-
mantinum, quid immortalius quã ani-
ma? Hinc vide quam apareat Maria à fi-
lio cruci affixo amore fulminata inte-
gro corpore, illęta virginea carne. For-
tissimam viuidissimamque animam
eius transfodit, transuerberat doloris
gladius; vna Marię anima sustinet im-
mensam dolorum stragẽ, patitur in cre-
dibilem dilanationem, excruciationẽ,
vt vel hinc recognoscas fulgarantes
amoris faces.

Ioann. 1.
Can. 3.

Fulg.

O quam experta cecinit ipsa aliqua

L 2 do

Lib. I. Caput Duodecimum

Cant. 8. *do Cant. 8. Fortis est ut mors dilectio, læpades eius læpades ignis atque flammam, quod latinis læpades sonat, Hebreis tunc Risphe, id est, emittentes, & inde vox traducitur à Domina ut dicat missilia atque volatilia iacula quæ fulminantur. Ea igitur est vis dilectionis, ait Maria qualis fulguris eiaculati, læthalis est dilectio, mortem affert, sed qualem fulminatæ flammæ, quæ illæsis carnibus conterent ferrea omnia; sic modo quasi sub fulgure rapido amoris illæso corpore corroditur, discerpitur, dilaceratur adamantina, & ferrea uirginis anima.*

Signus ille cantor Simeon Christiferum lumen ab utero Virgineo educum amanter amplexus est, & acceptum manibus milles exosculatur: at dum inter oscula, inter amplexus inter amoris indicia eleuatis oculis, & si à lōge illud lumen mundi aspexit à cruce eiaculatum; aspexit inquam, & expauit & quasi enigma nube non ad fulmē, sed ad fulgur timidus ait, nunc dimittis seruum tuum Domine, potiorē existimans naturæ mortem quam vel aræ passionis nubis fulgetris fulminari; sic eius verba expendit D. Timotheus Hieros, orat de Simeone, absoluit nunc quæso Domine, ne diutius hinc rens quæ nolim, intueri compellar. Etenim Spiritus sanctus qui in me est, palam ostendit quæ in te futura sunt. Dimitte me nunc obsecro, ne videam audax nefariumque Iudeorum in te facinus, ne videam coronam, ex spinis cōtextam, ne videam seruum alapam infligentem, ne videam lanceam in te adactam, ne videam te clavis cruci affixum. Hæc Simeon dum amantia figit oscula lumini gentium formidabat, amat, exosculatur lumen, sed a nigricante passionis nube fulgur eiaculatum fugit, expauet, & mortem potius appetit. Ardentior Simeone amatrix Virgo Maria, & lumen parit, & in corrupta virgo fouet in manibus lucidum, & tenellum infantē, & tota eius amore transformata, media in tempestate nigrantibus nubibus passionis stridentibus tritæque & horrendum tonantibus, intussecus ferrea anima contrita, & tanto fulgore lacerata integro corpore de fulminatorum more cruci astat. Huc crediderim spectasse

*Timoth.
Hieros.*

Amodum dum hom. 5. de Virginea Aomda] matre sic fatur: Vicit sexum vicit hominem, passæ est ultra humanitatem, torquebatur namque magis, quam si torqueretur ex se, quoniam supra se in comparabiliter diligebat. Quomodo ultra humanitatē passæ? An quia summus erga filiū amor instar fulminis id quod femineum, quod molle, quod carneum in virgine excedens, solum quod in illa adamantinum erat, nempe animam, contriuit dilaniavit?

J. VII.

Vna Maria flammis amoris, & cō passionis fulminata adstans cruci filium, ut imperatorem decet parentauit.

Vidistis Mariā iuxta crucem ardentis charitatis fulmine exardescere verberatam. Accipite modo quam decenti funere eo habitu creaturarum imperatorem honestauerit. Etenim inter alia postremis honoribus conuenientia hæc numerat Alexand. lib. 4. cap. 7. *Alex. ab Ale.* de genalibus, ut quod rege morte sublato familiares, & qui cum eo coniunctissime vixerant charitate principis finē vitæ sibi ad rogam afferant vnaq; morte intereant. Indorum per vulgata historia est ut viro defuncto quæ carissima con iux in vita fuerat eodem igne absumatur, vnaque cremetur; sic imperatoris, sic coniugis charissimæ vnanimis amassæ funus honorabant. Quod meminit, & Philo Iudæus lib. de Abrahamo, Eusebius de præparat. lib. 6. capit. 8. non de fuit Imperatori maximo cruci affixo hic honor fecialis à charissima sibi & Amassia & matre, & spōsa exhibitus quæ filij tormentis immortalura summisque dilectionis excrucianta flammis cruci astat. Sed prophanos mores libet ex prophano prælibare. Is est Propertius lib. 3. eglo. 8: vbi pulchris carminibus sic ardentis sponsas sub coniugis busto depingit. *Phil. Euseb. Propert.*

Namque

Mariæ Compassio.

33

*Namque ubi mortifero iacta est fax ul-
tima lecto*

*Vxorum fassis stat pia turba comis,
Et certamen habent lethi, quæ viua se-
quatur,*

*Coniugium pudor est non licuisse mori.
Ardent victrices, & flammæ pectora
præbent*

Imponuntque suis ora perusta viris.

Hæc pulchre cecinit ille; ubi a fabre ef-
figiantur amassiq; pudibundæ, quibus
non licet mori, & hilares, & victrices,
quæ ardenti correptæ igne conflagra-
tione sui funus maritalè condecorant.
Ijs tamen obiecerim Mariam mortife-
ro Crucis adstantem lecto summi Re-
gis, summeque dilecti Filij, & sponsi fu-
nus parentantem. Accedat tamen Na-
zianzenus Propercio, vates vati, profa-
no Theologus, qui hæc Mariana ver-
ba in sua tragedia dedit:

Nazian.

Filij et vultum mei

*Squalore vidi plurimo, & sanie obsitum,
Mors sola votum est, vita mors tantum
mibi*

*Agite iam, agite vos vitam non feram am-
plius.*

Et sane pudor erat non licuisse mori
& sane victrix ardebat, totaque amo-
ris ignibus fulgurata crebrius imposuit
ora perusta suo & imperatori, & filio,
& sponso, vnaque cum illo morte in-
teribat, vt merito Sophronius dixerit,
quod erat dilectio eius durior quam
mors, quia mortem Christi suam fecit.

Hæ Regiæ inferiæ ex dilectissimo-
rum conflagratione debebatur tanto
occumbenti imperatori: hæ peractæ
sunt ab amantissima Maria: hæ promif-
sæ fuerant Christo, Zachar. 12. ubi iux-
ta septua legitur, quod plantus eius
erit, sicut plantus malignanati, quod in
câpo succiditur. De quo Theodoretus
ait, nō temere alys arboribus relictis ex
malo granatoduxit similitudinē, Charita-
tisenim typ^o malogranatū granababet cō-
iunctissima. Ego adderim, quod & Re-
gni sit etiam malogranatum typus, vt
vel sic Regiæ notatentur inferiæ Chri-
sto Domino peractæ, quæ morte, &
conflagratione omnium amantissime
vltimum honorem acquirerent.

Zachar. 12.

J. VIII.

*Maria Filium à suis in Cruce de-
sertum vehementer lamen-
tatur.*

Hæc proxime adducto ex Za-
charia loco, quod fecialis Mariæ
de Christo Domino plantus sit, sicut
plantus malogranati, quod in campo suc-
ciditur. Quod eleganter expendit Cy-
rillus hys verbis: *Semilem plantum*, ait,
*fore qualis est plantus agricola malogra-
nato arbore cum malis excissa.* Etenim
malo granatum arbor est, à radice ple-
na ramis, & cum malis punicis deco-
ratur, sanè gratissima accidit cultori
agricolæ. Hæc igitur arbor plena po-
mis, decora fructibus, si infausta, inui-
daque manu succidatur, non potest,
non maximum luctum, meroremque
excitare in agricola. Præsertim cum
excisa arbore necessum sit, quod ma-
neat orbata fructu, quod fructib⁹ hinc
inde excussis illa ingloria super sit, &
inutilis truncus. Quomodo hanc vide-
bit agricola sine ingenti luctu? & præ-
cipue ille agricola, cuius cultura, & di-
ligentia arbor creuerat, ille qui magnis
curis excoluerat arborem spe allectus
fructuum. Proh dolor suam sine fructi-
bus arborem vidit agricola, malum il-
lam pulcherrimam Christum quam
Virgo adolescere fecerat, quam mag-
niscuris nutriuerat, excoluerat, quæque
fructificare miro modo aspexerat, &
plenam totidem fructibus, quot disci-
puli eius doctrina creuerant, hunc in-
quam malum Christum conspicit eius-
cultrix Maria succissam, medio in câ-
po ingloriam, excussam fructibus, dis-
persis vndique discipulis quasi ignobi-
le, & sterile lignum derelictam. Qui tūc
luctus esset Mariæ? qui mæror? qui do-
lor eius animam transfigeret? Recte D.
Chrysof. huc retulit gladium illum do-
loris à Simeone prædictum, *ter, inquit,
negavit Petrus, aly discipuli relicto eo fu-
gerunt; pertransiuit igitur Mariæ ani-
mam gladius, & cur non pertransiret
gladius animam agricolæ videntis ar-
borem pulcherrimam à se excultam*
succis-

Chrysof.
oratio de
occurso
Dñi, &
Simeonis

L 3

Lib. I. Caput Duodecimum.

lucissimam, marcidam, omni orbatam fructu? & cur non pertraniret animam virginis gladius, cum videret discipulos tam magnis curis partos, & conquiritos, & excultos, exulatos esse a vento passionis, arbore vite quasi in vili monte relicto? Hunc virginem dolorem pulchre experdit Anselmus: *Adiectus est his doloribus eius dolor alius: Petrus, & alij discipuli de nihilo in apostolatum electi, & iam in tanta celsitudine virtutis ut Demonibus imperarent erecti, nec non secretorum filij confrey, & familiares incunctis effecti, instante hora traditionis eius fugam ineunt, & cum pro quo se mortem paulo ante subituros promississent, oblitiantur bonorum sponsonis que sue solum ipsa virgine considerante relinquunt Vnde ipsum ad passionem omnibus amicus destitutum tendentem hac voce sequebatur Maria gemens; vadis propitiator ad immolandum pro omnibus, non tibi occurrit Petrus qui dixit pro te moriar, relinquit te Thomas, qui ait, eamus, & moriamur cum illo omnes, & nullus ex eis nisi tu solus ducis, qui me castam conseruasti filius meus Deus meus. Hic enim erat plantus agricolae super malum granatum, a quo succissio exciduntur & fructus, quasi plantus charissimae matris super filium summis curis nutritum, quem abscissum a terra viuentium in monte marcescentem relinquunt discipuli laborum suorum fructus.*

S. IX.

Maria iuxta crucem dolores partuum dolores superarunt.

*Canysius
lib. 2. c.
28.*

Virgo gaudio, & latitia plena peperit saluatorem ut recte aduertunt Cyprianus, Athanasius, Nisenus Damascenus. Bern Sed quos patiens fugit, hos dolores patitur iuxta crucem. Vnus Rupertus circumfertur hac in re eleganter (ut asolet) vertatus, qui lib. 13 in Ioan. cap. 16 sic argumentatur. Si cunctos discipulos tuos in tormentis positos Dominus in uicem comparat parturienti, qui-

Rup.

to magis mulierem hanc stantem iuxta crucem suam mulieri parturienti talem matrem talis filius recte similem duxit quid autem dico similem cum vere sit mulier, & vere mater, & veros habeat in illa hora partus sui dolores? Hæc ille, rem confecisse putans, si Virginem iuxta crucem paritum doloribus suaverit excarnificari.

Verum quid maius excogitauit Amphilocheus, dum iuxta crucem Mariam imaginatur sic fantem? *Virgo mansi, & magis mordeor visceribus quam matres.* Expendenda nobis illa sunt verba, & magis mordeor visceribus quam matres, id est, magis excrucior, magis torqueor, magis dilanior quam quæ obstetricante natura fiunt matres. Etenim non vniuersæ quæ parturiunt, sunt matres imo quæ plurimæ parturiunt, non ut matres fiant, sed ut emortua in utero prole membratim e ducta, summis doloribus, omniumque maximis cruciatibus vitam sibi emercentur orbam, & solitariam. Hinc suos acerbissimos explicat Maria cruciatus, magis ait, mordeor visceribus quam matres; crucior, lanior, ut laniantur, & excarnificantur illæ, quæ vel mortuam, & laceram prolem coguntur euomere, ut uiuant solitarie. Ab hac excogitatione stat Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. 15. dicens, *ipsa Beata Maria, & super naturam donorum digna effecta dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit ex materna compassione viscerum lacerum reparturiens, & quem Deum per natiuitatem agnouit, illum ut maleficum interfectum videns, tanquam gladio cogitationibus decerpitur.* Expende illud, lacerum reparturiens, quasi diceret quod sustineret non eos dolores partus, quibus afficiuntur, quæ ex nascente prole fiunt matres, sed eos, quibus laniantur, quibus discerpuntur illæ, a quarum utero laceri, & decerpti fetus frustra eradicanur. Eam ipsam Mariam laniationem iuxta crucem patitur, dum ex materna compassione viscerum, lacerum, & decerptum filium parturiens, decerpitur, dilanatur. Vidit in clyta illa Machabeorum mater septem filios euulceratos, lanianos, membratim sectos, quos dum sic Domino parturiebat, occubuit ipsa tandem. Ad quæ pulchre

Damas

21. 3. 3

pulchre

*Ambros. pulchre Ambro. lib. de Iacob 2. capit.
11. Pia mater supplem ento passionis adiū
eta, quæ in tantibus filiis integræ pietatis
formam, & parturiuit & peperit. Qui-
bus verbis liceat modo finire Mariæ
compassionem, quæ dilaceratum filiū
conspiciens: summis agitata cruciatu-
bus, longe perfectiūs, quàm Paulus fi-
lij supplem ento passionis adiuncta, in
tali filio integram pietatis formam, &
reparturiuit, & peperit.*

§. X.

*Maria superstes Filio dilectissimo
suos dolores absque vlllo solatio
sustinuit.*

Nescio vtrum grauis erat Mariæ,
vel quod ipsa viueret, vel quod
filius morte retur? Recte Arnoldus Ma-
rianos expendens dolores ait, quod
difficillimum erat moriebatur, & mo-
ri non poterat; si enim morienti filio
ipsa immoreretur, id pro solatio, & do-
lorum præmio reciperet; at tunc non
posse mori calamitosum illi extitebat
& difficillimum. In summa Saulis, &
Jonathæ calamitate, hoc solatium in-
uenit David, quod nec Pater filio su-
perstes existeret; ait enim 1. Reg. 2.
*Saul, & Ionatha amabiles, & speciosi,
qui in vita sua nos fuerant disuncti, ita
nec morte sua separati sunt.* Maximum
hoc amantum solatium, & dolorum
leuamen est singulare, quod vna illos
opprimat mors, ne se alter sine altero
videat. Vnde eleganter Chrysof. fa-
tur. *Quod ait neque in morte separati
sunt in solatium doloris; iam enim inquit
non potest dici, quod filius orphanum se ef-
se lugeat: neque quod propter orbitatē suā
deploret Verum quod nullis obtigit, illis
contigit, videlicet vno eodemque die è vi-
uis eripi, neutro alteri superstite: existi-
mabat enim vitam inuicendam fore,
si alter ab altero fuisset diuisus.*
Ecce tibi vnde utrorum minuuntur do-
lores, augentur tormenta in Maria, dū
se dilectissimo filio superstitem videt,
sine quo vita amarissima extitura erat.

Quem nullas casus à matre viuētē
tem separauit, sicine separat amara
mors? Verè amara est, quando mortuo
filio nullū inuenit solatium mater
gemebunda, p̄petuō suam orbitatē
declamans. Sane plena doloris, tunc
res agebatur, nullus ibi locus patebat
solatio, e contrario omnia accidebāt
quam Sauli, & Ionathæ, simul interē-
ptis, ne alter alterius lugeret orbitatē.
Hic mater superstes est filio amantissi-
mo, diueluntur ardentissimi amatores,
moritur filius, & tamen non alter so-
lum, sed vterque se genuit, & deplorat,
orbatum. De matre, res est clara; de fi-
lio ita dicit Epiphanius in die sancto
Paschæ, vbi Ioseph ab Arimath. sic in-
ducit loquentem ad Pilatum. *Pro mor* *Epiphā*
tuo illo interpello, qui ab his vulneratus
est, quos ille paterne sanauerat, & ipsa
etiam matre quadammodo orbatu est. &
mortuus Iesus, & in Regno quiescēs,
tamen vt matre orbatu tangitur, quid
interea sentiret pia mater adhuc vi-
uens in hac lachrymarum valle a tanto
filio separata?

CAPVT XIII.

De mariæ Virginis morte, Re-
surrectione, & gloriosa, &
triumphali Assum-
ptione.

MARIA Virgo, vt p̄æ omni-
bus compassionis affectu iuxta
Crucem fuit excruciatu, sic prima om-
nium gloriosa filij resurrectione extitit
glorificata; semel in Cruce bibit pas-
sionis calicem, verum à resurrectione
filij cœlestibus in dies poculis saginata,
voluptatum torrenti immerſa, nectar-
eos à Christo percuso lapide fluentes
latices hausit. Vitæ huius heremū post
filij necem vndecim annis incoluit,
consequente eam petra, petra autem
erat Christus, qui non iam sanguinem,
sed ambrosiam sudans dilectissimam
matrem refrigerabat. Hoc vitæ spacio
post quam diuini Spiritus excepit ig-
neas linguas, maiori ceteris omnibus
simul

Lib. i. Caput Decimum tertium.

simul iunctis plenitudine, vixit apud Ioannem, nascentis Ecclesieatrix, & nutrix, Apostolorum magistra. Tandem expletis duodecim ætatis lustris plus minusue mortem gustavit & tumulo reuiuiscens gloriosa reuolauit ad superos.

§. I.

Nullam preciosiorem mercedem potuit Deus amatrici matri in sublimioribus reddere præter mortem.

Mortis calice hausto à Deo ipso, nulla mortalis natura fauorem duceret, si & ipsa mortem non biberet. Quod ipse Imperator gustavit poculum, militem bibendum accipere, maximum sane est fauoris, & honoris iudiciū, eoque solum dignus, qui summo amore deuinctus adstat Principi. Xenophon. de laudibus Agesilai, hoc inter alia dicit. *Duplicem potionem inconuiuys ex instituto accipiens, nec siquidem tota utebatur, venum simpliciter, nec integra cõtentus reliquum distribuabat.* Ratus geminam Regi potionem dari non facietatis gratia, sed quo possit quem velit honorare; & quem velle, nisi quem amaret? Hinc nihil magis cordi fuit Domino, iam iam mortis calicem potaturo, quam à se prægustatū amantissimis cum propinare discipulis. Sic enim orat. *Transseat à me calix iste, quam orationem expendens D. Hil. cano. 31. in Matth. ait. Pro his rogat qui passuri post se erant, dicens, transseat calix à me, id est quomodo à me bibitur ita à meis bibatur.* Quasi ita à patre exposulasset: non mei solius causa tantus hic calix propinetur, bibam ego sed post me bibant, & illi qui me amant. Hinc natum illud quod acute & vere animaduertit D. Fulg. ad Trasimundū Regem libro 3. cap. 24. sic fando. *Primitus Christus ad confessionem amaris inuitat, ut facultatem ponendæ anime suo deinceps amatori concedat. Ponderanda*

Mat. 26. Hil.

Fulg.

hec maxime nempe vt facultatem ponendæ anime amatori concedat. Et enim non infligitur reo, sed indulgetur mors amanti, posse mori cõcelsio est, facultas est, prærogatiua est Christi amatoribus indulta, hisque solum propinata. Sic Maria mater, vt quæ supra omnes filium amat, non potuit carere hac facultate, ac moriendi in Domino prærogatiua, nec alia reposita Deo in terris tantum sui amorem marianū condecorare. Ter prius de ardentissimo sui amore Petrum Dominus interrogauit, vt illum prærogatiua mortis insigneret, sic Ioann. 21. *Petre amas me? Ioan. 21* idem bis & ter repetuit, & post pauca, *cum senueris extends manus tuas, & alius cinget te,* significans nimirum quā mortem Petrus erat subiturus. Accipite hoc ex Fulgentio vbi supra, *cum illi Fulg. tertio interroganti trinum amoris sui testimonium reddidisset, statim Dominus Petro ponendæ pro se anime largitus est facultatem dicens: amen amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, cum senueris extends manus tuas, & alius cinget te.* Ecce tibi mortem prætium & mercedem constitutam ardentissimo Dei amori, non ergo Maria moriendi in Domino facultate debuit priuari, ne eius erga filium strenuus amor propria amatorū mercede abiret vacuus; imo ab ipsa arena fuliginea mortis coronā donatus triumphalem rhedam æternū triumphatur⁹ scanderet. Sic D. Damascenus orat de Dormit. Deiparæ expreciosa sanctorum morte prætium, & æstimationem Marianæ dormitionis his verbis venatur. *Vere quidem veneranda est mors sanctorum Domini à Dei potestatibus, longe autem magis veneranda est matris Dei migratio, vt quæ solius igniferi amoris sit incineratio, & stemma singulare.*

§. II.

§. II.

Maria moriens non rigida Adami legi obtemperavit sed filio Deo obsequium præstavit.

Quid cum Maria mors? Sane parentes iam morti obnoxios mortali que pelle circumamictos à Paradiso eiecit Dominus, *ne forte alter mitteret manum suam, sumeretque de vite arbore, & viveret in æternum.* Maria nulla peccati lege comprehensa integrâ in se habuit arborem vitę Christi, ex qua & sibi, & uniuerso hominum generi vitam parturiuit. Cur in æternum nõ viuit? Cur sese morti dedit? Cur minime reum corpus suum æterno victurum tradidit legi communẽ non debito legis communis peccati; non naturę damnatę seruuit Maria, nec eius rigidis legibus cecit moriens, sed Christo. Pulchre id insinuat Andreas Cretensis hom. 1. de dormit. Deiparę, vbi miracula in Mariana morte peracta cõtemplatus ait, *erat tunc quoque verbum præsens, & legem fecit cesare, legem inquam mortis cui nihil poterat afferri detrimenti.* Ius mortis in hominibus huc vsque in violatum, vnã Mariam minime læsit, vnã Mariam non attigit sed mortis, & naturę iure contempto, mortalium duras leges despiciens, præsentis filio obsecuta virgo induit cadaver. Accipite Damasc qui moribundã Virginem depingit sic fantem ad filium. *In manus tuas fili commendo spiritum meum, suscipe tibi obaram animam, quam conseruasti alienam ab omni reprehensione. Meum corpus tibi trado, & non terrę, custodi saluum quod tibi placuit habitare.* Expende illud meum corpus tibi trado, nõ terrę, cuius verbi pulchritudinem, vt percaieas, reuoca in memoriam id quod crebro solet iudicibus accidere. In sequitur quandoque fustarius hominem, vt comprehendat clau satque nigro in carcere, ille elapsus fustari manibus loco mutatur secuto, vbi liber ab in maria manet. Instat

iustitię ministri, mille mouent lapides, vt hominem trahant, circumuallant fastidibus locum, machinas conglomerant, vt expugnent, vt capiãt, adest vniuersa ciuitas spectatrix, vident irrita fastidium conanima, robur & altum fugientis admirantur, Interea ille à fustariis in expugnabilis illorum iniustam violentiam protestans sese libens viro alicui nobili, aut Principi tradit, cui salutem committit suam, & securitatem. Ita prorsus, ait Damasc. Mariam grandęquam mors in sequebatur, inuolabile ius inferni tenere cupiebat, illa horum euadens manibus cõtemptis mortis, naturę que legibus, vni se dilecto filio tradit hac sui traditione protestans, *meum corpus tibi trado, & non terrę,* quasi diceret, in me mortis satellites ius non habent, illorum legibus non parco, eorum iura abominor, expuo, me tibi ò fili trado, tibi corpus meum credo, qui incolume reserua-

Et quidem Deo mortuo, vt à mortis naturęque infectę tyrannide erat libera, sic hoc debebat obsequium filio præstare vt moreretur, & ipsa vniuersus mundus contremuit moriente Deo, elementa maxime turbabantur, cęlestia ipsa incorruptibilia lugubre quid & tenebrosum reptabãt De quo **Leo** D. Leo. term. 6, de passione ait, *debebat hoc testimoniũ suo mūd^o auctori, vt in occasione conditoris sui vellent vniuersa finire.* Itaque Maria non potuit hoc mortis debitum filio mortuo negare, debebat vni Christo hoc testimonium, vt ipsa quoque vellet finire, & ideo vt debitum filij exsoluat, moritur, illi vni suũ corpus viuificandum credens non terrę, non sepulchro, quorum legibus ipsa non tenebatur vt Cretensis addit, *te nequam potest habere, O virgo, sepulchriũ aduersus te non valebunt inferi, animam enim regiam non attingunt ea que seruiunt cum alijs* Itaque Marię vita vtpote regia nulliusque seruitutis iniusta macula, omnes iustitię satellites declinans non mortali, non pulberulenta legi cedit, sed vni filio Deo mortuo debitum obsequium moriendo per-

soluit.

L 5 §. III.

Lib. I. Caput Decimum tertium.

§. III.

Maria dum moritur mortem honoravit, & illustravit.

Hoc in primis scribendum eduxit Angelus Ioanni Euangelistæ nimirum. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et qui non à morte beati? Argute Olimpidorus in cap. 8. Ecclesiastes. Tra nstus dies stadio nos abducit, & si quidem peccator est qui decedit peccare ultra iam desinet, qui vero fuerit iustus vite præfructur æterna.* Tã iust', quã peccator debent morti maxima beneficia ab eius manibus accepta. Vna Maria virgo non à morte beatur, imo ipsa mortem beat, & condecorat, ita Damasc. serm. 1. de dormit. Deiparæ, *non se mors beatam reddidit sed ipsa mortem exornasti.* Huc vsque nihil magis in glorium quam mors, infamis erat puluis & cinis peccati pœna, reorum iudiciũ. Verum Maria moriens, & mortem, & pulverem extulit, omnemque infamiz notam exclusit. Huc spectat illud verborum pondus quo Andreas Cretensis Mariam parentauit, dum inquit. *Quæ pulverem reddidit cœlestem, terra reddidit id quod est ei cognatum.* Quasi diceret, Quos fœlices funereæ faces, ò mors, ò cinis, ò puluis, hodie in æternum decoramini, illa pulueris mortis aggeribus ad ditur, quæ pulverem reddidit cœlestem, quæ didicit pulverem diuinitate, & ditare, & illustrare.

Qlm?

Damas.

Cret. bo

Orat. de Santa Pe

tiquam illam pœnam pulueris dicit illustratam, & condecoratam virtutibus ab Apostolorum puluerulenta natura dilapsis. Quid plura? Stupes Marianum corpus exanime? miraris marcescentem illam radicem ex qua arbor vitæ pullulauit? Indignaris quod facta cinis frigeat illa, quæ incombusta diuinitatis flammis exarsit? Quæ lumen peperit immortalis? Erubescis sub terra degens sublime Dei tabernaculum? Sane vt intelligas (sic Chrysostr. verbis licet fari) ne priorem pœnam quando dixit, terra es, & in terram reuerteris, propterea manere matrem permisit in terra, vt amplius potentia spiritus ostenderetur, quæ talia per terrenũ corpus perficeret. Nam videre erat luteũ illud vas dæmonibus imperans, morbos pellens, mundum sanctificatione ditans. Vnde Andreas Cretensis hom. 2. *Quibus nam unguentis ungent corpus tuum odoriferum, & impolutum, & plenum sanctificatione, ex quo scatet remissio, ex quo est Deificatio. In quo est perfectio.* Etenim quando genus hominum in pulverem egit diuina virtus, ibi diuinitatis superba desideria contriuit, ibi naturæ humanæ imperfectum nudauit. Porro cum in puluere sedit Deima ter iam puluis non suplicium malæ concupitæ diuinitatis, iam puluis non iudicium imperfectionis. Imo expuluerulento Mariæ cadauere impoluto scatet remissio, erumpit Deificatio, proficit perfectio totius naturæ humanæ, sed & ipsum sepulchrum eam pertingit virtutum efficacitatem, vt clamet apud Damasc. *Nunc diuina in me habitat gratia ego quasi officina medicina aegrotantibus, ego sum fons perennis curantium, ego sum refugium omnibus confugientibus.* Vt vel sic Mariani spiritus euulgetur efficacitatem, quando quidem eius sepulchralia Dæmonibus imperant & omnibus morbis mederi se iactant.

Cret.

Damas.

§. III.

S. III.

Maria Virgo ardentissimis amoris Diuini telis confixa emoritur.

Hom.

Ambizioso desiderio gloriæ tenebatur dux ille, qui apud Homerum Iliad. 22. sic de diuinæ matris fauore gloriabatur.

Insignem mortem mihi sepe profata est. Diuinis Phæbi radijs.

Estimans vnam illam mortem, quæ sub ardentissimis Phæbi radijs erat, solum Dijs satum hominem decere. Sed age vana relinquamus vanis: hoc sane verissimum, & gloriosissimum est, quod Deipara insignem subiit mortem diuinis iustitiæ solis radijs. Non morbi, non langor, non ægrotudo, aut dolor aliquis, sed linguæ illæ diuini amoris igneque diuina præcordia suauiantur, spiritum efflambunt. Sic ipsa apud B. Brigitam lib. 6. cap. 62. *Cum quadam die animus meus suspensus esset in admiratione diuinæ charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tantæ exultatione, quod vix se capere poterat, & in ipsa consideratione anima mea à corpore fuit soluta* Hæc dæcebat solutio feminae quæ in utero Deum, & hominem connexuit, sic diuinis Phæbi radijs validissimis charitatis telis plena gaudio cassuta erat mater, quæ tam acerbos filij casus stetit speculata. De nobili Machabeorum matre benemeritus proculdubio est, qui illam non ferro, sed post filiorum tormenta hausta exuberanti gaudio interemptam putat. Sic de grauibus authoribus Sixtus Senensish. 5. B. lib. 5. sub finem comentatur. Sunt qui gaudij magnitudine mortuam velint: equibus ego vnus Victorini Afri cæm dabo qui postremi filij necem rimatus sic ait.

Brig.

Senensish. Vict. Af.

Dum puer ista gerit, soluerunt gaudia matrem.

Iamque ut erat laxata malis iam voce negata.

Suspirans, interque manus colapsa suorum.

Concidit ex animis, resolutaque membra quæcuerunt.

O mors digna tantæ matris! Quam ut mille tormentorum acies inuictam obstupuerunt, sic ingentibus Deum amantissimi animi gaudijs, suauiantibusque flammis immersa occubuit. Hæc debebatur mors matri in filiorum morte grauiora passæ. Hæc accidit proculdubio vnigeniti filij Dei matri, quam immersa soluerunt gaudia, quæ roscedis diuini amoris flammis ardescens inter manus collapsa suorum concidit exanimis, resoluta que membra quæcuerunt. Iam nunc secundo rubus existens inter vorantes flammis incorrupta serua est.

Post Deiparam altera legitur Maria, scilicet Magdalena amatoris ignibus inflammata, quam cum primo offendisset Christus Dominus gloriosus iam prælio passionis resurgens tota Deo in holocaustum igniuit, ut lepte sibi primo occurrentem filiam. Sic non ignobiles Mystæ. Verum satius dixissent, si quod Magdalene, tribuant Deiparam. Etenim verus iudex, & saluator mundi Christus à bello reuertens, spoliatus inferos, quam Deo litaret, & primo inuissit, & offendit Mariam Deiparam. Primoque inuentam charissimam matrem, & filiam nouus lepte ardentissimis amoris facibus adhibitis in holocaustum conflagraturam reliquit. Ex quo Mariana anima iuxta Rupert. lib. 5. in Cant. victima erat holocausti usque dum tanto igne consumpta libens interiret.

S. V.

Maria amoris flammis consumpta debuit statim reuiuiscere.

Decuit sane ut quæ filium imitata est moriens, eundem imitaretur tertio die reuiuiscens; & cur non reuiuisceret, quæ diuini amoris flammis exusta occubuit? Hanc crediderim sibi

Lib. I. Caput Decimum tertium.

Job.

bi promississe resurrectionem celerem sanctissimum Job dum occasionis occipit rimatus, inquit. *Dicebam in nidulo meo moriar, & sicut Phoenix, multiplicabo Dies meos.* Porro Phoenix, resurrectionis index, vt multiplicet dies, congestis vndique lignis flammam excitat, medijs quibus dum ipsa consumitur, nec dum frigescente cinere subiuuendi specie vermis reuiuiscit. Sic Job Phœnicis æmulus ardentibus flammis ex vltus quam celerem sibi resurrectionem effingit, & sicut Phoenix, ait, multiplicabo dies meos, dum prius igne consumptus moriar in nidulo.

Nacian.

Rara avis in terra Maria nidulo clausa ignibus diuini amoris consumpta, ignescente adhuc cinere sicut Phoenix multiplicat dies in æterna secula reuiuiscens. Accipite Nacian. car. 3. ad Virg. vbi pulchre hanc depingit Phœnicis naturam.

Vt Phœnix moriens primis reuiuiscit ad annos.

In medijs flammis, post plurima lustra renascens.

Atque nouum veteri surgit de corpore corpus.

Haud secus egregia redduntur morte perennes.

Dum pia diuinis ardescunt pectora flammis.

Arfit Maria Diuinis flammis, illisque consumpta Phoenix occubuit, nec mireremur quod vbi Phoenix combusta egregie moritur, Phoenix altera à flammis reuiuiscat.

S. VI.

Experfecta cum filio similitudine Maria celerem resurrectionem obtinuit.

Putrescunt merito illi, qui imaginem terreni hominis sibi effingunt, verum qui celestis hominis imagine induunt, hij sufragante Apostolo viuificati resurgent incorrupti. Virgo igitur

Maria, in qua nihil terreni illius apparuit, quæ celesti induta sole merito dicitur a Ricardo de sancto Victore *Species Christi, iure non puluis in puluere, sed celestis, sed Christifera, perennem consurrexit ad vitam.* Eleganti argumento vtat quod confecit Origines hom. 5. in Hierem. *hij verbis Si ad peccatores dicitur terra estis, & in terrâ ibitis, quare non dicatur ad instum, cuius est regnum cœlorum, cœlum es, & in cœlum ibis?* Non potuit terra corpus illud virginicum retinere, in quo celestis hominis reuerbatur figurâ, mortis etiâ vincula castigata à resurgente Christo, vix Christo similem Deiparam gustauerunt, & statim euomunt integram. Is qui semel cibi alicuius venenatos morsus experitur, cum primum postea quid simile, vel visu percipit, vel gustu, se se ab illo, quam occisime potest, liberat; insuper qui maximum damnû excipit ab inimico dissimulante se, vel ad eius umbrâ castigat' expauct, quæ vt effugiat libentissime cedit iure suo. Hæc eadem acciderunt morti in dormitione virginea; etenim castigata illa, & corrosa à Christo similem Mariæ carnem expauct, quam occisime vt effugiat, & tradit vitæ, & in cœlum; cui similis est, ex susulat. Pulcherrime id attigit Damasc. dum inquit. *Hanc autem omni ex parte beatam, que tota Deo fuit unita quomodo mors deuorauerit? Quomodo susceperint inferi? Quomodo audebit interitus in corpus, quod vitam suscepit? Hanc mors tantum aspiciens extimuit, eius enim filium aggressa didicit ex ijs, que passa est, & cum ipsa didicisset experientia fuit castigata.* Sanè expauct simile, & memor venenati morsus illi, siue nausæ pristinx, vbi Christum deglutens euomuit & viscera, modò vel aspiciens virginiam carnem Christiferam extimuit, compressisque faucibus ad imaginem, vel umbram celestis hominis timida exclamat dicēs, quod quæ portat imaginem celestis hominis, & cœlum est, in cœlum viam arripiat, non in puluerem; vt merito homilia 2. dicat Damasc. idem *Hodie Virgo immaculata, que nullis terrenis inquinata est aff: Etibus s' d' celestibus educata cogitationibus, non in terram reuersa est,*

*Imors
euomere
qua.*

Orig.

Damasc.

Damasc.

scu,

sed, cum esset animatum cœlum, in cœlestibus tabernaculis collocatur

S. VII.

Marix integritas virginalis occisissimam à sepulchro in cœlum euolutionem pararat.

Libr. de Virg.

SI quidem, ut ait Ambrosius, in cœlo est patria virginitatis, minime decens erat, ut corpus illud virgineum Marix à viuis exclusum, longo tempore sub umbra mortis exularet à patria. Neque vllus resurgentium ordo præstantior excogitari poterat, quàm ille, quo eiusdem integritatis, & incorruptionis viri primi obtinerent incorruptibilem vitam, & immortalem. Id forsannuit Paulus 1. ad Corint. 15. *In Christo omnes viuificantur, unusquisque autem in ordine suo, primitia Christus.* Et quid illud, *In ordine suo?* Anselmus explicat de similitudine virtutum, & meritorum, nimirum Martyr in ordine Martyrum; virgo in ordine virginum. Acumenius etiam agnoscit quandam temporalem prælationem, cui suffragatur Magister 4. sentent. dist. 43. Scotus, Durand. Ricard. & alij. Et merito intelligitur Apostolus ordinem temporis prætere, ubi statim cavit, *primitia Christus* Quare placet vetustissimus Sedulius omnia complectens: *unusquisque in suo ordine, in suo scilicet honore, vel ordine, tempore seruato, quia primitia Christus.* Vbi ergo honoris ratio habetur, in temporis ordine ad resurgendum post Christum, quo in ordine constituenda erat carnis Christifere resurrectio? Resurrectio, inquam, illius Virginis, qua nec similem visa est, neque habere sequentem? Sanè non decebat ordinem, ut quæ integritate, & puritate lōge cœlestia omnia superabat, ut quæ virginitatis, & incorruptionis stola ipsam Deum amicitiauit, inter puluerulentas turbas ad vitam resurgeret immortalem.

1. ad Corint. 15.

Sedul.

Inde Tertullianus pudicitiam commendat maxime, quod pudici occisi-

me, vel ad primæ tubæ sonitum euigilantur. *Cur enim, ait Dominus va auxur, pregnantibus, & nutrisantibus cecinit nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa die expeditionis in comodum futura? Tum autem ad viduas non pertinebit ad primam Angeli tubam expedita profiliet.* O summa castitatis commoda, qui hac non floruit virtute, etiã sonante tuba, & repetito clangore in pulvere pigrescet, & tardabit. At virginitas florens, quàm expidire ad primam Angeli tubam profiliet. Et quidem hoc vno signo diuisit Principes à turba populi Numer. 10. *Si semel cœplueris, veniet ad te Principes, & capita multitudinis.* Quæ verba sic elucidat Procopius, *vnus tubæ sonitu conuocabantur Principes, acutius cernentes, & citius obediens: at vero plebs conuocabatur ad tabernaculum Domini, sapius à Moysse repetito clangore.* Inter reliquos sanctos castitate floridi Principes sunt, Reges sunt, & sic expeditissimi ad primum tubæ sonitum euigilabunt, in æterna tabernacula ituri. Et tantam præcellentiam tribuit Tertull. vni viduali pudicitie, maiora sane in eodẽ genere tribiturus incorruptæ semper, & viuidæ virginitati Marix: Equidem creaturarum Princeps, omnium capiti Christo propinquissima non turmatim cum vulgo hominum, ad æterna tabernacula erat ascensurus; virginumque purissimarum gloria, & stupor, non prestrepentẽ clangorẽ buccinæ expectatura, sed vel tenui spiritus aura, aut sibilo eum primus euigilatura. Quæ intus est Ezech. 37. ossa Ezech. arida sese mouentia nervos, carnem, cutemque induentia, ut iterum reuiuiscerent, pulchrè comparauit Theodoretus cum corpore Adam ex Arida efformato, membrisque omnibus elaborato, ante quam vitam ebiberet. *Pristinum.* (ait) *opificum, altera inflatio ratio consequatur, sicut enim primi parentis. Ad corpus prius, effectum fuit, deinde in ipsum anima inspirata: ita his quoque ossa conuenerunt ad propriam compagem, produxerunt autem carnes, & nervos, & cute cooperta sunt.* Verum in tam simile corpus unum è pulvere opifici-

Num. 10

Procop.

Ther.

Theod.

1. ad Cor.

Lib. 1. Caput Decimum tertium.

cio ab similem inuenio vitæ largitionem. Adami enim corpus placidissimo oris Dei sibilo excitatur in vitam, cum ait, *spirauit in faciem eius spiraculum vitæ*; vel vnico Dei halitu euigilat Adam expergefactus. Illa autem corpora ab Ezechiele visa, vt in vitam resurgant, hic opus, hic labor est. Iubetur vates clamare, & non vnam autam, nō vnum halitus sibilum, sed vniuersos uentos allicere, vt illis vitam afferant. Sic enim dicit: *à quatuor ventis ueni spiritus, & exsuffla super interfectos istos, & reuiuifcant.* Cur igitur corpora tam similia, tam simili arte conflata, tā vna materia constituta, tam diuersimode excitantur ad vitam? Hæc agrè, & difficulter, resonantibus; perstreptibusque angulis mundi, & non alio expurgificuntur, illud ante clamores, vel solo sibili halitu excitatū insurgit. Equidem huius rationem Diuus Irenæus lib. 3. cap. 31. propinat sic inquit. *Protoplastus ille Adam de ruda terra, & adhuc virgine, non dum enim pluerat Dominus, & homo non erat operatus terrā, habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei.* Hæc sanè tota ratio discriminis; Adami corporis puluerulenta materies, erat virginea, renidēs adhuc printæ uo sui, & natuō flore, cæterorum corporum materies mille iam corruptiones experta erat; iam omnis caro corrupterat viā suam, ideo à corrupto puluere, vt excitentur, mille indigent clamoribus, & resonanti buccina; virgineus, & incorruptus puluis non ita vno sibilo viuificatur, vt vellic conuiscamur Mariæ virgineam carnem loquage ante tubam, ante committentes strepitus, sibili Dei halitu exurrexisse suscitatum in vitam.

Hanc, crediderim ob virginalem virtutem, celerem Mariæ suscitationem insinuat cap. 24. Ecclesiast. dum dicitur, *quasi platanus exaltata sum.* Etenim platanus summe commendatur ex eo quod teste Ruclio cap. 11. solem arsitibus arceat; placidissimèque vigeat vmbriis, *Vmbraque gratia ex alieno petita sit orbe* Imo ex Theophrasto idem Ruclius affirmat platanum vmbriferā, *trunco securi dolato resurrexisse: atque noctu leuatam onere reuixisse, cortis*

cem iterum conuestiuisse. Vt platanus ergo exaltatur Maria dum placido ob vmbata spiritu, conceptum, & partū Virgo incorrupta sustinuit, nec tanti solis amictu damnū sensit, indeque postea à terra viuentium abscessa sepulchro condita, quam occisime reuixit depositoque mortali onere surrexit spiritali, & gloriosa leuitate refulgēs.

§. VIII.

Excellens Mariæ Virginis innocentia illam statim vitæ restituit,

Qui carcer acceptum innocentē, non statim libertati restituit? Mortis & sepulchri carcer iam id dedit in Christo quem innocentem gustatum tuomuit integrum, sic Psal. 40. ad Patrem loquitur filius, *propter innocentiam meam suscepisti me,* quæ commentatus Ambrosius inquit. *Suscipit eam pater resurgentem, quia nulla eam offensio pro lapsionis aspersit. Immaculatus ad Patrem redit, à quo immaculatus exiit, quando descendit ad terras.* Vnde dixit ei pater, *filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psal. 2. *Hoc est generationis meæ in te privilegium recognosco, quem nulla macula potuit inquinare peccati.* Simili ingenita animo innocentia pollēs Virgo, mortis disruptis vinculis superam reuolauit ad patriam. Omnino immaculata nō potuit diu contineri in puluere. Rara ille olivæ qui in communi omnium submersione post diluuium, post cadauerum collisionem, post lutū & aquarum imensam molem, adhuc virens à columba inuenitur, non amplius in puluere insidet, sed in arcam reuocatur quam primum. Etenim vt recte argumentatur Carthusianus, ramus hic non ex arbore decerptus fuit, sed è puluere & luto, in quo deciderat sumptus & assumptus à columba. Insuper si Hæbraico insistamus fonte qui nobis ramus est, Hæbreis sonat *Ghaib*, quæ vox oritur à radice *Halath*, & significat ascendere eo modo quo *foha* deci-

Iren.

Ecc. 24.

Theoph.

Psal. 40.

Carth.

decidua in puluere leuitando quasi ascendunt, quod forsam expreferunt Septuaginta dicunt quod erat columba, *folium oliuæ festucam portans in ore.* Ex pede *Tofestucâ oliuæ*, est enim festuca leuis quidam apex, seu folium a puluere leuitas inlublime. Et merito ramus post tantum dilubium vigens, pristinoque virore perpulcher, a puluere leuitabat, & ascendebat, & a columba assumptus ferebatur in arcam sublimis. Itaque Maria quæ tot effugit dilubia, quam non maculauit culpa originalis dilubium, cuius virore, & pulchritudini nihil damni intulit peccatorum, miseriarumque mundanum profluum, puluere in ipso leuitaret in astra, & ascenderet, indeque quam citissime deberet in æternam mansionem assumi. Ad conspectum viridantis rami in arcam assumpti, ut ait Ambrosius libro de Noe & arca cap. 19. *Vir iustus gauissus est fructum de veteri semine aliquem reseruatam, & inde collegit misericordie insigne dinine, quæ fructum demonstraret, cui non potuissent nocere dilubia.* Sed o quam iustius gauissus est totus ille cœlestis virtutum chorus, cum a puluere eleuari viderunt carnem Virgineam, carnem de veteri semine reseruatam, de veteri, inquam, illo semine quod ante peccati dilubium extitit in Adamo. Etenim videbant in Maria carnem innoxiam pristino Paradisi vigentem flore, cui non potuissent nocere dilubia mortis aut peccati. Imoque peccati immunis mortali gurgite superato æterni viuitura supra omnes creaturas celebratur.

Text. Ex illo Lucae 10. & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domo sua.

§. IX.

Maria Virgo mulieris vocabulo afflicta debuit quam citissime, ut Christum videret, a puluere euocari in celum.

Plucherrime Ecclesiastica prouidentia Mariæ resurgenti, in cœlosque ascendenti fragmentum hoc capit de

cimi D. Lucæ aptabit. Cuius vel singula commata nobis ostendunt id, unde debuit Dei mater præcellenti a Deo gloria ditari. Et prætermissa insigni Marthæ virginitate, qua Deum hospitem habuit, & egregie Mariam Virginem effigiauit, cuius virginitas occisimam resurrectionem traxit, ut videmus, § 9. In isto mulieris vocabulo, quo Virgo a filio quandoque fuit appellata, imo & mortificata. Hic ego compono grauissimas patrum sententias quæ videntur dissidere, dum alij verba illa apud Ioannem 2. iactata nimirum, *quid mihi, & tibi mulier?* Verba dicunt reprehensionis, obiurgationis, & exasperantis. Alij maxime id abnuunt, respuunt, & reclamant, ut videri potest apud Toletum. Porro & si negemus verba illa profecta fuisse ab animo in virginem amaro, quod mihi euentissimum faciunt, & amantissimi pietas filij & summa innocentia matris, tamen verba ipsa ex se acris sunt, acerbata sunt, maximeque amatorum animi stimulantia. An non amatris matris præcordia tangerentur, cum se a filio mulieris communi vocabulo senserit compellari? An non mater pungeretur, cum omnes communi asperitate, & seueritate tractentur? Et quid inde eius celerrima a sepulchro euocatio fuit obpignorata. In hanc me traxit cogitationem D. Hylarius, qui Psal. 52. acute expendit fauorem illum maximum, quo Christus Dominus Moysem præceteris patribus apud inferos existentibus honorauit, dum relictis alijs vnus illum in transfigurationis gloriam euocauit. Ceteri omnes sancti anxie cupiebant gloriam filij hominis videre, cur Moyse, ut prius videret, in Tabor raptus? An quia Moyse viuens a Deo fuerat mortificatus, & castigatus? O iustam amici Dei mortificationem a Deo retributionem? Magis, ait Hylarius, *his quæ volumus propitiatus est quam his quæ non possumus iratus est. Nam Moyse si fideli utique amico suo dixisset, quia non glorificasti me in aquis contradictionis, ascende in montem, & morere. Hunc sibi postea vna cum Elia ab Apostolis in monte conspectum beati & æterni regni sui consortem, & martyrem reseruauit. Hec Deum*

Ioan. 2.

Tolet.

Hyl.

Amb.

Lib. I. Caput Decimum tertium.

Deum optimum maximum pungebat cura, ne amantissimus sibi seruus amaris conceptis verbis hæreretur amaricus. Ideoque non posteriores expectauit glorias, ut illum cum ceteris glorificaret, sed cum primum gloriosus apparuit, sibi amicum asciuit ab inferis, ut tantæ gloriæ fieret particeps.

Cypr. Qui talis erga seruum extitit, qualē se exhibere debuisset erga dilectissimam matrem: illam crebro hominum saluti prospiciens aspero mulieris vocabulo tetigit, illam mulierum mortalium legi tradidit, illam ergo non ad communem omnium resurrectionem, & glorificationem reliquit, sed cum primum licuit ante omnes à sepulchro in gloriam euocauit. Pulchre depingitur à Cypriano Christus in cruce moriens hac vna cura stimulatus, quod amantissimam matrem aliquando paulo seuerus tractarit. *Serm. de Pass.* *Serm. de fidero te, inquit, in cruce de matre sollicitum, cui volenti loqui teum, cum euangelizares, negaueras retro actis diebus colloquium, & prætuleras matri auditores verbi, pauperes spiritu, dicens, eos tibi esse pro matre & fratribus, qui voluntati patris obtemperant. Nunc materno moueris affectu.* Hæc Cyprianus, & merito Christum Dominum abeuntem in cœlum effingit memoria sollicitari dissimulata in matrem seueritate, hæc sane pungebat Deum cura, hæc illum discedentem comitabatur, in gloria sollicitabat, ne dubites ex hac cura ante omnes à sepulchro fuisse Mariam in gloriam euocatam, ut amplexibus filij potiretur optatus.

J. X.

Maria dum filium Dei hospitio recepit similem glorię Christi gloriam obtinuit.

Nemini dubium est à Christo Domino suæ carnis celerem resur-

rectionem, & glorificationem pro merito fuisse. Quid plura? Eandem sibi debuit obtinere Deipara. Etenim apud Matthæum dicitur, *qui recepit Matth. 10. Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ recipiet.* Hospitij exhibitio iure, Maria obtinuit eandem mercedem filij, hoc est simili gloria indutâ æternam virginem carnem. Hinc eleganter D. Athan., argumentatus est his verbis, *ex carne eius, & ex ossibus eius veluti ex veteri Adamo, nouus iste Adam, ut vicem eius expleret costam sibi finxit: nimirum istam incarnationem eamque semel indutam perpetuo gestat: ac proinde ista noua Eua mater vitæ appellatur variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium vsuetium.* Et merito cum Christus Dominus in utero virgineo hospitatus æternam suæ carni stolam acquireret, eandem etiam matri & hospitiæ suæ, donauit, ut eadem merces vtrumque condecoraret. Hinc Guarricus Abb sic facit Christum Dominum loquentem sermon. 4. *Assumpt. ascendi & præparavi tronum gloriæ, ut adextris Regina coronata consideat in vestitu deaurato circumdata varietate. Neque hoc dico quod in parte ei tronus collocetur, quin ipsa est tronus meus. Veni igitur electa mea posam in te tronum meum.* Non loco dissident filius & mater, sed eodē prorsus loco eadem gloriæ claritate, ut tronus, & Princeps irradiant.

De diuinis illis celsissimisque supremæ hierarchiæ tronis inquit D. *Dion. capit. 7. Quod communicatione te Dio: su digni facti, non in imaginibus sacre fidei formati, ut ferant Deificam similitudinem, sed ut vere ipsi approximantes, in prima participatione scientiæ Deificæ eius lumen, & quia Deo simile ipsis substantialiter donatum est, communicant huiusmodi, ut possibile est in præoperatrice virtute Deificæ ipsius & humanis virtutibus.* Itaque diuini est troni Iesu Deificam & humanam similitudinem præferre, eiusque virtutibus, & Deificis, & humanis illustrari, & amiri non imaginibus mentis, sed vere & substantialiter communicando, ut possibile est.

est. Vnde Maria Thronorum diuinorū
excelsior filij sui Iesu communicatio-
ne posita, non imaginibus mentis fi-
gurat in se diuinam similitudinem; sed
vt vere Christo approximans Deificū
eius lumen, & caracterem substan-
tialiter recipit, communicatque illi,
Deificis ipsius, & humanis virtutibus:
similique, & carnis, & spiritus gloria
irradiat.

Illustratur amplius hęc gloria Ma-
riana exemplo quo vsus est D. Greg.
homil. 20. in Euang. vt ostenderet qua-
liter Prophetarum mercede deco-
rentur illi qui Prophetas excipiunt.
Proprium, inquit, *fructum vlmus non*
habet, tamen portare fructum cum vite so-
let. sic & saculares viri, quamuis spiri-
tualium virtutum dona non habeant, dū
tamen sanctos viros donis spiritualibus
plenos sua largitate sustentant, quid
aliud quam vitem cum fructibus portāt.
Ecce tibi vlmum ex se infrugiferā,
tamen quia amicē vitem excipit, &
amplexatur, aureis vndique conue-
tita fructibus, suam æternat pulchri-
tudinem. Sic homo virtutibus effec-
tus, dum iustum recipit, fouet, nutrit,
ō quam immensum glorię pondus
sustinet, particeps factus mercedis re-
cepti iusti. Magnum hoc? Sed maius,
& gloriosius cogitauit de Maria Guar-
ricus, dum illam ex hospitiō exhibito
Deo non meditatut vlmum aureis fi-
lij decoratam fructibus, sed excel-
sum, & eleuatam a terra thronum, ea-
dem summi regis radiantem gloria,
rotumque pelluentem Deifica Iesu
& humana figura.

J. XI.

Non solum eandem cum Iesu Mer-
cedem participat Maria, sed
quodammodo ille superior
existit.

M Irati forte sunt plures Mariana
virginitatis suę gloria, quan-

tum possibile est, condecoratam,
qui nunc mirentur magis, quod
ipsa Deifico filio quodammodo su-
perior dicatur existere. Id quod
probari debuit magno Athanasio,
dum inquit de Deipara. *Ea nunc, vt*
Regina assistens à dextris filij vbiq̄
regnantis, quasi in vestitu deaurato
incorruptionis, & immortalitatis cir-
cum amicta, & variegata sacris, &
solemnibus verbis celebratur. Ecce
tibi iuxta Athanasium Maria regnat
à dextris Filij, vt ex potiori loco maio-
ritas aliqualis à filio ei remittatur.
Etenim crudissimus, sapientissimus-
que vir Pat. Maldonat, Psalmi. 109.
verba expendens, dixit Dominus *Mald!*
Domino meo sede à dextris meis, ma-
ioritatem inde super Patrem in or-
dine ad nos pluribus docet, & sta-
tuit. Quo circa, ait, sedere ad dexte-
ram non solum significat, Christum
esse æqualem Patri, sed etiam maio-
rem; non quidem re ipsa, sed quod
attinet ad nos, ex functione officij, & Ioan. 5.
administratione Ecclesie. Nequē enim
iuxta Ioannem 5. Pater iudicat quem-
quam, sed omne iudicium dedit Filio.
Sic crediderim Mariam à dextris fi-
lij vbiq̄ regnantis assistentem, supre-
mam ab illo authoritatem donari,
vt hominum iudicijs præsit. Itaque
Cardin. Petr. Damian. extollit Mariā:
Accedis ad aureum diuine seueritatis tri-
bunal, non rogans, sed imperans; Domi-
na, nō ancilla. Sanē sol, & luna, Christus,
& Maria diuinitatem imperiū habēt: ille, vt
præsit diei, hęc vt præsit nocti. Nimirū,
vt dū huius caliginosę vitę nox premit,
mortales, nō iustitię sol Christi, sed Ma-
ria luna misericordię plena imperet,
tribunalque conscendat, non rogans,
sed imperans, Domina, non ancilla.
Hinc apud Cana roganti Marię res-
pondit Filius, *quid mihi, & tibi?* Quasi
offensus, quod rogaret Mater, vbi in-
tegrum haberebat ius imperij. Quod
attingit Diuus Gregor. Nilen. oratione *Nis.*
in illud Pauli, *tunc & ipse Filius subie-*
ctus erit. His verbis. *Maternum autem*
consilium, quod minime tempore adhibere
tu r, rejecit dicens, quid mihi, & tibi, vis
ne me a te ætatem præesse, a. imperare?

Apud
Sal. præ-
uerb. 8.
n. 146.

Sol Christus.
Luna Maria.

Lib. I. Caput Decimumtercium:

Non dum venit hora mea, qua prabet etas-
 si, ut imperet. Sic caliginosa vitæ impe-
 rium detroctat Christus sol iustitiæ, il-
 ludque plena misericordiz Lunæ Ma-
 riæ remittit; quæ à dextris consistens,
 nostris miseris subueniendo, præmi-
 net Filio. Non multum abfuit D. An-
 selmi excogitatio, qui lib. de excellen-
 tia Virg. dicit. *Velocior est nonnunquam*
salus, memorato nomine Mariæ, quam
in vocato nomine Domini Iesu, unici fi-
lij sui. Et id quidem non ideo fit, quod ipsa
maior & potentior eo sit, nec enim ipse
magnus & potens est per eam, sed illa per ip-
sum. Quare ergo propitior salus in recor-
datione eius, quam filij sui sæpe percipitur.
Dicam quod sentio. Filius est dominus est
& iudex omnium, discernens merita sin-
gularum. Dum igitur à quouis suo nomi-
ne inuocatus, non statim exaudit, profecto
iuste facit. Inuocato autem nomine matris
& si merita inuocantis non merentur, ut
exaudiatur, merita tamen matris interce-


dunt. Ecce tibi ut Iesus, ad presentiam
 matris, iudicem exuat, & non quod iu-
 stitia, sed quod mater postulat, agat,
 quasi modo dederit omne iudicium
 matri. Vbi Maria stat, Iesus potius ad-
 uocati quam iudicis fungitur munere,
 etenim Luc. 10. vbi aiebat. *Maria opti-*
nam partem elegit: merito subdit Ber-
ser. 3. in Assum. dicens. Vide prærogati-
uam Mariæ, quem in omni causa habeat
aduocatum. Sane Mariana merita sæpe
iudicium immutant & de iudice fa-
ciunt aduocatum, dum ipsa tribunal
ingreditur, non rogans, sed imperans.
 Vnde etiam creditur vocari Regina
 misericordie: quem titulum dum ex-
 plicat ipse Bern. ait. *Conuenienter voca-*
tur Regina misericordie, quod diuina pie-
tatis abyssum cui vult & quando vult
quomodo vult creditur aperire: ut qui vis
enormis peccator non pereat, cui sancta
sanctorum patrocinij sui suffragia præ-
stat. Sic ille.



Josephus
de Antiquitate
lib. 12. c. 10.
cap. 10. c. 10.

cap. 10. c. 10.

LIBER



LIBER SECVNDVS.

VBI CHRISTI DOMINI

INCVNABVLA, ET PVRTIÆ
anni.



MARIANA rima-
ti decora, iam
vnicæ prolis my-
steria enucleaturi
accedimus; & à
primis eius vngu-
culis omnia accu-
ratè examinabi-

mus. Quod eruditissimi viri nostræ So-
cietatis Card. Tolet. & Maldon. exara-
runt, ad eò feliciter, non evoluo; sed so-
lùm meto, de meoque à Patribus flori-
legium addo.

CAPVT I.

De Verbi diuini in vterū vir-
ginalem descensu.

Discedente à B. Virgine Angelo,
continuo eius viscera intrauit ver-
bum, naturamque humanam anima ra-
tionali, & corpore constantem, diuini
spiritus vi ex Maria conflatam sibi vni-
uit. Itaque in eodem instanti conceptus
Christus, Deus homo, integer, perfe-
ctus in essentia, mente humana, & diu-
ina pollens, & inde relictus Marianæ
actuati, à qua, sicut cæteræ proles à
matribus, incrementum membrorum

& maturitatem partus accepit.

S. I.

*Verbum diuinum silenter, in vte-
rum descendit vt facilius præ-
dam faceret.*

Sæpius miratus sum, id quod D.
Athanas. aduertit, nimirum Verbū
diuinum Angeli discessum expectasse, *Vide To-
letum.* vt in vtero Virginis copularetur natu-
ræ humanæ. Cur non presentibus An-
gelis? Cur non coelo intonante? Cur nō
canente Archangelorum buccina? An
nē sibi caueret aduersarius? Danē eā assi-
gnat causam D. Zeno serm. 1. de Nat. *Zeno.*
*Christus, ait, latenter in mundum intra-
uit, ne sibi sapiens Diabolus videretur. Vt
quomodo homo in paradiso non cognoue-
rat Diabolum, sic & Diabolus in seculo
non cognosceret Christum. Cū primū
de ambulantis Dei audita fuit vox in pa-
radiso, qui esum arboris Adamo per-
suasit eidem & fugam suggessit. Ideo
modo dissipaturus Deus Diaboli con-
siliū, tacito gressu, & latenter appro-
pinquauit, ne prædam fugaret, vt in pa-
radiso fugauit. Imò, vt rectè ait Theo-*

M 2 dotus

Lib. II. Caput Primum.

Theodot. dotus Episcop. Ancir. hom, de Nat. Christ. *Adiungit se fugitiuos; seruus enim ad ipsum venire non poterat. Accedit. ad seruum non maiestate herili, non Angelorum satellitia præmittens, non igneos globos bibrans, non elementa concutiens; sed quo fugitiuum capiat, propriamque possessionem, recuperet, blãde accedit.* Quorum verborum percipies acumẽ, id animaduertens quod non semel accidit militibus in suum Principem rebellantibus. Diffugiunt rebelles protinus ad tyrannum, verum dux vt fugitiuos reducat ad caules, non Marte furit statim; sed etiam simulata fuga sub nocturno silentio accedit, petit admitti socium, & ita admissus paulatim sollicitat sociorum animos, commouet, trahit, vsque dum spreto tyranno imperium subeunt Principis naturalis. Ita prorsus ait Theodotus, verbum fugientis hominis recordatus, non ira fulgurat, non prestrepit gressibus, non in rebelles vociferatur; sed latenter accedit & adiungit se fugitiuo, & quo fugitiuum capiat, propriamque possessionem recuperet, ingreditur blandẽ. Hinc eleganter Antipater virgini applaudit his verbis, *Tu es benedicta que portas qui ambulauit in paradiso.* Quasi diceret, ante o Maria pũsina maldicti o in benedictionem mutatur. Quid miraris? Portas, qui ambulabat in paradiso, qui ambulans ad aĩram per trepentibus gressibus peccator es fugauit, namque dicitur Genes. 3. *Cũ audissent vocem Domini ambulantis, abscondit se Adam, & uxor eius.* Iam experientia doctus adeo blandẽ, adeo quietẽ ad fugitiuos accedit, vt præ silentio nec ambulat, nec pedem mouet; sed placidissimo in utero ipse quietus portatur. Vnde meritõ dicat Chrysostr. hoc ipsum meditatus, videns Deum se nobis silenter admiscentem. *Nõ habemus amplius suspectam exily exprobrationẽ, non extimescimus amplius claustrorum paradisi, non amplius a sicu accipimus folia, non amplius ad senum gressus cõ tremiscimus.* Expendo, non amplius ad sonum gressus contremiscimus, adeo blandẽ accedit, ne gressu prædam fugaret; sed fugitiuo adiunctus, tyranno exhibito propriam possessionem recuperaret.

Hom. de Ioann. Bapt.

Hom. d Ioann. e Bapt.

Apud Metaph.

§ II.

Verbum diuinum alto virginei uteri silentio sese maximè premit, crucisque excedit cruciatus.

Conceptum sermonẽ retinere quis poterit? Etenim ea est natura verbi, vt omnia tentet dũ se prodat, quẽ in Verbo diuino vis inde augebatur, quẽ vehementer cupiebat hominibus comm unicari. Hinc meritõ Guaricus Abbas serm. 3 de Annunt. hæc est verba fatus. *Cunium humanarum infirmitatum, vel iniuriarum, quas pronobis pertulit diuina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate ferẽ maximam existimo, quod in utero concepti, in utero nouem mersum tempore manus illa incircumscripta passa est contineri. Vbi enim sic se exinaniuit, aut quando ita penitus a semet ipso defecisse visus fuit? Tanto tempore nihil illa virtus manifestum operatur, nullo signo visibili maiestas, quẽ clausa latet proditur. Non sic in cruce visus est infirmus, ubi quod infirmũ illius fuit, statim apparuit fortius omnibus hominibus, quando & moriens glorificat latronem, & expirans inspirat centurionem. In utero autem sic est, quasi non sit. Sic omnipotentis virtus vacat quasi nihil posset, & Verbum æternum sub silentio se premit. Hoc inter ligni cruciatus solatiũ Christus Dominus habuit, quod ibi operatorium verbum agebat; dum septies loquitur, & in latrone, in Centurione, in inimicis elucet suorum verborum efficaciam; at in utero actiuissimũ diuinitatis fulgur, vocalissimum verbum, vim sibi contrariam experitur validissimã. Quid contrarius illi qui est, quã non esse? Quid magis oppositum omnipotenti quã inefficacia? Vocalissimo, quã infantia? Ecce tibi qui est in utero clausus censetur quasi non sit. Ita Tertull. 1. contra Marcion. cap. 22. *Otiũ sui natura non uouit, hinc censetur si agat vt si cessarit, nõ sit.* Quod videtur cauissime Moyses Gen. 1. nisi præmissio opere Deum*

Guar.

Tert.

Gen.

Deum detrectans nominare; ait enim *In principio creavit Deus: sic expendit Theophilus ad Autos. lib. 2. Primum quidem principium, & eius creationem nominavit, deinde ipsum Deum posuit. Non enim fas est Deum temere & ociose nullo opere subiecto nominari. Pulcre igitur Gaarticus dixit, melius cum verbo in cruce fuisse actum, quam in utero: nam in cruce verbum locutum secuta fuit Latronis expostulatio, Domine,emento me dum fueris in regnum tuum, Centurionis confessio Vere filius Dei erat iste. At in utero sic est quasi non sit, sic omnipotentis virtus vacat quasi nihil posset, & verbum diuinum sub silentio se premit. Equidem eleganti dictum est ponderatione, quod sese in utero verbum diuinum premit, hoc est sibi vim infert maximam nihil agens Quod ad huc expressit D. Zeno serm. 3. de Nat. sic fatus. Etenim Dei filius ab eterna sede profectus in predestinatam virginis templum sibi met castrametatur. Sane, ut vim inferant, hosti castra milites constituunt, sic Verbum diuinum, ut aereis potestatibus noceat in cruce castrametatus est; verum, in utero virginali non hosti vim illaturus, sed sibi met castrametatur, in se descendit, se premit, imo perimit. Actiuissimum ignem scimus aliquando spino haxisse sine pascua, sine opere; sed etiam scimus quam tunc coerceretur eius actiuitas ab omnipotentia manu. Cernere erat, ait, Eulebius, pugnantem ignem, a Deo tamen frango coercitum. Quam coertionem, & vim maximam Verbo in utero existenti auspiciatur Angelus apud Chrysoft. dum meditans Deum accedentem ad ostium tabernaculi Abrahæ & protinus transeuntem, sic in rem presentem argumentatur. Illic, o Domine, te conspicuum Abrahæ prabuisti in ostio tabernaculi, & pertransisti qui omnia compler, quomodo autem feret Maria diuinitatis ignem? Quasi dixerit, beneficentissimus Abrahamo accedis mille illi benedictiones indicens, & vix tabernaculi ostium attingis, & statim præteris, nec te detinent perspicua a te in Abrahami domum profecta beneficia, quanta igitur vi, quanta coertione indiget diuinitatis tuæ actiuissimus ignis, ut*

ociosus lateat sub virginali utero.

J. III.

Verbum diuinum utero clausum ociosum impatiens sanctificaturus Ioannem abijt.

A Deo verbum diuinum in hominum salutem ardebat, ut nec in utero detineretur virginali, quo minus ipse sese Ioanni offerret, ut illum sanitati donaret. Quod miratus Antipater, ait. Licebat videri lutum salutare a figulo, excipi Regem in tabernaculo militis, & venisse Dominum in serui domunculam. Porro Deo inimicabatur peccator, lutum a figulo desciscerat, & miles rebellarat in Regem maximum. O Dei amorem, o misericordiam magnam, obdurato luto, tacente peccatore, ecce tibi Deus primus salutat lutum, & a domibus eburneis uteri Mariani in serui domunculam venit, primusque ipse offert pacem, ut merito dicat Tertull. Quod Deus prius in se penitentiam dedecavit. Ipse offensus, & omnipotens offensorum adit, & beneficijs allicit. Id quod maxime perspicuum fuit Gen. 3. Vbi Adamum sub peccato fugientem his verbis suavissimis trahit Adā ubi es? De quibus Chrysoft. Obstupefcite ad eminentem Dei misericordiam non solum quod vocabit; sed quod per se ipsum vocauit, id quod homines facere nunquam ferrent inter se. Explicatius adhuc ad rem nostram Lippomanus. Docemur hic benignitatem Dei, qui pertinaciter adhuc fugientem recipit in gratiam, ex misericordia enim prior vocat ad penitentiam. Qua misericordia actus vix mundum ingressus virginali utero clauditur filius Dei, & seruum & peccatorem adit, ut illi impertiretur sanitatem. Non enim sustinebit fons ille misericordie instagnari, sed qua, singulis se momentis effunderet, rimabatur. Quod in præmatura innocentium corde D. Leo serm. 2. in Epiph. ponderauit, fatus Itaque Christus ne vllum ei tempus esset absque miraculo ante usum lingue potestatem verbi

M. 2. taci

Lib. II. Caput Secundum.

10
*tacitus exerebat, & quasi iam dicebat, st-
 nite paruulos venire ad me, noua gloria co-
 ronabat infantes. Sic infans in infantes,
 & in vtero existens in eum, qui vtero
 exitebat largus ostendebatur, ne vlllo
 tempore a beneficijs impertiendis va-
 caret. Cui accinit D. Bern. serm. i. in Ra-
 mis dicens. *Qui paruulum natus est, &
 primam paruulorum eligit auiem.* Is enim
 erat ardor diuino in pectore, quo quies-
 cere non posset; sed de coetaneis suis
 saltem triumphorum praeludia me-
 ditabatur.*

C A P V T II.

De Christi Domini tem- porali natiuitate.

11
Non hic querenda longa de tem-
 pore Dominice natiuitatis suppu-
 tatio, que vel a nostro Barrada vel ab
 eruditissimo Baronio exarata iam fuit.
 Nec item, quod illi fecerunt, miracula
 deificum ortu precedetia examinabi-
 mus. Manuerint fontes oleo, templa
 idolorum corruerint, terni apparuerint
 soles, Sodomitica Venus incinerant, vi-
 nee Enggadi floruerint, quid miru, si
 mundus tanto Dei hominis fecundus
 miraculo tot ediderit vel parturierit
 miracula? Edicto Cesaris vocantur
 duo Virginei coniuges in Bethlehemi
 auitam ciuitatem. Quorum tenue pe-
 nu non inuenit locum in diuersorum pe-
 netralibus, stabulum ad eunt, ibique in-
 tempesta nocte tempestius fructus
 nulla obstetricante manu a virgineo
 vtero interram dilabitur. Orientem
 solem brachijs excepit casta soror, &
 mater Diana, fascijs coronat, vberibus
 lactat, & adoratura Regem
 precepit foenum sternit, ibique
 reclinat infan-
 tem.

12
 Ad illud Luc. 2. Ascendit autem
 Ioseph a Galilea de ciuitate
 Nazareth in Iudæam in ciuita-
 tem Dauid, quæ vocatur Beth-
 lehem, eo quod esset de domo
 & familia Dauid; ut profiteretur
 cum Maria despon-
 sata sibi vxore pre-
 gnante.

§. I.

*Romano imperio ad sui corporis tu-
 telam (&) custodiam surus nas-
 cens Dominus Cesari parens
 describitur cesareis ta-
 bulis.*

13
Ioseph, Mariæ, & Iesus inter Cesaris
 subiectos scribuntur, vt placet Oso-
 sio, Bede, & alijs, magna equidem Dei
 humilitas, quæ eo tempore voluit incar-
 nari, quo mox natus censu Cesaris
 ascriberetur. Igitur Cesar Dei hominis
 dominus? Anne Deus homo Cesaris
 seruus? Quid aliud insinuat ista deteri-
 ptio? mihi hæc cogitanti sese statim
 obijciunt illa Pauli ad Galat. 4. verba.
*Dico autem quanto tempore heres parua-
 lus est, nihil differt a seruo, cum sit domi-
 nus omnium; sed sub tutoribus & aëtoribus
 est.* Sanè diuini testamenti heres
 Christus, dominus omnium, quando
 paruulus pro nobis factus est, paruuli
 seruitutem debuit etiam amplecti, vt
 sit non sub dominis; sed sub tutoribus,
 seruique conditionem subeat, tutelare
 Romanorum dominium expertus. De
 infantibus sic cauet lex 12. tab. *Tutores
 liberis in potestate testamento, parentes
 dato.* Sic diuinus pater integro testame-
 nto Romanum imperium tutorem re-
 cens nato filio in potestate dedit, sub
 cuius imperij potestate ascriptus parua-
 lus natus iuxta perfectissimæ tutelæ iu-
 ra integras suas res tempore ordinato
 fuit

Habetur
apud Me
traphra.

fuit natus. Vnus me in hanc cogitationem traxit D. Athanas. serm. in hac descriptionem, ubi ponderans quam diu. e. non alio genere mortis; sed in crucem Dominus a Pilato esset actus, sic loquitur. *Huius recte ordinationis causa instituta est prima sub Augusto Cesare descriptio. Nisi enim lex haec antea lata fuisset, Domini Iesu Christi corpus integrum sepultum & mandatum non esset. Nam Iudaeorum natio nimio furoris accensa Dominicum corpus in ignem aut in mare deiecisset. Nam si Hircaniam non sic exosum in lacum caeni plenum coniecissent, quid in Christi corpore magnopere sibi exosi facturi fuissent, nisi Romanae legis poenam timuissent? Imperium igitur Romanum optimi tutoris iure functum commissum sibi Christum tutatus est, ne ab aduersariis discerperetur; sed omnia illius manerent integra.*

Oros.

Hinc eleganter Orosius Imperij Romani supra omnia imperia ingentem illam gloriam auguratus est, qua subditione sua vniuersum orbem terrarum dicitur contempnisset. Etenim maximo omnium Domino paruulo maximus omnium & potentissimus parandus erat tutor & custos. Audite Orosium huic Euangelicae descriptioni alludentem verbis illis. *Haec est prima illa clarissimaque professio, quae Caesarem omnium Principem, Romanosque rerum dominos sigillatim cunctorum hominum edita a descriptione signauit, in qua se & ipse qui cunctos homines fecit inueniri homines voluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito, atque ab exordio generis humani in hunc modum, ne Babylonicum quidem vel Macedonicum, ut non dicam, minori cuiquam Regno concessum est. Nec dubium quin omnium cognitioni pateat, quod Dominus noster Christus hanc urbem nutu suo aucta. n. defensamque in hunc rerum apicem prouexerit, cuius potissimum voluit esse, cum venit dicendus utique cuius Romanus, census professione Romani. Haec Orosius lib. 6. lictor. cap. 20. & merito inde summum Romani Imperij apicem colligit, ut quod habendo, tutando, defendendoque diuino puero Christo parabatur.*

Ad illud Luc. 2. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret: & peperit filium suum primogenitum, & panis cum inuoluit, & reclinauit eum in praesepe.

S. H.

Deus in summa paupertate & nuditate natus, ut inde se accessu facilem dedicaret.

Quicquid magnum, quicquid excelsum verbum in mundo nascens in primis deposuit, ne maiestate detereret homines; sed vilitate alliceret & facilitate caperet. Id quod egregie meditari Theodotus orat. de Christi nat. non terrens, inquit, tanquam Deus, neque tonitruis, auditus percutiens, neque nube circumamictus, & ignem in nube demonstrans, neque tubae sono audientes terrens, sicut aliquando Iudaeis apparuit timore incircuens, indeuotis, nec concutiens famulum; sed gratia magis & bonitate euocatis eum. Propterea non venit cum Imperali fastigio, nec obsequium deduxit Angelorum, non mouit Archangelorum exercitus; sed venit omnium Dominus in serui forma, paupertate circumamictus, ut venationem non effugaret. Ut venator praedam trahat ad laqueos, quam sese deicit, quam nudatur, absconditur ramis; sic homines Deus ut traheret praedandos, faustum omnem exiit Imperialem, sese humi prostravit, paupertate amicitur, ut vel sic praedam faceret. Sic etiam postmodum vir factus, dimisis discipulis, in ciuitatem, mansit ipse solus iuxta fontem Sichar. De quo eleganter Chrysost. hom. de Samarit. *Quare discipulos suos ablegauerat Dominus? Maluerit illa paupertate erant, neque potuisset multorum satellitum numerum contueri, quod si magisteri dignitatem vidisset, ac*

Theodon

Chryso

M. 4

dis-

Lib. II. Caput Secundum

discipulorum certum, accedere ausa non
 esset, piscis e retibus euasisset, propterea dis-
 cipulos ablegabit. Ita modo paupertate
 circumamictus, omni satellitio nuda-
 tus apparet, humi vagiens, ut pauper-
 culi etiam homunciones Deo valeant
 approximari. Vide ergo (finit Theodo-
 tus, ubi supra) quomodo paupertas eum,
 qui pro nobis homo factus est, accessibilem
 vniuersis ostendit. Nullus enim metuens
 superbas Christi diuitias tendens fuit, nul-
 lum accedere ad eum Imperij celsitudo
 prohibuit, sed conuictus apparuit, & pau-
 per, semetipsum offerens omnibus ad salu-
 tem. In praesepi, namque Deus proponitur
 verbum, ut licentiam habeat rationalis,
 & irrationalis participari cibo salutis.
 Quo circa loquens Iosephus lib. 8.
 ant. c. 3. de senioribus Israel quando
 Roboamo consilium dederant, sic ait.
 Suaserunt, ut comiter populum alloqueretur,
 & posita aliquantis per fastu Regio,
 ad captandam multitudinis gratiam se ac-
 commodaret: hac enim arte captos facile
 illum amatuos: quod natura ita compa-
 ratum est, ut subiecti delectentur Regi-
 bus mansuetis, & de suo fastigio non nihil
 se demittentibus. Proh Deus immortalis
 quomodo te dimittis? Quam deponis fa-
 stum Regium, ut mansuetudine allu-
 cias, & allectos capias? Cum primum
 noster Rex legem tulit, ad montem Si-
 nai descendit, cur non potius e caelo?
 Athan. lib. 3. contra Arian. ait. *Quis po-
 terat ex ipso caelo legem dictare, notat uti-
 le esse hominibus, si e Sinai eam promul-
 garet: idque ideo fecit, ut & Moyses as-
 cendere posset, & illi de proximo sermo-
 nem audientes melius crederent.* Modo,
 non e caelo, non e monte Sinai, sed ma-
 gis dimissus hominum intrat casas, ut
 per demissionem facilius homines ad
 se trahat. Etenim ait Math 8. *Cum ve-
 nisset Iesus in domo Petri, ubi Chrisol:
 serm. 18. Ad domum Petri venit
 Christus, ut domus Petri ve-
 niret ad Christum. Sic a
 condescensu ho-
 mines capit.*

(1)

S. III.

In summa nascitur Deus pauper-
 tate, ut vnus, & solus pue-
 rulus mortalium oculos
 detriumpharet.

Non is est Deus natus, qui emen-
 dicatis decoribus homines traheret,
 ipse solus & nudus sufficit mortali-
 um, & immortalium mentes exsatiare.
 Sic Theodotus ait. *Propterea pauperum*
lam Deus elegit matrem, pauperiorem
patriam, egenus fit pecunijs. Omnia pau-
pera, & vilia elegit: omnia mediocria, &
plurimum obscura, ut diuinitas sola cog-
nosceretur orbem transformasse terrarum.
 Sane is erat puer diuinus, qui nudus,
 qui solus caperet humanas voluntates.
 Fulgentia congerunt decora Principes
 mundiales, auro, gemmisque faciunt
 radiare Palatia, ut contuentium oculi
 circumstantibus decoribus praecoc-
 cupati excutiant ad Principis humanam
 infirmitatem. At puer iste imbecillus
 licet, & pauper medijs crepitaculis in-
 fantilibus, media fasciarum, & praese-
 pis vilitate sic omnium creaturarum
 oculos mentesque potitur, ut excutiant
 ad fulgentissimas quasque mundi ga-
 zas. Accipite Cyprianum pulchre de
 nascentis pueri paupertate Philoso-
 phantem. *Ornamenta ait, quae deerant,
 etiamsi adessent, non haberent oculos ins-
 pectores, quia praesentia paruuli sic corum,
 qui aderant oculos occupauerat, sic illum
 nauerat animos, sic corda illexerat, ut in
 hoc summo bono omnium bonorum vniuersa
 collectio videretur, nec opus esset mendu-
 cari per partes, quod simul in se vno fide-
 libus omnipotens infantia praesentabat.*
 Viliuissent cuncti creati splendores, ra-
 diantia decora, ditissima ornamenta,
 ubi solus pauper hic puerulus radiabat,
 ipse ipse nudus, omni decore spoliatus,
 circumamictus paupertate praecoc-
 cupabat animos, oculosque omnium, ne
 illo viso alia externè splendentia desi-
 derarent omnium pulchritudinum segete
 exsatiati. Huic simile ratione meditat-
 est. D. Athanas. propterquam iuuuabilis
 homo

Athan. homo De^o visibilis apparuit. Ideo, inquit, hominū amator Deus corpus sibi assumpsit homo inter homines versaturus, ut hominū sensus præoccuparet, ut homines humana sola cogitantes, quocumq; suos sensus cōferrent, ibi se anticipari, præoccuparique notionibus animaduertent. O præstantissimum artis diuinæ artificium! O singularis verbi Dei sagacitas, homo fit pauper omni decore; & ornamento nudatus, ut oculos humana decora concupientes rapiat: præoccupet, exfatiet! Quomodo id præstabit qui nudus est, qui omni decore spoliatus qualiter omnium pulchritudine capiet? qualiter mihi vniuersas creaturarum, e creatoris diuitias repræsentabit? Sane quia omnium nudatus est. Materialis oculus, ut vniuersos mihi possit colores repræsentare, & claro sub lumine obicere, ita elaboratus est Philosophis, ut omni sit in se colore vacuus, qualibet licet minima tinctura nudat^o, adeo, ut si quando ex morbo aliquo tingatur pupilla omnia sibi suo colore delibuta fingat. Hoc ergo quod materialis oculus habet, longè præstantiori, & diuiniore ratione increatus oculus Dei paupere circumamictus carne præstabit. Is nudus extrema in paupertate visitur in stabulo natus, ut omnium bonorum diuitiasditissimosq; pulchritudinum thesauros fidelibus repræsentaret, eorum oculos præoccupando. Hinc eleganter Theodotus ait. *Tu respice mihi pauperrimum habitaculum eius, qui datat cœlum, vide præsepe sedentis supra Cherubin, vide pannis oblitum eum, qui pelagus arena iunxit, vide deorsum paupertatem diuitias eius sursum considerans, sic etenim gratia, & clementia videbis magnitudinem si tacitam Dei condescensionem consideraueris. Nā ipsa paupertate diuitie eius diuitis ostenduntur.* Expendo istud, nam ipsa paupertate diuitie eius diuitis ostenduntur: paruulus namque puer nudus Dei oculus & pupilla in media nuditate vniuersos diuitiarum immortalium, thesauros, cunctas pulchritudinū splenduntium species, hominum concupiētū animo repræsentabat.

si dicitur J. III. *Præsepis palea Dei hominis commixtionem æternam duraturam firmavit.*

Primus se mihi obiecit Athanasius. *de Incarn. Verbi.* Vbi hæc subditeratione m, cur verbum diuinum, & nō alia deitatis persona hominem assumeret reparandum. *Neque fuisse, ait, vllius alterius opus exemplar imaginis diuinæ hominibus restituere, nisi eius qui erat imago Patris.* Tota generis humani ruina in eo erat quod imago Dei homini impressa deleta fuerit, & abolita: reparatio ergo generis humani inde prouentura, quod imago Patris iterato opere homini firmiter inderetur. Porro, inditum fuit homini verbum diuinum, imago æterna Patris carni humane sub paleis præsepis apparuit impressa inde auspiciū præbens, quod nunquam vltius esset abolenda. Hoc Cyprianus admiratus mysterium totus adstupens aiebat. *Miror quomodo verbo Dei caro adhaeserit.* Etenim testacea luteaque caro qualem commixtionem cum ærea Dei imagine præferat? Vix terreno Adamo indita fuit imago Dei, & statim ad serpentis sibilum exsufflatur, non equidem coherent sibi tellus, & ferrum.

Reuoca, si vis, in memoriā illud Dan. 3. Regi Babylonio obiectū! spectrū, cui pedes ex parte ferrei ex parte fictiles viscebantur. Quid tūc mysterium? *Commisceruntur, inquit, humano semine; sed nō adhaerent sibi, sicut ferrum non potest mixtum ceri testæ.* Hoc crediderim Cypriano præcognitum cum dixit, quomodo verbo Dei caro adhaeserit, non miratur, quod virgineo ex semine commixt fuerint homo & Deus; sed quod enea Dei imago, ferreum Dei verbum & penetrabilius omni gladio ancipiti testaceæ & luteæ carni firmiter adhaeserit. Dixisset barbarus quis & hereticus quod quantumuis semine humano Deus, & homo conungerentur, non tamen semper adhaerent sibi, sicut

M s ferrum

Lib. II. Caput Secundum

ferrū non potest misceri testæ. His labaret ratio humana spectris, hæc prædicarent sancti miracula, & mysteria, quod verbo Dei caro adhæserit.

Eccl. Verum enim verò verbum Dei non testæ, non luto cuique adhæsit; sed luto humano paleis conuoluto præsepis, ne ad eò mireris, quod firmiter verbum Dei humanæ carni adhæserit. Cur enim Christi Domini humilitas sub paleis constituti, perseverantiam unionis hypostaticæ uò mereretur? Sanè testæcum lutum, ut omni palea purum est, sic nihil valet, ut conglutinare, & coniungere posset. Vnde apud Ezechiel peruerse ædificantibus dicitur. *Limiebant eum luto absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit.* Quæ verba expendens Theodoretus, gluten istud, siue lutum, quo muri lapides absque temperatura palearum vinciebantur, putat Reges, & Principes, sic enim ait, *Vincula muri Regem, & Principes appellauit, qui sicut commissura ædificium, ita populum constringebant.* Vbi ergo lutū sine palearū temperatura regnat, futuram ruinam, & casum minatur. Proh dolor! luteus homo terrenus Adam Dei imaginem suscepit medijs paradisis deliciarum, florenti nemore, aspirantibus suauibus auris, nulla ibi palea, nulla palearū vilum temperatura. Quid plura? Vnico ambitionis flabello cecidit homo, imago Dei exturbatur, totumque innocentie ædificium ruinam patitur.

Theodor. Hinc iterato opificio imago Patris imprimenda luto humano, non aliter luto insedit, quin lutum humanum premeret sub fœno præsepis, illumque cõdideret de fullionis more temperatura palearum, quo ad eò firmiter imago Dei, verbum Dei adhæsit carni, ut hominis, & Dei mixturā æternaret. Pulchrè, & eleganter ex hac à paleis commixtione pūgit Theodotus hæreticos illos, qui in Concilio Ephesino verbū diuinum carni minime inhærendum putabant. Porro, nos ostendimus, inquit, quia pauper factus propter nos, qui est diues, verbo diuinitatis salutem omnibus perceptibilem faciens. Quod enim significans Paulus dicebat, propter nos pauper factus est, cum diues esset, ut nos illius pau-

peritate ditaremur. Et quomodo iste pauper factus est propter nos, dicant nobis, qui à Dei verbo separant hominem, & quod unitum est separant? Sic ille, eleganter ex paupere carne accepta in separabilitate verbi ab homine præfagiens. Etenim ubi humanum lutum sub tanta paupertate, & vilitate, addita palearum temperatura, verbo diuino coniungitur, non potest conuictio hæc & commixtio æternum non durare. Quod ponderans D. Crisostomus sic paradisi casus cum præsepis felicitate conponit. *Illic probò affectus fuerat paradisi; hic spelunca facta est gloriosa. Illic duo, Adam, & Eua expulsi sunt a peccato; hic fines orbis terrarum educti ad gratiam. Non habemus amplius suspectam exitij exprobrationem; non existimescimus amplius claustra portarum paradisi; non metuemus amplius morsus serpentum.* Omnia in tuto sunt, omnia æternum firmata, & confirmata, nunquam diuendus est noster hic paries, non fieri potest, ut corruat genus humanum, siquidem lapis angularis, Dei verbum, imago Patris non se testaceo luto impressit; sed lutum cum palearum temperatura sibi in præsepio copulauit.

J. V.

Fasciæ, panni, & vilitas præsepis Deum omnipotentem maxime honorarunt.

Theodor. **F**Acem nobis præferat hac in re milites nominandus Theodorus, à quo hæretici vilia Dei uncunabula fastiditi, sic apud Ephesinam Synodum punguntur. *Vides paupertatem tantarum factam diuitiarum matrem. Numquid nocet deorsum unigeniti ad paruum tempus abiectio, que tantas diuitias contulit orbi terrarum? Quid ergo exprobras Christi in Bethlebem humilitatem? Cur paupertatem deducis ad medium eius lucra non computans? Cur indignū dicis Deo, quod tantorum bonorum facta est occasio? Cur paupertatem dicis indignam Deo, per quam mundus ditatus est? Noli detrudere auer-*

*Thion, qua Tyrannis diabolus est deflexi-
 eta. Si enim cum formae Drae membra
 nudari non in casu, neque cum in ha-
 bitis, ut in eis mundum patitur: O. v. l. m. an-
 gante ni maximam: O mentem pi-
 pera super plenam, & sale & Nulla. tes
 Dec, & creaturam. ubi tota pepercit
 glorias, pot' gendit triumphos, tentat
 coronas: reposita. quam precepit
 quam spectant, quam iustitia, quam
 facit. Quot. facit: tot. diademata
 quibus coronant Deum mater sua
 coronantur: & inquant. Deum mater
 sed quando coronantur. An in par-
 dido abulo condita: an quando a flori-
 do Deo ore accipit vire ipsa: an
 quando diuina elaborata membra
 Quam potius tunc Deum coronant
 mater, quam peperit in matrem
 bus, quam iudic in prespio; quoniam ul-
 libis facit colligantur: tunc facit Deum
 diuini sublimiorique, diademate
 ditavit: facit magis Theolog' Na-
 zian. orat. ut Christum in creatione
 hominis a Deo elaborata. preponit
 eiusdem Assumptio. Deum ex
 vilitate, & infirmitate nati. O novam
 ait, & in mundum mixtura, qui est sit: lo-
 cundum conseruata nobis fuerit: & qui
 dem prius longe mirabilis tunc edimur
 quod prestantius erat nobis impertit: et
 nunc eius, quod deterius est particeps ipse
 fit. Hoc prius illo diuinus, & apud corda
 tos multo sublimior. Et quidem laudatus
 erat De' quod hominem condiderit, quod
 illum pulcherrimo corpore, vniuerso spi-
 ritu donauerit, quod ne more stotenti
 ditauerit. Tunc enim pulchritudinis,
 diuinarum, regique fulgoris magnifi-
 centissimos effudit thesauros, maiora
 tamen, & longe admirabilia prece-
 dit, cum hominem assumpserit reparandum.
 Quidni eius quod deterius est parti-
 ceptus sit, non splendens, sed obscura, non
 sublimia, sed abiecta: non pretiosa, sed
 vilis, sed paupera sibi innectit: & hoc
 prius illo diuinus, & apud corda
 to sublimius, adeo, ut dicat Aug. serm.
 3 quod ista naturas potentiam diuinita-
 tis honorat. Miraberis potentiam in-
 firmitate honorari? Audis infantem pre-
 sepio reclinatum, pannis involutum
 trementem artibus; & inter cunctis
 qualiter possit de potentia & fortitudi-*

secundus E

Nazian.

Aug.

Augus.

ne iudicari? Quare eius potentia
 effulget non dicitur? Equidem Totum
 vultu calybis massa flexibilis enses
 constantur: & dicitur fabrum gladii
 Nam qui per experientia entorem de-
 cernit, quia in preclarum enses confu-
 rent, quaque bene ipsum tempera-
 rit, & ipse ipse gladium nudat,
 eisque flexilem monstrans pariet
 nam pingere non reformidat. Quare ip-
 sum dicitur, in gyrum rotat & dicitur, ut
 cuspidem ad capulum ipsum deducat.
 Quid hoc magis est? Plumbi aut fi-
 culnei potius gladii signum apparet,
 quem quocumque volueris inflectes.
 Ipsi per se quidem durus, & rigidus
 qui sapit tunc magni estimat gladium,
 cum ita flexilem & ductilem tenet,
 tuncque fabrica dexterum elaborati gla-
 dii valorem eo hēdat, adauget pretium,
 cum illū crebris flexibus premit ac conuol-
 ut. Quare dicitur in eodem in po-
 tētia firmo penetrabilem gladium
 pūit. Barbaus ille peris, hēricus, duos
 enses peris, & fletus, quomodo has na-
 zian. apponit: quibus infirmitatibus diu-
 nam effulgentem virtutem non detinet.
 Saxeos precepit impetibus dicitur, re-
 claris, & dicitur quo connotantur artus
 lachrymantis ecclesie, ageris dormitu-
 rus. Non tunc motus sub humane in-
 firmitate iudicis calybi. diuina
 preceperunt; maximeque admiranda
 diuinam potentiam reddunt. Nam si ve-
 nisset; ut loquitur Cæsar dial. 3. vlti-
 mus potestatis naturali nil admiratione di-
 guum facere iussus esset, si aduersus Ange-
 lum desertorem decertasset Deus, imò in
 arrogantiam extulisset. Draculum quasi
 Deo par fuisset aduersarius. Venit ergo
 omnipotens sermo, gladius acutus flexi-
 xilis, ductilis, humilis, & infirma ample-
 ctens, ut sic victicem Diaboli potesta-
 rem redderet admirandam, adeoque
 honoraret diuinitatem, ut vel ex miti-
 titatibus ipsis Deus conclameretur ipse
 infantulus. Quod spectat illud Prochi
 de Christ. Dom. nat. ubi sic fatur, in mys-
 tery magnitudinem! Miracula videt
 diuinitatem predicor sermo passiones, &
 humanitatem non nego. Expende duo il-
 la, ex miraculis diuinitatem predicor
 ex passionibus humanitatem non ne-
 go. Cur non dixit etiam humanitatem
 pradi-

16. 12. 1

16. 12. 1

Augus.

Lib. II, Caput Secundum

prædico? An passiones humanitatem non reddebant prædicabilem? Imò adeò diuinitatem ipsam exornabant passiones, adeò illam commendabāt, vt maximum duxerit Proclus, si inter miracula, visis passionibus, & infirmitatibus humanitatem non negaret, præ sepe, fascias, pannos, palcas, & omnia vilia & abiecta diuinitatis vnguento madere conspicatus. *Videò passiones, & humanitatem non nego.*

S. N.

Reclinatio pueruli in præsepio Dei ad hominum amorem, inclinationem præfigit.

AB scissus sine manibus diuinitus lapis, præsepito reclinatus, imò alius quid faceret, nisi splendentes amoris flammis iacularet? Etenim dicit, reclinauit eum in præsepio, sicut vt totus esset pascua amatoris flammis. De illo filij hominis spectro Ezechielii obiecto ait Propheta 2. cap. *Aluibus deorsum vidi speciem ignis & arcum.* Quæ verba acutè ruminatus Rupertus in arcu quamdam inclinationem & reflectionem Dei amatis notans sic fatuit. *Ante carnis assumptionem, quæ per liberos significatur, Deus generi humano iratus tantummodo ignis consumens erat; postquam autem carnem assumpsit, iam non solummodo ignis, sed & inclinatio nobis est propitiationis.* Ecce quid paruulus natus præsepitoque reclinatus protēdat, sese ab ira in iridem effingit, dimissa vindicante sagitta, sese inclinat in arcum plenitudinem effusus miserationis & charitatis. Sub Iordanis aquis apparuit quandoque vir factus hic diuinus & cœlestis arcus, nec diffugiunt Iordanis aquæ, vt quondam fugerunt ad præsentiam arcis. Id quod expendit Chrysol. hom. 5. de Epiphan. *Quid est quod Iordanis qui fugit ad præsentiam arca legalis, ad totam Trinitatis præsentiam non refugit? Hic Trinitas exercet gratiam totam, totam secum loquitur charitatem, ibi elementa corripit, vt seruos instituat ad timorem.* Quali

dicat, quòd sub arca legali Deus seueri summis personam agens & timebatur & fugiebatur, erat ignis solum consumens, solum deuastans, fugam cunctis indicens mundialibus. Verum postquàm se in arcum inclinauit, & ad præsepito vsque reclinauit, iam non fugat; sed trahit; non terret; sed amat, totusque loquitur charitatem. Ignis est non consumens; sed adeò fœderis arcu conformatus, vt nec nocere sciat ipsi præsepito paucis. Quam Dei recens nati inclinationem ex igne rubum non comburente eleganter expendit Theodorus Ancyranus hom. 2. de Christ. nat. dum ait. *Nomen illius, qui ad nos descendit, charitatem humanitatemque in igne animaduertitis? Iudex inter iudicio obnoxios versatur, neque tamen iudicium exercetur? Iudex inter reos demoratur, neque ulli tamen pœna irrogatur, iudex præsto est non iudicaturus, sed iustificaturus, non eodem nationem illaturus, sed medicinam adhibiturus.* Vt hinc pateat ille ignis consumens & deuastans quàm sit in indulgentiam, & amorē inclinatus ex eo quòd in præsepito fuerit reclinatus. Id quod eleganter expedit D. P. Chrysol. serm. 29. cum Iesum peccatorum mensis recumbentem mirans ait. *Iesus epulabatur, non cibus, sed reditu peccatoris, vt remocaret consuiuo, humanitatis affectu dulcissima sui confabulatione discumbentes, quos sciebat posse iudicis agnita potestate dissolui, percelli terrore maiestatis suæ, de nuda morte præsentia posse præstari: velatus humano corpore qui homini voluit subuenire. Occultauit Dominum qui seruis dignatus est fiduciam non negare, maiestatem texuit, qui fragilem studuit parētis amore completi.* Hæc ille & pulchra & melle plena.

Theodos

Chrysol.

S. VII:

Infans in præsepito ardua Euangelice doctrina consilia efficaciter persuadebat.

Admirandam reddidit Deitatis fortitudinem omnipotens infantia, vt

Eccl.

Rup.

Chrysol.

Isai 9.

vt in precedentibus explicuimus: nūc pergit Isaias vates eiusdem infantie gloriam magnis nominibus propalare, sic cap. 9. tatus. *Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humerū eius: & vocat itur nomē eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis pater futuri seculi; princeps pacis.* Infans ne consiliarius? An ab infanti ore cōsilia Euangelica mundialibus legibus opposita persuadētur homini cordato? Sanē infans consiliarius optimus, & mundi legēs dānat, & illis aduersantia consiliarius entibus ingerit humanis. D. Bernard. term. de Nat. *Non dum lingua loquitur, & quaecumque de eo sūt clamant, ipsa quoque infantilia membra non silet. In omnibus mundi iudicium arguitur, confunditur, confutatur. Quis hęc posset; nisi paruulus? nisi infans?*

Bern.

Exorsus Titius V. g. item, iuris luminibus cōsultit, & simul omnes legum periti in eadem consilia conspirarūt, quibus si Titius paruus erit, affirmant, minime fieri posse quōd sua causa cadat. Sic rebus compositis, si quis nasutus vir Titio iuggerent omnia iuris luminā exēcutū, prudentem cōsilia cūctorum esse falsa, peritorum vniuersorum oraculis expositam terendam viam, quando id Titio homini cordato persuadet: imō potius ab illo meritō irridebitur, speretur vt van⁹. At si puerulus aliquis planē infans ē genitricis gremio clara voce intonuerit casta & vana litteratorum cōsilia prædicans, pro cubio is nemi nō probabitur, cuius etiam consilium auidē auipietur, vnus & verus habebunt paruulus consiliarius. Id quod eleganter expendit D. Amb. in Virguncula Agnere. cuius verba de excellentissimo Dicitatis mysterio cōplausibilia & vendibilia extiterunt, quōd à tenerima infantia proferebantur. *Obstupere vni uisū, ait, quōd iam diuinitatis testis existeret, quē adhuc inbra sui peratatem esse non posset. Efficit denique vt ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc, non crederetur, quia quod ultra naturam est, de auctore natura est.* Vnus ergo paruulus nobis datus, & natus optimus factus est consiliarius qui solus efficeret, vt ei crederetur de his rebus consu-

Amb.

lenti, quæ omnino mundialium omnium legum prudentibus aduersabantur. Vnus paruulus diuitias fallaces, voluptes mortiferas, ambitionem euandam ostendens, paupertatem, humilitatem, abiectiōnem cōsulens, probatur, veritatēq; testis exiit, qui adhuc arbiter sui per ætatem esse non posse videbatur, quia quod ultra naturam est, de auctore natura est. Hinc censet D. Maxim. hom. 1. de Christo apud Pilatum, innocentissimę Susannę foelicitatem, quōd iudicem puerum fuerit nacta. Sic enim, ait: *Condemnatur Susanna, condemnatur & Dominus, similis erat in utroque causa iudicij; nisi quod meliore vasa est iudice Susanna, quā Dominus. Hunc audit vir qui Phariseorum seditionis terrebatur; hanc audit puer, qui sancto Spiritu replebatur.* Et ideo innocentiam Domini predicans vir Pilatus non persuadet; innocentiam Susannę commendans puer Daniel maximē persuadet, quia quod ultra naturam est de auctore natura est.

S. VIII.

Media in utilitate præsepj maxime Deus innotescit creaturis oculis.

EXpungebāt Hebræi à verbis Isaiæ relatis verbum illud *Deus*, fastiditi vt ait Procopius, quōd puer *Deus* dicatur, imō nullibi *Deus* magis innotuit, quā dum infans interdū animalia præsepjō reclinatur. Huc credidit in spectasse illud, Ioan. 1. *Verbum Ioan. 1. caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.* Ecce tibi quando unigeniti Dei gloria oculis inuentum patret, cū caro factus nostris incubat in cunabulis. Extat pene huius loci commentator D. Cyril. lib. 1. de reſta in *Cyri. Christum Dominum fide, his verbis. Illud verbum quod inexplicabili modo supra omnem humane mentis captum eluxit, ex Deo Patre in humanam naturam descendens, & in id quod non erat se dimittens*

Lib. II. Caput Secundum.

*tens, ex muliere quoque nasci dignatum est. Non quò in ea exinanitione usque perseveret; sed ut Deum se esse ostendat, atque in natura nostra forma in terris appareat. Vbi maximè ponderandum est, quòd ideo verbum Patris exinania tur ex muliere nascens, ut Deum se esse ostendat, appareatque Deus. Etenim fere nullibi Deus magis innotescit, nullibi clariore sua Deitatis fulgurat radios, quàm media in exinanitione natalis. Nemo putet, se Deum vidisse (de visione loquor quæ fit per exteriores effectus) qui eum præsepio ac cubantem non vidit. Quærit meritò Anast. Sinaita lib. 4. in Genesim, cur Deus primas imposuit perficiendæ terræ manus, deinde cælo? ait enim. *In principio creavit Deus cælum & terram: terra autem erat inanis & vacua: quam ante omnia viridantibus herbis honestavit, floribus conuestiuit, plantis ditavit, chrysalinis rigavit fluentibus, varijs replevit animalibus. Tribusque in eo opere diebus primis consumptis, comitatus radijs cælum accessit diivnus artifex. Cur hoc ita præposterè, ut videtur, ordinatum est? Propterea, ait Sinaita, ante cælum terra ornatur, quoniam ante Angelos terra, & terra geniti homines Deum per carnem vidimus. Etenim licet ab orbe condito Angeli Dei fruerentur visione; tamen quasi Deum non viderint, reputantur, dum eum non viderunt vagientem in cunabilis. Tunc primo Deus visitur, tunc eius Deitas maximè claret, quum præsepij obducitur paleis. Vnde magnus Athanas. celsissimam Dei maiestatem humanis obductam vilitatibus sic mirabundus ait. *Qui in cælis liber est, in terris describitur. Illic Dei filius; hic servus: illic Rex, hic subditus: in cælis dives, in terris pauper: illic diuino sedet in solio, hic in agresti nascitur spelunca: illic in paterno est sinu; hic in paruo reclinat præsepio. Quis non admiretur superna & sublimia illa cum humilibus & paruis collata? Rectè quidem admiranda Deitatis decora non à fulgenti prædicat solio; sed à præsepis, & ærumnarum collatione nititur indigitare. Etenim hominis Regis virtus non tam claret in regio throno, quam in arena, & sanè is***

est Deus noster, cuius Deitatis gloria tunc evidentissimè patet, cum pulverulentus medijs pauperissimi natalij ærumnis versatur. Babylonius ille tyrannus apud Danielem, ut diuinitatem ostendat, tentaret, auream effingit imaginem, similiter & fornacem accendit, cuius flammis immisit tres sanctissimos pueros ligatos, quibus statim quartus alius Dei filio simillimus apparuit, vel ipso tyranno testante. *Species quarti similis filio Dei. Ad hæc Chrysostr. Quid tale potuit imago manus monstrare? Ecce Dominus in auro non lucet; sed in flammis ostenditur. Et sanè tunc elucet Deus, tum visitur clarè, cum flammis dant materiam præsepis paleæ, non etenim aurum, non cælestes gazæ; sed infantilia membra; sed fasciæ, sed vagitus faciunt Deum conspicabilem. Hinc dulcedine manat Gilliberti lingua, dum serm. 21. in Cant. Sic Angelicos Spiritus euocat ad stabulum. *Vos verè & plene filie Sion, quæ semper intuemini faciem Patris, egredimini & videte, egredimini de recondito illo sinu intima visionis, de secreto lucis inaccessibilis. Nouum vobis terra nostra præstat spectaculum. Nouum enim facit Dominus super terram ab æternis ad terræ vos prouoco. Mira hæc inuitatio; sed nescio quo pacto æterna illa, quæ in se ipsis semper noua & miranda sunt in eo quod factum est in terra nouum, noua magis & miranda resurgent. O beata hæc in terris nouitas temporalis, quæ antiquam illam & æternam nouitatem Angelicis in aspectibus amplius innouauit! Etenim diuinitas incarnata ea immisit decora aspicientibus Angelis, ut quasi nunquam viderint, sic nouam pulchritudinem mirabantur.**

S. I X.

Infans recens natus sese hominum declarauit patrem.

Futuri sæculi pater vocatur ab Isaia recens natus paruulus, paruulus, inquam, ille cuius ut in carne aduentum contenderet, aiebat illa Cant. 1. *Caus osculetur me osculo oris sui, idem reputans*

Sinait.

G. 1. 6

Chrysostr.

Gillib.

Athan.

reputans & Deum repuerascere, & of-
Serm. 1. culum infigere naturæ humanæ. Ec-
in Ps. 118 quis est animus, qui nascentis paruuli
 osculum efflagitat? *Intellige mihi, ait*
Amb. carnem illam, que madafacta fue-
rat in Adam serpentis veneno, que cri-
minum marcebat fœtore, eandem pluri-
mis edoetam oraculis quod venturus esset
Deus, qui serpentis illecebris excussis san-
cti Spiritus effunderet gratiam, in habitu
ornato cum verecundia orare dicentem
osculetur me osculo oris sui. Itaque à ser-
 pente infecta caro peccatrix, gnara
 Deum, in serpentinos mores scandef-
 cens, venturum aduentum optat, &
 osculum efflagitat. An ne à puero ser-
 pentis regali interfectore, extermina-
 tore, serpentinis sibilis madida caro
 osculum expectauit? Cur non potius
 mortem timebit & flammam? Cur ve-
 neno oppositam austerum aliquod re-
 medium nõ exposulauit? Sanè Patris
Luc. 15. est, osculo filium reddere sanitati: pro-
 digum filium recipiens pater *Luc. 15.*
osculatus est eum. Id quod eleganter &
Chrysof. acutè expendit Chrysol. *Sam. 4.* Sic pa-
 ter emendat, sic peccanti filio dat oscula,
 non flagella: delicta non videt vis amoris
 & ideo pater peccata filij redimit osculo.
 Hunc agebat filius Dei patrem, cum
 se se iunxit similitæ carni peccati, pa-
 ter, inquam, erat, dum per intimam sui
 vnionem & coniunctionem ad carnem,
 carnem redimere parabat. Sic pater
 viuatur, dum infantili carni adnatus, in-
 timè infixus quasi osculo redimit pec-
 catricem carnem. Sic nascentis Dei
 redemptionem, quæ postulabat, non
 à iam credens quam redemptionem
 à dulcissimo parente peractam petit
 osculetur me osculo oris sui. Accinit
Chrysof. Chrysof. hom. de turture, ubi sic indu-
 cit Ecclesiam gementem & suspiran-
 tem. *Ego Ecclesia ex gētibus non tam vo-*
lo per Moysen, & Isaiam, aut Hiere-
miam, & alios vates; sed ipse veniat, cum
ipso volo ore ad os loqui, ipse veniat, & of-
culetur me osculo oris sui. Audio Hiere-
miam dicentem de ipso, graue cor eius pro
omnibus, & homo est, & quis cognoscat
eum? Ipsum desidero, veniat, & osculetur
me osculo oris sui? Audio Amos dicentem
de eo. Ecce homo stans super murum ada-
mantinum, & adamas in manibus eius: ip-

sum quero, veniat, & osculetur me osculo
oris sui. Proh amoris audacia! Intronāte
 Deo apud Sina per territus populus ele-
 ctus dicebat, non loquatur nobis Do-
 minus; sed Moyses, & Ecclesia ex gen-
 tibus ait, nõ loquatur Moyses, nec Pro-
 phetæ; sed mihi Dominus ipse loqua-
 tur! Illi verba ab ore Dei venientia ca-
 uebant: hæc labra labris infigere ex op-
 tabat. Deterrebant Prophetæ Dei gra-
 uissimum, seuerissimum aduentum a-
 dan. antinum pectus, effigiantem, & il-
 la adhuc clamabat, veniat & oscule-
 tur me osculo oris sui. Vnde hoc mu-
 lier? à graui Deo, ab adamantino cur
 osculum expectas? Sanè pater est, nec-
 ciet peccatricem prolem nisi per int-
 mam coniunctionem; nisi per osculum
 redimere, si veniat osculabitur, si appa-
 ret in Bethlem non alio modo, quam
 osculatus hominem, & sic vt pater re-
 dimens apparet.

Fruētus pacis à præsepis fœno capit
quæ rescere.

QVI Dominus exercituum in arc-
 na, in castris per tot sæcula degit,
 dum electum populum disaret bonis
 terrenis, iam meliora testans, ab dica-
 tis sæculi diuitijs, paupertatis assertor
 nascitur in præsepio, & princeps pacis
 à Propheta assertor. *Vbi enim meū &*
tuum, ait Chrysof. ibi omne litum ge-
nus, & contentiūis occasio: ubi autem
hæc non sunt, ibi secura versatur pax &
concordia. Igitur vbi in vili præsepio
 omnimodam paupertatem sicut hu-
 dus puerulus, statim pacis fecundissi-
 mas segetes maturas ostendit. David
Psal. 71. dicebat iuxta vulgata: *descen-*
dit sicut pluuia in vellus. Verum multis
 viris doctis Hebraicè eadem verba de
 filij Dei, in carnem, aduentu sic sonāt:
descendet sicut pluuia in herbam reseca-
tam & sicut stillentia stillat: a supenter
nam. Orietur in diebus eius iustitia &
abundantia pacis. Etenim cum primum
 resecata herba præsepis, fœnum ro-
 te diuino maduit, copiosissimas & a-
 buq.

Chrysof.

Psal. 71.

Lorin.

Lib. II. Caput Secundum

Niss.

abundantissimas pacis segetes nobis metendas dedit. Quod ex Angelico ad Christi Domini puerperium cantico auspicatus est D. Greg. Nisign. orat. in Nat. dum ait. Quinam plaudentium sonus? gloria clamant in altissimis Deo. Cur diuino numini, quod in altissimis cernitur, gloriam tribuunt? Quoniam, inquiunt, & in terra pax. Ob hoc spectaculum gaudio per fusi sunt Angeli. *Et in terra pax. Quae prius detestabilis erat, quae spinis, ac tribulis plena solitudo, quae damnatorum exilium, quae belli regio, haec pacem suscepit. O rem admirabilem veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit! Talem dedit homini terra fructum suum.* Sane pax fructus ortus a terra; sed a qua terra? a terra foeno, & paleis Deum hallantibus plena. Haec nasci pacem fecerunt, & maturescere, ut inde eleganter dicat Hieron. cap. 51. iuxta Tertul. *quam maturi sunt pedes euangelizantium pacem.* Omnia Israelitica scatebant belis, vix post mille certamina pax erumpebat, & vel in ipso exortu interibat, nullus tunc pacis fructus tempestiuus. Tandem terra foeno, paleisque diuini rosis madidis sese operuit, & fructum pacis, & tempestiuum, & maturum hominibus porrexit.

Lib. 5.
contra
Marc. 6.
5.

Esich.

Igitur nascenti Deo factus est in pace locus eius, praesepe quietissimae pacis, Deo eligitur, auspiciis. In extremae pacis commendationem aiebat ille, gladios conuertendos fore in vomeres, multiplicantur modo pacis, & quietis signa, cum papilionibus, cum tentoria, sub quibus Deus militans per tot saecula degit, mutantur in praesepia. Unde eleganter Esichius ho. 1. de Virg. Maria. his loquitur Deum verbis ab lectoris. *Surgere Domine in Requiem tuam quam super terram praescripsisti, & in Bethlehemi constituisi, ut potes stabulum, praesepe, & fascias.* Iam bella omnia abierunt, iam non amplius praecinctus sub papilionibus aget. Ecce gladii conuertantur in vomeres, turre in stabulum tentorium in praesepe, baltheo in fascias, hinc tua pullulat requies, hinc pax alma. Hinc etiam Nazianz. orat. de Nat. nos iubet exultare, dum inquit. *Nunc autem Domini Natiuitatem accipe, & praesultas si natus, ut Ioannes ab utero, &*

Naz.

certe, ut David ob requiem arca. Vbi poterero quam bene Theologus, & quam acute vtriusque similitudine arcae, cuius quieti anxius David, post finita bella, dum templum construeretur, locum domi excogitauit, ubi locaturus arcam portitores praecedebat praesultans, & psalens. Sic modo fideles Dominum exercituum pacificum natum, dimissis tentorijs, sub quibus praeliaturus stabat, in praesepe reclinatum ibique quietem aeternam duratura pace, mireremur praegaudio praesultantes.

S. XI.

Fragilis, & infirma Deifici pueri caro efficaciam Deitatis acuit

Quid efficacius igne? Quid fragilius vitro? tamen per vitrum igniti radij exilientes accuntur maxime, miramque inde capiunt efficaciam, siue ad comburendum, siue ad illuminandum. Ita, crediderim, diuinitatem per fragilissima vagientis pueruli membra nouo inductam fuisse robore, ut vniuersum mundum illuminaret. Id quod pulcherrime attigit D. Balsi. homil. Natiuitatis *pellucebat auinitas per humanum corpus, perinde, ac lux quaedam per vitream capsulam, eos illuminans, qui cordis oculos mundos habebant.* Expende similitudinem, perinde ac lux per vitream capsulam, semper vitrum exceptam lucem acuit & non raro lux, siue crystallo, siue vitro accedens fulgurat igneos radios. Cum fragilia, & infirma infantis Dei membra ternis, cum lachrimulas vagientis miratis, puta vitrea quaedam, & quasi bucellas crystallo, medijs quibus lux increata eos fulgurat radios, qui illuminent orbem terrarum. Ita D. Cyrill. Hieros. de occurso Domino. *Idem vagit in cunis, & mundo vix tam gaudiamque impertit.* Antea vix paruum populum Deitas illuminarat; sed modo per vitrea membra, per crystallinas lachrimas infantis, transfuerberata, totum vniuersum mundum replebit flam-

Bals.

Cyrrill.
Hier.

uit flammis: Abner mortuo 2. Reg. cap. 3. Dauid ploravit, & maxime sibi animos devinxit populares Sic Theodoretus quæst. 13. *Rex quidem dolore motus luxit, & est lamentatus; lamentatio autem auxit populi benevolentiam.* Ita novus Dauid in Bethlehẽm natus dum infans vagit in cunis, inter lachrymas illum emittit amoris ignem, quo ardeat orbis terrarum, puer vagit, & vagitus orbis benevolentiam ad auget. Prædictæ excogitationi vim addit, Rupert. lib. 2. de Div. offic. c. 5. vbi diuinam virtutem in Eucharistia maximam sic probat. *Horum omnium forma faciesque vera ita secretò representatur in canone; eorumque prokursu, & verè usuo flumine verè super panem, & vinum confluente, tam diuinitatem veramque humanitatem Christi in cælo sedentis excipimus; quam verè substantiam ignis à sole supposita chrystalli, sphaera exigua quotidie mutuari possumus.* Perpẽde quæso exempli elegantiam, quippe soli atrinsecus lucem solum emittit, cui si paruulam chrystalli sphaeram supponamus, ignescentes radios ab illo facimus fulgurari. Sic diuinitas ab alto sedis solio virtutes emittit, & gratias, verum recepta, siue in carne, siue in speciebus panis tanquam in chrystallo ardentes eiaculat virtutis suæ radios, quos miretur, & pauet aduersarius. Ita D. Gregor. lib. 2. Moral. c. 17. *Venit humilis, quem, & superbus hostis admiretur, quatenus qui fortia diuinitatis eius despexerat, etiam humanitatis eius infirma pertimescat.* Vt hinc pateat quam efficacior diuinitas apparet ex carnis infirmitate, quando quidem quæ nuda ab Angelis reprobis despicitur, incarnata pauorem in cutit illis, & timorem maximum, vt dicat D. Grego. Niss. orat. 5. de Resurr. Dom. *Vbi natus tuus est, o mors, aculeus? ubi tua est, inferne, victori. 2. decorem induit, induit Dominus potentiam et accinxit se. Potentiam dicit salutis dispensationem per carnem factam. Quando quidem nihil illa potentius.* Sic vbi Deum potentia carnis indutum vidit, fortissimos quosque hostes iridet Niss. imò nil magis graue extitisse putat hostibus quam passibilis hoc indumentum carnis, quod videntes illi Luc. 23. clamabant *Tolle crucifige eum.*

De quo Niss. vbi supra. *Etenim merito Niss. clamabant Tolle tolle crucifige eum, grauis enim ipsis erat diuinitatis, cum carne conuersatio.* Sic ille.

S. XII.

Pueri vagientis lachryma paradysum homini propinabant.

Olim fons ascendebat de medio paradysi, vt audio, quo vitales fructus nutriebantur; sed modò qui fontes è pueri deifici oculis scaturiunt mille paradysum ostendunt aditus, mille recreant hortos voluptatis. Pierimi, vt paradysum inuenirent, longissima fluuiorum mensi sunt stadia. Alius Nilum pene totum tranant: alius, usque Lulitanus, exarauit Gangem. Proh Deus immortalis quam cerè paradysum inueniret; qui se committeret his deificis fluuijs lachrymarum De cuiuscunque sancte dolentis lachrymis dixit acutè Abbas Cellentis lib. de panibus. c. 12. quod in deifici infantis lachrymis certam omnino habet veritatem, nimirum, *quis hæc aut facit, aut inuenit paradysum, cum enim profusione lachrymarum tota irrigatur conscientia, ligna produciuntur fructus vite facientia.* Quid verius? Quid elegantius? Sanè dum pueruli madere gennas, dum oculos manare lachrymas, dumque illis arcentia præsepis ligna doles irrigari: hoc maximo perpende animo, quòd fontes huius è medio paradysi ascendunt, vt rigent orbem terrarum, quòd aqua hæc, aut faciat, aut inueniat paradysum Id quod voluit post modum significare ipse Saluator, quum hora diei sexta fontem adit piscaturus mulierem Samaritanam Ioanni. 6. c. *Cur hora sexta? Chryso Venit hora sexta, quando quidem, & cum Eva mandatū in paradiso transgressa est, hora erat quasi sexta, ideoque Samaritana seruata est in fonte eadem hora: vt nimirum fons contra poneretur arbori, & dulci cibo panis lachrymarum, & quando Diabolus per arborem frugiferam mulierem in*

N para-

Rupert.

Greg.

Niss.

Luc. 23.

hom. de Samarit

Lib. II. Caput Secundum.

paradiso priuauerat, videretur Christus per vagitus, per lachrymas eandem mulierem iterum paradiso donasse: aqua enim his diuinis ocellis manans, aut inuenit paradysum, aut facit. Vnde eleganter Chrysost. sui memor hom. de Ioan. Nat. sic extollit vagentis pueri efficaciam. *Illic probro affectus fuerat paradysus; hic spelunca effecta est gloriosa, illic duo Adam, & Eua expulsi sunt à peccato, hic fines orbis terra deducti à gratia. Non habemus amplius suspectam exilij exprobrationem, non extimescimus amplius claustra portarum paradysi. Ignea romphea extinguitur tantum lachrymulus infantis, aditus paradisi patet, in quo æternandus homo his potus lachrymis.*

§. XIII.

Verbum diuinum hominem induit, ut diuinas virtutes hominibus persuaderet.

Ideo, crediderim, paruulus datus est nobis, ut efficiamur sicut paruulus iste, ut nostræ paruitatis forma stimulatam diuina etiam nitamur operari. Quod attigit Ambros. Psal. 36. *Ex illo puero, qui antequam sciret vocare patrem, & matrem, cepit spolia Damasci, sancti vocati sunt pueri.* Etenim pueri ad arenam vocamur; sed pueri de genere illius, qui natiuitas pueritæ diuinis operationibus condiuit, ut hunc nostri generis puerum spectantes diuinas virtutes ebibamus. Huc spectant Drogonis illa ingenio plena verba. *Fecisti ergo mihi, Domine, de corpore tuo speculum anima mea.* Sanè Domini cum corpus mihi speculum obiectum est, speculum inquam, in quo caro similis carni peccati elucet, ut nos in diuina opera trahat. Cuius rei rationem, ut percipiat accipite ex D. Nazianz, elegantissimam artem, qua quis auem ad verba traxerit humana.

Quam visa in speculo starni depicta figura.

*Edocuit virque ingenio præclarus, & arte
Stans retro, sturnique in imagine fallens;
Dum sua furtiuo modulatur carmina voce.*

Itaque ingeniosus artifex obijcit psyttaeo, vel sturno speculum, & ipse stans retro quoad potest ad auum sonum deflectens vocem humana verba facit quæ, ut percipit sturnus aspicit speculum vnde exilisse credit, & sui imaginem in speculo cernens imaginatur verba illa ab altero sui similitudine profecta, in quæ, & ipse audet, & sic fatur. Ecce modò Drogonis acumen, dum inquit, *fecisti Domine de corpore tuo speculum anima mea.* Speculum nimirum corpus Christi obijcitur, & stans retro verbum latens diuina loquitur, diuina patrat, virtutes agit, ut homines intui speculum imaginemque suæ carnis, suæ paruitatis, & infirmitatis sibi conspicatis in diuina facinora quasi à sui simili profecta audeant, sicque bono dolo delusi imagine peccatricis carnis, filiorum Dei operationes peragant sui similem hominem imitantes. Crederim, hoc etiam suboluisse Athanas. orat. de Incarn. verbi. dum ait, *subiecit se ipsum verbum Dei, ut per corpus appareret, quo ut homo iam factus homines in se traduceret, eorumque sensus ad se reflecteret, ut illis veluti hominem conspicantibus ex opere designatione persuaderent sibi, &c.* Expende qualiter conspicantes hominem latentis verbi facinora sibi homines persuadent, ad eò, ut inde colligat D. Cyrill. rationem, qua non Angelos, sed semen Abraham verbum apprehenderit. *Debit, inquit, per omnia fratribus assimilari, fratribus per omnia similis, & verè homo factus, ut per paupertatem suam nos ditaret, qua similitudinem illius ad præcipuum bonum suum conscendimus Deum, ac Dei filij per omnia constituti.* Ecce tibi dum nostri similis apparet, humilis puer, nos similitudine illius tracti in Deificas nitamur virtutes filij Dei per omnia constituti, & effecti sicut ille diuinus paruulus.

Athanas.

Cyrill.

Amb.

Lib. I. de Sacram. Domini. Pass.

Nass.

J. XIII :

*Filius Dei fit etiam filius hominis,
ut hominem à perditione
tutaretur.*

Non solum paruul^o datus est nobis Deus, ut effecti sicut ille paruulus, eius ebiberemus diuinitatem. Sed insuper filius nobis nascitur, filius hominis, ut parentem perditum labefactatum possit in pristinum statum redintegrare. Vnus Ricard. de sancto Victore in Psalm. 28. sufficiat tanti filij hominum præcellentias decantare. *Fœlix, inquit, homo est, cui præstò est cum voluerit habere filium non qualicumque sed Deum. O quanta dignitas hominis filium habere Dominum maiestatis! Audi homo, ausculta borzo, tandem erige speram exilara faciem. Si confunderis de Patre tuo, confide tamen de filio tuo: si erubescis in Parente, exulta in prole. Maior hic ad erigendum, quam ille ad deiciendum, per illam erectus à paradiso; per istum glorificandus in caelo Res mira & admiratione digna: ut unus idemque sit filius Dei uiuus, & filius hominis moriturus: dicam an mortuus? Sed forte tunc incipit uiuere, cum incipit talem filium habere. O quanta humilitas omnipotentis! O quanta sublimitas hominis! Deum habere hominem patrem humilitas incomparabilis; hominem habere filium Deum, sublimitas inestimabilis. Adeò lacte & melle maduit lingua uilius. Filius datus est nobis Deus, filius hodie nobis nascitur, & filius, cui perditissimorum parentum sit cura. Memini apud legis peritos non semel filium parentum curam & tutelam subire. Sic cauetur L. His qui in ea. D. de tutoribus & curator. dand. ab his, ubi inquirunt, etiam filium, si sobrie uiuat, patri curatorem dandum. Et ideo crediderim natum siue datum hominibus tantum filium, quem hominum cura sollicitet, penes quem sit hominum parentum tutela & reparatio. Hanc iuris legem in hominis obseruationem cum potuero, uisus est mihi maxime iustitiam ille uates qui aiebat.*

Orietur uobis timentibus nomē meum Solius stitiae. Ecce filius nobis promittitur oriundus Sol iustitię, cur iustitię? An quia filius subscribens iuri Romano, sub quo nascitur; tutor & curator perditissimis parentibus datur? Sanè id insinuat Amb. lib. 1. officior. Magnus iustitię splendor, qui alys potius nascitur quam sibi; opem alys ferat, pericula suscipiat aliena. Et quidem is solum adimplet filius iustitiam, qui sub tutoris lege aliena pericula subit, sui que immemor attendit parentum perditioni & damnis. His lucem capiat pulcherrima D. Casarij Nacian. fratris excogitatio. Is enim meditatus Ioannem Iesu pectori in herentem, sic patris hominis ius in filium æsumat. Dial. 3. Neque alius quisquam incarnati Dei & uerbi ausus fuit attingere illud formidabile pectus, super quo hic Ioannes uelut pater super filium diffusus recubuit, inde de uerbo uerbum hausit, &c. Equidem audet Ioannes pectori Iesu in herere, sed qua id fiducia facit? Sane qua pater super filium æsumat Iesum filium hominis & ipse, ut homo & pater, nigro in peccati obstructus carcere, de filij pectore summit remedium salutare. Reuocain memoriam illud à Val. Max. de cantatissimū facinus lib. 5. quo fœmina Cimona patrem suum custodię & uinculis traditum ut inedia consumeretur, ipsa clam uelut infantem pectori suo admotum sustentauit. Igitur de paternæ necessitatis iure, Ioannes in Iesu pectus audet ut pater, qui in ediam uerbi coactus pati, de filij pectore quærit saturitatem, & uerbum de uerbi pectore haurit Hinc adeò perditissimorum parentum cura tutelaque se obstructum filius hominis duxit, ad cò sibi filio hominis ad natum putauit, quòd homines tutaretur, ut nemini cognomen filij hominis cõcesserit, qui hominibus tutandis curandisque operam nò nauauerit. Id quod in Daniele & Ezechiele acutè D. Hieron. perpendit Crebrò, inquit, ad Ezechiel dicitur filius hominis, & ad Daniel rorò (ad alios nunquam) Quorum uterque in persona eius qui dixerat, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet, captiui populum consolabatur. Ecce è Prophetis solū Danieli & Eze-

Lib. II. Caput Secundum

Iren. chieliconcessit Deus, ut filij hominis de-
corarentur vocabulo, ut potè qui veri
filij hominis vices gerentes perditio ge-
neri opitulabatur. Vnde eleganter Ire-
næus lib. 3. cap. 32. confundit Valenti-
num negantem verbum diuinum verè
filium hominis existisse, imò existit, &
se, ait, si ium hominis confitetur & beati-
ficat mites, quoniam ipsi hereditabunt ter-
ram Hæc Irenæus filij hominis verita-
tem in Christo educens ex eo quod ho-
mines beat, terrenæque, restituit hære-
ditati iam olim amissæ per primi pa-
rentis peccatum.

S. XV.

*Filius Dei in præsepio apparet, ut
fæno mundialis gloriæ brutescen-*
tes homines ad rationalem vi-
tam alimonia salutis inef-
caret

Post perditorum hominum curam
susceptam diuinissimus tutor salu-
tis alimonia ut pupillis pararet, sese
præsepio dedit. Etenim carnalium ho-
minum gloria quasi flos fæni meritò
ab Isaiâ decantatur, quo fæno homi-
nes pasti adeò in brutorum naturâ ab-
ierunt, ut nihil, præter ventrem, diuinum
reputarent. Hinc eleganter psaltes, *co-*
mederunt, & biberunt, surrexerunt lude-
re. Quod expendens Clem. Alex. 1. *Præ-*
dag, cap. 9. ait, saturati surrexerunt lu-
dere; saturati autem græcè est quasi dicas
fæno repleti, nempe qui à ratione alienâ
alimenti plenitudinem, hoc est fæni re-
pletionem, non cibum dixerit. Quoniam
absque ratione satiati, absque ratione lu-
debant. A præsepio, à fæno, à mundanis
gloriolis & voluptatibus saturi quid ru-
tarent nisi diuinitatis lusus & illusio?
Modo verbum ingreditur præsepium;
ut fænum exsufflet, & inescatos homi-
nes cibo salutis ad vitam rationis parti-
cipem trahat. In præsepio namque Dei
proponitur verbum, ait Theodorus, ut
licentiam habeant rationalis, & irratio-
nalis participari cibo salutis. iam nõ fæ-
cil, l. b. p.

no pascantur homines, quo vana eru-
ctet simulacra, quo instar brutorum sa-
turati, instar brutorum colant muta ani-
malia, ventremque Deum habeant Sed
cibo salutis, vitæ pane refecti diuinissi-
mum Deum hallant, veræque diuinita-
ti quicquid extiterit animale faciant.
Vnde verbi diuini æconomiam com-
mendans D. Greg. Nis. hom. 6. in Cât.
ait. *Hic est Pastor bonus, qui non fæno pâ-*
scit gregem; sed puro lilio pascit oues Igi-
tur flos campi, & liliium conuallium
Christus pasturus homines præsepio ia-
cet, ut exsufflet fænum voluptatû car-
nalium, ut iam homines rationis cibo
floridissimo pasti, non absque ratione
ludant; sed rationis participes facti ra-
tionalis vitæ, veræque religionis ludum
aperiant. Et bene pasti, beneludant, qua-
les post sobrium pastum ludebant san-
cti illi coniuges Rebecca & Isaac Ge-
nes. 26. cap. Isaac (inquit Clem. Alex.
vbi suprâ cap. 5.) *risus, Rebecca toleran-*
tia. O præclarum ludum ac disciplinam!
Risus à tolerantia adiuuatur, & Rex
qui ea attendit, stupet & admiratur spiri-
tum eorum qui sunt puelli in Christo, qui
in tolerantia vitam agunt. Et hic est diu-
inus ludus ac disciplina. Quid enim aliud
viro sapienti & perfectio magis conuenit
quàm & ludere & collatari? Per honest-
tarum rerum tolerantiam & bonorum adminis-
trationem dies festos cum Deo celebran-
t Sic Abimelech Rex post cibum vidit
Isaacum ludentem cum vxore, risum cum tole-
rantia, quibus præfigurabatur, qualiter ho-
mines, fæno iumentorum excluso, flori-
do verbi lilio pasti tolerantiam edo-
cti dies festos agant. Sanè vix vitalis ci-
bus in præsepio apparuit laborum om-
nium suggerens tolerantiam, & statum
magnum gaudium canentibus Ange-
lis, Pastoribus annuntiat. Etenim qui
verbo pastus; eius enutriatur tole-
rantia ad risum ludumque re-
surgere necesse
habet.

Nis.

J. XVI.

*Filius Dei non nascitur in frequen-
tia creaturarum.*

AVdio recens natum puerum præ-
sepio reclinatum, quia *Non erat
locus in diuersorio, & merito ubi tanta
hominum multitudo hospitabatur, nõ
erat locus nascituro Domino, qui con-
sortium fastidit creaturarum, qui solus
amat recipi & adorari. Transfigurati
Domini gloria captus Princeps Apof-
tolorum clamabat; bonum est nos hinc
esse, Domine faciamus tria tabernacu-
la, tibi vnum, Moy si vnum, Eliæ vnum
Respuit quàm primum Dominus Pe-
tri conamina; sed præstat repulsam Pe-
tri pulcherrimis Timothei Antioche-
ni verbis prælibare, qui ita depingit Do-
minum ratiocinantem. *Quid ais, Petre, si
mul me & Dominum & similem seruis
facis? Occasionem blasphemiae Arrioprae-
bes? cum creaturis mihi habitationem vis
assignare?* His percussus Petr^{us} memor
quod Deus Abraham tabernaculum
quondam intrasset, id forsitan tacitus in
sui excusationem obiecit. Cui Domi-
nus statim. *Ita est, Petre, ingressus sum in
tabernaculum Abrahæ, & ingressus mæ-
si. Sed enim aduerte fidem & scientiam &
victoriam Abrahæ. Tertium me agnouit
cum duobus Angelis, vnum adorauit. Nõ
tria tabernacula fabricatus est? Num me
eum seruis comparauit? Imitare Abrahã,
& fac tabernaculum. Fastidit sanè Deus
cum creaturis sibi hospitium parari,
irascitur, si simul & illius & creaturarum
curam habeas. Vnus vult adorari, vn^{us}
sufficit humanas cupiditates exsatiare.
Hinc Clem. Alex. 2. Strommatum. *Ser-
uator noster humanam omnem naturam
superat. Pulcher quidem, ut à nobis solus
ametur qui veram desideramus pulchritu-
dinem. Quod adeò tenuit illa foelix ama-
trix Magdalena, ut apud sepulchrum
Domini, pulcherrimos conspicata An-
gelos, illos quasi nihil viderit, præte-
reat. Cur mulier præteris Angelos?
Pulchrè Origines ei^{us} ab ore. *Quero crea-
torem, & ideo grauis est mihi creatura ad
videndum. Igitur in diuersorio, ubi tot****

Timot.

Clem.

*hominum frequentia, nullus nascituro
Domino locus poterat aptari.*

C A P V T III.

De Angelis & Pastoribus Dei
natalem celebrantibus. Ab il-
lo Luc, 2. & pastores erant
& r^{esque} ad reuersum sunt
pastores, &c.

Nato Domino Angeli, ut celebra-
rent eius natalem, pastores con-
uocant vigilantes. Nox mira irradiat
claritate, & Bethlehemitica arua nouis
Angelorum personant cantibus. Ga-
briel in primis velocissim^{us} pastoribus
astat, manifestat miraculum; signa præ-
bet vagientis in præsepio infantis, ac-
currunt statim cœlestium militum spif-
sæ alæ. Roboant omnia cantu gloriam
pacemque hallante. Interea pastores
tres speluncam adeunt, & infantibus
artibus adorant latetem diuinitatem.
Adstupet virgo mater, & arcanum mys-
teriorum filij, simplici pastorum fide
in primis ditat thesaurum.

Text. Pastores erant in regio-
ne eadem vigilantes, & custo-
dientes noctis vigilias super
gregem suum. Ecce Angelus
Domini stetit iuxta illos,
& claritas Dei circum-
fulsit illos.

J. I.

*Felix ille est qui Deo appropin-
quat; lucem in se accipiet in ex-
plicabilem.*

ARdebat olim rubus diuinis corre-
ptus flammis, & viridantibus fo-
lys media pellucebat à flamma Sed &
N^{on} omnes

Lib. II. Caput Terrium.

§ II.

omnes vicinæ plantæ, vt maullt Comitor, parili virore vernabant. In Bethlehemi iterum repuerascit miraculū, dum virgineus rubus sub ardenti ciuitatis partu viret, floret: & vicini abusi, pastores qui in eadem regione vigilabant lucem ebibunt immortalem Cāt. 1. *Ecce tu pulchra es propinqua mea.* Quæ verba vt exponat Nis. pellucido speculo comparat iusti animam. Etenim speculum eam imbibit in se formam, cui appropinquat, si stercorei adsit, immunditia plenus apparet, si florēt nemori, si refulgenti soli appropiet, totus floridus & luens apparet. *Ita expurgata à verbo anima solis circulum in se suscepit, & simul reluxit cum luce, quæ in ipsa apparuit: propterea dicit ei Verbum, pulchra facta es, quæ me a luci appropinquasti, per appropinquationem trahebens dispensationem pulchritudinis, ecce es, inquit, pulchra propinqua mea.* Hæc Nis pulchra similitudine maximum vicinitatis ad Deum & appropinquationis emolumentum explanans Argutior adhuc Rup. hæret in eadem similitudine, vt reddat rationem, cur Mattheus olim publicanus, postea & Euangelista fiat, & facie hominis exprimat, cum alij tres leonis siue vituli siue Aquinæ dicantur facie *Frat ipse Mattheus, ait, tanquam speculum pellucidum, sed in tenebris reconditum, & sub tecto latens curarum nimis secularium. Vbi ergo vidit eum Iesus, ubi vidit eum solus & sol verus resplenduit ex aspectu eius & quia videt eum talis filius hominis reddidit imaginem eius, & formata est in ipso facies hominis.* Quid elegantius? Sic isti pastores pellucida erant specula, sed in tenebris recondita sub cura vilium gregum per noctantes, illis vicinus, & propinquus oritur sol verus, & claritate Dei circumfusi increatæ lucis ebiberunt radios; *custodientes, ait, vigilas noctis; & claritas Dei circumfulsit illos.*

Post Deum incarnatum Angeli hominibus placidi & humani astant.

ET pastores Angelus iuxta se parili consuetio admittit, & placido fulgore illuminat, sicut iuxta illo Angelus, & claritate circumfulsit illos. Vnde hæc in Angelo humanitas? Angelo, inquam, de quo Psalm 103 *Qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos ignem vrentem, nimirum facit Angelos spiritus à carne omnino separatos, facit rursus eos ignem non lucentem, non illuminantem, sed vrentem.* Hinc Strommatæus, s. *viri ignis Angelos significant, qui assumptos iniustos puniunt.* *Qui facit, inquit, ministros ignem vrentem.* Hoc in litum Angelis, vt peccatores vt rebelles exurant, vlciscantur. Ad eò, vt etiam Deo misericenti populi sui apud Babylonios captiui restiterit fortiter Angelus. Sic Hieron. Dan. 10. *ristiit Princeps persarum, id est, Angelus, faciens pro credit a sibi prouintia, ne captiuorum populus dimitteretur, enumerans peccata populi Hebræorum quod: iuste tenerentur captiui, nec dimitti deberent.* Vnde ergo tam seueri hominum ultores, modò blandi? Vnde qui solum exurere norant, iam sciunt illuminare? Non sanè à natura Angelica in homines proficisceretur ista benigna claritas, sed ab illo igne diuino, qui rubo insidens rubum integrum seruans illuminauit. Hoc mihi suggessit Euangelista dum ait, quod accedente Angelo ad pastores *claritas Dei circumfulsit illos.* Notàter dixit, claritas Dei, ne Angelo tribueretur, sed Deo in rubo sedenti, hoc est, in carne apparenti, quod Angeli hominibus socij humanissimi adstant.

Angelorum illud ternarium Abrahamo obiectum, quàm seuerum? quanto supercilio apparuit? Vidit Abraham & pronus in terra adorauit, nec prohibitus est. Alter Ioannes apud Pathmos adoratur? Angelum ab illo statim verbis

bis amicitia plenis prohibetur. Quae nunc ratio discriminis? Illam accipite ex Ilderonso lib. de virgin. capit. 11. sic fantē. *Hec natura, in qua Abraham Angelum adorauit, & tamen adorare prohibita non est: in Ioanne adorare uolens sit prohibita adorare. Quoniam in Abraham non dum in Christo erat assumpta; in Ioanne autem ideo hanc naturam se adorare Angeli prohibent, quia hanc super se in sede maiestatis adorant. Ideo hanc in subditis non contemunt, quia ea supra se in sede glorie contemplantur.* Vide unde nascatur Angelorum erga homines societas & humanitas; non equidem ex ipsa natura Angeli; sed ex humanitate assumpta a verbo patris. Ex eo quod diuinitatis ignis rubo insedit humanae car. is, nec combusit; sed illustrauit; igni Angeli similiter amant hominibus sociari. Hinc Actor 10. Angelus Cornelium ad Petrum remisit, de quo Aug. Gal. 96. fatur. *Numquid non illum poterat docere Angelus? Misit illum ad Petrum, ut magis per hominem illi fides fieret, quia homines non dedignatus erat Dominus visitare.* Sunt equidem in pretio homines apud Angelos ex uerbi diuini assumpta humanitate. Hanc uerbi diuini humanitatem crediderim suboluisse illis Cherubinis, qui ignea rhotompha hominem arcebant a paradisi aditu. De quibus Chrysostr. serm. de ascensu. *Dolebant Cherubim honorem custodire.* Maximus alioquin erat illis praestitus honor, quod fierent custodes tanti horti a Deo designati; uerum, quia is honor erat homini probrosus, homini, inquam, cuius uerbum diuinum erat induendum carne, dolebant, & acriter dolebant ipsi Cherubim honorem custodire, iam inde hominum consortium, & societatem amantes. Quod a nobis debet uerbo incarnato, protulit idem Chrysostr. dum ponderat Angelorum ad homines accessum in Christi Domini natiuitate. *Aspice, inquit, mirandum processum, Angelos ad nos deduxit prius ac deinde deduxit hominem ad superna.* Accessit equidem Angelus ad pastores: illis ille uis amicus & affabilis; sed ab humano Deo tractus. Hae fuit prima Dei hominis demonstratio, quod Angelos ad homines inclinaret, ut post-

modum homines Angelorum sedibus ingereret & sublimaret. Iacob Gen. 28. post uisionem scalae, ait, *Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam.* Id quod acute obseruans D. Ber. ser. 6. in dedic. Eccl. sic loquitur *Quomodo tantus patriarcha nescire potuerat quod non esset locus ubi non esset Deus? Sed forte aliud esse miratus est, ubi ait: Vere dominus est in loco isto. Ibi uere dominus est, ubi in eius nomine Angeli simul, & homines congregantur.* Praeclare enim Iacob praesentiam domini praesagijt, ex eo quod se uideat a descendantibus per scalam Angelus humaniter tractari. O uos felices homines, qui tanta Angelorum gaudetis custodia! Sane Gen. 19. ubi Lot Angelos hospicio recepit, nil habuit quod a furente timeret ciuitate. Furit lasciuus populus, domum impetit; nullo tamen Loti damno. Id miratus Chrysostr. orat. in SS. Bernice & Prodoce, ait. *In medys Sodomis obsidebatur quidem Lot domus, at nihil mali patiebatur, quippe quia Angelos intus haberet.*

S. III.

*Ex Dei hominis conspectu Angelorum
pura exultatione hominum
procurant sanitatem.*

ANnuo his Doctoribus, qui sapientiam incarnatam purant faciem Patris diuini, ut potest, qua Pater creatus mentibus innotuit. Hac in facie abscondi dicuntur inuisti, quatenus in Christo mirifico proteguntur, iuxta illud Psal. 30. *abscondes eos in abscondito faciei tuae.* Quid plura? Vix ab Angelis cernitur haec pulchritudinum abyssus, cura hominum tangi, sub huius diuinae faciei in somnijs genus humanum seruari, & statim prosiliunt auxilij de hominibus iuuandis. Pulcherrimus ille adolescens Iacob domo paterna egressus peruenit tandem in vastissimum Bethelis caepum; ubi plurimos conuenisse pastores uidit, ut pecudes adaquarent. Qui omnes expectabant, ut per grandis la-

Lib. II. Caput Tertium.

pis ab ore fontis remoueretur, quo remoto, arida ouium ora irrigarent. No-
 uit Iacob & situm pecundum & lon-
 ge expectationis moram, nec ideo ad-
 ductus fuit, vt obsequium ignotis &
 rusticis viris præstaret. Interea ecce ti-
 bi sitientis etiam gregis ductrix Rachel
 apparuit, puella decora nimis, cuius
 pulchritudo eo spectabat, vt oues ri-
 garentur aqua: nam, vt ait notanter
 text. cap. 19. *Gregem ipsa pascebat.* Hinc
 Paraphrases Kald. *cum vidisset Iacob
 Rachel filiam Labam fratris matris suæ,
 & oues Labam: accessit Iacob. Reboluit la-
 pidē ab ore putei, & adaquauit oues.* Nō
 se potuit continere Iacob, quum obse-
 quium præstaret ouibus, quarum cura
 & custodia tantam pulchritudinem
 sollicitabat: sic alacer & velox currit
 ad fontes, pecudes a Rachele custodi-
 tas adaquauit. *Non tam, ait Iosephus,
 cognatione, aut huius affectu, quam insigni
 puella forma captus.* Iam non mirabe-
 ris, quod Angeli tam auidē exiliant, vt
 genus hominum tuteant, illisque fa-
 ueant. Sane cernunt centesimam hæc
 diuini gregis ouem diuinis humeris re-
 portari, in hanc tutandam custodien-
 damque, totam Dei pulchritudinem
 spectare, imo & occupari manu, sensu
 opere, consilio, sapientia, prouidentia
 ac ipsa in primis affectione. Quid mi-
 rum, si & ipsi currant, vt eidem huma-
 ni generis oue medeantur? mirabilis,
 si non aduolent. Moyses comisso gre-
 gi prospicere cupiens, orabat, *Ostende
 mihi faciem tuam, vt sciante, respice
 Exo. 33. populum tuum, gentem hanc.* Vtilissimū
 putabat futurum populo, si ipse faciem
 Dei videret, quali diceret, cupio faciē
 tuam videre, vt prosum populo, cuius
 curam habeo, ideo si vis fauere genti
 huic; si eorum optas consulere vultu-
 ri, mihi tuam faciem ostende, faciem
 qui viderit tuam, audenter populorum
 salutem inhiabit. Ita Aug. lib. 2. de Trin.
 cap. 17 *Ostende mihi faciem tuam, ait, con-
 tinuū propter dilectionem etiam proximi
 subiicit, vt sciam quia populus tuus est
 gens hæc.* Sanè interest populi, vt ver-
 bum incarnatum, facies Patris videatur:
 qui hæc vident faciem, homines
 sint siue Angeli, o quam exiliant in cu-
 stodiam hominum! o quam punguntur

*Tert. lib.
 de resur.
 carn.*

Exo. 33.

cura, ne gens hominum lædatur! O
 quam scandescunt in eorum aduersa-
 rios! A Egyptus quadringentis annis
 populum Israël miseram seruitute cap-
 tium tenuit; sed vna nox A Egyptio-
 rum domos cædi, luctuique dedit; &
 Israëlitas liberrati. A quo igitur hæc re-
 rum mutatio? Hector Pintus illam as-
 signat ex Isaiæ 63. dicens. *Angelus fa-
 riet eius saluauit eos.* Etenim is solum in
 A Egyptios tam seuerè vindicaret, qui
 faciem Patris viderat, qui verbum di-
 uinum sub Hæbræa carne olfecerat la-
 titans, huncque durus debellator
 in terram prosiliuit, vt, exterminatis
 A Egyptijs, populum Israëlitam res-
 tueret saluti.

Textus. Et timuerunt timore
 magno: & dixit eis Angelus
 nolite timere. Ecce Euangeli-
 zo vobis gaudium mag-
 num, quod erit om-
 ni populo.

J. III


*Ille præ omnibus virtutibus habendus
 timor, qui alis euolat
 charitatis.*

Sicut ijs, qui vel prærupta montium
 vel altissima turrium cacumina in
 ambulat, officere solet timor, imo &
 allos in præcipitium dare: ita qui ad vir-
 tutum euocantur fastigia, si nimis set-
 uiliter meculosi sint, præsepè labant
 & periclitantur. Hinc à Maria Virgine
 in Dei matrem assumenda, in primis
 seruilis arcetur timor voce Angeli, ne
 timeas Maria: quod acute expendit
 Chrysol. serm. 142. *Audistis, fragilem
 nostræ carnis naturam adportandum to-
 tam Deitatis gloriam, Angelica exhorta-
 tione roborari. Dentque ne tanto ponderi
 cælestis fabricæ in Maria subtilis nostri
 corporis arena succumberet, & in Virgi-
 ne*

ne totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugaturam metum vox Angeli præcessit, ne timeas Maria. Vnum seruilem timorem à Maria nitentur Angelus ex susflare, ne sub altitudine matris Dei, pes eius labaret, sed securius præcellentis vitæ cacumina perungeret. Huc spectauit. Iud Dei cum Adamo timente & tremente, post peccatū colloquū, nimirum: *Adam ubi es? quis tibi dixit quod nudus esses? Idcirco* (inquit Theodotus) *Deus longo sermone alloquitur, ut timorem soluat, & ad confidentiā illos erigat.* Arcendus omnino timor ab ijs, qui altas virtutum-semitas terere concupiscunt: aut omnis timor arcendus? Minimè: timor etiam est, qui se super omnia super posuit. Eccles. 25. sed is timor est qui alis se ingerit charitatis, qui filialis est, is, inquam, super omnia superpositus; cacumina virtutum, in ambulat. Parcite mihi priscum Apologum in memoriam vocanti, ut rem timoris penitus declarem. Ferunt, concilio inito de Rege sibi perficiendo, statutū ab auibus, eam pro Regina fore, quæ celsius subvolaret, ibi patierculus dictus Regulus sita timens pusillitati & infirmitati, ignaræ Aquilæ inter scapulas reledit. Euolat Ardea & cæterarum, non Aquilæ, oculos fugit: hæc longe sublimiore volatu æthera findit, & cum cerneret nullam auiū audere virium periculura amplius subire, iam de fatigata incipit descendere: sed ecce tibi regulum ab Aquilæ gestatricis scapulis subvolantem, & hoc astu sibi Basilicum nomen acquirantem. Is est timor pusillus licet & infirmus, qui sæpe pusillanimitatem, imo & casum pariat, tamen si Reginae virtutum, si Aquilæ charitatis inter scapulas resideat, se super omnia superponet, & altissima virtutum cacumina de triumphauit. Id quod in vno latronum licet aspicere, de quo D. Chrysol. in Psalm. 127. *Quid fuit latrone miserius? Sed repente euasit omnium beatissimus, nan & erat crucis supplicio damnatus, & ad mortem ducebatur, omnes eū accusabant, totum tempus erat consumptum, & vita transacta fuerat in scelera. Sed quoniam exiguuo tempore Christum*

et oportuit, timui, & beatus factus est. Ecce exiguus & breuis timor quam super omnia valuit euolare. Huc accedat D. Zeno serm: de timori filiali, cuius sic fit immentam efficaciam. O necessariū timor: qui nibil aliud agit; nisi ut beatos efficiat: qui timet arte, non casu, religione, non culpa, qui Deum metuit sub naturam.
Vultis scire cuius proprietatis sit? Omnes timores quoscumque inuasent in certum, & conficiunt: hic solus ad hoc crescit, vni immortalē quem possederit faciat. Hec ille.
 Nullum magnū regulum
 iudium paratur a Deo
 ticulari, sed omnibus
 munitur.

EXcluso a pastoribus
 magnū annūtiatur
 inquā, sed quod non illi
 omni populo. Etenim nulli
 consuevit sua gloriæ ma
 si maximè amato; sed om
 buere. Quando in singulis
 bonis, comunicant or
 Cælestes sedes promiserat
 ijs, qui labore improbo illa
 fuerant, ait enim, *vos qui re
 nis, & secuti estis me, sedebitis
 per duodecim sedes.* Hoc dicit
 fratres de fauore securi pri
 tris & sinistris sedes petunt;
 omnibus promiserat non est
 dare vobis. Quid ais o veritas
 lo ante omnibus offers, nan
 & iacobo dicit non est m
 vobis? Sanè nō erat illius cœ
 municare nisi omnibus, hæc
 consuetudo, hic vsus cœlesti
 rum, nulli in particulari, sed
 ter offerri omni populo. It
 Alexand. lib. 20. Theaur. ec
 tem non negat Dominus, sed
 nem ostendit. Quomodo ipse
 re quibus velit, cum inueniam
 discipulis id esse largitus: *Ad
 bis sedebitis & vos.* Expe g
 L 5



Lib. II. Caput Tertium.

consolationem ostendit: hoc enim erat Deo in more, cœlestia bona, ingentia gaudia non vni communicare; sed omnibus. De Simeone sene dicitur Luc. 2. quod ipse expectabat consolationem Israel: sed cum ipse ingens Christi bonū perciperet oculis, ait, quod parasti ante faciem omnium populorum. Hinc Niss. orat. de occurſu Domini, & Simeonis. Quomodo superius testatum est, illū expectare consolationem Israel; nunc autem conspicitur dicere Dei salutare in conspectu omnium populorum? Quoniam tunc futuram Israelis consolationem nominavit, quando omnibus quoque populus paratum salutare. Etenim fuerit populus à Deo electus, sepa- c bonis ditatus, terrenis pos- ts ampliatus; eidem tamen solatio, perfectum gaudium htingit; nisi cum concessum i populo. Sanctissimi quiq; ñ in Domino defuncti in mini non intrabant, donec cœlestis ianua omni popu- ad Hebr. 11. loquitur. Et hi onio fidei probati non accepe- sionem, Deo pro nobis me- rovidente, ut non sine nobis ur. Ad eò illis damnosa ex- o à gentibus! ut nos timea- us separari, sciētes illi. ser- ai nullum grande bonum nisi omni profuturum po- D. Irenæus lib. 4. cap. 22. agratiæ præcellentias, qui- it legem Mosaycam, ait. gislatio, quæ in libertatem. lata est in seruitutem: & ideo am gentem; sed in totum mun- ca est. Ecce magnum gaudiū omni populo: etenim nulli soli datur videre Christi iam gloriosum Dominum omnes Apostoli præter Tho- us & solus Thomas non ade- ninum videret. Quod ipse r anxius summo desiderio atum participare gaudium ait Ioan. cap. 20. Et post am erant discipuli eius intus i eis. Venit Iesus ianuis clau- n medio. Sanè sufficeret appareret soli; sed neſ-

cit gaudia sua nisi communitati exhibere. Vnde eleganter D. Gaudent. ora- tione in 40. Martyr. Satiavit ergo Domi- nus Thomam, cuius manet illa promissio: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam saturabuntur. Apparuit secun- do Apostolis, ut Thomæ desiderium ad im- pleret, pro fuit cupiditas eius & ceteris. Tunc enim largitur Deus vni, quan- do scit munera pro futura communi- tati.

Text. Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate David.

J. VI.

Deus fragilitate indignit humana ut præcellentis saluantis gloria fulgeret.

Qui prodigus ad cœlestium crea- tionem accessit, ut diuitiarū sua- rum thesauros aperiret immortales, indigus homini condendo astat, ne qui omnia implet, ipse quodam mo- do maneret vacuus & inanis. Vnus id Irenæus caluit lib. 3. aduersus hære. ca. 34. hæc fatus, a Paulo typus futuri dicitur est ipse Adam, quoniam futuram circa filium Dei humani generis dispensationē fabricator omnium verbum præforma- rat, predistinante Deo primum animalē hominem videlicet, ut ab spiritali salua- retur. Cum præexisteret saluans, oportebat & quod saluaretur fieri, ut non va- cuum esset saluans. Hoc vno saluantis titulo se maxime diuinitas iactabat; sed quis saluans, ubi non erat natura la- bilis? Etenim existeret Saluantis voca- bulum, titulus sine re, res inanis & va- cua. Inde ad hominis creationem ac- cessit præcauens Deus gloriosioris tituli præcellentiam, & quasi timens eius vacuitati, factus indigus exceptoris sa- nitatis, ut oriens nobis iustitiæ Sol, salu- tis madidæ fulgentissimas pennas ex- plicat;

plicaret Hinc habes, quo impiū, Marcionis obstruatur, qui apud Tertul. lib. 3 sic in Pauli præpostera electione cacutus, sic Christum Dominum blasphemabat. *In providentiam existimo si non antea scivisset illum sibi necessarium Christum; sed tam oratione officio Apostolatus, & in sua opera dimisso, ex in cursu, non ex prospectu adyendum existimavit, necessitate, ut ita dixerim, non voluntate Imò & voluntate & necessitate Critus adlegit Paulum non antea quam illum vidit farentem in Christianos. Sed iam gestit animus scire qua necessitate laboraret dives in misericordia Christi. Multos ad se venientes sanaverat: postulantiem latronem exaudierat, neminem reluctantiem fugientem, calcitrantiem, minarum spirantiem, & in Christum, & eius discipulis ita faventem ut Paulum traxerat: poterat hoc Salvatoris divinitas & humanitas; inde oportebat persecutorem fieri, ut non vacuum esset persecutorem talem etiam salvans. Hinc Paulum prostratum sic Bernardi dulcedine alloquitur divinus triumphator *Ego sum Saluator, quem tu persequendo petis, quasi dicat, iam te persecutorem detriumphato perfectus salvans appareo: hodie Salvatoris gloriam adimpleo, ut merito postmodum dedecet ipse Paulus: adimpleo ea qua de sunt passionis Christi, nimirum mea adlectione ostendi salvantis cognomen omni tuo splendore præclarum. Quo circa S. Pacianus in Parænesi, ait. *Nec quisquam adeo peccatricis animæ vilitate desperet, ut se iam non necessariū Deo credat. Imò tunc maxime necessarius Deo Salvatori, qui ut condonando peccata clarescit, sic esse salvandos gaudet. Etenim aiebat Dominus in principio Genesis; non est bonum hominem esse solum. Quid ais Domine? Sedas homini sociam mulierem, ambo incident in peccatum, & omnes peccabimus; si solus sit homo, innocens & iustus erit. Cur ergo dicis non est bonum hominem esse solum? D. Amb. lib. de Parad. cap. 10. *Quia ex viro solo non poterat esse humani generis propagatio, pronuntiavit Dominus non esse bonum solum hominem. Maluit enim Deus plures esse quos salvos facere posset****

& quibus donaret peccatum, quia ante unum solum Adam, qui liber est à culpa.

S. VII.

Caro assumpta Christi dominatorem non obscuravit: imò illustravit.

Maximo sapientie pondere a Angelo annuntiatum est Christo Dominus, ut hereticorum obstruatur, qui humanae carnis vincula, utentes divinam mentem sub imperio servitute teneri respiciunt. *Humanus animus ad carcerem corporis subinet incedit, in diesque que redundans, quasi dicitur, & dissolvitur, & in carcerem agendus? Abiit, inquit Angelus, est Christus, qui non carcerem in domo carceris; sed quod te inaguratus de claretur exierat in Concil. Ephes. de Christo, quod subiectum non deponens: factus erat manens: imò tunc carcepit; Regni & Principationam. Egredimini filie Israel Regem Salomonem in quo coronavit eum mater sua & pulcherrime, & ele presentem expendit G. 21. in Cant. *Felix caro, qui stus non quasi carcerem; sed assumpsit, qua fuit ornamento. Nos omnes in carne quasi carcerum absconditi sumus, conferentes legi peccati, In factus quis me liberabit de corpore? Verum Christo non carcerem rona extitit humana carcerem la deturpantia; sed regia altum divinitatis dominatum illustrantia.**

Hunc Christus ferax carcerem splendorem libet elucidare, à Romanorum historiis & a bis Dionysij Carthusij Reg. ar. 12 sic fatur. In g. 21.

3.

Ad

quidly

Nave.

im attuas

Bi procel

Ad fil

Cant. 2

Phil.

o

in

viru

erri

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

21

Lib. II. Caput Primum.

manorum quia dum Longobardi quadam vice obtinissent, intrassentque Romam, ac passim Romanos occiderent, ipsi Senatores, se omni suo decore & gloria vestierunt; sed itaque unusquisque eorum in sede sua in propria domo. Ad quos Longobardi ingressi reuerbantur eos, nec audebant occidere, imo adorabant eos ut Deos. At tamen, cum unus Longobardorum manu attrectaret barbam ultimi Senatoris non ferens hoc, baculo suo impedit in eum: quo facto indignati Barbari primum perfecerunt illum, inde per ordinem alios. Ecce tibi ut intolerantia & impatientia Senatores mortales hostendit, sic habitus compositi neque in tumultu bellico, in de turbati eosdem & diuini trucidibus redidit venerunt iratus Senator percussit omnes Senatores tanquam omnes sunt habiti. Dum inter volantes gladios togati seque ab ipsis hostibus diu exitur. Heccine erat Christus pro dilecta diuinitatis dum pateretur non cedens iniurijs, equali omnino animo. O felix caro, imo corona clarissimae tatis! Clem. Alex. in fractionis in prima Epistola Christi Domini carne ut ergo in traditionibus, quod ipsum corpus, quod erat exiens, manum suam in proferens, & ei duritiam carnis nunciatam esse, sed locum malum discipuli. Sane habitus hic non carceris; sed impeditatis erat indicium. Baruique, imo trucissimi perdecora velle praecinctam, & pone in ipsis passionibus tribusque impasibili, manumque reluctante carne, uentitatem adoraret proclues,

Textus. Ethoc vobis signum inuenietis infantem pannis involutum & positum in praesepio.

S. VIII.

Angelus praedictione fidem astruens, innati & naturalis imperij Christi proposuit signa, nimirum praesepis & fasciarum vilitatem.

Sapientissimè Angelus, ut fidem sibi conciliet, praedicat pastoribus, quid illis introeuntibus Bethlehemiticum pagum obveniet; sola enim virtute diuina comparari potest praescientia futuri. Quam virtutem, ut manifestaret Christus Dominus mittens discipulos, ut pararet Pascha, ait illis introeuntibus vobis ciuitatem, occurret homo lagenam aquae portans. Sic modò Angelus pastoribus inquit, natus est vobis Saluator qui est Christus Dominus, Dominus, inquam, non quales mundiales Domini; sed innata, & diuina dominatione insignis. Cuius rei ecce duo testimonia clarissima, in primis haec mea praedictio, qua quid vobis accedentibus erit futurum annuntio, imò, & circumstantias singulas minutissimas edico; inuenietis infantem pannis involutum, & positum in praesepio. Et quidem D. Petrus Act. 2. tanquam ad inconfutibile testimonium ad Prophetiam recurrit, dicens. *Dicitur est per Prophetam Ioel. Et erit in novissimis diebus, &c.* Vbi D. Chrysof. hom. 5. sic ratiocinatur. Neque interpretatus est ea quae Propheta dixit, sed solum Prophetiam attulit per se ipsam certantem: scens nil fortius his Prophetis potuisse obici. Ea enim etiam operibus validiora sunt. Signa enim facienti Christo sapienter contradixerunt. Quando autem Christus Prophetam illis opposuit dicentem: *Dixit Dominus Domino meo sede a dextris*

Act. 2.

Chrysof.

dextris

dextris meis, ita siluerunt, ut nec verbū quidem ultra quisquam respondere ei auderet. Adeo valida est per se ipsam Proprietas! Hincque rursus illius naturale, & innatum imperium Angelus contentit, non enim sic auderet nasci Imperator ascititius. Qui naturā ingenui sunt, ut comitantem seruent, nil sibi timent in ipsis seruilibus officiis: at qui a seruitute in ciuilem nobilitatem obrepunt, quicquid non ambitione scatet maximè pertimescunt. Accipite modo sepius in hoc opere adductū Theodotum eleganter de hoc innato Christi Imperio ratiocinantem ex illo D. Paul. Qui cum informa Dei esset, non rapinā arbitrat⁹ est, esse se equalē Deo; sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Ecquid est, quod hoc loco dicitur? Sanè, qui per rapinam libertate potitur, nihil seruile pati sustinet, ne usurpata libertati aliquid præiudicium generet. Ecquid ergo ille? quoniam naturā Dominus erat, non rapinam arbitratus est esse se equalē Deo, dispensationis enim mysterium diuinitatem non lasit. Etenim in Christo Domino fasciæ, panni, prætepe, stabulum, & siquid aliud vile, non seruitutis illumina; sed ingenuitatis innate, sed naturalis imperij, & dominationis erant signa conspicua. De quo etiā stat D. Athanas. suffragium hom. de se mente ubi sic. Seruator Rex genitus ante secula, nec temporarium regum possidens; sed ante secul. Rex ex Rege Deo genitus, & ipse quoque seruire sustinuit. Nō enim rapinam arbitratus est esse se equalē Deo. Et pulchrè ideo seruire sustinuit, ideo seruilia officia non horruit, quia non rapinā; sed natura erat Dominus Rem conficit D. Cyrill. Hier. Catech. 10. in hæc verba. Saluator manens idem, & verè immutabilem filij dignitatem habens, tanquam optimus Medicus, & Doctor compatiens accomodat se ad infirmitates nostras, Dominus verè existens, non successione aliqua, vel prosperitate dominationem accipiens, sed naturā dominationis habens donitatem. Hæc ille. Et quidem nō subest casibus, quod innatum est, nobilitas enim naturalis, in nulla abiectioe timet sui ruinam.

tionis. Quoniam Dominus excelsus. Quo modo excelsus, qui vagiens propter nos humi repit? Qui vsque ad inferi ima descendit? Excelsus erat natura, & ideo in nulla abiectioe, & delectioe ne timetur eius celsitudini. Chriost. ibi: Quando ergo audieris crucifixum esse Dominum, fuisse sepultum, ad inferiores terra partes descēdisse, ne labaris, ne argaris: est enim altissimus, & natura altissimus. Quod est autem altum natura, ab altitudine minime unquam recesserit, nec humile quidem fuerit: sed etiam in ciuilitate, eius altitudo manet, & ostenditur.

Test. Et subito facta Angelorum multitudinis celestis laudantium Deum

J. IX.

Angeli militia nomen ut Christi hominis rent imperium principatum

Angelis albenti gratia uentis in primo articulo obiect⁹ est hic diu quem Regem, & Principes adbrarent. Respu infantem, conspuunt; quid uis togis factum est in cœlo magnum, signum eleuat & militæ nomen Angelorum omnes fortitudinem, & agno precantes. Hinc post Dei hominis signis cœlestes litant, iam in beata illa Sulay cernitur, nisi castorū chorū ibi est, phalanx est, miles est, & pugna Angelica instat. Proh dolor! rebelles spiritus petu primo hominū paretur, vastauerūt quo pene h-

Theodo.


Athan.

Cyroll.

Psal. 46

Chriost.

Ad
quidly
Nate.
im attus
di procel
Ad fil
Cant. 2
Phil.



Lib. II. Caput Tertium.

patum occuparunt; sed ecce tibi Angelorum cohortes profiliunt in certamen, antiquum praelium instaurant, in stāt aduersarijs, & primo illorum præsidio, nempe muliere, occupato, fugā illos compellunt meditari. Quod Irenæus lib. 5. cap. 19. insinuauit sic factus. *Quemadmodum Eua per Angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum; ita, & hæc, nempe Beata Maria per Angelicū sermonem euangelizata est, ut pararet Deum, obediens verbo eius.* Hoc totū celeste praelium erat inter Angelos. Belles Deum ab homine nitēbant parare, fideles Dei hominis defendit principatum. Illi ut consilium ut suum, occupata muliere tenerent genus humanum. Hi retundentes conatus, mulierem, illamq; sibi associantes erant machinamenta Diaboli. Epiphan. sermo. de Laudat. *Angeli accusabant Eua: Mariam gloria prosequuntur.* Illa exultabat aduersarius; homo asseritur in principatu, qui fuit vnicus scopus militiæ. Vnde cum primum mundo apparuit, militares res profundunt coelestes quasi victoria potiti se se in agmina fundunt in cantumque Deo, pacemque terris, personantibus hymnis.

§. X.

Ille formas subeunt, militum sunt figuras, ut hominibus profint

Angelicos spiritus fieri militum & quid non fient Angeli, ut omnibus? Nonne Angelus tubis, & columna ignis factus est? Nonne Tobia altitudo pedisequus? Prosequuta Moysis, & in arca testamento inde annulos specularis, de An quod sicut quidam annuli

in animos saluandorum immittuntur, ut ad sublimia eleuentur. Pergit adhuc Theodotus orat. de Christ. Nat. & de stella, quæ magos adduxit ita loquitur *In præsepi positus Dominus, & a stella denuntiatus; non a stella descendente ad Magos, neque enim stelle loca permutat. Sed quoniam Caldæorum terra plurimos habet stellarum motus insipientes, virtus superna (nimirum Angelica) deuocens Magos, assumpsit stelle speciem, & ea doctrina sua Caldæi, quod nesciebant agnoscunt, ut cum astronomiam respiciunt ab astris Christi mysteria docerentur.* Ecce Angeli, & fiunt annuli, quibus efferris, & fiunt stellæ, quæ te ducant ad Christum, & milites, qui pro te pugnent aduersus tenebrarum potestates fiunt. Hinc crediderim Manna vocari Sap. 16. panem Angelorum, nempe Angelorum naturam referentem, quatenus varias saporū formas induebat, ut fidelium indulgeret voluntati. Sic enim ait. *Angelorum esca nutritiisti populum tuum, & deseruiens vnus cuiusq; voluntati, ad quod quisq; volebat conuertebatur.* Vel in hoc se ostendens Angelicum panem, quorum conuertibilem proprietatem imitabatur.

§. II.

Non solum Angeli; sed etiam vniuersæ creaturæ etiam sibi formas contrarias subeunt, ut Dei famulis seruiant.

Occasione Angelorum sese transfiguratum in hominum gratiam, animaduerti idem esse vniuersis creaturis familiarissimum. Id quod hausi ex 16. Sap. Vbi de vniuersa creatura dicitur. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata omnium nutriti gratia tua deseruebat, ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant.* Quam rerum transfigurationem pulchre expendit Theodotus ybi supra, plurimis exemplis adductis.

Iesus pastoribus reuelatus.

I. XII.

ductis. *Aqua, inquit, utebantur Hebraei; sanguis autē Aegyptijs: Nilus factus: Dies Israelitis erat; & clarum eos circumfulgebat lumen; Aegyptijs autem hoc lumen facta sunt tenebrae. Babylonia quoque flamma ros facta est pueris. Nam flamma ros facta est, & ambo hac ipso ostendat effectum. Quia quidem ros erat, tres edoceri pueri per hanc refrigerati. Quia verò etiam & flamma fuit, quia per hanc exusti sunt, nuntiant Babylony.* Hęc ille: quibus claret quam famulentur omnia Deo in hominibus puniendis siue citandis. Etenim ipsa lux sciet tenebrarum indui faciem, & ignis fiet aqua, & quælibet creatura cuiuscumque formam: & personam aget. Omnium accuratissimè id ponderavit D. Chrysostomus in Psal. 7. ubi rebellem Absalonem mulo per quercetum raptum & crine à ramo suspensum miratus hæc ait. *Vt scias quod factum est totum fuisse diuini iudicij, pro fune quidem coma, pro ligno arbor extitit, pro milite autem eum adduxit mulus.* Ecce in solitudine, vt quasi ex præscripto iuris rebellem turpi supplicio mulctarent, vbi omnia instrumenta desierunt, omnia famulantur, & arbor sese in furcam egit, aureaque coma in pulchritudinem enutrita formam assumpsit laquei, & ne carnifex, ne miles deficeret, qui reum traduceret, mulus, cui insidebat, miles fuit factus. Quod si creatura irrationalis miles fit, vt offenso patri satisfaciat, nil mirum quo rationis compotes Angeli sese militiæ dedant, vt de rebellibus Deum vlciscantur. Hoc omnium creaturarum obsequium habuit etiam Deus, quando fugituum Ionam voluit comprehendere. Id quod sic expendit Naz. Apol. 1. *Fugebat quoque Ionas à facie Domini, vel potius fugere se putabat: verum à mari & tempestate & sorte, ceterique ventre nec non triduana sepultura comprehensus, itaque abreptus est.* Ecce tibi maris fluctus, tempestas, fors, facti sunt lictores, & ceteri venter factus est carcer, vt fugituum Prophetam Deo seruant.

Hic Angelorum habitus, quo omnibus omnia fiunt, maxime etiam elucet in viris è Societate Iesu.

P Arcite mihi minimo è Societate Iesu filio, si hanc Angelicam consuetudinem & hominibus amicam providentiam putem nostro ordini esse sitam ab incunabulis. Etenim de Angelis Theodoretus ait Zach. 1. *Cælestis spiritus omnis forma expertes à materia: vt usus hominum postulat.* Angelici viri Societatis creaturis formæ, omnis habitus expellunt illum induant habitum, illam quam usus hominum postulat. Apostolicos alloquens Christus minus tantum ait. *Sint lumbi cincti, & lucerne ardentes vestris.* Ad hæc eleganter Cyprianus mon. 23. *Novus ordo vigiliæ habitus imperatur; sint lumbi cincti, nihil de vestitu, nihil de apparatu serui vigiles agunt, sed tota in præstringendis lucernis datur.* Et subitens quid præinsinuari vellet ait. *Cingulum iudicii seruitutis, quod & discipulos habeat & faciat obsequentes.* res omnes ordines militantiæ veterones præscriptum ab illis habent habitum: similiter præscriptum est singulis, an cum calceamentis, an calceamentis gradiendurus, an equites, an cum sacculi apparatu, an sine pera & sacculo, an cantibus hymnis cantantes, an vel sancto murmurantes, vel alta conremplatione. nus novus hic ordo vigiliæ præscripto ordo Societatis, novusque illis habitus maris, carcant omni habitu certo, nihil de vestitu, nihil de apparatu, nihil de ipsius occursum, vna illis cura sit, vt expediti, vt in procinctu sint, vt ad humanis necessitatibus

Ad
quid
Nave
utrus
procel
Ad fil
Cant
Phil
in
hiru
sri
do.

Lib. II. Caput Tertium.

patum occuparunt; sed ecce tibi Angelorum cohortes prosiliunt in certamen, antiquum praelium instaurant, in stant aduersarijs, & primo illorum presidio, nempe muliere, occupato, fugam illos compellunt meditari. Quod Irenaeus lib. 5. cap. 19. insinuauit iic factus. *Quemadmodum Eua per Angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum; ita, & haec, nempe Beata Maria per Angelicum sermonem euangelizata est, ut pararet Deum, obediens verbo eius.* Hoc totum celeste praelium erat inter Angelos, belles Deum ab homine nitentur parare; fideles Dei hominis defendunt principatum. Illi ut consilium darent suum, occupata muliere tenerent genus humanum. Hi retundentes conatus, mulcent, illamque sibi associantes erant machinamenta Diaboli. Epiphanius sermo. de Laudibus. *Angeli accusabant Eua: Mariam gloria prosequuntur.* Illa exultabat aduersarius; homo asseritur in principatu, qui fuit vnicus scopus militiae. Vnde cum primum in mundo apparuit, militares vires profundunt coelestes, quasi victoria potiti se se in agmina fundunt in cantumque Deo, pacemque terrae, personantibus hymnis.

§. X.

Angeli mille formas subeunt, militemque assunt figuras, ut hominibus prosint

Angelicis spiritus fieri militibus, & quid non fieri Angeli, ut in omnibus? Nonne Angelus in columnis, & columna ignis factus? Nonne Tobiae astitit? Nonne pedisequa? Prosequuta Moysis, & in arca testamento inde annulos specularis, quos in arca efferebatur, de Angelis, quod sicut quidam annuli

in animos saluandorum immittuntur, ut ad sublimia eleuentur. Pergit adhuc Theodotus orat. de Christ. Nat. & de stella, quae magos adduxit ita loquitur *In praesepi positus Dominus, & a stella denuntiatus, non a stella descendente ad Magos, neque enim stellae loca permutat. Sed quoniam Caldaeorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus superna (nimirum Angelica) deuocens Magos, assumpsit stellae speciem, & ea doctrina sua Caldaeis, quod nesciebant agnoscunt, ut cum astronomiam respiciunt ab astris Christi mysteria docerentur.* Ecce Angeli, & fiunt annuli, quibus efferris, & fiunt stellae, quae te ducant ad Christum, & milites, qui pro te pugnent aduersus tenebrarum potestates fiunt. Hinc crediderim Manna vocari Sap. 16. panem Angelorum, nempe Angelorum naturam referentem, quatenus varias saporum formas induebat, ut fidelium indulgeret voluntati. Sic enim ait. *Angelorum esca nutritiui populum tuum, & deseruiens vnus cuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur.* Vel in hoc se ostendens Angelicum panem, quorum conuertibilem proprietatem imitabatur.

Theodo.

Sap. 16.

§. II.

Non solum Angeli; sed etiam vniverse creaturae etiam sibi formas contrarias subeunt, ut Dei famulis seruiant.

Occasione Angelorum sese transfiguratum in hominum gratiam, animaduerti idem esse vniversis creaturis familiarissimum. Id quod lausi ex 16. Sap. Vbi de vniversa creatura dicitur. *Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata omnium nutriti gratia tua deseruebat, ad voluntatem eorum, qui a te desiderabant.* Quam rerum transfigurationem pulchre expendit Theodotus ybi supra, pluribus exemplis adductis.

Sap. 16.


Theodo.

J. XII.

ductis. Aqua, inquit, utebantur Hebraei; sanguis autē Aegyptus: Nilus factus: Dies Israelitis erat; & clarum eos circumfulgebat lumen; Aegyptus autem hoc lumē facta sunt tenebrae. Babylonia quoque flamma ros facta est pueris. Nam flamma ros facta est, & ambo hac ipso ostendūt effectū. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri per hanc refrigerati. Quia verò etiam & flamma fuit, quia per hanc exusti sunt, nuntiant Babylony. Hęc ille: quibus claret quam famulentur omnia Deo in hominibus puniendis siue citandis. Etenim ipsa lux sciet tenebrarum indui faciem, & ignis fiet aqua, & quælibet creatura cuiuscumque formam, & personam aget. Omnium accuratissimē id ponderavit D. Chrysost. in Psal. 7. ubi rebellem Absalonē mulo per quæretum raptum & crine à ramo suspensum miratus hæc ait. *Ut scias quod factum est totum fuisse diuini iudicij, pro fusa quidem coma, pro ligno arbor existit, pro milite autem eum adduxit mulus.* Ecce in solitudine, ut quasi ex præscripto iuris rebellem turpi supplicio multarent, ubi omnia instrumenta desierunt, omnia famulantur, & arbor sese in furcam egit, aureaque coma in pulchritudinem enutrita formā assumpsit laquei, & ne carnifex, ne miles deficeret, qui teū traduceret, mulus, cui insidebat, miles fuit factus. Quod si creatura irrationalis miles fit, ut offenso patri satisfaciat, nil mirum quo ratio nis compotes Angeli sese militiæ dedant, ut de rebellibus Deum vlciscantur. Hoc omnium creaturarum obsequium habuit etiam Deus, quando fugituum Ionam voluit comprehendere. Id quod sic expendit Naz. Apol. 1. *Fugiebat quoque Ionas à facie Domini, vel potius fugere se putabat: verum à mari & tempestate & sorte, ceterique ventre nec non triduana sepultura comprehensus, itaque abreptus est.* Ecce tibi maris fluctus, tempestas, fors, facti sunt lictores, & ceteri venter factus est carcer, ut fugituum Prophetam Deo seruant.

Hic Angelorum habitus, quo omnibus omnia fiunt, maxime etiam elucet in viris è Societate Iesu.

P Arcite mihi minimo è Societate Iesu filio, si hanc Angelicam consuetudinem & hominibus amicam providentiam putem nostro ordini esse sitam ab incunabulis. Etenim de Angelis Theodoretus ait Zach. 1. *Cœlestis spiritus omnis forma expertes à materia: ut usus hominum postulat.* Angelici viri Societatis creaturis formæ, omnis habitus expertes, illum induant habitum, illam quam usus hominum postulat. Apostolicos alloquens Christus minus tantū ait. *Sint luminescēti, & lucerna ardentes vestris.* Ad hæc eleganter C. mon. 13. *Novus ordo vigiliæ habitus imperatur; sint luminescēti, nihil de vestitu, nihil de suis apparatu serui vigilantes sed tota in præstringendis lucet.* Et tubidens quid præinsinuari vellet ait. *Cingulum iudicij servitutis, quod & discipulos habeat & faciat obsequētes.* res omnes ordines militanti veterones præscriptum ab illis habent habitum: similiter præest singulis, an cum calceamentis, an equites, an cum sacculi apparatu, an sine pera & ciculo, an cantibus hymnis uocantes, an vel sancto murmurantes, vel alta conremplatione nus novus hic ordo vigiliæ præest ordo Societatis, novusque illis habitus maris carcant omni habitu certo, nihil de vestitu, nihil de cingulo, nihil de ipsius occursum, vna illis cura sit, ut expediti quentes, ut in procinctu secundum humanis necessitatibus.



Lib. II. Caput Tertium

& habitu, quem vsus hominum postu-
lauerit. Hunc habitum ab Angelis in
vros societatis dilapsum in primis pro-
bat Raphael ille, de quo Tob. 5 dicitur
inuenit Tobias *inuenem splendidum stā-
tem praecinctum & quasi paratum*. Nihil
de illius vestitu, nil de occursum appa-
tu, hoc vnum de illo animaduertitur,
quod in procinctu esset, & quasi ad
omnia paratus. Sic Iesuitis viris nulla
certa praescribitur semita, nil de calceis
mandatur, vt quando res tulerit etiam
sine calceis egrediantur; vel sacco ami-
cto vel militum sericis, vel sapientum
suis personas effingentes, vt omnia
habitus fiant, sint parati. Porro D.
Xavierus de tribus ordinibus, tres ho-
munitur classes, qui vitæ pela-
gum tranant. Alij vada seculi
volentisque saltim ad talos vs-
us superatis arenarum fugiunt
sicut alij lapidibus constructum
portum & feliciter transcurrunt.
*ut descendit mare in nauibus fa-
ctiones in aquis multis. Neque
sunt aliqua seu vadi semita
vt libere possint vndequaq;
occurrere singulis, vt oportet
potis semita seu vadi, ordi-
tes, pericula inuestigare ac de-
mare tepidos, pusillanimos sus-
in nulla certa habitus seu mu-
nentur viri societatis, vt li-
t & debeant vndequaque
& siue pontem percurrēdo
os fluctus tranando, omni-
i fieri. Sed mihi instat omnium
vnus Beatissimus Xaverius
maximus, qui tanē descendit
nauibus, faciens operationes
multas, nec inuenientur ma-
uis penē immensa sint, quæ
non viderint faciem, non ob-
t sanctitatem, non inuiderint
? Aliquando vnus cum esset
multis nauibus longē distanti-
uit & est conuertatus, factus
omnia omnibus. Ad eum ex-
cedit in procinctu ad subue-
nientibus, vt vel solus nauis
vastissima maris spatia, pro-
leucas, tranauerit. Vestitus
victus, pene immemor
a, vt nulli etiam abiectissimo*

homuncioni se negaret. Hic vitæ An-
gelus? Imò supra Angelorum celsissi-
mos te, è nostræ societatis lumen, con-
te implor absque dubio radiare. Expug-
natus Ionathas Ammonitarum Prin-
cipem Naas. 1. Reg. 14. manibus pedi-
busque reptans ascendebat. Quod ita
expendit. D. Nilus in Ascetico. *Ionathas cum Naas pugnans super quatuor in-
cedens vicit illum. Oportebat enim, vt qui
cum serpente, qui supra pedes graditur,*
*idem enim Naas significat, decertabat, pau-
lis per speciem ipsius assumeret, atque ita
super quatuor incedens, & mox in pro-
prium sese formam erigens eum magna
facilitate superaret.* O quoties Xaverius
vt serpentinos peccatorum mores eli-
minaret, cum reptantibus quasi ipse re-
ptabat, sese effingens ad eam formam,
qua placidus esset, pellices ipsas lauda-
bat, vt sic gratus semel facilius turpitu-
dinum radices euelleret.

Nilus

S. XIII.

*Sapientissimi quique eadem quæ
ipsi sciunt maximo ab alijs
fructu audiunt præci-
puè diuina.*

Primo Christū annuntianti Ange-
lo, statim Angelorum accesserunt
myriades nouis gaudijs gesticantes &
exultantes, nouo modulo in laudes in-
surgunt diuinas. Vbi nota quanto fructu
sapientes ab alijs possunt audire eadē
quæ ipsi de Deo nouerant & præsci-
uerant. Id in presenti acutē animaduertit
Gillibert. serm. 12. in Cant. dum in-
quit. *Natum Pastoribus Angelus nun-
tiat, imò & ipsis Angelis non tantum pas-
toribus videtur Angelus nuntiare. Vnus
predicat, aly applaudunt. Facta est, in-
quit, cum Angelo multitudocælestis exer-
citus laudat & dicent: Gloria in altissi-
mis Deo Vnus annūtiat quod aly æquē no-
rant, & tamen quasi nouum & recens au-
diunt quod illis ignotum esse non poterat.*
*O beata hæc nouitas quæ Angelico gau-
dium præstat auditus & delectat illos ab
alio*

ab alio audire & quasi discere, quod eos ab initio ipsa veritas edocuit! Sane nil fructuosius homini, quam verba salutis ab alio audire, sapiens licet sis, omnia diuina mysteria quantumvis mente cordeque geras, maximam fuges vtilitatem si eadem ab alio audias. Probaticæ piscinæ aquæ salubres erant, in se continebant sanitatem; sed non elucebat earum sanitas, donec exterius ab Angelo reuoluebantur. Silices ignei sunt, intrinsicusque conceptum ignem habent, nunquam tamen splendenti suffunduntur radio, quin ad extrinsecum feriantur. Quod exemplum in rem presentem pulchre adduxit Naz. Car. 2. de Virginitate.

Pietatis nanque sepulta.

In nobis scintilla latet, velut igneus ardor.

Inclusus saxis; ut porro saepe torrendo. Ferrum de rigido solet ignem extundere saxo

Haud aliter pietas latitans, sermone salutis.

Attrita in medium prodit, clareque refulget

Totam Dei sapientiam habet, ignea viuidaque mente gaudeas, recondita mente conserues & euoluas mysteria sacra; si tamen alterius sermone tangaris, o quam fulgurabis! o quam splendesces! o quantas inde capies vtilitates, latus & delectatus audire & ab alijs discere eadem quæ tu ex proprio fonte potaras!

Textus. Et dicentium gloria in altissimis Deo, & in terra, pax hominibus bonæ voluntatis


§. XIII.

Nato Christo Domino præstantissima Deitatis gloria, nempe personarum Trias in altissimis usque modo repressa innotuit & apparuit.

Cum audio gloriam Dei ab Angelis vulgari & celebrari, pro sum-

ma illius laude non me possum continere, quin credam non quamcumque Dei gloriam perhiberi; sed maximam illam, qua remotissimis & celsissimis cælorum penetralibus celestes spiritus patitur, nempe reuelatione arcanissimi mysterij Trinitatis. Quam mentem debeo sapientissimo viro præceptorum meo Patris Michaelis Vazquez quondam Salamanticensis Theologiæ cultori & auctori. Is in concione, quam habuit de Trinitate, tanto mysterio tribuit illuc Pauli. 1 ad Timoth. 3. quod ceteri omnes Expositores tribuunt Deo incarnato. *Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit in mundo, assumptum est in gloria.* Ad canum quid, si mysterium, si quid manifeste magnum & est secretum reconditumque diuinæ Sacramentum; Sacramentum, totum pietate innotuit. Etenim de Trinitatis, dicitur homo est; in super, ut *mirra creatura illud potissimum quod eadem beate Trinitas in uatione diuisit, ut pater condideret, Spiritus sanctus ignitur arcanum adeo magnum, cellis tanta in homines pietatis primo innotuit, cum apparuit. Tunc in Dei & hominis ne eluxit magnum Deificum arcanum, tunc quasi oculum patuit. Vnde pulcherrimus serm. 2. 1. in Cant. Quid iam diuinæ essentia tres esse miras? Plures iam ex integro in natura naturas mirare. Vbi duæ vna verbi persona cernuntur, fit, & perspicua in vna unitas personarum. Ab in Verbi prorsus manifestatum mysterium Trinitatis Sanctificatum est in spiritu, quod adueniente Spiritu eiusdem Sanctitas maxime ennotuit. Angelis prædicatum est & in mundo, nec eos obtutus nouo per casto fulgore perstrinxit, admiratione afficiens huiusmodi.*

Q



Lib. II. Caput Tertium.

oculos peruasit, animaliumque ab ore sanctum quid tuiens; assumptum est in gloria, in genti gloria, coelestia cumu- uit sedilia. Qui gloriae cumulus coelesti- bus accrescens ex magnae Trinitatis per carnem, reuelatione, hodie ab An- gelis summitur pro summa omniu lau- dum, quae de diuinitate possent dici. Etenim tunc maxime laudamus viru, quando praestantissimi sui decoris ac- ceptionem celibritatemque edicim.

sic modo Angeli pro vltima Dei Opt. & Max. laude gloriam illam concinunt, qua in caelorum arcanis praestan- tissimum Deitatis decus effulget, nimi personarum triplicitas.

quis dicit in Deo praestantissi- excellentissimum esse Trini- amentum? Hoc ego a princi- m huius paragraphi distuli, Theologorum fontibus duo- bus Trinitatis gloriae magnitu- dinem. Primus Arcopagita c. 1. Theologia sic inquit. *Tri- substantialis, Deitate ac boni- ac praestantior: Quid in det- tor & ingeniosior Cyrill. r. cap. 6. praescellentissimu- in Deitate sic deducit. ien non esset dignus in Deo, nomen Deus; cur cum disci- tor ad praedicandum mitte- it, ut in nomine Dei baptiza- quasi maiorem diuina natu- s dignitatem, in nomine Pa- & Filij, & Spiritus sancti- ero cum diuinam curiose scru- m vellet: ostende nobis Patre, ostende nobis Deum. Ecce ti- iuini Angeli in Dei natali- m, qua Deus apud omnes innotescit predicant; sed no- iam illam dicunt quae in al- arcanis sedibus perhibetur, quam, ex eo quod est Dei- zeltantius & excellentius, ni- tate naturae personarum. haec est gloria Patris, & Fi- s sancti, quae a verbo incat- tissime sui copiam fecit, helici spiritus hymnis per- resonant exultates quod- num Deitatis decus vs- reconditum iam inde cla-*

reat & innotescat.

S. XV.

*Quod salus homini maxime sit vo-
luntaria Saluatoris aci-
mit potentia.*

AD Secundam Angelici cantus partem accedo, vbi dicitur, *in terra pax hominibus bonae voluntati.* Quali dicant iuxta receptissimam Do- ctorum expositionem. In terra, vbi iurgia, vbi lites, vbi bella, vbi frequens rebellio, iam pax alma nascitur, pax, in- quam, fugenda ab hominibus bonae voluntatis, hoc est voluntarie & aui- de pax & salus ab hominibus capefferur. Hoc vltimum, si non perspicuis ver- bis traditum inuenio; tamen id puto in- telligi ab omnibus ijs, qui bonam volu- tatem ad homines asserunt pertinere: qui plures sunt, vt dixi, & poteris vide- re apud Barradam, Salmerozem, & Cardinalem Toletum. Impulit me in hanc explicationem scopus Angelici cantus, qui quidem gestiebant id lau- dare, quod maxime Saluatoris natu po- tentiam in saluandis hominibus osten- debat. Et quid magis Medici potentiam & industriam commendat, quam quod sciat infirmos deiectosque homines ita persuadere, vt ipsi alacri animo, & magno ex voluntatis affectu amaram sed salutarem potionem ebibant? Hoc sane praestitit Saluator noster, & vel in eo maxime seductor deiecit, quod ille deus suis aliquomodo in volunta- rio homini propinauit venenum; ve- rum Christus Dominus remedium et si austerum, et si naturae infirmae horre- dum, ab hominibus voluntarie omni- no & auidet fecit ebibi. Nolo amplius debere pulcherrima Gliberti verba sermone in Cant. quae sic per tonant. *Si abundabit delictum, superabundabit & gratia, vbi delictum, ibi seductio & falla- cia intercessit, & ideo non ex omni parte voluntarium videtur. In gratia vero ni- hil non ex proposito, nihil non ad libitu.* *Quomodo ergo non efficaciora sunt volu-
taria*

aria bona, quam vel aliqua ex parte co-
acta mala? Et vere efficax gratia & ar-
tificiofa. Magna equidem gratia Sal-
uatoris efficaciam, artificium maximum
quod crux, quod nuditas, quod abie-
ctio, quod mors ab hominibus car-
neis auidè & voluntariè sumatur. Ser-
pens ille etfi callidissimus non adeò ef-
ficax qui posset detecta veritate mali
hominum de triumphare volūtates. Po-
num obiecit, & dolistraxit homines
ad laqueum. Præstantior Saluatoris
gloria, qui ad salutem traxit homines
voluntarios, cui nisi à voluntate auida
profecta vota non placent. Minerua a-
pud Homerum 2. Odif. sic Telemacū
alloquitur. *Tu nūc para Viaticum, vasi-
bus omnia congere necessaria: ego interim
in populo socios voluntarios colligam.* Is
solum decebat triumphus sapientiam
incarnatam, vt sponiè & voluntarie
venientibus exultaret in fratribus. Vt
templum Hierosolymis ædificaretur
prouidit Deus, ne vi & ferro celaren-
tur lapides. Sic Theodoretus in 3. Reg.
quælt. 21. *Ipsium quidem templum ædifi-
cauit ex lapidibus minime caesis securib⁹
cum diuina voluisset prouidentia, vt muc-
nirentur eiusmodi sua sponte nati lapides
adeò, vt ad eos compingendos nullo ferro
opus fuerit.* Hincque iam claruit qui
lapides Christi fundamento erant su-
per ædificandi, nempe illi, qui nulla
vi, nulla coactione, sed prorsus sponta-
neo & volūtario animo in Christi cor-
pus coaptatur. *Quomodo ergo non effica-
tiora sunt voluntaria bona, quam vel ali-
qua ex parte coacta mala? Efficaciora sa-
né debent esse voluntaria: id quod cre-
diderim indicari à Chrysof. hom. de
caconato nuper translata. Vbi sic A-
dām peccatum cum latronis merito
componit. Primum hominem Adamū
non 100 multa peccata; sed ob unam in obe-
dientiam è paradiso eiecit: ita iustitie sta-
tera latroni primum in paradysum ingre-
surum eum promisit, non cum multa qui-
dem confessus est; verum cum unam fidei
confessionem obtulisset. Equidem, quia
unica inobedientia eaque extorta
dolis paradysum homine viduauit; sic
iustitia protulit; vt vnica voluntaria
confessio hominem Deo in paradiso
sociaret, vt clareat quam efficaciora*

sint volūtaria bona ipsis malis. Quod
inde magis por derabis, quia ad deij-
ciendum hominem à paradiso, pecca-
uit Eua, peccauit Adamus; verum ad
hominem paradiso ditandum sola v-
nius latronis & vnica confessio con-
flatur.


J. XV I.

Voluntarij homines ad Dei obse-
quium sunt viri è Societa-
te Iesu.

Hoc omnibus fidelibus cogitandum
est. Hæc bonum, crediderim, i-
deò Societate Iesu viri sunt, maxi-
mè ad regulare. & quos socios sibi le-
get; nisi socios voluntarios? Hæc
tam longæuum tyrocini-
citate, vt socij nouerj ve-
biennium sui experimen-
tari. Huc tendunt simplicia v-
cultate Apostolica, resc-
ri queant, si promptus, spōi
luntarius obsequendi an-
sit. Primo Macbabæor. lib.
res Hierosolymitanæ in noi-
cie. Vni Machabæi viriliter re-
aduersarijs. Tunc, ait textus, *est
ad eos Synagoga Assideorum
voluntarius in lege, & facti sunt
firmamentum.* Sic periclitant-
acriter ab hæreticis vndique
nata congregata est hæc è vir-
tatis Iesu amica phalanx, om-
tarius in lege, quorum qui lit-
tariè & auidè in præstando
desudat, & facti sunt Eccl. Ex
bus ad firmamentum. Et itur
quantum roboris quantum, sect-
accipiat Ecclesia contra hæ-
tis socijs adeò voluntarijs?
te vnum Chrysof. hom. 13.
Matth. qui sic & virum vol-
& filios Societatis Iesu ele-
signat, *Id ipsum est voluntarius
populus, & esse gentem desiderat-
enim voluntarius est Deo, & de-
tarie sacrificabo tibi, ipse est des-
Et usque nunc qui desiderabit*

Theodor.

Chryf.



Lib. II. Caput Tertium

voluntarij Deo, illi sunt Zelabiles, & ir-
ritant ad iruidiam sui tenebrarum vi-
ras. Quid vris Societatis Iesu peculia-
ria? Quid proprius? Hi simul omnes
deiderio sui afficiunt, à cunctis expe-
tuntur ciuitatibus, & simul vulgo ma-
ledictis peruntur. Diceret prope esse
ad miraculum & gentem simul exo-
sam esse, & maxime amatam, com-
muniter spui, & expen, æstimari &
corrodi. Sed est miraculum hominis
& in lege Dei spontanei, hominis vo-
luntarij.

Textus. Et factum est, vt dis-
cerunt ab eis Angeli in cœ-
pastores loquebantur ad
in transeamus vsq. Beth
videamus hoc Verbum
factum est, quod Do-
mus ostendit nobis.

enerunt festi-
nantes.

§ XVII.

in fidei robur maximum eo
seleto loco illo, & ouibus
int Bethlehẽ. Vbide B.
anc. Xauiero illu-
stria.

num sanè fuit fidei argumẽ
deseri a pastoribus locum,
vigilijs oues custodiebãt
quos fulgores, Angelorum vo-
ces excepẽt. Nescio, an
quod Petrus in Thabor
fuit, & egrè duellebatur à lo-
s. enim: *Domine, bonum est nos
scimus tria tabernacula.* De
pter D. Basil. serm. de transfig.
etiam si hæc viderit, nondum
t cuius esset ratio obstupescit
sine miraculorum. Nam pro
uli desiderium, omnium obliuiscit

citur, & loco alligatur superatus à nimio
gaudio: factam est, inquit, hic tria taberna-
cula. Expendo illud, & loco alligatur
superatus à nimio gaudio. Etenim im-
perfectè adhuc, non plene edoctè co-
ruscantis gloriolæ speciem miratus
præ gaudio hæret, illo cupiens alligari
loco. Robustiores infide exuerunt pa-
stres, quos nec gaudium magnam,
nec fulgentia Angelorum lumina, nec
resonans melodia, nec oues, nec ap-
tus pascuæ locus valuit alligare, quo-
mirus relictis omnibus, ac paruulum
recens natum euolarent. O quam cito
pastorum in pectore amoris coaruit
cificata extrinsecus illos circumfulsit
lux, verum intine vis amoris per va-
sit & omnium obliuiscit in altiora coe-
git conamina. *Sancta quædam, ait Gill-
bertus, semper eget amor auaritie: sem-
per ad secretiora exæstuat, & quæ tenet
non reputans, volubile se raptat in ante-
riora rotatu, & vitilis instar rotæ spi-
rituali leuitate ad superiora toto conatu
attolitur, de terra vix paululum aliquid
attingens.* Sic isti recentes Dei amatij
Angelorum hausta lætitia, sancta inde
correpti auaritia maioribus inhiant
gaudijs, nihilque pollicere reputantes
volubili rotatu ferebantur, & veluti vi-
tales rotæ vix terrena pertingentes lo-
ca, in Dei nau cubile, quo grauebatur
spiritus, ferebantur.

Hæc mihi cogitanti B. Francisci Xa-
uerij siue in Deum amor siue premis-
tas in proximos iuuandis accidit admi-
raculum. Et quidem cū fulgentis Chri-
sti Domini ex conspecta Petrum gau-
dio superatum, loco alligari video &
pastores laudo, quod nullo gaudio alligatur,
quominus Christum Bethleem
degentem adeant. Adhuc Xaue-
rium, qui madidus diuinis gaudijs, vsq;
(si fas est dici) ad facietatem totam pe-
ne orbem proximorum caua pera-
grat. Is est qui contemolatioi decu-
ditus, eo diuinæ gratiæ impetu rigaba-
tur, cuius impotens clamabat: *scilicet
Domine, scilicet est. Et memo hoc dnkedi-
num impetibus salo dixit ne aliquando
bonum est nos hic esse? sub hoc taber-
naculo, hoc in nidulo moriamur inu-
do, & Deo viuamus? Inno à nimio
gaudio superatus nullo alligatur loco,
sed*

Scr. 2 n
Cant.

sed immensa dimensus maria barbari-
mas nationes iulians illustravit.
Vnius miscelli nauæ confensionem spe-
rans bis quingenas tumētis maris Leu-
cas tranat. Italiam, Lusitaniam, Indiā,
Iapponiam, Chinan sepē repetit, & cū
pedes deficerent, equorum caudis reli-
gatus raptatur. Ecce D. Amb. Episto.
60. de sancto Viro Acholio hæc fatus.
*Vidi fat cor virum, vidi illum esse in cor-
pore ut extra corpus putarem Vidi imagi-
nem illius, qui se siue extra corpus siue in
corpore nesciens raptum ad paradysum vi-
derit. Ita enim percurrebat omnia ex-
cursu frequenti Constantinopolim, Acha-
iam, Epirum, Italiam, ut iuniores eum
non possent consequi. Cedebant fortiores
corpore, quia eum sine impedimento esse cor-
poris nouerant, ut eo tantum pro velami-
ne uteretur, non pro officio, certè ad ser-
uitium; non ad subsidium Tolle Constā-
tinopolim, Achaiam, Epirum, pone
Romam, Vasilipponem, Goam, Mala-
ciam, Iapponiam, Chinam, & sub eis-
dem verbis B. Xauerius erit effigiatus.
Etenim ea facilitate & pernecitate ex-
currebat omnia excursu frequenti,
ut posset addubitari, an corpore, siue
extra corpus; & verè sine impedimen-
to corporis erat, qui eo pro velamine
uteretur, nō pro officio, ad seruitium;
non ad subsidium. Vide modò quam
imperfectus Petrus in Thabor; quam
perfectus Xauerius in transcursibus:
ille Christ. feræ claritatis contempla-
tione hæret, & loco alligatur; hic sum-
mi Dei contemplatione captus, quo
è partu non soluit, ut maria, ut terra-
rum occulta peragraret? Ille sibi nes-
ciens consulebat; hic sapientissimè
Deum amabat. Hunc respicere vide-
tur Gilbert term. 2. in Cant dum pon-
derans illud in lectulo per noctes quasi-
us: ita fatur. Non illum mordaces cura
circumvolant inquietudinum non exas-
perant iniuria; sed totum lectulus, &
nix, totum pax, & quies, & latebra
(hæcine est Xauerij contemplatio?)
Nunquid satis est? Fortassis satis, sed labo-
ranti, non satis amanti. Dulcis enim labo-
ranti somnus. Amantis anxietas illum
dormire vetat, sonolentiam excutit, vigi-
lias inducit Amor de quiete inquietior
redditur. O magna vis amoris Xauerij*

Gilib.

animum depascens! Quid Xauerio in
oratione magis quietum? Quid in
salute animarum procuranda magis
inquietum? In oratione totum lectu-
lus, totum pax, totum quies, totum
dulcedo, totum gaudū, Petrus id si-
bi satis putaret, ibi hæreret, mibi relin-
tus tentorium figeret, & tabernaculū.
Id satis laboranti, non satis amanti, nō
satis Xauerio, qui de quiete illa inque-
tior, & totus in quærendis dilectis ani-
mis versabatur. Quæ tenebat reputas
sancta auaritia, volubili se raptat sem-
per in alia rotatu, & instar vitalis rotæ
de terravix paululum attingēs ad super-
iora toto se protendebat conatu.

S. XVIII.

Pastores hi vulgus Iudæorum
nobile gratis, & acceptis
reddiderunt Deo.

Hoc valde mirandum est
illit, quod Ioann. c. 7. in
de Christo Dño Iudæi, nimit
quid ex principibus aliquis cr
eum, aut ex Pharisæis? Et quid
le cæcus homuncio aiebat Io
In hoc mirabile est, quia vos nesci-
sit, & aperuit oculos meos. Quæ
hoc valde mirandum, quod
vobis Principibus, me, & igno-
turbam miscellos quotque ho-
nes miris beneficijs cumulet.
à Iudæis turbas trahebat Iesus
b^o Dynastas, & Principes iuxta
Ambulabunt gentes in lumine
Reges in splendore ortus tui. Ex
plebeculi, ex gentibus Centurij
Duces, Proconsules, Reges secti-
tur Christum. Quæ huius rei
lam insinuat Tertull. lib. de
hæc de Magis Christum ad
edicens. Primi stellarum in
natam Christum annuntiauerunt
mi munerauerunt. Hoc nomine
opinor, sibi obligauerunt. Quid
Iudæis ignobiles pastores, ex
Reges primi assiterunt in
Christi Domini: primi ad

Ad
quid
Nauæ.
attus
procel
Ad fil
Cant.
Phil.

Lib. II. Caput Tertium

membra infantilia, & inde Deus man-
 sit deuotus, & procliuſ in nobiliſſi-
 mos Gentilium, in Iudæorum vulgus.
 O fœlices vos, qui primi ad Deum ad-
 volatis, hoc quidem nomine illum
 maxime obligatis, ac tẽ obſtringitis.
 Huc referebat Guarricus Abbas illud
 Matth. 11. *Regnum cœlorum vim pati-*
tur. Plene, inquit, vim facit, qui intonate
tuba præcepti nescit parere ſibi Qui pri-
 mam ad præcepti vocem, qui primo
 clãgore buccinæ primi aſurgũt Deo
 obſecuturi, hi obligant, obſtringunt
 Deũ, vim inferũt. Hac aliquãdo efflo-
 rebat virtute Iudaica nobilitas, de qua
 ier. 11. *Si ſemel clanguerit, veniẽt*
te Principes, & capita multitudinis

ſerm.
m.

Quæ verba expendẽs Proco-
 Vni tubæ ſonitu conuocabantur
 es acutiũs cernẽtes, & citius obe-
 At verò plebs conuocabatur ad
 culum Domini ſapientis à Moſe
 clangore. Vtinam ab hac piõ-
 tentia, non excidissent Iſrae-
 lites in recipiendo Chriſto,
 tres illis extiterunt paſtores,
 o intonante pueri crepitãcil
 tradoratur, & inde ſibi, &
 Iudæorum plebi Deum obli-
 obſtringunt. Hinc etiam elu-
 qua Chriſtus Dominus poſt
 tionem in ſauiffimos pecca-
 it procliuſ, Paulum lupum
 n elegit, Clementem à ſchola
 Magi eduxit poſt Petrum in
 um culmen. Quas peccato-
 riones meruit ille peccator, &
 qui primus Chriſto crucifixo ac-
 tiam deprecaturus. De illa
 ſas Guarricus. *Iſte eſt, qui ve-*
id alter Princeps latronum, pio-
ductor prædonum victorioſum
exercitum publicanorum, & pec-
per illam laudabilem violen-
religioſam poſt ſe induxit in
cœlorum. Ecce tibi quã
igetur Deus ab ijs, qui
primi propriæ iuſti-
ant ſaluti.

Teſt. Et inuenerunt Mariam,
 & Ioseph, & infantem poſi-
 tum in præſepio. Videntes au-
 tem cognouerunt de ver-
 bo, quod dictum erat
 illis de puero
 hoc, &c.

J. XIX.

*Deus facile inuenitur ab ijs, qui
 operi incumbunt, dum alij
 ſomno, & voluptati
 indulgent.*

A Beuntes Bethlehem paſtores om-
 nia ſibi iuxta Angeli prædicho-
 nem occurrentia mirari ſunt, puerum
 que inueniunt in præſepio mediam in-
 ter Mariam, & Ioseph. Sanè theaurũ,
 non cubantibus cuſtoditum Draconi-
 bus; ſed florenti ſanctiſſimorum parẽ-
 tum liho circumſeptum. Ruſtici in ſœ-
 no iacentem recognoſcunt agnum il-
 lum, qui paſcitur inter lilia. Sed cur nõ
 inuenerint Dominum ſerui vigiles? &
 illi ſerui, qui dum cuncti ſomno ſepul-
 ti oſcitant, & languent, illi paſcendis
 gregibus dant operam? Fœlix illa mu-
 lier Samaritana dum hora ſexta per-
 git ad fontem, gratiarum omnium ma-
 re Chriſtum inuenit, & vnde inuenit?
 an quia hora ſexta aquam hauriebat? *Ioan. 4.*
 Quid magnum hoc? D. Chriſt. hom.
 de Samaritana nuper latinis data. *Chriſ.*
hora ſexta quo tempore quieti à labore va-
cabant omnes, tunc illa hydriam arripieſ
aquam aduehebat Nouerat ergo Domi-
nus, quam horã ceteri captandẽ quieti da-
bant, illã ſolere iſtam aduehende aquæ
vacare, propterea ſexta hora Dominus
abyt. Propterea inter omnes hi paſto-
 res Chriſtum Dominum inuenerant,
 quia cum dormiebant ceteri, ipſi vi-
 giliis agebant, propterea Samaritana
 ſcaturientem vitæ fontem offendi-
 qua quando ceteri ocio, & epulis in-
 dulgebant, ipſa ſeruilibus adhuc offi-
 tijs

Sibi noctes adlugendum prescribis, quod quidem tempus communi laborantium quieti datum est.

Luc. 7.

tus insudabat. Sed omnibus his præstator Magdarena, & ipsa Christum sibi Pharisæis præripuit, & cur præripuit Sane dum Pharisæus dapiferis accumulatis mensis, dum captanda populorum voluntati studet, omni alia debiti obsequii cura feriat, ipsa tibi oblitus, potus immemor, tota in Dei seruitium effunditur. Hinc pulchrè D. Paulinus Epist. 4 Pharisæi calum, & peccatrici gloriam expendit in hæc verba. Quo

Paulin.

te miser Iudæe sacellabisti In domo tua te peccatrix nostra præuenit, ingressa in labores tuos. Tu enim epulabaris, ut superbires, illa ieiunabat, ut seruiret. Ecce tibi dum alij epulis incumbunt, & quieti, peccatrix mulier immemor quietis, & cibi vnum hoc agit, ut seruiat, ut suum obsequium præstet Deo: quid mirum, si inueniat, si cæteris omnibus sibi præcipiat Christum? Genes. 18. dicitur Abraham stetit in ostio tabernaculi sui, ipso seruire diei, nempe in meridie. Cumque aperuisset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum.

Gen. 18.

Amb.]

Ad hæc D. Amb. lib. 1. c. 3. ait. Ante ostium sedebat Abraham, sciebat meridiem. Quando alij requiescebant, iste hospitium explorabat aduentum. Merito illi Deus apparuit. Sic qui dum alij quiete soluentur, ipsi adhuc laborant, dum alij dormiunt, ipsi in vigilantiis, sperent sibi obuiandum Christum, qui eorum muneret labores, & curas. Rem finiat D. Chrysofost. observatio in Anna Samus

Reg. 1.

his matre, de qua dicitur. 1. Reg. 1. Surrexit Anna postquam illi comederant, & biberant in Silo, constitit in conspectu Domini Nimirum illa sterilitatis ignominia grauis eò spectabat, ut tantum à se malum depelleret, inter prandium ad hæc suspirabat, & à mensa ad Dominum oratura euolat. Vnde Chris.

Chrysof.

Quod omnes faciant tempus relaxationis; illa fecit tempus deprecationis: post conuiuium accurrens ad supplicationem, ac post epulas adeò intentè orauit, ut donum acciperet supra naturam solueretque sterilitatem. Sic Deum obligant, qui quando alij otio vacant, suæ incumbunt acquirendæ salutis. Vnde Dabid ait. Ps. 6. Lauabo per singulas noctes, lectum meum. De quo Nissenus orat ad eos, qui durius alios iudicant, fatur.

C A P V T III.

De pueri diuini Circumcisione.

Instabat iam dies octauus à Natiuitate, quo puer iuxta legem Moyse circumcidendus erat, & licet, nec legis obligatione, nec alia necessitate pueri diuini subeunda circumcisio, ut duram emolliret legem, præcipit circumcisionem. Circumciditur ergo puer, siue à matre Virgine, siue à Iosaph, siue ab alio quopiano, & qui pro mundi pretio etiam crucifigendus in cruce, modo sanguine redemptionis exhibetur.

Text. Postquam cecideret dies octo, ut cecideretur puer.

Luc. 2.

S. I.

Sanguis Deificus occisimur, ne insalvandis nobis primas cedat alicui.

Optimè nouerat Isaias Dei curas, quando cap. 48. ait. *Accelera festina. Et festinè festinabat sanguine dimere: hoc erat illi in opere ardebat desiderio, eò illius gebat aculeo, ut quam funderetur, ut nulli cederet. Hinc merito sanguis diuinus primus omnium in salutem, nam profuissse notatur à Spiritu Sancto. Qui de operibus Spiritus Sancti*

O 4



Lib. II. Caput Quartum.

cap. II. Dum illud Epist. Ioann. 1. per'e-
git, nimirum tres sunt, qui testimoniu
dāt in terra, spiritus, aqua, & sanguis, sic
ipse nōcitur. *Hic quidē ait tres sunt
qui testimonium dant in terra spiritus,
aqua; & sanguis. At in Euāgelio post emis-
sionem spiritus, non dictum est exiit a-
qua; & sanguis; sed exiit sanguis, &
aqua.* In Euāgelio ubi Euāgelista te-
stimonium veritati perhibebat circū-
stantias, & ordinem rerū explanans
notanter dixit, quod exiit sanguis,
& aqua, non aqua prius, ne sanguini
pignitū notam impingeret; sed vix
actū pro homine soluēdi sagulus
epit aperiri, & continuō omnium
aus sanguis exiit. Enim verō in
edendo sanguine, ceteri omnes
t primas Christo. Eleganter
Alex primo Pedag. c. 9. con-
cum. & Christum, viābram
figuram, & veritatem. Am-
parentis vnicum pignus, am-
candi montem scandunt,
ant humeris sacrificij lig-
tio iam superponuntur am-
tra? *Solammodo, ait; iure
Ius est, qui primas passionis
esserit.* Nēc solūm Isaac
i sanguini diuino; sed, &
Ies, vt Clementi subcri-
Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioan.
taquit, nō ignorent *Moyse
m partes concessisse.* Moyse
ille aded suorum amator,
us afflicus, vt dicatur a Pau-
improperum Christi, qua
similis quam idem appa-
Christo. Is tamen celsit
nas, vt pulchrē Bernar. insi-
inquit, *Moyse quidem in
a qua, & nomen accepit, vt
aretur: manifestē autem plus
Ies Christus, vt potē qui non
aqua tantum; sed in sanguine.*
Ies prima limina vitæ in-
is arauit, super aquas fere-
na in cymba. Veram puer
anguine incepit viuere: cū
nyca vitæ aqua rigabatur,
lli vitæ sanguine immacu-
nspergūtur. Illum aqua in-
filię vlnas effudit, huius san-
guino matris vniuersos iam

homines perfudit. Hanc citissimā, &
cellerrimam sanguinis effusionem, vt
prestaret Christus semen Abrahamæ præ
alijs, crediderim, apprehendisse.

Cuius rei zelotypia ir flammatus
Imperator Apollata nō ferebat, quod
Deus diceretur Abrahamides. *Quare
inquit, non magis gentibus misit eum Sal-
uatorem, & Redemptorem; concessit au-
tem Israel secundum carnem?* Illi Do-
ctor gentium satisfecerat, dū ad Rom.
15. sic loquitur *Dico enim Christum mi-
nistrum fuisse circumcisionis.* Notan-
ter enim dixit venisse Christum ad po-
pulum non Israelis nec Hebræorum,
sed circumcisionis, quali circumcisio
fuisset ratio; ob quam Deus Abraha-
mides sumptit. Cum Pauli mēte ac-
cedat modō optimus Apollata: ex-
pugnator D. Cyrill. Alex. lib. 3. prope
finē. Vbi ex Osea reddens rationem, Cyril.

cur genus Abrahamæ præ alijs Deus elegerit, vt homo fieret, hæc inquit. *Tale quidam per unum sanctorum Prophetarū dixit, quasi botrum in deserto inuenit Israel & quasi futurum in ficu præcoxiem & idi* Osea
Patres eorum. In ficibus autem dulcissimam, quod præ alijs maturescit, hoc est, præcox & præcurrēns. Vnde vt dixi quasi præcox fructus in ficu diuinus Abrahamæ decerpebatur. Sane genus Abrahamidū præ alijs nationibus fructum matura-
bat, præcurrēns ætatis moras à primis
incunabulis per sanguinis effusionem
Deo fructificabat. Ideo Deus hominē
per sanguinem redempturus sese Abra-
hamo ingessit, vt præcox vt præcurrēs
sanguinis effusio citissimam solutionē
pararet. Si e gentibus parentes delegif-
set; morosus esset in exhibitione sui
sanguinis, virilem primō attigisset æta-
tem, quā dandi sanguinem se offer-
ret occasio. Ideo, relicus gentibus, ele-
git Israelē, quo nasceretur, vt
cū cūcideretur puer, vt quā in
occissimē in mereme
dium profliret san-
guis.

§. II.

Eo ardebat Dominus desiderio effundendi sanguinem, ut in se vulnerando gladius praeveniret illum.

Estinus satis praecurrit circumcisionis gladius, ut puerum percuteret recens natus; sed festinus ipse puer occiduanum vulnus non expectavit; sed a primo sui ortus momento amore vulneratus praecurrit, ut postea lancea, clavi, circumcisionis gladius non tam vulnerarent, quam aperirent vulnera iam facta. Sane clavi & lancea de novo ruperunt salvatoris carnem; sed vulnera haec licet vocare apertiones, siue ostensiones vulneris ab amore facti. Ecce tibi quid dicat Paul. ad Hebr. c. 10. *Ideo ingrediens mundum dicit hostiam & oblationem noluisse. corpus autem aptasti mihi.* Cum primum verbum divinum induit humanam carnem, vetera sacrificia omnia Patri exosa notavit, pecudum spirantes fibras fastidio esse, agnorum sanguinem abominabilem animadvertit. Vnde intra se aliud sacrificium excogitavit, alium sanguinem, alia vulnera, quae Deum placarent meditando sese in id aptum natum gratulatur. Ait enim corpus autem aptasti mihi, siue ut ex Hebraeis D. Cyril. Alex & Arnobius *corpus confodisti, perforasti mihi,* quasi se iam ex tunc confossum, manus, pedesque perforatum sacrauerit.

Sed age quando confossum, quando perforat manibus Dominus apparuit. Ingressus mundum, nimirum, ut placet viris doctis in primo assumptae carnis instanti. Itaque etiam lancea, & si circumcisionis gladius occisime currerent, ut vulnera iningerent Dominicae carni; occisor praecurrit amor, deditque cultro non infligenda vulnera; sed aperienda tantum. Huc spectat Zachar. cap. 3. cuius ab ore loquens divinus Pater de lapide angulari Christo sic fatur. *Face ego calabo sculpturam eius, & quo instrumento calabit? S. Hier:*

Rup. aiunt, lapidem istum clavus crucis, & lancea militis faciam vulnerari. Haec calatur e viventis lapidis calatur e, inquam, lancea, clavis, cultro comparanda. Sed pulchrius originalis pagina ait, *ecce ego aperiam, apertionem eius,* ut innuat, quod lancea, quod clavis, quod culter non novas inferent plagas, sed apertionem aperient, effossum iam & perforatum amore pandet. Morosior culter quam Christiferus mei amor, praecurrit hic & effossum Dei carne pergitantem reddit cultrum occiduanum. Quando quidem cum infirmus vehementer lateris dolore angitur, a sapiente Medico illius venae cum primo punctur, nec curantur, ut citius pulsata cum res tulerit, aperta solus primo sanguis effundant languorem. Sic Christus assumpta humana in firmo stabatur, sic effluentis amoris flagrabatur, ut cum primo heresit scissuris confoderit adeo cedens lancea, clavis, culter percuterent; sed inflicta rident, ut esseret sanguis. nat. cap. 3. de vite fatur. *perforaverunt Iudaei non solus pedes, & latus quoque, & cordis intima furoris lancearunt, quod iam dudum amovrat vulneratum. Vulnerasti, cormeum soror mea sponsus, cormeum. Quid necessarium ab inimicis ultra vulneratum est, imo quia vulneratum vulnus apponit? Vbi in Christi corde coaluit; quae extrinsecus veniant vulneraverunt, non prima, nulli accessore quod non inveniunt primis vulneribus transfossum cupatum.*

Hinc notanter Evangelista transfosso Christi pectore aqueretur, ait miles *lancea latus.* Ad haec Aug. *vigilanti est, ut non diceret, latus eius perforavit, sed aperuit.* Et enarra accessit lancea, ut vulnus latus est, si inflatum ab amore stravit. Id quod eleganti edocuit Chrysostomus in Psalmo *lancea tanquam clavis in ar-*



Lib. II. Caput Quartum.

dedisti pretium ex paterno thesauro. Quasi diceret, quod lancea non lancee munus peregerit confodiendo, vulnerando; sed potius munus adimpleuit clavis, dum per foramen factum in iecta non rupit, sed aperuit coelstem thesaurum, ut pretium mercedis diuinitatis dimanaret.

Accipite modo quam apte Metaphrasles dixerit verba alioquin obscura de Dominica circumcitione. *Circūciditur*, inquit, *puer ex lege, quā tulerat, ut veteris circumcitionis euelleret anticipationem.* Expendo illud. *circūcidit, euelleret anticipationem.* Enim verò tunc cumque culter percurreret, tunc cumque vulnus maturaret, ut diuinus amor in vulnerando omnem celeritatem & anti-

em superauit, obscurauit. Vnde haec aurea infert. Vide quam mirandos dolores festinauit, sanguinem effundere, circum nobis die natiuitatis suae octauam diem à natiuitate habet, ut suum tibi impendere cepiat, tu post non dico octo sed octoginta menses, inò Christus solam non rependis voluisti.

S. III.

Christus Dominus circumciditur, ut regiam fidelium ostendat originem à Cruce.

Princeps obloquatur Valentegans, Christum è terra corce, sed è celo, ideo terreni genera circumcitionem pueri. Modò D. Epiphanyo maxime sinuatur Cant. 2. *Surgit pro te veni, hiems transit, imbrēs apparuerunt in terra natiuitatis aduenit, non tursit in terra nostra.* Enimve legis frigore, imbribusque in templo, flos Christus è floruit; iam vitis illa à cęptra virginica in terra desolata

floridas prolatura corollas erupit, culterque circumcitionis exposita tempus putationis impleuit. Iam plorat putata vitis, & vox illius gemebunda exauditur in terra nostra.

Id in hoc loco notatum velim, quòd pene vno in verbulo bis repetatur illud *in terra nostra*, flores apparuerunt in terra nostra, & post putationem post vulneris genus, statim subditur *rursum in terra nostra.* Hoc vnū percaluit Bern. acumen serm. 59. in Cant. Vbi sic. *Aduerte quanta suauitatis sit Deum dicere in terra nostra. Quisq; terrigena, & filij hominum audite magnificauit Dominus nobiscum, multum illi cum terra nostra. Quid mirar: Hoc ipse factus est tanquam vnus, è nobis: minus dixit tanquam vnus, parum est esse parem hominibus, homo est, inde terram nostram vendidit sibi: sed quasi patriam non quasi possessionem. Quid dulcius? Quid nobis felicius? Vitis diuina cum putatur, cum pudica Christi caro circumciditur, tunc iam terram nostram clamat non quasi possessionem, sed quasi patriam tegens Dominum; & se manifestans vicinam.*

S. III.

Christus Dominus circumciditur, ut regiam fidelium ostendat originem à Cruce.

Merito Ioannes Apoc 1 Deifico sanguini regum fidelium adiungit, aut cum. *Princeps Regum terre qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnū.* Quid ne aliud sanguis Deifico potuit pretendere suis, quam purpuram? quam regnum? Iam non coma capitis sponsi; sed etiam sanguis guttæ purpura Regum sunt. Natus olim fuit vitulus purpurascens maculis distinctus, qui, ut meminit Vopiscus, Imperij ornach Aureliano detulit. Ecce modo natus puer Christus, vitulus nouellus, vitulus saginatus, cuius & saginabimur carnibus, qui primo natiuitatis ortu iā purpureis illustris maculis rubet Imperium nobis protendens felicissimum


Deus Abrahæ, ait S. Theodorus, ad hoc Orat. in quod egrederentur Reges ex lumbis eius, Ioã. Bap signum circumcissionis inuit. Circumcisionis signum accepit Christus, ut Regales fidelium purpuras intingeret, ut a sanguine & cruce, Regia diademata prælagiret. Hinc Isaias Regni inaugurationem, quam ab incunabulis accepit Christus, circumcissionis excruciationi attribuens sic est loquutus. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius Imperium sepe humerum eius. Ecce Imperium, sub quo gemebundus recens natus inducitur puerulus diuinus: is sane octiduanus circumcisus Imperium suum a sanguine præterdit & cruce. Quam Isaiæ explicationem debet Bern. qui serm. de Vit. c. 36. primam sanguinis Dei effusionem in circumcissione dum expendit, sic ad hoc cum Isaiæ dicit. Crucem, quam Imperij nomine significauit, natiuitati statim adiungit, qui profecto à natiuitatis exordio (dum circumciditur) passio crucis exorsa est O quanta charitas. Vix natus est Iesus, & ecce recenti ortu crucis ignominia, crucis dolor copulatur; sed redemit miseriam crucis, Imperij nomen verum Madet equidem sanguine pueruli fasciæ; sed inde inceptit diuinus artifex fidelium ordini purpuras. Quid tristiùs quam fasciniæ sanguineæ? Quid durius quam quod tenellus excrucietur infans? Sed non aliter potuisset nobis præbere Regni auspiciũ; infantilia mēbra circumcissionis acies pungit, excruciat; sed dolorem redimunt inde tingendæ purpuræ, futuri à Cruce Regni clarissimum auguriũ. Hinc maxime commendatur Mariana sapientia, quod immerentem puerum circumcideret: ait enim Cant. 7. Caput tuum ut Carmellus, comæ capitis purpura Regis unctâ canalibus. Carmellus, id est, scientia circumcissionis, ut videri potest apud Delrium, ne ergo in scitiæ tribueretur matri, quod talem circumcideret si ium: id circo, ait Guillelmus, a filio specialiter dicitur caput tuum, ut Carmellus, ac si aperte diceretur. Bene sciebas, o pia mater, aur populo Dei datum esset remedium circumcissionis, & tamen me, quem sine concupiscentia, ac per hoc non in peccatis concepti;

carnali circumcissioni subdisti: neque hoc insipienter faciebas. Et cur caput Virgineum circumcissionis scientia pollebat, dum immerentem filium circumcidit? Vnde hoc caput sapientis? Quid sapientis capitis meditabatur? Quid? Ecce subdit, comæ capitis tui purpura Regis, unctâ canalibus. Sane cogitationes tuæ purpuram meditabantur & regnum; tibi Regiæ propagines in mente erāt, cum filium circumcidis. O merito circumcissionis scientiæ plenum caput Virgineum! Vbi Mariæ cogitationes tincturam purpuream meditatur, ubi de purpura cogitat, ubi de regando filiorum Imperio agit, nil se potius prestare potuit quam filium circumcidere, ut purpurascēt. Dei crucis regias fidelium vestes intingat, Regis Ad que à sanguine & cruce præterdit.

§. V.

Christi Domini sanguine circumcissionem fecerim dum efficacius hanc mortem toleranti impellit:

Data est circumcisio I quam stimulus, quo fam vitam sustinendam adedicarentur homines. Epist. 77. Circumcisionem ut ab ipsis incunabulis insisteret, & pueret unitatis profectionis vel laborum, quorum utrumque tenuisset. Hoc maximum & circumcissionis munus erat meticulosos pudescere, tantum doloris & laborum sanguinis effusionem arduum infantis sanguis est. Ibi Christi Domini manauerunt, quicumque alius agēdos homines hebes ex si inutilis ad Christi sanguinem paratus. Sed iam leui dolore non opus est Christi



Isai. 9.

Ber.

Cant. 7.

Guill.

*quidly
Name
am attus
procel
Ad fil
Cant. 2
Phil.*

*10
100
100*

100.

tem Domini circumferens per momenta
singula fronti proprie mortis contentū
inscribit. Quis enim acu utatur ad præliū
dum cum telis instructus sit validiori-
bus? Vnus sanguis Christiferus sic pusi-
lanimos homines stimulat, sic tepidos
pungit, sic debiles in mortem armat,
vt vel rubē Deifici cruoris gutta visa,
turmatim homines in tyrannorum a-
cies defigendi profiliant. Quid ageret
leuis circumcisionis culter, siue acus, v-
t tot sunt pugentia spicula, quot dei-
fici cruoris guttæ effusæ? Tot in mor-
tem trahentes restes, quod laquei in-
Christo? Tot arietes impellentes
pores, quot frustra lignæ crucis?
tibi qua elegantiā D. Laurentius
an. de triumphali Christi ago-
7 inquit. *Tunc verè aterni Re-*
lum erectum est, cum in Crucis
æus est Christus, atque in mō
elevatus. Tunc ad pugnam
orda fidelium: tunc ad de-
arias potestates atque ip-
am cælum suscensa sunt fi-
s. Quis pugnare refugiat?
Et cum Angelorum Regem
crucis agnouerit pendere
eteri circumcisione diui-
his angi & ignis videris
eculam, humilesque myri-
ad deificum sanguinem
rox Domini confringit al-
sque cedros, nimirum po-
perbos Dynastas & Prin-
hoc? Sane comminuit eis
alum Libani, hoc est ait, Ri-
cto Vict. ad similitudinē
, ad imaginem humilitatis
adidit semetipsum pro nobis
ns Patri usque ad mortem;
m crucis. Vnus hic diuin⁹
istus sanguine manans mō
uperbissima & molissima
hominum corda ad mor-
am impellit, & ad effusio-
is. Vnde egregie Theo-
m expendit illa Christi Do-
apud Ioan. 12. Nunc dicit
ta est & quid dicam? hanc
em facit, qui superius vi-
re, vt parati simus ad mor-
turbatur moriturus, quod
antis ad mortem; sed

uertentis: at si recte consideraueris inue-
nies, quod turbari ipsum adhortatio sit
ad cōtemptum mortis. Non sui dissimilis
Christus, cum mortem tibi animose
subeundam indicit, & cum ipse sub
morte turbatur; Dei enim turbatio,
Dei imbecillitas nobis maximos ad
contemnendam mortem inidit ani-
mos. Id quod pulchre notauit Athan. *Atban.*
de Incarn. Verbi eiusque corp. ad nos
aduent. dum inquit. *Homo naturaliter*
mortem expauescit. Is tamen (quod sum-
mopere admirandum est) ubi indutus est
fidem crucis, res naturales vilipendit, &
mortem non exhorrescit. Circumcidan-
tur ergo Iudæorum infantes, vt dolo-
rum & mortis ediscant tolerantiam; si
delibus enim vnus sufficit Christi san-
guis, nec sic monoceros agitur ruben-
ti pila in certamen, vt commouetur
humanus animus, vel visa puelluli di-
uini effusa gutta sanguinis.

§ VI.

Matutina laborum tolerantia ma-
ximè humanum animum in
mortem armat.

Circumcidatur Christus puer, atro-
citer occidendus vir, nec ad stre-
nuē sub eundā mortē in humanis po-
tuisset edocere remedium efficacius,
quam istā matutinā & præproperam *Steph.*
vulneris tolerantiam. Eleganti verbo
vsus est Stephanus mortem Delborę
allegorice tractans Gen. 35. vt laborū
utilitatem commendaret, ait enim.
Tribulatio carnem pungit, animum vn-
git. Expendo illud: animum vngit. Qui
bis visus est mihi inuisit vnctionem il-
lam, qua fideles inungimur, vt mortis
luctam animose subeamus. Quam in
vnctionem sub hac forma verborum
trahit D. Amb. Vngo te oleo sanctifican-
te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti, vt more militis vncti preparatus
ad certamen aereas possis superare pote-
statis. Inuagimur salutis oleo moribū
di, vt fortiter extremum absoluamus
certamen, ne lethales expaueamus lu-
ctas;

das; sed tenebrosis obsistamus potes a
tibus. Sic matutina tribulatio; sic do-
lor adnatus pungit quidem carnem;
sed animam vngit; aculeus est, sed o-
leum est, quo more militis vincti præ-
paramur ad extremum certamen, vt
aereas possimus superare potestates.

Tren 3.

*Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua: po-
net in puluere os suum, si forte sit spes.*
Inim vero vel ex hoc felicissimus ha-
betur ille qui sub iugo adolescit, quod
ad puluere intrepidus aduolauit. Lucu-
lentius ad huc D. Amb hac verba lati-
nis tradit, nimirum, *dabit in sepultura
fossuram os suum, si forte sit spes patienti-
e,* quasi dicat, vtinam quis sub iugo
sit inuitus, patientiæque & toleran-
tiæ alio educatus, eo ipso alacer intre-
pidus, fortis dabit in sepultura fossuram
os suum, mortem aspernabitur, tene-
brarum potestates inuadet spe ac fi-
de armatus. A vena scissa profluentem
sanguinem ne videant, infirmorum ve-
latur facies; verum qui robustus est, qui
vel sanguinem doctus sudare, qui inter
arma natus, & proscindendæ venæ fa-
ciem præfert & scissuram & sanguinem
gaudet contemplari Sic qui toleran-
tiæ, qui patientiæ à primis studet vngu-
culis, dabit sanè grandis in sepultura
fossuram os suum, funereas tædas, stri-
ctos vibratoque in ceruicem gladios
intrepidus & alacer speculari. Ser.

Amb.

Bern.

1. de Circumcis. dicit D. Bern. *Quid mi
obmutesceret coram circumcidente, qui co-
ram tondente obmutuit, coram crucifigen-
te filius? Imo naturalius dixerim, quid
ni coram tondente; coram crucifigen-
te obmutuit, qui coram circumciden-
te filius? Sanè. quo à circumcidente tri-
bulata infantilis caro eo inuicta, vt stre-
nue subiret postrema certamina;
vt spoliatus principatus, & potesta-
tes traduceret confidenter pa-
lam triumphans illos in se-*

Ad cor 2.

metipso. Ita Paul. ad Col. 2.
(?)

§ VII.

*Dolores circumcisionis Diuino
natali auspicio & quasi
fatum extiterunt.*

Nil humanius, quam natis infantu-
lis ab stellis, & planetarum aspe-
ctibus eorum indagari fortunam. Quibus
etiam diuinum infantem subiectum
male voluit Petrus de Aliaco quæ
30. in Genes. adeo, vt ex astris doctus
Christum Magis adorandum inuolun-
te. Vana hæc sapienti viro, incerta
sapientiæ vanissima, vt recte
qui habet stellam, non habet
nec ipse agitur cursu stellarum
bus stellis natalem Dominum
circumcisionis reddiderunt
mum. Notanter D. Pacia-
nensi ad pœnitentiam de tribu-
latione dixit. *Tribulatio
est diuinorum.* Expende
rum, nimirum prognostica
tillantibus astris notantur
bres, abundantia frugum
bres. Sic dolor, sic tribulatio
reperitorium est, prognostica
uinorum, vt inde clarius, quæ
lis diuina omnia possis hor-
sagire. De captivitate Hebræorum
cienda Moyse prognostica
turus Dominus ostendit ei
mis ardentem diuinis. Vnde
rime D. Gregor. Nil aliud
*tas est, quæ quidem veritas
lucescit, ne a stellis de fluxa
sed è rubo, eaque spirante.* Quæ
verbis vt præferas luce
Theodorætam, & alios
prænotasse populum. In
in tempore afflictum, nihil
dentem nisi spinas, hoc est
dolorum inspicies, tribulatio-
cula. Hinc Nil. quasi
vana auspicia fugillans in
bis variis stellis harum
vnde Deus protendit popu-
tem suo. Non ab illis hic
dacta promittes, sed quæ

Exod. 1.

Niff.

Lib. II. Caput Quintum

Lib. I. de
vit. Mo.

à rubo, eo que spinoso, ab afflictione, a dolore veram solidamque felicitatem indicit. Breuissime, & acutissime, vt à solet Philo Iudæus futuræ felicitatis auspiciū in rubo ardenti concipiens, simulque addubitans quæ vocaretur imago, ait. *Vocemus eam Angelum quando quidem futura pronunciauit, tanto clarius quanto magnificentior erat visio. Significabat porro ardens rubus appressos iniuria Iudæos. Sic Philo Iudæorum afflictionem; & illorum felicissimæ status recuperationem prænuntiauit clarissimè & verissimè ab ardentis rubi figura existimat. Quam ergo felicitatem puerulus hic diuinus sub circumcisionis uespide non insinuat? Sicut stelliferis rutilans radijs, sed sub lumine, non ab ascendenti sydere; sed ex solo à descendenti sanguine hominum felicitates, solem incipit præfagiri. Hinc v. cap. 5. refert illud. *Beati spiritus: eleganter Guarrius in festo omnium Sanctorum agnoscit illud ac nobile quod in testimonium sui, Christus in carne Dei filius protuberans; sed nunc dum notus si docuit.* Expende quod paucis arumnarum tolerantia à decantata, & à filio Dei tanta dicitur & agnoscitur à puerulo, vt nobile prognosticum, ex pueruli præcellentias inuestigat.*

CAPUT V.

Deo circumcisiō nomīne Iesu
D. Circumcisiōne exhibito.

I. Deo circumcisiō imponitur
nomen, quod ab Angelo
datus fuerat, ante quam cōcep-
to. Etenim non aduentio
nisi, imo nec Angelico con-
firmato Trinitatis decreto
Iesus puerulus diuinus.

S. I.

Rigor Mosayca circumcisiōnis emō
luis fuit in nomine
Iesu.

QVI HEBRÆORUM puerulos sudantes sanguine sub circumcisionis cultro conspexisset, probasset equidē illud ab Hieronymo de gente hac decantatum. Nimirum, *accepit præcepta non bona, & iustificaciones pessimas, in quibus non uiueret, sed puniretur. Quid acerbius quam circumcisiō? Quid magis ferreum quam sanguinolenta incubula? Hæc autem vbi à Christo Iesu impleta; cerea facta sunt & suauia. Ac tunc dialogum inter Cyrill, & Pall. lib. de adoratione in spiritu. Vbi sic addubitatur Palladius, circumcisione spirituali allata, & sacrificijs legalibus subuersis, Iudaicoque ritu nullum apud nos locum habente: nonne quodam modo parum verisimile quod Christus dicit non veni, vt destruaui, sed vt impleam? Cui pulchra & eleganti similitudine respondet Cyrill. dicens. *Porro fabri arary statua solidaturi primum obscuram speciem in cera faciunt, deinde illi igne liquefacta res infundunt; & sic opus suum producant, vt nouam speciem & pulchritudinē habeat adiectis ad umbras varis colorum speciebus. Et apparent quidem, dum res ceram liquefacit, aboleri prima lineamina; res autem ipsa non sic habet. Vere enim dicere possunt & faber & pictor, nō destruximus umbras nec omnino inutiles figuras fecimus; sed impleuimus potius. Finge tibi modo iuxta Cyrill. durissimam illam legem quasi ceram affabre elaboratā Christi feræ humanitatis siue æri, siue electro candenti adiunctam, cur non mollescat? Cur non lique fiat? Et quidem rigor ille legalis, etsi durus, etsi ferreus, et si adamantinus vt obiectus est candenti Iesu electro, cereus apparuit, & ipsa cera molior & delibutior. Electrum auro & argento conflat, Iesu nomē aurum est, argentum est, electrum est omnis**

Epist. 9.
ad Salua-
nam.

Ciryll.

Chrysof. omnis artis pretiosissimū. Sic D. Chry-
sost. in Actis loquentem D. Petrum in-
ducit. *Mibi Christus in suo nomine au-
rū & argētū reliquit suū.* Huic ergo ele-
ctro dinini nominis durities legalis adiū-
cta, cerea facta est, & in suauitatē abiuit.

Rursus, vt hunc legalem rigorē mol-
lescentem a Iesu nostro sponsa ostē-
deret, crediderim dixisse illud Cant. 1.

Cant. 1. oleum effusum nomen tuum. Vbi enim
accessit Iesu nomen rigida circumci-
sioni, effecit, quod oleum vbi accedit
rebus duris; cedit durities oleo, illoque
delibuta paulatim emollescit, sic lega-
lis circumcisionis durities vbi Iesu no-
minis persensit vires, vbi huius saluife-
ri olei exceptit mensuram, tota se in sua-
uitatem diffudit. Id quod pulchrē ani-
maduertit D. Greg. PP. in 1. Reg. c. 16.

1. Reg. 16
Greg. vbi iubetur Eliazus pleno cornu olei
conuenire Saulem. *Sed quid, ait, est quod
implere cornu oleo iubetur? Quid nam fuit
austeritas legis; nisi cornu acuitas? quasi e-
nim cornu percussit, dum peccata non per
misericordiam indulgit; sed poenam insti-
gendo vindicauit. Cornu ergo oleo imple-
tur, quia talis Rex ungitur qui peccata
bonitatem per misericordiam dimittat; nō
per legis austeritatem puniat.* Nunquā
legale cornu magis acutum, magis du-
rum inuenitur, quam cum inter alios in-
fantes diuini sanguinis effusionem susti-
nuit. Ibi durissima lex sese proclit, ibi
cornu acuitas apparuit: sed ibi cornu
accepto oleo nominis Iesu emollesce-
re incipit, quia Rex ungitur, qui mise-
ricordiae habendae maximē incumbat.

Ecce tibi diuinum Iesu nomen &
electrum & oliiferum circumciso. Do-
nino inditum quid efficiat: quia electri-
num est, durissimam legem, cereā ima-
guem reddit, & totam liquefactam
diluit. Quia oleum est, duro & praecu-
to legis cornu suffusum rigorem tollit,
suauitatem inducit, totumque in mise-
ricordiam emollescit iudicium. Quā-
doque tres praestantissimi viri Abraha-
mā conuenere, quos ille animo libenter
cipiens vni illorū adorauit. Hinc Sodo-
ma vertus ex illis duo abiit, sed cur ter-
tius adorat etiam Sodomam nō iuit?
Amb. Vbi gratia largienda est Chris-
tus adest; vbi seueritas exercenda est, soli
ad sunt ministri, deest Iesus. Totus Iesus

suauitas, totum oleum, quod etiam me-
dio fundatur in cornu, hoc est, si seueri-
tati, si stricto iudicio Iesus adit, in sua-
uitatem & misericordiam conuertet
ipsum iudicium.

S. II.

*Medio circumcisionis sanguine
maxime Iesu nomen clatura
emittit.*

Quot pulchritudines meditati-
onibus humana, vt nomen olei
aeternitatem & pulchritudinem
scribat. Quot creta marmores, quae
nomen in seculant? Quot conu-
erza, margaritae, lapides pretio-
si fulgores, quibus circumci-
sionem effulgeat? Praestantissimus
artifex diuinus, qui, vt creati-
onem euinceret, Iesu nomi-
ni sanguine, gementique sub-
ho imponi iussit. Nouit
apud veteres in effabile De-
re laminae inculptum ef-
fusa faceret dotis summi, vi-
dum sub titulo sanguinea
re Iesu nomen diuissimū; & v-
biolam miratus dicit. O
mores! Quod olim monstrat
mina, nunc in signo ostendit
ro legis sanguis pretiosior est
sanguineos riuulos, non inter
vulnera inditur Iesu nomen,
natum appareat, & vilis fiat.
quam ornatus, nunquam id
inter sanguinem. Lapillis, ni-
auro, gazis omnibus sang-
preuolior est, nullumque or-
uinus excogitari possit; quae
Iesu nomen, quam sanguis, quae
tus, quam vulnus.

Doctores gentium dicunt
*Vas electionis est mihi iste. et po-
meum. Vas Paulus efficitur, vt
men sustineat, quo igitur ope-
itudo? Quot quantisque mar-
diuit? Illi attribuit D. Thom.
Eccle. 50 Vas auri solidum orna-
lapide pretioso. Itane effingen-*

Hieron.

Act. 9.

Eccle. 50

Lib. II. Caput Quartum.

§. III.

*Iesu nomen salutare alas indidit
Deo; ut in nostram me-
dellam ad vola-
ret.*

vas in quo Iesu nomen portaretur? Mi-
nimè, imò statim subiungens tanti va-
sis opus addit. *Ego ostendam illi quanta
oporteat eum pro nomine meo pati. Non
margaritis, sed vulneribus, non auro;
sed sanguine conficitur Vas, cui Iesu
nomen traditur portandum. Portauit
Paulus Iesu nomen, inquit D. Thom. in
corpore conuersationem & passionē eius
imitando. Non aurum, non gemma, nō
splendentes gazæ; sed sanguis auro pre-
tiosior Iesu nomen exornat, & facit be-
rillare. Genus est Berillorum, de quo
Plinius lib. 37 cap. 5. hæc verba facit.
*Crystallis ferè similes, capillamenta ha-
bent, sordesque; alioquin euanidi. Inde so-
cietatem esse prædicant qui auro ca-
pilla malunt, ob id perforatos elephanto-
rum religant. Quis huic crystalli-
lucetioso lapidi non videat Iesu
sculpi? Sanè Apoc. 2. dicitur.
*Et hoc calculum candidum, & in
circulo nouum scriptum. Nulli me-
reteretur Iesu nomen, quàm
si inter sordes effulgeat, qui
si malit, qui foraminib⁹ gau-
det inter sordes, inter vulne-
ra reiecto auro, diuinū hoc
nomen berillabit! Sic Isaias
nomen Hebraicum. *Vocabitur
quod os Domini perforauit.
Et vas aptius ad portandum
est, quàm qui abiecto auro,
multiplicisque sæculi diuitijs, &
si sordeat, & scalpellum fer-
riatiatur. Ecce modo lapis ip-
se Christus, lapis, inquam,
abscissus sine manibus ubi
non recipit, quas sustinet san-
guinis manus. In stabuli sordibus
inuitior paupertate, occidit
ut gladio, percutitur, per-
icitur, & interea salutiferum
Iesu nomen ber-
illat radiat.****

Orientem Deum speculati Theo-
doretus, & Cyrill. Alex. illi aptant *Mal. 4*
illud à Malachia cap 4. præfatum. *Orie-
tur vobis timentibus nomen meum Sol ius-
titiæ, sanitas in pennis eius* Quibus me-
ritò Arias Montanus miratur, nouum
orientis solis ornamentum, acempe ve-
locitatem alarum. Solis currus, solis
equi decantissimi fuerunt apud Pro-
phanos, imò Zacharias ait, *Quadrige
tue saluatio.* Quis ergo orienti iuuat So-
li adimit curr⁹, quis notos equos exclu-
sit, & indidit Soli alas? Id minime obli-
cure à Malachia insinuat, ait enim
Sanctas in pennis ei⁹. Et quidē salutis no-
mē asportatū currū moras fatidians
alas excogitauit, cursum respuens, vo-
latum adama. ut. ut quam occis: me
hominibus inderetur salus. *Fallax equ⁹* *Psal. 32*
ad salutem, ait Psalm. 32. & ideo *anima
nostra sustinet Dominum, & in nomine
sancto eius sperabimus.* Nomen, in quo
omnes salui sumus, Iesus est, salus est, Ie-
sus & salus, quæ non equo nec curru ve-
hitur; sed fit ales, ut concito volatu no-
stris medeatur animis. Hinc pulchrè D.
Macharius hom. 44. inquit. *Nequit ani-
ma per se ipsam transmittere acerbum
mare peccati, & difficilem abyssum cali-
ginis affectionum, nisi susceperit subtilem
caelestem, & volatilem spiritum Christi.*
Expende illud, volatilem spiritū Chris-
ti, etenim nisi salutiferum Iesu nomen
volaret, nisi Iesus nisi salus inderet Do-
mino alas, sanitasque in pennis orire-
tur, omnino periret genus humanum.
Sed cum nomine Iesus, cum salutis &
sanitatis appellatione accepit Domini⁹
& nos omnes accepimus spiritum vo-
latilē, quo occisimè à malis liberamur
Volatilem hunc spiritum à Iesu no-
mine ortum præferunt rebelles illi
Angeli, qui Luc. 4. clamabant. *Quidno-
bis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ane-
tem?*

J. IIII.

tempus perdere nos. Volatilem, & occisissimum à Iesu spiritum prædicant, & dum sibi desent exultantem, invidi reticent hominibus salutarem. Vnde merito Tertul. lib. 4. in Marc. cap. 7. fatur. *Increpuit illum Iesus planè ut inuidiosum & in ipsa confessione petulantem & malè adulantem, quasi hæc esset summa gloria Christi, si ad perditionem Dæmonum venisset, & non potius ad hominum salutem.* Et quidem, quod Dominus festinauerit, quod præcurreret, quod euolarit non ab alio, quàm à nomine salutari accepit Nomen Iesus salus communicanda hominibus, non ruina Dæmonum fecit Dominum tempora præcurrere, & ad humana euolare. Quod anti quitus nuderat nobis Angelus ante casum: etenim meditatus Bern. historiam illam Euāgelicam Magdalenz, cuius olei ad caput Christi Domini effusionem expauens & indignans Iudas murmurabat dicens, *Vt quid perditio hæc?* Sic fatur serm. 17. in Cant. *Putas ne lucifer ille qui mane oriebatur, antequam uerteretur in tenebras, generi nostro inuiderit & ipse olei effusionem, ut per se ipsum iam tunc musitaret dicens indignabundus intra se ut quid perditio hæc? Verum quid illi profuit? Nihilominus tamen tu in nobis es Domine, & nomen tuum in uocatum est super nos, & dicit populus acquisitionis oleum effusum nomen tuum.* Ecce tibi quàm festinauerit inuidia Diaboli, ut nomen nobis eriperet salutare; sed plus festinauerat nomen salutiferum se effundere in homines. Etenim salutem euolantem, Iesum effusum hominibus animaduertens Diabolus cōtinere festinauit; verum sanitas inpennis festinior ad nos accedit, & inuocatum est nomen salutis supernos, & dicit populus acquisitioni soleum effusum nomen tuum.

Nomen Iesu omnibus linguis aperiret celebrandum, omnibus gentibus proficuum.

NON solum affirmat Paulus Augustissimum Iesu nomen orbi exhibendum, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. Sed insuper addit, *omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris.* Nimirum quod omnium ora, & lingue peruersum orbem intonent hoc Iesuleberrimum nomen. Non in placet laus tanti nominis; sed nis, & Canticis nouisq; laudibus conys extollendum, Iesu nomen quod notauit D. Zeno serm. 1. de Iesu dicens. *Hic solus verus, qui clarissimos ignes nostrorum astrorum, candentiumq; ritatis sua de plenitudine ac est, quæ per ambitum totius orbis quatuor animalia; sed salutiferationibus quatuor circumferunt.* Metuebant nationes eius Dei tutelaris nominis, ut refert lib. Problematum, reddit rationem lib. 28. c. 2. diuinissimum est, sanctissimum nomæ Iudæis ineffabile erat illos nominari, aut explicari. ecce tibi vocalissimum Iesus per omnium ora uocandum, non occultò; sed aiunt, aperto mala cuncta phans. Huc retulerim, quod Reg. 6. Orauit enim Propheta ri aperirentur oculi, quibus Deum pro se pugnans, oculis uidit puer currus, & equos Hieron. *Videte quid dicat; nemo hominum erat sed erant soli currus, & equi. Erat currus? cur sine seditore equus? autem erat Dominus. Erat qui minus ascensor equorum, ut*

P

Lib. II. Caput Quintum

præberet, ideo occultus; ideo minime
apparet Hebræo, ideo nec vidèri, nec
nominari permittit, solos currus, so-
los obicit equos, animalia muta præ-
mittit. Verum modò postquam Do-
minus Iesu nomen accepit, ipse adest
omnibus patentissimus, videri amat,
prædicari cupit, & per ambitum totius
orbis, non à mutis animalibus; sed Euā-
gelicis vocibus explicari, & prætendi
procurat. Vt verè D. Cyprian. orat. de
Nat. dicat. *Consilium antiquum prodijt
palam, nec iam secretum est; sed innotuit
publicè in conspectu gentium reuelata
Christi benignitas.* Iam Malachiæ per-
cucum est illud celebre præconium,
*tur vobis timentibus nomen meum
iustitia, sanitas in pennis eius.* A deo
hinc salutifero patet manifesta
Iesu salus, vt potè quæ effulgeat
in his radijs. Hinc paralyticum il-
lud angelij à turbata aqua Piscinæ
expectantem alloquitur. Ber.
Stulte ecce oleum sa-
Iesu, cuius nomen est oleum
non aqua in paruum locum
mi tantum homini saluta-
o Quid tibi cum aqua? si vis re-
scire, ecce fons olei misericor-
diæ nullus prohibet baptizari,
en est effusum oleum, id est, om-
nibus manifestum. Non iam
non vni nationis; sed omni-
um inter primis, & nouissimis
vniuersum patet.

huc non spectat illud Leuit.
*tabernaculum meum in vobis
non abominabitur anima mea.
publicandum, & evulgandū
promittit Dominus, ne de-
clinetur nationes. Sed ex-
pugnabit, & non vos abominabi-
bitur mea. De quo pulchrè D.
Cyril. inquit. Numquid putamus
habere animam, sicut homo? Ab-
ominabitur hoc sentire de Deo. ego autem
non abominor, quia anima Dei Christus
ut enim verbum Dei est Chri-
stus & sapientia Dei, ita & an-
te factus dum inanimatus est,
in matris utero manet, nec senti-
entiam in grauedine, vel alio mo-
do habet: cū verò animatur statim vi-
uotibus se se producit, nec quies-*

Leu. 26.

Cyril.

cit donec in lucem prodeat manifesta.
Sic Deus antiquitus occultissimus e-
rat, vix in paruo Iudææ populo notus
quasi ex animis factus; verum, vt viuifi-
cum Iesu nomen accepit, quasi acci-
peret animam, sic sese omnibus ma-
nifestat, & videri, & evulgari amat. Vn-
de illud est eleganter notantum à D.
Ber. serm. 1. in Epiph. vbi expendens,
quod Angelus aliqua docuerit de Chri-
sto Domino, & alia reliquerit, quæ po-
stea publicauit Paulus: sic finit. *Vnum
est in quo conueniunt Apostolus, & An-
geli, qui de Christi Natiuitate loquun-
tur, id est, in nomine Saluatoris. Ad Ma-
riam quidem tanquam plenius edoctam
Gabriel loquens indicat nomen solum,
Et vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Ad
Ioseph veniens Angelus, non solum no-
men protulit, sed & causam eius inter-
pretatus est, dicens: Et vocabis nomen ei-
us Iesum ipse enim saluum faciet populum
suum. Pastoribus quoque annuntiat
magnum gaudium, natum illis Saluato-
rem Christum Dominum. Simile aliquid
Paulus loquitur ad Titum. 3. apparuit be-
nignitas, & humanitas Saluatoris no-
stri. Bene dulce nomen nullus ex ipsis ta-
cuit, quia hoc mihi maxime necessarium
fuit. Sic ille ponderat quam conue-
nerint omnes in Iesu nomine euul-
gando.*

§. V.

*Augustissimo Iesu nomini vni-
uerse creaturae honorem ha-
bent, quòd vniuersa
bona dicantur
IESVS.*

OMNE genu flectitur Iesu nomi-
ne inuocate; inensibilia etiam tā-
ti nominis virtute venerantur. Iesus
Naue diuino actus spiritu iussit solem
stare, & silent tot quasi cunctus ignarus.
Quem sic stantem alloquitur D. Bas.
serm. de transig. *Constitisti sol aliquan-
do victoriam Hebræam spectans, reueri-
tus*

Iosue. 1

Bis.

S. VI.

Nomen salutiferum Iesus non cohiberi potest a salute causanda.

tus est Iesum ducem, qui imperauerat in conseruo honorans Domini appellationē. Rursum dimissa arca foederis à Philisthæis constitit in viri cuiusdam arca, qui strenui huius ducis nomini communicabat. Constitit, inquit Iustinus Martyr, ibi: virtute nominis. Et sanè hoc vno inuocato Iesu nomine omnia bona tibi consistere faciet, tibi sol, tibi fœlicitas, tibi arca cœlestium thesaurorum stabit, & quouis pernici volatu bonæ gratiæ pertranseant, Iesu audito consistent. Quid mirum? Quid et si præceps currat, audito proprio nomine non consistat? quamuis occior curras ventis, si compelleris, si vel ab incerto nomen tuum compellari audies, naturaliter tangeris corde, & itabis. Iesu nomen, nomen proprium est omniū fœlicitatum, omniū bonorū, omniū gratiarū, sic Iesu audito, cūcta bona cōsistent, & sistēt gradū. Quod Isaias dixit, nimirum virum vnum apprehendendum a septem mulieribus dicentibus. Tantummodo inuocetur nomen tuum supernos. Sic Orig. expendit hom. 4 in Isaiam. Quid est inuocetur nomen tuum super nos? Ego sum sapientia volo tuo nomine vocari, ut ego Sapientia dicar Iesus, ut intellectus, & consilium magnum, & fortitudo, & scientia, & pietas, & timor Dei nominetur Iesus, ut omnia in omnibus nomen tuum fiat. Sic ille. Vniuersa Spiritu sancti dona credens nuncupari Iesus, ut audito hoc nomine omnium bonorum proprio quodlibet bonum tibi consistat. Hinc Arnold. Carnot. tract vlt. de septem Verbis Domini in Cruce, rationem reddit, cur ineffabile Dei nomen in lamina auri super sacerdotis caput gestaretur, ait. In superioribus quidem hoc nomen ponitur, ut quisquid vndique est, quantumcumque sit se cognoscat inferius, se fateatur indignius, & siquid habet candidum, si quid conspicuum ad illud nomen referat vnde accepit, illiq; excellentiæ deuotus adscribat Quippe nulla habet homo bona, quæ non debeat accepta referre nomini salutifero.

Isai. 4.

Orig.

P Vichrè à sponfa dulcissimum Iesu nomen oleum dicitur effusum. Etenim oleum difficilimè præ omnibus terminatur. Diffusa aqua, vel à puluere conglobata silitur; verum oleum effusum cuncta penetrat, omnia perua, suoque succo diffundit. Sic Iesu nomen Augustissimum nulla vi, ringo arte cohibetur, quin omnibus beat salutarem suam virtute bundos Iudæos, iratosque, clyticus in Sabbato fanitate set, argute pungit ipse dicer qui fecit me sanum. Ad hæc tract 2. de Paral. Sciebat, breuis nomen Iesus ex virtute sanitatis. Ille ergo, inquit num, cuius & nomen salus do potest salus per prescrib prohiberi ne sanet? Non lex vis, non potestas, non indarrit salutem à Iesu dimanant dire. Adsit Iesus, & quanta ra, quantumuis lex reclar Notat sanè hanc virtute citatem septē illę mulier, Isaiam aprehenso viro Tantummodo inuocetur nomen per nos. Interlinealis super affingit Iesus, & S. Greg. hunc cet, quod per septē mulieres meretricū ad Domini reuocatur. Omnes ergo hæ de infirmæ aprehenso Christus postulabant, quod super Iesus inuocaretur; quo cato salutem in se ipsas sperabant. Non enim inuocatur & non sanat, si salutiferum sit nulla vi prohiberi potest solitam profundat tatem.

Cant. 2 Phil.

Ezech. 2

Greg.

Gregor. PP.

Lib. II. Caput Quintum,

S. VII.

Iesu salutiferi bona non habentur nisi per luctam, per sanguinis effusionem, per Crucem.

Cum audis salutiferi nominis bona & maxima & præstantissima, ne putes illa otiantibus preparari; sed ijs, qui dura pro virtute subeunt certamina. Non enim iater Ambrosias, inter sacros calices Iesu nomen radiat; inter sanguinis effusiones, non à flos artis, sed à cruce splendorem emanant in pace gaudebant Dei serui, in Iesu nomen inter illos audient in vbi gladij stringendi fuerunt certamen, vbi conuenit hoste manus Exod. 17. stetit Moyses ad Iesum. *Elige tibi Ite contra Amalech.* Inter pugnas, inter ipsos bellicosos præcipit Iesu nomen in primis, quod notat Orig. hom. 11. *que ad hunc locum beati nominis usquam facta est mentio. Hic capuli huius splendor effulsit, et vocauit Moyses Iesum.* Oportet qui nesciunt pro virtute inhonoram pacem cum Iesu, in his non spectabitur Iesu nunc primò Iesu nominis potentate, cum primum ob virtutis sanguine mædeas, cum Iesu maceres, cum in vita tua crux appareat. Ecce dū Iesu natecitas hostiliter sequentibus de victoria sollicitus Iesu abbat expansis in cælum manibus, ut expansis in cælum oratione deuotius oraret humis manibus pectus contunxit Anna Samuehs mater Iesu ille Deo gratissimus. *Moyses oras?* Cur manus eleganter & verè in rem præattigit Tertul. lib. 3. aduers. *Iam verò Moysis, quid utiq; sem cum Iesus aduersus Amalech batur, expansis manibus orat*

Leu. 26.

Cyri.

e 9

*residens, quando in rebus tam attonitis magis utiq; genibus depositis, & manibus cœdētibus pectus, & humi facie volūtate orationē cōmendare debuisset? Nisi quia illis vbi nomen Domini dimicabat, dimicaturi quoque aduersus Diabolum, crucis erat habitus necessarius, per quam Iesus victoriam esset relaturus. Et quidē nō Iesus vinceret hostes; nisi in expansione manuum. Moyses crucem adūbraret; nihil enim boni a Iesu habetur nisi per crucem, per mortificationem, per dolorum tolerantiam. Te in crucismo dum conforma quicumque velis salutiferi nominis Iesu victorijs & felicitatibus illustrari. Hinc Malachias cap. 4. notanter ait. *Orietur vobis timentibus nomen meum solustitia sanitas impennis eius, quasi nominis Iesu splendores & salutes nullum afficiant, quem iustitia non commendaueit. Non enim sine puluere obtinenda est à Iesu salus.**

S. VIII.

Iesus plenè & perfectè claruit per apertos cælorum muros hominibus introductis in vitam.

Iam cupit animus totum quod Iesus est aliquo modo enucleare: ter enim præcipuè assumitur hoc Augustissimum nomen, vt eius plenè & perfectè virtus clareat. In Circumcisione primò solenniter vocatum est nomē Iesus, in Cruce deinde incisum, postremò in Ascensione manifestatum. Dicit namq; Act. 1. *Hic Iesus qui assumtus est à vobis, quasi à puluere & sanguine passionis anea cælorum moenia prostrata saluato repleat homine, & Iesus maximè appareat. Hinc acutissimè Anastasius Siquita Angelorum præfata verba, quibus stupentes Apostolos de Saluatoris ascensu solantur, ita notèter legit. *Sic Iesus, qui assumtus est à vobis, quasi innuerent tunc maximè Iesu compellationem plenam, & perfectā radiare. Aspicitis, inquam, ascendentem**

tem Magistrum à pulvere in gloriam, & per patentia æthera genus introducere humanum: Quid mirabile? Sic Iesus, sic saluferi nominis adimplet vocabulum, cæcos quandoque illuminavit, sic lux mortuos euocavit, sic vita hominem sibi univit, sic Emanuel. Modo prostratum hominem superato prælio per patentia mœnia salutis ingerit civitati, sic Iesus.

Iudæos de Salvatore suo Paralyticus homo commonefaciens cœlestiam madidus spiritu ait, *Iesus est qui me fecit sanum.* Iesu vere plenum & perfectum vocabulum miseris prænuntians animis. Hoc mysterium ab istis verbis elicit D. Gaud. tract. 2. de Paral. sic fatus. *Iesus filius Naue, iubente Domino, circuiuit civitatem Ierichò, & ceciderunt hostes muri motu disuino, ut anime Iudæorum de belli discrimine saluarentur. Ita que cum dicitur Iesus est qui fecit me sanum, admonentur Iudæi ex nominis communionem opera non condemnare similia.* Quasi Paralyticus ex umbra veri Iesu horâ prænuntians diceret, quid receptam salutem respuitis? Iesus adest, cadentibus muris Ierichuntinis, cum superato prælio salui Iudæi introducerentur, Iesu Naue strenui ducis veneramini gloriam immortalem. Ecce Iesus Iudæos saluans, ecce qui de belli discrimine edicit genus humanum, & sic Iesus, ecce qui æternum clausos cœlorum muros prosternit, perque apertos cœlos saluandorum agmina agit, omnimodæ salutis assertor & causa. Sic Iesus, sic cum illo Iesu comparata gloria veri & perfecti Iesus magis claret. Si illum utique Iesum nouistis per deiectos muros Iudæos introducetem saluos, veneramini & hunc, qui per patentia cœlorum mœnia introducit totum genus humanum, & sic veri Iesu perficit & adimplet vocabulum. Hinc finiat E. phiphanius serm. de Ascens. dicens *Hic est Iesus, quando quidem is ille est, qui hominem terrenum sibi consociavit, consociatumque cœli ciuem adscripsit cœlorumque incolam constituit.* Hæc ille, ut Iesu nominis exponeret efficaciam.

Ioan. 5.

Gaud.

Epiph.

IX.

Iesus est tunc maxime, quum præliorum se ostendit domitorem, & triumphatorem.

Rursus, ascendente Domino à passionis pulvere in cœlestem gloriam, consopitis præliorum tumultibus, merito ex Sinaitæ sententia ingeminant Angeli illud sic Iesus. *Quis dicitur Iesus Martialis à decore licuit.* Ita D. Dionys. Arcop. cap. ccl. Hierarch. de nostri Iesuba facit. *Ut optimus in militibus est, qui pro eorum libertate decertantibus quidem tamquam Deus ascendit gaudens.* Ecce ascensionis Christiferae gaudere, non aliter ascendemus in militibus, quam per hostes liberatis milia mille superans. *Sic est Iesus in nomine Iesu terribilis.* Vbi ex quo quod tunc vocatur Iosue Iosephus, cum iubetur ducere ex carbonibus, ait. *Hic ergo ubi primum dicitur Iosue, ibi continuo etiam mystice sacramentum.* Duoit enim ex parte sus. Cum prælio, cum hostibus natione indita Iesus primus minatur, & quidem Dominus et ignatus reas potestates deuastans, & expugnator ascendit, cum triumphum pro hominibus agit, sic est Iesus. Accinit ponderatio, qui Psal. 46. ver. 2. angelis facta, ut de ascendente oblupefactos edocerent. *Hic est Iesus qui assumtus est* inquit, *est Iesus, quasi illi non ipse erat Iesus: paulò ante eum rante secum loquentem non si ergo nesciebant, quod ipse esset, non uiderant, sed Iesum fulgur sed qui esset Iesus numquam.*

P 3.

PP.

Ezech. 2

Greg.

Lib. II. Caput Quintum.

tuit, vsquedum excusso stadij puluere expugnatus hostibus victor accedit ad Patre. Qui inter victricia agmina, qui captiuitate ipsa premissa, qui circum undique spolijs, qui medijs triumphalibus choris coelestē edificat ciuitatem. *Hic est Iesus, & sic est Iesus, minime aliter*, qui victoriam sine puluere, qui sine agone brauium meditabatur, Iesum profus ignorabant. Vnde merito edocentur, quod hic est Iesus, qui a puluere & agone tenebrarū detriumphat potestates.

S. X.

qui proprium figmentum in aeternam felicitatem restaurat.

saluo factū; sed a se conditū Iesum Christus restaurat, e creatorum grege raptā ouē hūc venit pallentem, & hume caules, & sic Iesus aperte. Hinc acriter pungit Tert. nescio quē effiduum ab hūc uatorem, qui minime suis fig uatē dabat. *Ait enim. Si sal- ues hominem cui salutem da- ante. Quid tibi cum mundo Quid tibi cum homine condito- Iesus, vnus Saluator qui cō- creauit, primum conditor creator, & conditam creatu- ens propriā ouē reducēs, in- cōditus Saluator, sic Iesus.*

Leu. 26.

Cyril.

non enim Angelus explicaret Iesum, ipse enim saluabit populū suū, Iesus conditoris populū: sic ex Alex. de Incarn. Vngen. Iesus, porro quia factus homī- a- tur, iuxta nos humane: ita e- quod saluabit nos, id est suū uod maxime eum demonstrat e- g- natus omnia Dominum, m- omnis communis creatu- tur, deest at magis omnia dici- s- . Quia vnus est Christus;

quia populum suum, cuius Dominus & Deus & creator erat, saluauit sic Iesus: non in alienam messem intrauit, non alteri creatori ministerium prae- buit, id antichristi, & inanes Iesuita prae- staret. Hinc Hugo Victorinus lib. 1. Miscell. ut 87. *Deus homo factus est ut idem esset Redemptor qui creator, ut de suo liberaretur homo.* Qui verus Iesus & Saluator a se conditum hominem resu- mit, & in coelestem paradysum nititur complantare. *Vbi nunc sunt*, ait Epiph. serm. de Ascens. *Qui Circensibus Ludis, equorumque cursationibus captiuntur, v- bi, qui insigni aurigarum celeritate oble- tatur? Age dum venite, aurigamque per caelorum spatia admirabiliter cur- rem cernite. Adesto, queso, nouumque & stupendum agitorem spectate, nempe creatura opificem, humana creatura qua si vehiculo utentem. Est aurigam nō qui curram incomposte in terra regat conspicit; sed qui nouo modo moreque cur- sum per caelos tenet.* Hæc ille. Vbi expen- de illud creaturæ opificem humana creatura quasi vehiculo utentem.

Hug. Vi.

Epiph.

Quando quidem dum opus suum re- ficit, dum a se conditum figmentum redintegrat, dū propriam creaturam saluat: sic Saluatoris agit triumphum, sic vere Saluator, sic Iesus in tota sui nominis claritate conspicitur. Hinc Anasta sius Sinaita lib. 3. de rebus fidei dogm. inquit. *Oportebat eum, qui vere*

Sinai.

& secundum naturam Rex noster erat Nos qui Tyranico Imperio premebamur illegitimi plane Domini non de serere improuisos; sed insignia nostræ capti- uatatis sibi inducere, ac nobiscum simi- liariter congregari, ut disrupere p- uere ante nos ingressus ad se traheret si- bi congenere. Et sic omni-

no vere apparet

IESVS.

(?)

CAPVT

C A P V T VI.

De Iesuitis, siue de Societatis Iesu viris.

Salutifero Iesu nomini vix separare potui Iesuitarum, siue virorum e Societate Iesu ordinem magno mundi bono hoc nostro seculo adulescentem. Non tamen est animus magna & gloriosa huius ordinis facinora percenterere; magna enim relinquendo magnis tractanda. Pusillus ego in parate id solu laudis decatabo, quod a tanti nominis appellatione receptu habet.

S. I.

Nomen Iesu Societatis viros obedientia precellere facit.

Quam sit obedientie adnatum Iesu nomen, ille ignorabit, qui Paulum ignorat ad Philipp. c. 2. dicentem de Christo Domino, quod sit: factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & dona illi nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur. A summa Christi Domini obedientia inuentum Iesu nomen, ubi nisi in obedientissimis viris requiesceret? quid aliud quam obedientiam Iesuitarum inspiraret eamque obedientiam, quam B. Ignatius Societatis collector sub figura navis sine arbore & acu filiis persuasit. Ecce, aiebat ille, navis sine arbore, & sine acu medio fluctuans in mari, hac obedientie ductu tranarem maria; huic Iesuitae veri suam debent obedientiam conformare. Et cuius navis in medio mari via stupebat, siue ignorabat sapiens? Respondeat Cathusianus. Per via navis designatur conversatio Ecclesie, que in hoc seculo nequa tanquam in procellosissimo Oceano, directionibus Pralatorum & processu virtutum inenarrabiliter alteratur. Ecce tibi Iesuitarum acono-

mia perspicue designata, qui eo intendunt, ut Pralatorum aspiciantur aures, ut inenarrabiles vias capiant. Medio in vite salo constituti, nulla subnixi arbore, & pupes despicientes & clavos, Pralatorum vel tenui sibilo undique terrarum exhibentur. Duas naues vidit Christus Dominus Luc. cap. 5. Alteram Petrus gubernabat, qui iussus a Domino retia mittere eam multitudinem piscium coepit trahere, quam vix vna caperet navis. Porro, ne preda amitterent, annuerunt socijs; illi protinus ad nutum parent & accurrunt. Qui erant hi Apostolorum socij, qui vel nutui accurrentes parent? hi sunt, inquit Theophylactus, qui interpretantur scripturas, & docent Apostolica, simulque cum Apostolis trabunt & pisces ad mines. Dixisset pene hi sunt, qui magis Apostolorum socij, viri e Iesu Societate, habitatione inuenti Apostoli? Nomen illi procellosis vocatur ab Hug. Cardinale socii navis, navis inquam, qui nutui obedienter Pralatorum sine currunt & discurrentes sus homines capienduntur.

S. II.

Iesu nomen in Iesuitis votum Ecclesie capitulum maxime demerit & eorum in hostes efficaciam.

Dilectissimi Iesu vox est, sed in Cant. Ponemur super brachium tuum. Mis sponse partibus vni hærere malens. Hinc D. B. Reg. in Cant. Habes iam videris, dearis, habes, inquam, in O felix Ecclesie brachium, mine Iesu praefixo illustrant pulchritudine Ecclesie

Luc. 5.

Cant. Pbil.

Ezech. 2

Greg.

Lib. II. Cap Quintum

Iesu nomen trahant: Id ut explicem, nota pulchram allegoriam, qua Ecclesia caput & membra dum nititur celsitate ex capite & membris corporis humani, hanc D. Ambros. lib. de arca Noe cap. 7. verba facit. *Capiti autem nostro proxima dextra leuaq; brachia sunt, quae arcem Imperialem tanquam firma tumentur custodia, & haec in nobis validiora, quo propinquiora capiti.* Hoc brachiorum munus, nempe capitis arcem tueri, caput defendere, capiti coniungi propinquius. Hoc brachiorum munus singulariter exprimit Iesuitarum obsequium Ecclesiae capiti exortum. Qui quidem ex particulari proprio sui instituti voto, Romani Imperatoris obedientia obstringuntur, & quae caput firmissima tumentur custodia. Ideoque (putarim) haec brachia orta in Ecclesia sunt, & Iherosolymis abortus, cum enim Pontificem Romanum & Iherosolymorum erat idem in Iesu retundere & caput excidere. Quo brachiorum munus Dominus his optat, & pone me ut signaculum in te, ut Iesu nomen & in signata brachia capitis & obsequium aeternare habuit etiam Roma ethnica, & uirga validissima, & robustissima Romani Imperii caput tumentur. Etenim qui ab Imperatoribus erant milites brachiantur, quibus insigne fuit uirga, nempe Caduceus patriarchiana Roma Iesuitarum habet brachiatam, qui arcem Imperialem, nempe Ecclesiae caput tumentur custodia, qui patriarchae uirgam ubique gerunt ad miraculum. Hos brachiantur Ecclesiae milites dum praenotatum fuit effatus. *Erit transi-*
gredatus. Tranlibat sane, & per nationes uirga pacifici & sapientissimi religiosissimi asportata. Verum hic uirga non erat sic firmiter & stabilitus, donec Iesuitarum brachia uoto se deuouerunt Pontifici per uniuersum orbem

terrarum contento etiam sanguine seminanda. Etenim quodlibet opus primum quamuis fiat, non censetur fundatum, donec aliqua Respublica seu familia se suaque obstringat ad tale opus peragendum quorannis. Ita modo probato Iesuitarum instituto se deuouentium voto, ut sine spe, & metu terrenorum quo libet mittantur, iam transitus uirgae erit fundatus, huiusque Ecclesiae brachijs Iesum praetendentes barbarissimorum hominum nationes pertransiit. Nec non uirga Euangelica felici dextra ei aculabitur, ut certo certius prosterneat hostiles gigantes. Percussurus Dauid gigante Philistheum 1. Reg. 17. *Misit manum suam in peram tulit lapidem, & funda iecit, & percussit Philisthaum in fonte, &c.* Unde puero tanta dextentitas? Quae pueri uirtus sic certum lapidem direxit, ut non aberraret a scopo, ut hostem prosterneret? Accipite Chrysost. hom. de Dauid, & Saule sic differentem. *Neque enim vulgari more potest lapidem, sed prius dixerat. Tu uenis ad me in Dys tus; ego autem uenio ad te in nomine Domini Sabaoth. Atque haec locutus emisit lapidem atque haec uox lapidem uelut manu direxit in Goliath, haec praecorem incussit barbaro, haec hostis confidentiam fregit.* Et sane non aberraret manus a uoce nomine Domini annuntiante directa & confirmata. Non equidem Iesu ita uulgari modo pro religione incunt certamina; sed in nomine Domini; sed Iesum corde, & uoce, & brachio praeferentes. Unde huius nominis uox iactus uelut manu dirigit, & tela eorum fert in hostiles phalanges, ne uacuae reuertantur, haec pauore incutit haereticis, haec hostium confidentiam frangit.

§. III.

Iesu nomen inditum B. Ignatij filij, maximis illos bonis cumulauit.

Ecclisae Christianae bona Dei nomine deberi praedicat Isaias cap. 33. cum

Amb.

Leu. 26.

Cyri.

Chrysost.

Isa. 33. 33. cū ex versione 70. fatur .*Oculi tui vi-
dabūt Hierusalē ciuitatē opulētā, taberna-
culū, quod nequaquā transferrī potest, nec
auferentur clauis eius, nec funiculi eius disrū-
peatur, quia nomen Domini magnum vo-
bis.* Dixisset pene: videbunt oculi tui So-
cietatem Iesu ciuitatem opulentam:
sed vnde opulentam? Vnde primis vn-
guiculis tam magna tam gloriosa cœli
bona tenuit? Vnde tam cito de rote cœ-
li, assummo benedictionem accepit?
Vnde ingentem magnā facta est? Vn-
de litteras didicit Cantabri filia? Sane,
Quia nomen Domini magnum illi. Pon-
dera nomen Domini magnum, id est,
iuxta Cyrill. in tota sua magnitudine,
& amplitudine nominis Dei. Vbi De^o
Abrahamo ingentes glorias pronisit
Gen. 17 vt promissiones fœdere semp-
terno firmaret, litterā *He* nominis diui-
ni, Abrahami nomini addit, vt dein-
ceps vocaretur Abrahamus. Id quod
animaduertēs Hieron. ait. *Quā litterā
de suo nomine cōmunicari voluit De^o etiā
nomine Abraham, vt ostenderet non mo-
dō se bona sua impertiturum ei; verū etiā
se ipsum.* Quæ igitur bona communi-
caret illis, quibus non vnā nominis
sua litteram, non mutilum nomē sed
integrum Iesus nomen in tota sua ma-
gnitudine & amplitudine communi-
cavit? Quam non indereant diuitatem
qui amplissimum Dei nomen induūt?
De aduentu filij sui in mundum locu-
tus Deus Exod. 23. dixit, *Ecce ego mitto
Angelum meum :: Et est nomen meum
in illo.* Eleganter cauit D. Hidesors. ne
offenderemur nomine Angeli, & pu-
taremus filium diuinitatis expertem,
aiens. *An quia Angelum audis, non pu-
tas esse factorem Deum? Absit. Magna
certē dementia agitaris, si credis Deum
cuiquam Angelo & potestatem & nomē
propriū contulisse.* Sane minime cre-
diderim, pusillos quoque homuncio-
nes à Deo nomine suo proprio dona-
tos. Plusquam homines, plusquam An-
geli debent esse, qui magno & amplis-
simo nomine Dei gaudeant Magna de-
mentia agitur, qui credit, Deum cui-
quam homini nomen suū propriū
contulisse; sed contulit illud viris maxi-
mis, viris virtute & religione florenti-
bus, viris spectatissimis conuersione

& moribus diuinitatem hallantibus.


S. III.

*Non inutilis debuit esse Iesu nomi-
nis ferendi condi-
tio.*

Etsi vniuersi Dei filij multa in se
Deo beneficia profecta conger-
tamen Iesux præcipuum & sing-
re ius habent, ex eo quod Iesu non
rāt, ad omniadiuina dona. Sic in h-
nis disponunt Cæsarum iura: eten-
cū filius, & Pater. D. de lega. 3.
Ad
pronius quidam ait. *Semper
meo plus tribuas in honorē* *Ad
quidam
Nauis.*
Item Lycon Astyanax *Ad
m attuas*
in hæc verba condidit *Quis
illis procel-*
AEgina habeo Lyconi frat-
quod is nomē ferat nostram
gatione ferendi nonini-
far, vt refert Suetonius
niam Tyberio, & Libi-
in l. facta & si in danda D-
dicitur, quod non inutilis
rendi conditio. & l. hoc iure
Donat. iubentur dari duces
qui spondisset imò iur-
ferre cognomen Iure ergo
xima à Deo beneficia sp-
te qui Iesu ferunt diuini-
men: dixissent, credo, n-
duxit me super se mitas ius-
nomen suum. Vei vt explic-
Eutymius, & Nizephori-
quod nomine Dei vocor, t, cu-
me Deus beneficia conges-
decoris, quicquid virtut-
peccationis & gratiæ ha-
Iesu reddunt acceptum si-
Nomini, inquam, quod
milix decus est singulari-
Hugo Card. cap. 2 Apoc-
Iandulphi Carthus asserit
ria cœlesti ab ipso Iesu dice-
Ecce tibi in sæculo virt-
dem cum cœl. habitantibus
decorati, maximis inde m-
tati lamillæat nobis de
Isai 64. nūmrum. *Ab miti*
P

Hieron.

Exod. 23
Libr. de
Virg. c. 5.



Cant. Phil.

Ezech. 1

Greg.

Gregor. PP.

Lib. II. Caput Sextum.

super nos. Vbi Procopius explicatius, addit *Nostrum igitur miserere quos nomen tuum exornat. Hereditas enim tua nuncupamur. Id ergo nomini tuo largire, ut apud gentes non blasphemetur.*

S. V.

A nomine Iesu humilitatem, et tolerantiam, et augmentum maximum habent filij Societatis.

reperunt a nomine Dei singulis
singuli, Abrahamus, & Sa-
ter excelsus nominabatur,
ldira multarum gentium
atur. Sara autem, quæ &
ea, accepta nominis Dei
li, nimirum iuxta D. Aug.
utatio dexteræ excelsi,
ne Iesu seculo, titulisq;
antiantes Iesuitæ sunt
m gentium, & summis
tent. Vt semel Iesu no-
stra in Societate, non in
cellitudo, non dignitates
paternus affectus, quo nu-
operam, ut teneros in-
vtero exclusos iterum
nt. Quibus laboribus, qui
calumnijs emunt, ut o-
re reformentur Christiana?
i, in laboribus augmentati

Leu. 26.

Cyri.

crucis aratro incumbens
erit magnificationem inse-
antur a D. Athanas. Apo-
kisse id Psal. 19. *Exaudiat
in die tribulationis, et prote-
Dei Jacob. tunc sese hortat
ur in salutarituo, et in no-
stri magnificabimur. Quali-
age hinc lætitia mundialis
gnificatio hominum, nos
nec magnificatione accipi
Iesus non pariat. Lætabi-
in salutarituo, vera mundi sa-
e, in humilitate, in calum-
lic & nos lætabimur, sic læ-*

suitæ lætantur in Iesu nomine salutaris,
in cruce, in calumnijs, in humilitate. Fa-
cti nutriti, facti pædagogi infantum
facti perisema, mille petiti iniurijs ipsi
lætantur. Orig. expendens illud Iob. c.
1. *Sic faciebat Iob cunctis diebus*, subdit
in eius laudem, in virtutum studijs om-
nia, quæ fecerunt sancti, fecit etiam Iob:
quod autem sustinuit cum gratiarum actio-
nibus hoc nihilominus nullus alius susti-
nuit. Liceat hoc Societati Iesu aptari,
qui ordo omnia quæ fecerunt alij fecit
& quotidie facit in virtutum studijs in par-
turiendis sanctis, in sanguineis Martyrū
sudoribus: quod autem iniurias, cõtume-
lias sustineat cum gratiarum actio-
nibus, hoc adnatum est Societati. Male-
dicimur, & non comminamur, corro-
dimur, & nihilominus in salutem ani-
marum volamus lætantes in Dei salu-
tari.

Iob. 1.

Orig.

Sanctus D. Pacianus sic eos qui in Pa-
tres spirituales insurgunt depingit in
Parænesi ad Pœnitentiam. *Vt cœnum so-
let maxime foetere si moueas, et incendiū
tunc maxime ardere, si vertas, et rabies
tunc maxime ieuire, si prouoces, ita illi,
et c. expendo illud, ut cœnum solet fo-
tere, si moueas; & quis foetorem com-
moti cœni sustinebit, nisi qui salutifero
Iesu madet unguento? Ecce D. Greg.
Nazianz. orat. de moderat. in disputa-
tionibus quasi Iesuitas alloqueretur.
Tu qui spirituali illo unguento arte un-
guentaria confecto delibutus es, fraterni
foetoris non nihil præfer, siue verus sit fo-
tor ille, siue ita tibi videatur, ut ipsi vicis-
sim boni tui odoris aliquid impertias. Et
quidem Iesuitæ graues excipiunt fo-
tores a proximis, sed quid mirū, si per-
ferant madentes odorifero nominis Ie-
su unguento? A corrupto fratris cada-
uere arcebat Martha Iesum dicens, *iā
foetet, quatruiduanus est. Pulchrè Chry-
sol. serm. 65. Quod perditore foetet, nō fo-
tet creatori. Nec illi, qui Saluatoris no-
mine madent unguento, vllis foetori-
bus arcentur, quominus fratrum insif-
tant salutis, & nitantur a ferre medellā
intrepidi in odore nominis, & in Dei
salutari. Hic vacat subijcere verba, qui-
bus S. Optatus Meluit lib. 7. aduersus
Parmenianum, obtretractores suos he-
ticos pungebat. Aut enim: *Aliquis vestrum
volens***

Pacian.

Nazianz.

Ioan.

Chrysol.

C A P V T VII.

De collectore, & fundatore Iesu-
suitarum B. Ignatij.

volentes nos populis suis cōtemnendos of-
tendere, illud miscens tractatibus suis,
quod à Salomone dictum est, Eccles. 10.
musca mortura exterminant olei suavi-
tatem & quasi muscas morturas nos ap-
pellant: Sed dum vos imbidie tempestati-
bus impulsus, quasi in oleum caditis, vos ex-
terminatis suavitatē illi olei, quod in no-
mine Christi confectū est, unde cōdirentur
in oles: unde incenderetur lumen mentis
ad salutarem & veram intelligentiam.
Vos exterminatis rem ubi oleum fuit &
suauitas. Quæ verba tantum proferant
aduersus nostri tēporis hæreticos acer-
rimos calumniatores Societatis Iesu,
in qua oleum effusum est in Iesu no-
mine, unde condiruntur populares mo-
res; unde lumina incensa sunt ad sciē-
tiarum intelligentias præstandas.

Et in nomine Dei nostri magnifi-
cabimur medijs iniurijs, medijs tem-
pestatibus, plures efficiamur quoties me-
timur, semen est Iesuitarum toleran-
tia. Qui scissi rami iterū plantāt ut so-
lent triticis granis adiungi, vt radices
agant; sic Iesuitæ viuenti frumenti gra-
no, nimirum Iesu nomini coniuncti
o quales radices agunt in toto pene or-
be terrarum. Hieron. sic præfata verba

Hieron.
Psalm.
19.

transfert, *In nomine Dei nostri ducemus
choros, quasi iuuerent militarem mo-
rem dicentes sub vexillo, nomine Dei
notato, ducemus militares phalanges.
Vnde Arias dixit, in nomine Dei nostri
vexilla explicabim⁹.* Nos signiferi exer-
citus Christiani, nobis signum diuino
præfalgens nomine tradidit Summus
Imperator, nulla erit natio, nullus terre
angulus, qui Iesu nomine non fulgeat
illustratus. O quantum nobis sudandū
est, quibus iustis emendumne diuini
nominis signum in glorium maneat
nostris manibus: sicut illi, qui Regale si-
gnum, qui labarum in exercitu portāt,
vitam contemnere debent, vt explica-
tum & gloriosum conferent labarū.

Arias;

Ita ait Chrylostr. ad Timoth. 1. *Et ij,
qui Christi nomen portant, non in bello so-
lum, sed in pace summis viribus indigent,
ne ad maledictis linguis ex-
ponant.*

Parentis mei Ignatij, à quo familia
Iesuitarum, laus me summodese-
rio afficit, parcite mihi filio, si quacum-
que occasione accepta non me tem-
pore, quim nonnullas eius virtutes ri-
tè explicare.

S. I.

Beati Ignatij Iesuitarum
facinora, & laudes Ne
in verbis perstrin-
tur.


Cū me in B. Ignatij viri-
tas accingo, seculo mihi
ba illa, quibus D. Greg.
magni Athanasij decantauit
Nobis iacentibus cornu salutis
est, lapisque angularis nos
ter nos constringens opportunus
aut ignis mala & vitiose nos
tur, aut ventilabrum rusticum,
uibus dogmatis leuia discernit
dius vitij radices excidens, D.
belli sociū nascitur, spiritus
qui pro ipso spiret inuenit. He-
no Athanasio Naz profatur
dem B. spirant Ignatium, cui
ex illis haud difficile erit ex-
pate.

Ad illud. Nobis iacentibus
nu salutis erectum

S. II.

B. Ignatius & vinculis
liber, & in persecutionibus
secutoribus verena
extitit.

Cornu salutis toties in sa-
cra repetitum merito



Ad
quid
Nate
om attus
illi procel
Ad
Cant.
Phil.
Ezech. 1
Greg.
Greg.
PP.

Lib. II. Caput Septimum.

Theologus, vt hominis mille agitati
 persecutionibus laudes dedicaret. Ete-
 nim in verbo cornu, non iam meta-
 phora, & allegoria; sed summa ver-
 bi proprietates indaganda est. Quod
 refert Theodorus Antiochenus pul-
 chram similitudinem cornuti tauri.
 Is cum primum in arenam prosilit, &
 omnium in se oculos statim conuertit,
 & manus armat, hinc inde vocifera-
 tiones exurgunt plebeculae viso tauro,
 hinc in illum contorquentur iacula,
 alter contocando, sibilando ad se al-
 lit: ferro exterret alius; omnes la-
 tuerunt, & nituntur vulnerare. Medius ip-
 surus, & tela deridens eos emittit sal-
 ius, quibus omnes tremebundos fu-
 git. Ita Ignarius cornu salutis ere-
 ctum, nimirum cornuti instar tauri,
 apparuit in stadio, & in se
 oculos, ora, manusque conuertit.
 Vinciturque carceribus, vin-
 ctus, persecutionibus exagi-
 tus, ut ferox in illum declama-
 uerit. Ita Ignarius cornu salutis ere-
 ctum, nimirum cornuti instar tauri,
 apparuit in stadio, & in se
 oculos, ora, manusque conuertit.
 Vinciturque carceribus, vin-
 ctus, persecutionibus exagi-
 tus, ut ferox in illum declama-
 uerit.

Leu. 26.

Cyril.

chademiz, explicantur virgæ flagello-
 rum, & voce, & virgis petitur Ignarius.
 Quid plura? Fortissimus leo, genero-
 sus taurus nesciens timere media in are-
 na prosiliit deridens virgas, vel oris ha-
 litu Rectorem tremebundum strauit,
 omnesque securus fugauit contrarios.
 Quid aliud faceret magnus ille gentium
 Doctor Paulus? De hoc, quod in car-
 ceribus triumphet. Ita D. Chrysost. fa-
 tur. *Vides vinculorum fortitudinem ma-
 gis quam resurrectionem mortuorum esse
 gloriosam? vincetus est Paulus Romæ,
 & plerisque attraxit, vincetus est Ieroso-
 lymis, atque ligatus Regem exterruit, Præ-
 sidi timorem incussit.* Haud aliter Ignar-
 tius, vincetus Romæ, vincetus Salmanti-
 cæ, & Compluti, vincetus Parisiis, ple-
 rosque attraxit, potestates exterruit,
 Rectori timorem incussit, expectatissi-
 mos iuuenes in cælum vsque venti-
 lauit, doctissimos alexit Magistros, &
 inita Societate totam iacentem mun-
 di machinam restituit sanitati. Etenim
 iacentibus nobis salutis cornu erectum
 est, nimirum in interitum vergente mun-
 diali machina carceribus vinciturque con-
 clusus apparuit Ignarius, qui pernici-
 saltu se expedit, & instar tauri timore,
 & reuerentia replens persecutores, &
 sibi, & mundo gloriosas victorias re-
 portauit. Quid simile in Apostolis Ec-
 clesiae columnis licet excogitari, qui
 diuino correpti igne cum in stadium
 prosiliunt, inferorum phalanges in se
 armant. Ad mortem expetuntur à lu-
 dæis, tenentur tandem, coniciuntur
 nigro carcere, tunc concilio coacto
 sic aiunt sacerdotum Principes Act. 4.
*Quid faciemus hominibus istis, quod ele-
 ganter expendit D. Chrysost. serm. 15.
 in Epist. ad Rom. cap. 8. dicens Vide
 quomodo Iudei cum Apostolos in medio
 positos haberent, & stupuerint, & dixere-
 rint. Quid faciemus hominibus istis? ad-
 mirandum quippe fuerat, quod cum illos
 iam captos sibi, & obnoxios haberent, li-
 gatosque occidissent, adhuc tamen hesita-
 uerint, consilioque inopia laborauerint,
 per eos ipsi superati, per quos victoriam spe-
 rauerant. Atque ita neque tyrannus, ne-
 que populi neque Demonum phalanges,
 neque Diabolus ipse poterat eos vincere,
 sed longè superabantur uniuersi. Sic Apo-
 stolis*

Act. 4.

Chrysost.

1573.

stolis haud multum impar Ignatius, & captus, & ligatus, & exagitatus, omnium victor omnes gloriosè detriumphauit coram salutis adamusum factus.

Ad illud, lapis angularis non sibi, & inter nos connectens.

§. III.

B. Ignatius haud inferior vetustissimis religionum Patriarchis, & fundatoribus.

Proprium est angularis lapidis, & fundamentum aedificio praebere, & aedificij machinam sustentare: vnde passim a Doctoribus vocantur lapides angulares praeter Christum Apostoli, qui prima Ecclesiae posuerunt fundamenta. Deinde eodem vocabulo illustrantur Patriarchae omnes, siue Religionum fundatores, inter quos aequali gloria fulget hic pretiosissimus lapis Ignatius? Sanè Zachar. 4. vt placet Riberz, comparans vltimi saeculi sanctos cum primis, & vetustissimis Patribus ait. *Educat lapidem primarium, & exaequavit gratiam gratia eius.* Ecce tibi diuinus artifex Deus vltimis Ecclesiae temporibus educet lapidem primarium angularem. nimirum noui ordinis, & instituti fundatorem, & sustentatorem B. Ignat. & exaequavit grauiam gratiae eius, & fecit illum sanctissimis illis primis fundatoribus omnino aequalem.

Zachar. 4.

Niss. ;

In Basilij panegyrico probat D. Gregor. Niss. posterioris saeculi sanctos non inferiores esse primis Patribus, & vt concluderet D. Paulum non esse inferiorè Abrahamo, Moyse, Elia, Baptista, licet postremos his venerit, sic inquit. *Nò ne postquam sordes, quas Paulus ex ignorantia contraxerat, deposuit, protinus*

ad angustiores conditionem natura transformatus est? & velut exuto hoc carnis amictu in ipsis caelorum aditis versabatur? & nihil corporis impedimenti ponderare tardatus etiam intra diuinam paradisi consensionem perueniebat? Hæc ille, ex primo Paulianæ Aquilæ volatu eius cum priscis omnibus æqualitatem cõijciens. Enim verò qui tali sui transformatione, qui tali raptu, qui tam pernicioso volatu suam dedicauit conuersionem, cur altissimis, & primis Spiritibus non æquabitur? Etes modo Ignatius, cum primum licuit, cum primum lecto languidus animi languores prædidit, & luce cælesti illustratus vitio sordes aspexit, continuo ipso mentis culo lecto surgit, humi prostratur, & tatis perpetuæ voto se obstruit. Ad in angustiores conditionem natura transformatus est, Angelicæ puritatis emulatores, Ab Apostolice inuoluntate, & sanatur, relicto omnibus, saccente doloribus maceratum in Agonis ingressu iam octo dierum raptum nihil impedimenti corporis ponderare in diuinam paradisi perueniebat. Sanè Doctoris titulum ad solos tres dies Agitor extendit, quibus vt deum non māducavit neque bibit, carboignitudine, iuxta lyrā, sustineat me possit perire. At Ignatius vni dies integros rapitur in præter, non māducavit neq; bibit: sed quolare possisæ erat magnitudo, quæ sustentaretur ieiunus tenos metipso. Cur ergo primis, & superioribus, non æquemus eius volatu, nec etiam Pauli raptu primas? 3. Reg. 6. de magnificat dicitur, quod lapidibus perita est. Id quod expendere docet, lapidum tanti aedificationem eam fuisse, quæ ponebantur nullo discerni primis; sed conuata potius arte congesta viderentur. Hoc caut diuinus artifex in primis, nempe in fundatoribus alicuius aedificij, ne quid di-

Cant. Phil.

Ezech. 2

Greg.

Gregor. PP.

Lib. II. Caput Septimum

& inæqualitatis cerneretur in illis, imò illorum omnium illuceret perfecta, & vterina germanitas, & æqualitas, qua postremi non tam congesti quàm cōnati viderentur primis.

J. III.

B. Ignatij mira. aduersus ambitionis, & vanaglorie tela securitas.

AM in hoc firmissimo parentis lapide, non possum non mirari protenti instar animi humilitatem, qua in summis virtutumque verticibus nulla in laborum vipes eius labiolo apum aduersus proventus D. Amb. adonat libro 1. de Virginit. *sciens cum aeris motus subtilis sapè sublati, per inuolubila, ne leue alarum reuoluentis scabra ventorum: & sicula modo, ne alarum cum aura mundi huius exhor apibus Ignatius, non uat, quibus præcipientes uentus. Sed totus factus est lapis, factus, sic vanissimos cōnati, ut nihil minus in hac uirtutem prædicaret. Miratur læpius à nobis allatus, cur in sumam sublunariū creaturam ex terrena condidit? Sed ex subtilissimo splendore? Cur hominem, qui ornatu erat decoraturus adeo abiecta composuit? Sed ex solis splendore sumta condidit? Sed ex terra puluato utique infimo illum effiniam quam ob causam? quando inem sua imagine honoratu, sum ex uili natura formauit. honoris abundantia insolefceret terrenus puluis inditur homo, ne ad imaginis diuinæ alacritas euctus ventorum incurfi-*

Leu. 26.

Cyri.

bus rueret, nec tanta terræ molles illi conseruare suffecit à lapsu. Euāuit homo solo puluere grauis, ideò sapiens artifex pondus addidit, & conditurus Ignatium illum à petra deserti, à cantabrorum syrribus, & rupibus excidit, qui uelut è lapidea, marmoreaque natura effictus Dei imagine, & nomine, & uirtute, & passione, & prole clarus, præcipientes mundi auras sic risit, ut faxea molles ridere solet, rapidissimos quosque uentos maris. Dum B. Maximum commendat Ennodius, orat. 8. dicit. *Te olim secularibus inhaerentem titulis, castrensis sudor excoluit, & ad Ecclesie gubernacula pars aduersa solidauit. Christus milites suos, quos in personam ducis attollat, inter acies quarit hostiles.* Quid aptius nostro Ignatio? Qui de castrensi sudore solidatus, in lapideam aduersus uentos soliditatem obriguit. Qui inter hostiles acies quæsitus à Deo in familiaræ amplissimæ ducem fuit sublatus. Sed cur milles quæritur à Deo? Sanè idest militibus singulare, quod uictoriæ à particulari milite partæ Imperatori tribuatur; milites quidem pugnæ laborem subeant, qui triumphos Imperatori suo, non sibi nouerint applicare. Hæc Ioabi orat uox ad Dauidem 2. Reg. 12. *Dimicauit aduersus Rabbath, & capienda est urbs aquarum. Nunc ergo congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam; ne cum à me uastata fuerit urbs, nomini tuo ascribatur uictoria.* Quod ponderans Pet. Damia. Epistol. 97. fatur. *Militaris homo ad regalis fammam gaudet sui laboris transferre uictoriam.* Hoc militari splendore insignitus Ignatius sui laboris uictoris sic gaudet transferre semper ad maiorem gloriam Dei, ut nil minus timeat, quam uentos uanitatis.

Dauid ille uir, iuxta cor Dei effectus, post mille exanthilatos labores, post hostes prostratos in summum regni fastigium sublatus de subditorum numero insolefuit. Aut enim 2. Reg. 23. *Perambula omnes Tribus Israel à Dan usque ad Bersabee, & numera populum, ut sciam numerum eius.* Id quod elegantissimi sententia ponderat D. Amb. in Apol. lib. 2. cap. 1. inquit. *Non miraris ho*

2. Reg.

23.

Amb.

ris hominem, & Angelis equandum putas plurimum vite sue, imò a pueritia in diuitiis, honoribus, Imperijs demorantem, in multis tentationibus positum semel tantum errori locum dedisse, & ei errori, quo etiã Angelis de sua virtute & gratia deiecti sunt? Sanè mirabilius hoc in B. Ignatio qui nobilibus parentibus fatus, diuitijs, & honoribus innotuit plurimum vite sue mundialibus vanitatibus dedit, gloriæque militari insumit, & post modum in eum perfectionis gradum euectus, quo diuina pateretur, quo inter candidatorum cœlestium vitam ageret, quo terribilis acris potestatis existeret, quo sub Iesu nomine, & vexillo innumeras ab omni orbis plaga gentes iungeret, & bellum indiceret peccato medio in mūdiali stadio. Et tamē post hæc, nec semel errori, locum dedit, & ei errori, quo etiã Angelis sua virtute, & gratia deiecti sunt, imò David & Angelis firmior sepius dixit nihil sibi à vana gloria, & ambitione timuisse.

Matth. 5

Christus Dominus Matth. 5 Ecclesie Principibus edixit *Sic luceat lux vestra coram hominibus*. Quid tunc rei? Quod præcauerit periculum, ut luceant coram hominibus? Pulchrè D. Bern. serm. in Nat. Ioann. ut luceant, *nimirum tanquam accensi & vehementer accensi, & quibus non timeatur a flatu quolibet aut impulsione ventorum*. O qualem in se fornacem accenderat Ignatius, quãdo à nullo flatu ventorum timet! Ardebat lapis iste diuinus, & vehementer ardebat, quem in summo facinorum vertice nulla ventorum rabies extinguit, nulla tempestas turbat, nec illa, qua Angelica lumina æternū duraturis tenebris suffudit.

Bern.

Ad illud, aut ignis malæ & vitiosæ materiæ purgator.

S. V.

Inseruendo aduersarijs Ignatius occissimè totum pene occupat mundum, & sibi martyrij laureolam acquirit.

Ignatij nomen sicut ignem inspirat, ita Ignatij militia tota in ferendo lumi

ne consilii iuxta Euangelij præscriptū *Lucerna ardentes in manibus vestris*. Ut de Gedeonis astu, ostenso igne, ab infestissimis hostibus victoriam acquirant Sed quo igne insignitur Ignatius? Is insinuat Prou. 25. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, sic enim carbones congeries super caput eius*. Hæc ius arma sunt, quibus Ignatius totum pene orbem allexit, de triumphauit. Hoc erat illius studium singularē ut rabidissimis hostibus beneficeret pro viribus, ut in omnium salutem, etiam inimicorum, etiam barbarorum vehementer insudaret. Sæpissimè *rabar ego id, quod in vno Ignatio contigit valde mirandum, vnus homo vultu & abiectus, odiosus mundo, a multis contrarijs circumactus, a quibus rem & ad mortem sepe petiunt, in breuissimo tempore pene regiones nomine eius vidique vitæ loci ad virtutes euulgandas & in animi cogitanti occurrunt*. *Cant. 8. ale eius ale ignis, quod modatius & expressius, ale ignis carbones ignis, quod quo homo ad mortem in tervallo fuerit retam potest ignita beneficiorū iaculatur, terribiliū etiã hostiū corda de Etenim, si inimicis benefices carbones cōgeres, & carbones alati pernicissimi, qui vniuersū terrarū orbē percurrat, nemē quatuor vndequaque diffundat. *euolare possumus, ait Philo, alis ignis duabus diligenda Deum, & proximum sicut nos metipsos. Quid si pernicissimus euolet Ignatius qui in suos persecutores ardescit charitate? Quis tempore Ignatij nomen orbem Qui omnibus omnia factus bonibus beneficiorum holos animos expugnabat. Accurrit Ezechiel vidit in animalibus qui currui gloriæ Dei subicit ait enim cap. 1. *Similitudo & aspectus eorum quasi carbonum ardentium, & quasi aspectus luminum. Hæc erat visio discurrens in animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Ex quibus verbis, D. Gregor. PP.***

Luc. 12

Prob. 5

Ad

quid

Nam

attus

illi procel

Ad

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Phil.

Cant.

Lib. II. Caput Septimum.

PP. rimatur. Splendor ergo ignis, & de igne fulgur egrediens inter pennata animalia discurret, quia Spiritus sanctus simul singulis atque omnibus praesto sit. Hinc merito effingitur Dei spiritus pennatis animalibus innixus omnia velut fulgur peruadens, quia omnibus prodest, quia in omnes beneficentissimus est, qui indigentibus praesto adest. Hinc totum spiritum ebibit Ignatius, omnibus omnia factus, nulli etsi barbaro etsi abiectissimo, etsi inimico, etsi hosti non praesto non seruire paratus. Quomodo neas nactus alas velut fulgur ab oriente fulgurans pene in ictu oculi ad omnes mundiales plagas apparuit. Sed iam expendo, quod non minus summum est Ignatius, nimirum, quod accendat igne, qui mala vitiosaque purgator. Ignitus ille rubus Theodoro Israheliticus traditum Egyptiorum periculis baptizatus. Imo D. ap. 7. Math. martyrium ignis, quo puriores auri ad caelestes choreas trahuntur. Vide Ioann. Apoc. 15. Vidi vitreum mistum igne, & in medio bestiam, & imaginem hominis supra mare vitreum habentes citharas, & cantantes canticum Moysi. Vbi nobiles tormentorum triumphantes sic a ferreis machinis exurgunt quasi a baptismi vnda, qua vitreum mare significat. Ignis vero intermissus vim repraesentat purificatoriam, qua probati martyres gloriosi euadunt, ac supra caelestia littora citharas laudum & gratiarum Dei pulsant. Quorsum haec? Anne Ignatius purificatus hoc ignis baptismate probatus? Vbi res prosiliuit ad citharas? Eo quod igne quo purificatus ad palmam peruenit martyrii? Sanè eo exiit, non quia sub gladio occubuit, sed quia aduersarios suos contumaciter reatus fuerit beneficijs. Vnus militum cogitationem iniecit Eusebius in sermone de S. Steph. Vbi inquit: *Stipendium per ista sit, quia parte & opere martyris suscipit, qui odium malis debita generosi cordis benignitate calcauerit.* O quam iuste B. Ignatius ignescere dicitur purificatorio hoc martyrii

igne, cui nil magis cordi fuit, quam omnium mundialium odium generosi cordis benignitate calcare. Hostes, aduersarios sustinuit innumeros, admauit omnes, omnibus praesto accurrit, sic ignis factus vitiosae materiae purgator supra caeli littora citharas pulsat laudis, & gratiarum Dei pro felici laborum decursu. An licebit B. Ignatio illa dicere, quae Dauidi ab spelunca egredienti, ubi in festissimo pepercerat hosti, dixit D. Chrysostr. hom. de Dau. & Saul? Etenim sic ait: *Non egressus est gestans Saulis diadema, sed egressus est gestans coronam iustitiae. Non egressus est gestans regis purpuram, sed egressus est humanitate amictus, naturam humanam superante, quod pallium est quae vis stollae magnificentius. Egressus est e spelunca, tanta cum gloria cum quanta tres pueri egressi sunt e camino ardenti. Illis quidem foris, nihil ignis in quo versabatur nocuit, hic vero cum intus haberet carbones accensos, tamen non exarsit.* Hæc ille.

§. VI.

Ignatius validus peccatorum ab hominum visceribus expurgator.

Cum Ignis malae materiae purgator dicitur Ignatius, necessum adhuc est eius in extergendis proximorum peccatis expendere & vim & dexteritatem. Et in igne purificatorio malae materiae totam tibi conflatorem speciem propone ob oculis, in quo ut ignis purget, & purificet vitiosam materiam crebris iuuatur, & acuitur aspersioibus aquae. Hinc seise maxime patit B. Ign. gloriosissimum facimus, qui hominem venereo infectum veneno, ut ad salutem reuocaret, nullum non mouit lapidem, omnia instructuose. Tandem nocturnis tenebris inedia hyemali bruma eunte ad lasciure barathrum cum vidisset hominem, ablatis confestim vestibus nudus in gelidum lacum prosiliuit, a quo misellum peccatorem & manum

Apoc. 15

Euseb

& voce conuocans, ecce ait, quanto gelu igneas turpitudinis tuæ tedas in me caligo. Quo stupfactus homo mortiferum ocalis sudat venenum, & integræ sanitati reituitur, puramque omni labe vitam instituit. O Ignati vere ignis conflans, & purgans proximorum peccata! Et arca testamenti, & Chritus Dominus intrauerunt aquas Iordanis, & visa arca, aquæ ipsæ conuersæ sunt retrorsum: sed cum in se suscipiunt Christum, non retrocedunt aquæ, retrocedit tamen & perit mundi peccatum. Id quod eleganter ponderat D. Amb. serm. 11. de Epiph. *Ante, inquit, retrorsum aqua conuersa fuerunt, modo retrorsum peccata conuersa sunt, & sicut tunc impetus fluminis albeum sui cursus perdidit, ita & nunc impetus peccatorum dominium sui erroris amisit.* Liceat eisdem verbis Ignatij à gelidis aquis facinus publicare, quando sicut arca in flumine retrorsum fugauit aquas; sic Ignatius in lacu fugauit à corde perditissimi hominis peccata. Ibi ad præsentiam arcæ steterunt aquæ hîc, viso Ignatio in aquis degente, præcipites peccatoris appetitus sese frænarunt. Sed non cum lignea arca, verum cum igneo Elias Ignatium componamus. etenim, ait Amb. supra. *Elias etiã in Iordane fecit diuisionem aquarum; ita & Spiritus Domini separationem operatus est peccatorum, ille stare fluentia præcepit, hic crimina.* Sanè igneus Elias, igneus Ignatius, in flumine Elias, in lacu Ignatius, tamen Elias aquis, Ignatius imperat peccatis, ille circa aquas totam virtutem suam exercet, hic ab aquis vires resumit, vt crimina expungat à cordibus humanis. Vt impleatur illud sap. 16. *Quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescibat undique, vt iniqua terra nationem exterminaret.* Modo propter nimiam virtutem ignitus vir Ignatius exardescit in aquis, vt iniquæ terræ nationem exterminet, vt hominem purget, & mundet à peccatis. Huc spectabat Psaltes, quando cecinit *facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* Quod expendens Naz. Theologus orat. 34. ait, *Spiritus atque ignis Angelus appellatur, illud, quia intelligibili natura est præditus, hoc,*

quia purgandis animis nostris adhibetur. Quid plura? Ignatius totus spiritus est, & quia spiritus fertur super aquas, imo incubat aquis, vt à cœno vitiorum volantes animas reparturiat; totus ignis est, quia purgandis nostris animis adhibetur, & adhibitus squalentia corda auro, chrystalloque nitidiora reddit.

S. VII.

Ignatij splendor, vt fulgentissimus, sic & abditissimus.

ADstupro totum ignescentem Ignatium, totum effulgentem; & miror nihilominus tantum ignem posse latere. Et illuxit, latuit, lampada manibus portauit iuxta Euagelij vocem; sed de Gedeonis altu occulta lagenis, vt in nebrarum Principes deuallaret. Sic proximum ducem Christum suos informans. *Adtes, lucerna ardentes in manibus quidam. Quæ acutè, & eleganter ex Naz. Petrus Chrysol. dicēs, verè in attulit cernas suas, qui cum loco, propositi, processerunt, opere, virtute, meritis. Ad splendent toto orbe terrarum. Luc. 12. Chryso.* cernas Euagelij nouit portari, & coruscari, & fulgentissimos in terris radios emittere. Is est Ignatius, clarissimus, & lucidissimus, lucidissimus, sed occulta lagenis. Quæ ab manibus Ignatij prodeunt, luce, lampades sunt orbem illuminant, quod illuminat Indos, & tenebras hereticorum expellit, quod barbarissimos quoque docet, quod squalentem Apollinem in scholis detergit, & illustrat, opus Ignatij est. Quæ terra, quæ plaga, quæ insula, quod latibulum Ignatij non exceptit clarissimum splendorem, & radios. Sanè Ignatij opere, virtute, & meritis coruscant, ac splendent toto orbe terra & opus. Idem & loco, & proposito, & stude partit, quatenus media hac in luce, sed vehementer curauit, ne ipse clarus impeteret, ne quid sui nominis clareret. x. g. h. c. singulare suum opus, & lucidissimum clarissimum sui indicium Iesu non & Augustissimo Iesu nomina ascribit, cui nullo referrent Ignatium. Liceat, & conuertere currum illum Ezechielis, & ad umbra tam hanc singularem Ignatij magnitudi-

Amb.

Sap. 16

Psal. 103

Naz.

Gen. 1.

Luc. 12.

Chryso.

Q.

Lib. II. Caput Septimum.

tudinem animi, qua & latuit, & simul terras illustravit: Etenim dicit. *Vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: & nubes magna & ignis inuolvens & splendor in circuitu eius & de medio ignis quasi species electri.* Hebraice dicitur, quasi species Chasmal. Quam dictionem nihil significare apud omnes cōpertum est, imo & significari & delitescere in illa aliquid cabalisticum plures volunt. Quando quidem si legas Hebraeorum natio & proprio more, ut legendum erat, à dextra in sinistram inuenies nomen quod nihil significat, si peruerso ordine à sinistra in dextram legeris, inuenies *Christum*. Quid plura? Quasi ignita species, nescio, an sufficiens quadret, quā ignito Ignatio, qui solus in maximo opere suo, nihil in collectione, ut si inuenias de communi aliorum more, inuenies opus fundatorem significat. Sic ordines quocumque fundatori præferunt: Benedicto, à Francisco, à Augustino dicuntur. Illustravit, non tamen præferit fundatorem, totus in illo delitescit, & dicitur Ignatius, & nouo & in usitato, ubi vndique Christus, vndique Iesus manifestus apparet. Pius ille Booz apud Ruth. cap. 4. Sic propinquam inonebat. *Ruth Moabitidem, qua uxor defuncti fuit, debes accipere; ut suscites nomen propinqui tui in hereditate sua. Qui respondit; cedo iuris propinquitatis: neque enim posteritatem familiae meae delere debeo.* Etenim noluit legis more, sic de alieno nomine filios suos nomen, ut proprium suum nomen. Quod fecit Booz nubens Ruth, nomen propinqui suscitandum in nullo, obnubilato. De quo sic elegans Pet. Damia Epist. 97. fatur. *Ille gloriatus cupidus proprio nomine posteritatem familiae conabatur ostendere. Booz modestus famam proprii nominis parum curans, diuinae legis contentus est mandata seruare. Sed ecce illius qui suam post se memoriam anhelabat relinquere, ne nomen quidem agnoscitur: hic autem non solum in Patrum, sed & Patriarcharum cathalogo cū gloria numeratur. Ille nescitur parēs esse saltē quorūlibet ho-*

minū; iste præpotentiū pater factus est regū. Ille dū posteritatis memoriā concupiscit, de memoria corruit; iste qui propagando, sub nomine suo generi non consuluit, per Davidicæ stirpis traducē, totius mundi genuit Saluatōrē. Sic Ignatius in Patriarcharū cathalogo numeratur, & illustrium victorū pater effectus, quot Iesuitas dedit orbi tot genuit Saluatōres, ex quo sub Iesu nomine, proprio occultato, familiam suā fecit radiare. Hæc occulti Ignatij pulchritudo, sic diuini sponsi affectū rapuit, ut in Ecclesiæ amasiz pulchritudinibus quæcumque videretur laudatior, nunquam ab illo sine hac exceptione extolebatur nimirum, absq; eo quod intrinsecus latet, quasi latentis alicuius pulchritudo iam inde existeret gratior.

Ad illud. Ventilabrū rusticū, quo à grauius dogmatis leuia discernuntur.

§ VIII.

B. Ignati' rerū diuinarū, spiritūq; optim' trutinator primis cōuersionis suæ cunabulis.

Magnum illum Athanasū, cuius trumena, abditissima grauisimæque Triados mysteria ponderabatur, cuius labore Ecclesiastica arca a prope infinitis errorū paleis purgabatur, vocat Theologus ventilabrū rusticū: an rusticus, qui disciplinis theologis inuenerit? qui omnigena sciētia madidus? qui Imperatorū Aulæ assiduus? qui Episcoporū concilijs extitit oraculū? Sanè non tam Athanasio, quam Ignatio verba aptabo. Quis rusticior quā miles, quā Cantaber plurimū vitæ suæ spatiū cōsumens in armis? Ecce ergo tibi rusticū Ignatiū triginta vitæ annos infumentem sub gladio militari gloriæ penitus deditum, rusticum, inquam; sed tamen ventilabrum, quod errorum ventilat paleas, & metit granum.

Vix confracto cruce nomen Christo dedit, & miles veteranus & Cantaber nuper Christi agonista factus eā rerū diuinarū adeptus est notitiā, qua libellū impleuit regulis ad discernendū spiritū motū, ad veritates catholicæ trumenas per aptis. Cōsiderauit D. Hilar. Iacobū integræ nocte cū Angelo Luciantē, tadē fœmore percussam, & victoriā & nominis claritatem fuisse adeptum, adeo, ut qui luctator dicebatur, iā Israel, hoc est, videns Deum vocaretur. Hinc totius mundi mutationē prælagiens sic fatur *Iam ubiq; irreligiosū ante os eius religionē docet, iā pollutū stupris corpus, continentia purū est*

Hilar.

est iam ceca quondam à cogitatione Dei mens, Israel facta est. Non aliter ego celebrauerim Iacobi luctaminis amulatore Ignatium, qui bellis, luctaminibusque insudans tandem percussus crure sic mutatur, vt qui ante prophanus, & irreligiosus, iam vbiq; religionem docet, religiosorum agminum factus Doctor & Pater: iam qui delicias & voluptates colebat, continentia purus est, corpusque suum Deiparæ litando æternat voto animi puritatem, relictante immunditiæ spiritu, imo per vitream fenestram fugiente tanti aromaticis suffitum. Qui rusticus & barbarus Cantaber, totus Iacob; totus luctator Israel factus est, eas patitur celestes visiones, sic diuina rimatur, trutinat, vt quasi Deum viderit. Augustissimæ Triados difficilia scriptis enodaerit, spirituum motus trutinauerit, Catholicæ veritatis indicia dederit. Vere Iacob percussus crure, vere Israel videns Deum, vere rusticus luctator & miles, vere ventilabrum à grauioribus dogmatis leuia discernens, à paleis grana, à fallacijs veritatem, à Satana Angelum, adeo, vt licet Dæmonis fallacijs appetitus fuerit, nunquam captus, & antequam Catholica censura obliterasset Erasmus, iam ipse illius opera a Societate iusserat exulare.

Luc. 2.

Hac in cautela & spirituum discretionem Israel factus est, & prorsus similis, hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit & pulsauerit confestim aperiant ei? Quibus verbis vt B. Ignatij spiritu discretionem illustrem, nō grauior huc referre illa, quæ lib. I. cap. 7. §. 19. exarata sunt. Etenim dum dicta D. Lucæ parabolam examino, non facile reperio in mundo homines adeo desides, qui reuertentem à nuptijs Dominum expectent ianuis clausis, ne ante quam ipse pulset & clamet aperiant. Imo nuptiarum tempore reuertenti tibi sponso cum carissima sodali, patent ianue, nemini obcluditur aditus: serui eo incumbunt, vt aduentanti sponso parata domus effulgeat, ardeant facibus balbæ, seseque ardentibus facibus dent obuios famuli, ne Dominus necesse habeat expectare ad ianuam, mul-

to minus pulsare & conclamare, & pati domesticorum illud tritum examen, quises? Non ergo desidiosis nominibus illis iubemur assimilari in hoc nuptiarum temporis examine, qui nullum habent, sed cœlestibus Angelis videntibus Dei faciem. Ita Niss. hom. 15. in Cant. *Comparat nos Dominus cum Angelis, siquidem vigilanter Deo parcamus, & vos, ait, similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur a nuptijs, & in thalamum mysteriorum admissam sponsa expectabant. Angeli reditum Regis ad naturalem beatitudinem & gloriam.* Sed quando expectabant? Sane ianuis clausis, cum venerit prius ipse pulsauerit. 3. clamauerit. *Aperite portas Princes, Adstras, & introibit Rex gloriæ, qui semel & bis reclamentur. Nomen. do. Quis est iste Rex gloriæ? Nam attuas alter. His iubemur cum illi procella in recipiendo Deum, suam ad discretione & examine, notans David Psalm. 23. *est generatio querentium faciem Dei Iacob: & statim dialogum illum siue examen ad tollite portas, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? qui diceret, hic mos est, hæc naturalis conditio illorum, qui faciem Dei intuentur, vt intuitus est post cœtamen Iacob, nec ipsum Deum recipere sine longo examine & discretionem maxima.**

Hanc Iacobeæ prolis naturam perfectissime retulit Ignatius, qui Iacob in luctis, & in contractione cruris in Israel mutatus eam ex alta Dei contemplatione didicit cautelam & discretionem spirituum, qua suos & omnes viros spirituales edocuit; ne parent corde cuius spiritus motui; sed examinarent, sed recognoscerent impulsam sed quærent quis est iste Rex gloriæ? Sapienti & amanti illi peccatrici ad monumentum apparuit ipse Rex gloriæ Christus. Tunc illa: *Domine, si tu scistu istum eum? de quo eleganter cauit Orig. ibi. Si forte apparuerit tibi, & desiderio tuo se representauerit, noli a te presumere tanquam eum cognoscas, sed interroga illum, & ora, vt indicet se tibi.* Hæc cauit Origin. hæc cauit Ignatius factus

Niss.

Pf. 23.

Ioan. 20.
Orig.

Lib. II. Cap Septimum

verum ventilabrum, quod a fallacijs,
& scrupulis, & erroribus animos puri-
ficat humanos.

§. IX.

*B. Ignatius opera sua omnia singu-
lis horis, imo singulis momen-
tis vocat in iudicium, &
examen.*

Cum Theologus Athanasium vo-
cavit ventilabrum, crediderim
pervenisse ad illud Matth. 3. de Bapti-
smo, cuius ventilabrum in manu
domini communitur Doctores re-
spondent exactum, & severum iudi-
cium. Singulis operibus faciendum:
interlinealis superposuit
discretio iudicij. Si quidem
toties examinata, tot iu-
dicia fuerit, non absre sanctif-
icabitur. Sicut enim Lauren-
tius, & alij. Sic et iuste Ignatius venti-
labrum in operibus ostentare, ut inuere-
tur crebra illa & seuera iudicia de eius
operibus facta. Imo vero pateret om-
nibus severum illud iudicium, quo ip-
se singulis horis, singulis momentis sua
opera ruminabat, defectus castigabat,
quocumque negotio esset intentus,
quacumque occupatione prepeditus, ea
erat animi attentione in suos actus, ut
quemvis lingue lapsum, quemvis mi-
nutissimum etiam defectum perpetra-
tum statim videret, & in corde castiga-
ret, & nodo in corrigia ad id destina-
ta notaret, ne memoria caderet.

4. Reg. 2.
Bern.
Duplo maiorem spiritum, quam
Eliæ fuerit spiritus, concupierat arden-
ter Eliseus 4. Reg. 2. & duplo maiore
spiritum dicitur obtenturus hac sola
conditione. *Si videris me quando tollar
à te, erit quod petisti; si autem non videris
non erit.* Ex quo D Bern. ser. 17. in Cant.
Sic nos omnes informat. *Nunquam sine
nostra conscientia magistra unctio tolla-
tur à nobis si duplicato munere volumus
non fraudari* Quasi in hoc sit duplica

rum augmentum humanæ perfectio-
nis, quod nullus nos defectus lateat,
quod nulla à nobis perfectio absit,
quin & videamus, & leniamus eius
absentiam. Qui sic sibi attendit, & suis
intendit actibus, ut nihil spiritualis per-
fectionis excidat sine conscientia, ille du-
plicato munere donatur.

Sed quid magnum erat, quod Eli-
seus videret discedentem Eliam, ut
ideo duplicibus debuerit donari? Erat
quidem summa cura necessaria qua
singulis momentis debebat attendere,
an Elias aduolaret. Erat illi necessaria,
ait Carthus. *Incessabilis & diligentissi-
ma directio oculorum ad Eliam,* quibus
nil mirum si accederet spiritus duplica-
tus. *Tales denique querit* pergit Bernat.
*Spiritus similes hominibus expectantibus
Dominum suum,* ne inscijs ipsis absit,
aut transeat. Talis erat Ignatius ocula-
tissimus inspector suorum actuum; eo
intentus, ne momento aliquo accide-
ret perfectionis lapsus, quem ipse non
viderit, non fleuerit, non notauerit, in-
cessabili, & diligentissima directione
oculorum positus in suam perfectio-
nem, ne vel minima abesset sine exa-
mine, quo singulas operationes singu-
lis momentis ventilabat. Ecce tibi quæ
apud ventilabrum potuimus in signe mul-
tiplicis Ignatij sanctitatis.

Ad illud. Gladius vitij radices
excidens.

§. X.

*Appetitus iugulatione perfectam
animi tranquillitatem, & quie-
tudinem obtinuit.*

Quid proprius Agonistæ Christia-
no, quam gladius? Is nunquam ex-
cedit Ignatio e manibus, quo sese ad-
uersus latronum insidias communiuit. *Cant. 3*
Qui lectulum Salomonis ciangebant:
omnes tenentes gladios, & unius cu-
iusque gladius super femur suum, quia
ut loquitur Niss. hom. 6. in Cant. Sor-
dida.

didam corporum cupiditas, veluti quædam prædonum turmæ menti insidia tur. Vnde necessum est, vt strenui milites sint parati pugnare, quorum bellioa pueritia eo quod super fœmur paratam ensem habeant terrorem affert & stuporem ijs, qui noctu insidiantur. Quo gladio perfecte sese armavit Ignatius carni & sanguini crudele bellum indicens. Silicium pro thorace induit, & saeco amictus, aperto capite, nudis pedibus Christi ingreditur militiam: lectus erat illi dura tellus, esca ieiunium quotidianum, & ter in die sese flagris crudelibus in conflictus maiores exercebat. Hunc in dies versabat gladium, illoq; viuudum spiritus paradium inaccessu latronibus reddebat.

O vos fœlices, qui tali gladio armamini, quo Cherubim à paradiso latrones arcuit, quem Abraham in propriu filium adegit. Cherubim vitæ arborẽ gladio igneo integrã custodiuit: Abraham iusus litare Deo filium surgit à lecto, montem scandit afferens ipse gladium & ignem. Quibus pulchre Philo lib. de Cherub. an non vides, quid & sapiens ille Abraham, quando incepit iuxta Deum metiri omnia nihil creature tribuens, accepit ad ignei gladij similitudinem ignem & gladium, refecare cupiens quicquid mortale habebat, vt expedita cogitatione sublimis ad Deu euolaret? Hoc valde etiam mirandum in Ignatio, cū primum à Deo vocatus, in arenã pro siluit, vix iasita vitæ arbor menti eius cœpit adolescere, & alter Cherub. alter Abraham nihil creature tribuens omnia humana conculcans igneum gladium arripens sic carnales omnes cupiditates ferit, sic appetitus trucidat, sic se ipsum nuditate, fame, doloribus enecat, vt inaccessus vitijs sublimis ad Deum euolet. Ad eam etiam animi tranquillitatem & pacem peruenit, qua nullum rebellem motum in cœcupiscentia experitur.

Cle. Ale. Clemens Alex. in exhort. sic vniuersos Christianos commonefecit. *Planta cœlestis cum sit homo, vt cœlestes virtutum fructus ferat inutiles vitiorum stollones pœnitentiæ ferro circūcidat. Tot in dies pullulãt vitiorum stollones mēribus nostris, vt pijsimi quique egeãt*

quotidiano cultro, vt refecent, vt excidant. Cautior Ignatius, qui non gladiu pœnitentiæ ad stollones misit; sed hoc gladio omnis vitij radices excidit, sic que omnem animalẽ vitam in se mactauit, vt puerilem innocentiam & impatibilitatem fuerit nactus.

Reuoca in memoriã custodes illos lectuli diuinissimi Salomonis, & animaduerte, quam validi pugnatores sint effigiati, omnes gladios tenentes, vnus cuiusq; ensis super fœmursuum. Deinde apud Lucã cap. 11. audi Deu, sic loquẽtẽ de illis, *pueri mei mecu sunt incubili. Ecce tibi & armati & acres, gladiatores, & simul pueri, infantes vocantur, quid tunc rei. Id eleganter in Gen. 3. D. Nisi. hom. 6. iu Cant. dum faru. Ad do qui cingunt ensem attendendo, quicquid virtute agenda expellunt animi. Nante, bationes, tunc infantes etate suam attuas tes eiusmodi perturbationis. Illi procellis huc statũ se redederũt cœuers. Ad filititate effecti pueri, adeo, vt ueniatu vel infans, vel arm. quidem in puritate impatibis lectum, id est, cor suũ custodiens autem in beato lecto quiescet. Ignatius sanctissimus is es, quæ pœnitentiæ gladio profils in arenam, tibi bellum indicis, pugnas, mactas te ipsuni, armatus hinc existis, sed & infans es post iugularam animalẽ animam factus expers omnis perturbationis. Armatus cor tuũ in accessum custodis versato ignescente gladio, puer nullos rebelles motus experiens beatissimo requiescis in lecto; Abrahamo præstantior non ad similitudinem Cherubim gladium exeris; sed Cherub. alter factus iuxta nominis huius binas ethimologias & quasi pugnanans inte bello furis, & quasi puer immensa pace i, & tranquillitate frueris.*

Gen. 2.

Philo.

2: 12

Lib. II. Caput Septimum.

§. XI.

Pœnitentia Ignatij tandem occultatur, ut abiecit specie hypocresis a pluribus possit proficere.

Miror in Ignatij pœnitentia id quod omnes mirari cuperem, nimirum, quod is gladius, qui tam immaniter verus fuit à primo conversionis die, tandem cum ad societatem instituendam accedit, occultatur, & quasi cooperitur, ut plures metat in Christo. Qui silicio opertus & qui nudis plantis, & capite nudo in principio, societatem fundat, pallio tegitur, calceos superoperit. Quid plura? Silicium in capellem manet, & desuper amicitur, planta pedis operitur, quod extimum pedis cooperitur. Apage qui hypocritam Ignatio & proli inuris, quod max es; qui gladius est, latet, occultatur, quod tuis oculis obijcimus, linum est laneum pannum est; hypocritis linum absconderet, & sacculum præferret; verum Ignatius sub lino, & lana gladium abscondit, ut plures venetur Christo.

Sap. 18. De Angelo illo in Ægyptios primogenitos fero dicitur Sap. 18. gladius acutus in simulatum Imperium tuum pertas & stans replevit omnia morte. Expende illud in simulatum Imperium, pro quo græcè sonat, non fictum, non hypocritum. Et sanè si Angelus reuelatum gladium hinc inde ageret, versansque illud in omnium oculis ferociret, nullus tamen Ægyptiorum sub gladio caderet, notam fictionis alicuius, siue simulationis, siue hypocritis non effugeret. Verum omnia in contrarium accidunt, quia gladius minimè apparebat, nullus micro visibatur; & passim hinc, illiac cadebant occisi, sanè gladius iste non hypocritum, non fictum Imperium portat, si quidè occultus, & tectus omnia mortibus replet.

Si Ignatius collecturus Societatem

gladium exacutum relinqueret, faccum, silicium, nuditatem, famem ostendat, quoties hypocritis notam incurret? Quoties spurdetur? quam paucos socios asciteret? Verum sapientior ipse gladius acutus non hypocritum imperium portans, pallio & calceis obtegit gladius duritiam, & stans replevit omnia morte; eius exemplo innumeri primogeniti, adolescentes nobiles, debites, magnæ expectationis homines pristinam fastidientes vitam immoriantur Christo. Huc rerulerim illud Ezechiel. 21. *Dedi Eze. conturbationem gladii acuti & limati ad fulgendum, amicti ad necem. Cum gladius hic pœnitentiæ splendebat, cum sacculus, cum ferrea catena, cum continua flagra, cum ieiunia, cum vigilis, cum nuditates, cum assidua mortificatio visibatur, à qua lucebat Ignatij pœnitentia! O quales sanctitatis radios emittebat! gladius limatus ad fulgendum; sed amictus ad necem, sed cum amicitur, cum tegitur, cum linum & lana ostenditur, & silicium, & gladius occultatur, à quot iuvenes, quot magistros, quot viros nobiles Deo Opt. Max. maectat, litat!*

Ad illud. Dei filius belli socium nanciscitur.

§. XII.

B. Ignatius altiori, & perfectissimo modo filij Dei comes, & socius dicitur.

De prima, & suprema Angelorum hierarchia locutus D. Dionys. Areopag. cap. 7. hæc iuxta Ambros. Cal. *Dyon. madulensem loquitur. Eadem quoque ratione Iesu felicissima Societate dignitas intelligendum, non quod ex fictis imaginibus aut formis illa Deificam similitudinem nistantur exprimere; sed quod ipsius divina imitatio excellentiori modo donata sit, communicantque quantum par est Deificis ipsis benignissimisque virtutibus. Itaque hoc in primis pro certo habendum est, nimirum suprema spiritalium*

tuum agmina Iesu Societate gaudere, itque habent non quod in se corpoream aliquam effingant figuram Christo similem, sed quod illum altiori modo imitentur. Quam imitationem expressius posuit Ioannes Scotus sic verens, quia Deo simile ipsis subiectivè donatum est, quasi tota similitudo, ex qua nascitur intima primæ Hierarchie, cū Iesu Societas consistat in similitudine subiectionis, & obedientiæ ipsius. Quæ virtus sic fuit ab Ignatio culta, ut vna illa & se, & suos ab alijs sacris ordinibus distingui voluerit: sic enim ait epist. quam de obedientia scripsit. *Ab alijs religiosis ordinibus facilius patiamur superari nos ieiunijs, vigilijs & cetera vicijs; cultusque asperitate: Vera quidem de perfecta obedientia, abdicationsque voluntatis ac iudicij, maximè velim esse conspicuos quicumque in hac societate Deo Domino nostro de seruiunt, eiusdemque Societatis veram germanamque sobolem hac quasi nota distingui. A deo obedientiæ deditus, ut si mutilla naui immensum tranare mare iuberetur, dixerit se dubio procul eam expeditionem aggressurum. Quis neget iam Dei Filij socium B. Ignatium inventum fuisse, & meritò Iesu Societate donatum? Ut potè cui diuina imitatio donata sit excellèntiori modo, quatenus obedientia Christo Domino apparuit simillimus.*

Rursus, eandem similitudinem exagerant illa verba, communicantque quantum par est Deificis benignissimisque virtutibus, vel ut gratius reddat præfatus Scotus, *communicant in præoperatrice virtute Deificis ipsius & benignissimis virtutibus.* Primò Ignatius verbo similibus in præoperatrici virtute; ea enim peregit opera, quibus mille alij virtute insignes non sufficerent. Quot vias agresius est? Quot peregrinationes suscepit? Quot ciuitates adiit? Quot regiones lustravit? Fundaturus societatem non magno hoc opere contentus, simul septem monasteria siue xenodochia & seminaria intra urbem ædificare nititur, & ædificat. Nec ideo se à proximorum salute procuranda alienat; imò nihil aliud agere videbatur: Rursus, simillimus filio Dei in Deificis & benignissimis virtutibus; nō

ferro; sed oleo medellam afferens proximorum plagis, ut luxuriosum curret, remedium & durum, & austerum in se suscipiens gelida immersus aqua: ut sacerdotem Deo acquirat ludibundus accedit, & ludū (qui totus serius erat) instituit, sicque & obedientia, & præoperatrice virtute, & benignissimis virtutibus Dei filio socius apparuit, & simillimus, ut ideo, ut de alijs plurimis distinctionis signis taceamus, videtur cruce vulnus accepisse, ut naturæ humanæ superatæ à Dei filio signa gestaret. Hoc dixerim, quia de lucta illa Iacobi cum filio Dei, à quo in furore vulneratus est, sermonem facit Naz. ait, quod illa lucta, erat humani ^{illu} duli cum diuina sublimitate comparatio. ^{Ad} & contentio. Vnde & humanæ ^{Ad} superatæ signa gestat. Nam nō ^{quidam} tra, si cum diuina comparatur, ^{Nature} liastes) huiusmodi collatione ^{in attritu} dolore oppressa sublandit ^{illi procel} re percutitur Ignatius, ut ^{Ad} ne naturæ suæ comparatio ^{vel} filium oppressæ, signum ^{Ad} cet Dei filio maximè apparet ^{Ad} que Societate dignetur, ^{Ad} inferior illo est.

Ad illud. Spiritus hominem, qui pro ipso spiret, inuenit.

S. XII.

B. Ignatius diuino spiritu plenus in trahendis, conuertendisque hominibus spiritus sancti manus exercebat.

Haud facile erit perspicere quos homines Ignatij halitu, & spiratione correpti mundo renuntiarint, quippe, sic hominum corda penetrabat, sic omnium ad Deum trahabat voluntates, ut vererentur Spiritui sancto resistere, si resistissent Ignatio.

Ign.

Lib. II. Caput Sextum.

Parisij accusatus fuit, quòd Achademiam viduaret, translatis in Dei querendi studium scholasticis; nec villam ingressus fuit civitatem, quam nò igniret ab inhabitante sibi Spiritu sancto. De Præcurfore dicebatur: *Et erat lucerna ardens, Et lucens*, ex quo in illo adesse Spiritum sanctum arguit eleganter Cyrill. lib. 3. in Ioann. cap. 1. *Non enim, inquit, aliunde vim illuminandi habuit, quam ab intellectu huius oleo, quo huius illuminationis ignis in nobis ascenditur.* Nec Ignatius ignea verba, quibus, & incēdebat & illuminabat omnes, haberet, nisi à suscepto in se intellectu oleo diuini spiritus.

Accipite pulchrum indicium in habitibus spiritus in Ignatio; Romam ipse abibat iam iam erecturus Societatem, & mille difficultates rei animi incidit in mentis excessum, & se illi dant obuios Pater & Filius, & Spiritus sanctus, & quæque diuinus cruce insigniturum à Patre Ignatiū sic alloquitur: *Ego vobis Rome propitius ero, Pater, & Filius in Ignatio, & amor! Sed numquid Spiritus sanctus minus illi propitius? Cur ergo Spiritus sanctus non venit? An, quia iam in illo, intra illum morabatur? Simile meditatatur Paschasius Abbas lib. de sacram. cap. 12. Vbi expendens illa Ioan. 14. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit, Et Pater meus diliget eum, Et ad eum veniemus, Et mansionem apud eum faciemus.* Sic continuo connectit, *non quasi prætermissio Spiritus sancto; sed signanter ostendit, quòd ad eos tantum Pater Et ipse veniat, quos idem sue præuentu aspirationis sanctificauerit spiritus.* Itaque cum Pater, & Filius cuique accedit, ideo accedit quia prius in illo inhabitauerat, & præparauerat spiritus sanctus, qui quoniam præuenerat, non apparet venire cum Filio, & Patre. Vnde ex Patris & Filij aduentu ad Ignatium rectè ehecimus quàm ipse possideret Spiritum sanctum, quàm redundaret illius virtute, & efficacitate.*

Hinc iam non miraberis, quòd ad Ignatij vocem inferorum Imperium caderet, & Regnum peccati, imo, vt ait Ribadeneira lib. 5. cap. 6. non raro ad se venientium paucis verbis non

solum præsentem morbum de pelle: ret; sed sanaret in posterum; reque tantum ægritudinem animi; sed ægritudinis quasi radices euelleret. Sidonius Apollinar cum aduerrisset Gedeonis illud celeberrimum conflictum, quando ruptis lagenis, præcinentibus tubis hostium mille phalanges prostravit, sic in diuini spiritus laudes ipse cecinit.

Firmaasti Gedeona tubis in ferte canoris.

Spiritus, Et solo venit victoria cantu.

Voce resonante tubæ Gedeon hostes euertit, victoriam reportauit. Quid mirum? Diuinus Dei halitus tubis insertus erat, diuinus spiritus medijs filiulis personabat, quo inimici facile expugnabantur. Id quod maximè extollit Ignatium; etenim, cum te video, o sanctissime parens, tot hostes superare, tot victorias acquirere, tot ægritudines depellere, totum orbem terrarum inuadere, & expugnare, peccatorum immensum pondus exsufflare, & uel voce vel verbulo tanta perpetrare, non me contineo, quia in spiritum inhabitantem exclamè, firmaasti Ignatium, spiritus voci eius inserte, & inde solo venit victoria cantu. Sola voce euertit regna peccati, solo habitu hominum animos rapit, trahit, solo verbo mille victorias mille triumphos à validissimis hostibus reportans caelesti regi, cui semper militauit, summis gloriæ splendoribus asidet.

S. XIII.

Ignatij Magnitudo ex Xauerio.

SIC Apostolicos viros monebat Dominus apud Luc. cap. 12. nimirum, quod sint *Lucerne ardentis in manibus vestris*, nil enim sic extollit Sanctos, eorumque magnitudinem exaltat, quam plena lucernis manus. Hinc ego dum in D. Ignatij manibus lucernas quæro à quibus eius ingens sanctitas pandatur, è multis vna, & clarissima, & ardentissima lucerna, scilicet san-

sanctissimus Franc. Xauier sese mihi obijcit, lucidissimū Ignatij opus, eiusdemque 'ancitatis testimonium singulare. Sed timebis ne Xauier in manibus Ignatij, sit potius nubes, quæ obtegat, & obscuret, quam lucerna, quæ apparere faciat tanti parentis virtutes maximas. Xauier ille miraculorum patrator, ille mortuorum suscitator, qui septem supra vigesima sepulchra vacuauit, quid cum Ignatio cuius meritis vnus desperatus adhanc reductus fuit vitam mortalem? Vt hoc me expediam nodo, considero à Christi Domini voce, & tactu tres, aut quator mortuos fuisse excitatos; verum à D. Petri, vel vmbra innumeros, ad salutē, & vitam fuisse reuocatos. Quod perpendēs D. Aug. in Psal. 13. inquit. *Maiora videntur fecisse Apostoli, quam ipse Dominus. Sed vnde fieri potest, vt pl' valeant sarmenta, quam radix? Quomodo autem quasi maiora videntur fecisse illi, quam ille? Ad vocem Domini surrexerunt mortui, ad vmbra transeuntis Petri surrexit mortuus. Maius hoc videtur quam illud. Sed Christus facere sine Petro poterat, Petrus nisi in Christo non poterat.* Id quod in præsentī de Ignatij & X. uerij facinoribus dixissem, quia Ignatius sine Xauerio, omnia potuit, at Xauier nil sine Ignatio potuit, quando ab illo virtutem bibit, & disciplinam vitæ spiritualis accepit. Quo liquet quam superiora sūt Ignatij magalia, Xauerij facinoribus. Matthæi 10. dum numerantur Apostoli dicitur: *Primus Simon Petrus*, vbi dubitari posset, an Petrus dicatur primus meritis; an solum censu, quod vt scias, ait Dominus ad Petrum Luc. 22. *Ego pro te rogavi Petre, ne deficiat fides tua, tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.* Vbi enim iubetur Petrus ceteros Apostolos confirmare, quam superior illis existat manifeste monstratur. Ita S. Pascal. lib. 6. in Matth. *Iure igitur in meritis primus æstimatur, per quem, & in quo ad alios dona transmittuntur.* Quidquid virtutis habuit Xauier: nonne id acceptum Ignatio, & parenti, & statori referebat? Sanè B. Ennodius orat. 4. sic D. Hieronimum extollebat fatus *Hieronimus noster, nisi præ-*

ceptorem suum Gregorium diceret, illo melior censeretur. Quæ ego sic ad stupeo Xauerij nostri facinora, vt nisi parentem, & magistrum eius scirem Ignatium, illo meliorem Xauerium crederem. At is est Ignatius, vt ab illo nobis illuxerint Xauerij faces. Audiui Verbum diuinum dicentem de se, *quia pater maior me est*, quæ verba tæpius de doctorum calcula ruminatus, semper mirabar, cur non potius equalitatem, & consubstantialitatem, cum patre nobis ostendebat Verbum diuinum, eamque parilem virtutem in patre, & filio prædicabat. Admiratione substituit Tertul. lib. de Trinit. factum. *Quamuis se ex Deo patre Deum esse, non minisset, nunquam se Deo Patri comparauit, aut contulit, memor se esse ex Patre, & hoc ipsum, quod est, habere, quod illi Pater dedisset.* Quis nesciat Verbum diuinum Patri esse omnino eum attulisse, quia hoc ipsum, quod illi proce-

Ignatij, & Xauerij gloria ex Iesu.

NÈ mireris eum ingentem Ignatij, & Xauerij gloriam exaggerare audias; illis vniudum Iesu nomen cōsidera attributum, quod ferant totum per orbem terrarum. Quis non maximus Iesum circumferre possit? Num. 13. vbi de Exploratorib' mētio fit, dicitur, *absiderunt palmitem, cum vna sua quem portauerunt in veste duo viri.* Viri le robur, & hoc duplicatum vnus fuit, vt tantum botrum portarent. Hinc Matthæus cap. 10. Apostolorum memorans illos duos, & duos percenset aicns: *Simon Petrus, & Andreas, Iacobus, & Ioannes, &c.* Cuius rei hanc subiicit rationem D. Pascal. lib. 6. in Matth. nimirum. *Qui vini, ac vini quam bene*

Lib. II. Caput Septimum

bene iunguntur, ut botrum quo gentes inebriantur, duo, ac duo suis deferant bumeris. Hunc botrum portabat solus Xauier, quando impar oneri pene succubens clamabat, Sat est Domine, Sat est. Equidē, ut botrus Iesu, quo gētes inebriantur, deferatur, nō Ignatius, nō Xauier, sed vterque iungitur, & hij duo tantum circumferentes botrum, & gētes spectati Regni amore trahunt, & se ingenti gloriarum mole super exaltant. Vbi Moyses in monte cum Deo erat, dicitur Exodi 24. quod facies eius glorificata est, at vbi inter Moysen, & Eliam Iesu in Tabor apparuit, Matth. 17. ait Textus: Et ecce apparuerunt Moyses & Elias in gloria colloquentes cum Iesu. Quod eleganter ponderans Orig. 13. in Exod. fatur. Nihil in lege habet Moyses, nisi solam faciem. Alijs autem totus glorificatur. Audi ergo quid dicatur in 17. dum ascendisset Iesus in montem, & assumens secum Petrum, & Iacobum transformatus est. In ipso: & ecce aparuerunt Moyses, & Elias in gloria colloquentes cum Iesu. Non refertur, quia glorificatus est Moyses eius, sed quia totus apparuit in gloria colloquens cum Iesu. Ergo Ignatij, & Xauierij glorijs, nil amplius addendum, quando inter illos Iesus est, quando illis datur totus Iesus, vt circumferatur per vniuersum orbem terrarum

C A P V T V I I I.

De Magorum adoratione.

QVA hora Sol Iustitiæ Christus terris apparuit, præfugiens cometa, siue Angelus in modum stellæ efformatus medio in æthere Persarum Regionem suæ splendore lucis irradiat. Cuius occasione tres sapientissimi Persarum Principes Balam imbuti habitu magno Iudæorum, & mundi bono Regem natum præfagiunt. Et intrinsicè à Deo illustrati simul, & impulsu regni adoraturi, potestate Regia perniciosissimos camelos parant, qui

bus intra nouem, aut decem dies stellæ cursu in sequentes Ierosolymorum terram arua. Ibi duos plus minusve dies commorantes dum Regem Herodē adeunt, dum sapientes Hebræos consulunt, tandem Ierosolymis egressi, ecce quæ se illis regiam urbem in transitibus stella subtraxerat, iterum antecambula claruit, cuius luce decimotertio profectiois suæ die solem Christum in gremio Mariæ matris inueniunt, adorant, munerant apertis thesauris. Hæc ex Maldonato, & alijs.

Matth. 2. Test. Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam dicentes, vbi est qui natus est Rex Iudæorum.

J. I.

Qui Deum confitentes querunt medijs periculis securi existunt, imo pericula detriumphant.

Video Magos Hierosolymis, audiente Tyranno, recensitatum Iudæorum Regem impune prædicere, sed & cognito Herode tunc regnante, Regia alienigenarum plena visa, nihilominus perseuerare, & venturum Regem perquirere. Cur hoc impunè? Cur tanquam authores rebellionis non puniuntur? Cur vel illis silentium non præcipitur? Cur non à ciuitate, vt pacis perturbatores exulāt? Sane quia confitentes Deum queritabant. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum. O si hæc nos vrgeret cura, vt in omnibus Deū quereremus! vt a singulis creaturis de Deo sciscitaremur, qua securitate, quo triumpho per media mala incidere possemus!

• Bis diuina Sposa è domo exiuit, vt absentem amorem perquireret, & primo custodum phalanges ostendit: ait enim,

enim, inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Merito tibi virguncula timuisset nocte intempesta à tot milibus præuenta, verum Sponsa nil timens ex illis quærit. Numquid quem diligit anima mea vidistis? & eo solum in offenso pede militum phalanges pertransit. Molestius secundo exiit, nam que domo egressa ait. *Quæsiui, & non inueni illum, inuenerunt me custodes percusserunt me, tulerunt pallium meum.* Cur ita? D. Amb. in Psal. 118. sermo 7. vers. 7. *Qua ratione supra non tulerint hæreo reperire; nisi forte, quia ibi interrogasse se dixit, nunquid quem diligit anima mea videtis.* Hoc vno liberabimur, hoc vno medijs periculis versabimur securi, si à lingulis creaturis de Deo interrogauerimus, si nunquam ab ore excidat nomen diuinum. Hac sancta Dei inuocatione obiecta furentes sedabimus tempestates. Ecce tibi Dan. 3. missis tribus pueris in fornace, furès fornacis flamma, & egrediens quoscumque accederant Kaldæorum vorabat; *erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Caldæis.* Tunc Rex Nabucodonosor percussus miraculo benedicens puerorum Deo, accessit & ipse ad fornacem, neque illum ausa est contingere flamma. Etenim confitentes Deum ipsa verentur pericula. Sic eleganter de nobis notatum D. Chrysost. hom. de tribus pueris nuper traducta. *Tunc exiit Rex ad ostium fornacis ignis ardens, nec cum prope fuerit positus flamma contingitur. Necessario enim ab ipso igne cognoscitur qui Dominum ceperit confiteri, per hoc & dixit benedictus Deus Sadrach, Misach, & Abdenago qui liberauerunt pleros suos Si Deum confitearis, si eius nomen tua lingua personuerit, super renabis flammis, immergentibus malis, tumentibus fluctibus, notus pericula omnia distigens. Sic Kaldæus Cant. Rex Israelitarum inuententia pronuntiat. *Omni illo tempore quo vagus eram, & extorris à mea patria. Dū recordabar nominis Dei magni: populi exteri non me continebant.* Imo populorum existet triumphator, qui Deum querendo confitetur. Id quod breui & eleganti sermone inuit Chrysol. serm. 1. Epiphani. Vbi audiens Magos Hierosolymis queritan-*

tes, non interrogant; sed insultant. Sane interrogatio hæc in hostes vniuersos censetur insultatio, non tam inquisitio quam victoriæ, quam triumphu proclamatione. Et quis non vinceretur, non prosterneretur ab his, qui sic Deum natum quærebant, prædicabant?

S. II.

*Qui virtuti, & pietati obsequitur
nil, quod timeat, habet, mala
omnia propellit.*

Timuisset (putaueris) Magi natum Regem annuntiare, si nosceret. Ad Ierosolymis rerum potitum esse, quidem Tyrannum. Porro id citat Nardus, simulque dynastarum turbam attentius notantes, nec referunt grati processu recensati inquisitione. *Ut? At? J. re nunquam sciuit, qui Deum obsequium pietati & veritati. Ecce, si Iordanis qui pernix in mare fertur, visa fœderis arca stetit aquis, in retrorsum viam & fugam arripit: is Idem cum aluei sui ripas occupari à Baptista cerneret, simulque filio Dei baptizando seruire aquas, & cœlum insonare voce Patris, nec stupens mysterijs tantis stat, nec retrorsum refugit aquis. Cur ita? Pulchre ostendit causam Chrysol. serm. 5. de Epiphani; *Quid est, ait, quod Iordanis qui fugit ad præsentiam arce legalis, ad totius Trinitatis præsentiam non refugit? Quid est? quia pietati obsequitur incipit non esse timore.* Quid timeant qui nato Deo prædicando in seruiebant? Qui pietati & virtuti in querendo Deo obsequiebantur? Is timeat qui Deo resistunt, quamuis sibi tutissimi & securissimi videantur: qui Deo obsequitur nil quod timeat, habet, etiam positus in nouaculæ acie. Quod acutissima obseruatione ostendit magnus Athanas. serm. de Pass. componens velum templi scissum cum tunica inconfutibili Christi in tegra conseruata. Etenim cruci affixus Dominus. *Carnifices deterebat, ne tunicam scinderent, ut ea manente**

manete, maneret Iudæorum opprobrium, quod non multo post accidit, nimirum cū velo scisso, tunica Christi, ne à carnificibus quidem diuisa est, sed integra mansit. Quid sanctius Iudæorum velo in templo? Quid maiori custodia, & cura asseruatum? Vigilantibus hinc inde leuitis, custodienti turba sacerdotali; tamē nihil profuerat vigiliæ, nihil locus munitissimus templi, quominus velum scissum rueret, quando quæ in seruierat Christo Domino, tunica in carnifici manibus non timet scissuram, inter spicula, inter furentes gladios triumphat conseruata. O quam impaudidum phalanges transiremus, dum Christo Domino, dum virtuti obsequium exhibeamus.

§. III.

Sic queramus quasi non solum nos, sed omnes idem studere habere existimantes.

Sic Magi videntur locuti, dum quaerunt. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? quasi omnes natum esse scirent. Et vero quis crederet, Iudæorum natum Regem innotuisse Persis, latuisse Iudæos? Nil magis vulgo notum existimant, nil magis tritum, ideo tanquam de re notissima sic medijs truijs quaerunt. Vbi est qui natus est. Fœlix illa sponsa, Cant. i. diuino madida nectare clamabat. *Osculetur me osculo oris sui.* Hinc. Bern. serm. 7. in Cant. inquit. *Gessit in oscula, petit quod cupit, non tamen nominat quem amat, quia illos nosse non dubitat.* Sic & Maria Magdalena non exprimebat ex nomine quem quaereret; sed tantum aiebat ei, quem putabat hortulanum: *Domine, si tu sustulisti eum? Quem eum? non aperit, quia planum omnibus esse credit, quod à suo corde nec ad momentum recedere potest.* O amor humilis sanctarum animarum, quo ideo notum & manifestum cæteris Deum putabant, quia & sibi notum & manifestum erat! Quod ipsæ de Deo sciuerant, quod ipsæ amabant, cur non cre-

derent ab omnibus alijs scitum, & amatum longe præstantius? Minime placuit Elias orans cū dicit *relictus ego solus*, imo sugillatū illi Deus hanc persuasionem myriades ostendit sanctorum, à quibus perfectissime colebatur. Ait enim Elsas 4. Reg. 17. *Ego relictus sum solus, & quaerunt animam meam.* Ad hæc Eucherus. *Hæc cogitatio, que tantum Prophetam de ipso dicit fastigio meritorum, & communem hominem demonstrauit. Deinde mox eum corripit sermo diuinus. Nec enim tu es tantum qui non adoraueris Baal: sunt mihi fideles famuli, & septem millia virorum electissima virtus, quam nec error humanus inclinare, nec innanis gloriæ cogitatio potuit leuare.* Discant modo fideles Dei amatores, nō sibi solis Deum attribueres; sed eo ipso, quod se in Dei amore currere videant, credant cæteros omnes præcucurrisse & Deo frui, sicque Deum quaerant quasi bonum notissimum cunctis. Hunc in suis affectum requiri à Deo pulchre insinuat ex Hier. 31. D. Athan. serm. de Pass. & cruce, his verbis. *Et non docebit quisquam fratrem suum dicens cognosce Deum, qui omnes me cognoscent à minimo vsque ad maximum, quod misericors sum in causis eorum.* Quasi diceret hoc sibi persuadeant mei amatores, quod omnibus est notissima mea misericordia, quod nullus se abcondit a calore meo, fons sum patentissimus, non domni David solum; sed vniuersis creaturis, sic me quaerant quasi existiment me omnibus adesse patentissimum. Nec sibi soli quis putet natum Christum, sed nouerit etiam in Christiana sanctitate socios quaerere & admittere. De illis ardentissimis Seraphinis dicitur, Isaia 6. *Clamabantq; alter ad alterum, sanctus, sanctus, sanctus.* Itaque vnusquisque alteri dabat locum diuinam acclamandi maiestatem. Cur non potius quique incessabiliter clamabat? Id explicat D. Cyrill. Alex. lib. 1. dicens. *Os eorum plenum est faustis orationibus, ac laudibus, gloriam enim de cantant, idque alternis vicibus, non quia de fatigantur; sed honore sibi mutuo cedunt.* Sciunt etiam in Deo laudā se, honoris admittere socios, ne sibi soli quique videatur cupere sanctitatem.

4. Reg. 7. Euch.

Hier. 31. Athan.

§. III.

Cant. i. Bern.

§. III.

Erubescendum fidelibus quod primum meminerint Eius nocentissimi quique.

Quis crederet toties expectati Regis Iudæos adeò oblitos, ut primum idolatræ & Dæmoniorum mæcipia illum adorare meminerint? Ecce tibi Iudæa Regem habet tot Prophetarum cantatum, tot sæculis annuntiatum, expectatum, toties in figuris adoratum, & alto obliuionis somno consepulta vix vocibus Magorum, Ethnicorum præmonita puluerulentos excutit scripturæ libros, ut discat ubi Christus nasceretur. Et Magi, & Ethnici Christum iam natum intonant, Quid facia genti verecundius? Quærit D. Athanas. de interp. parab. quæst. 120. *Quis primus nominavit Deum in terrâ? Et quis nominaret primus nisi Adam? qui tot a Deo acceperat beneficia, nobilitatis cunctorum animalium dominio, ditatus fructifero paradiso? Vel saltem Eva nata præduitem & pulcherrimum maritum? Sanè post tot beneficia nec Adamus, nec Eva meminerunt nominis diuini. Qui ergo meminit primus? Diabolus cùm ad Euam diceret quid est quod interdixit vos Deus ne comedere tis de hoc ligno? Quid Adamo, aut Eux verecundius, quàm quod post tot beneficia Dei nominis obliuiscetes ipsi, Deum primo ab ore serpentis intonari videant? Quam quod priores pessimi spiritus nomen Dei offensuri eius meminerint, quam nos eidem seruituri? O quoties vincimur in diuino obsequio a nequioribus spiritibus! O quoties præueniunt nos nocentissimi ipsi in prædicando & laudando Deum. Tacentes Iudæa, Dæmoniacus ille scruissimus Matth. 8. Christum exorabat dicens. *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Quod magno verborum pondere sic notat Tertul. aduersus Marcion. lib. 4. inquit. At nunc discepto, quomodo eum vocari Dæmon cognouerit, nulla unquam retro emissa prædicatione in illum. A**

nullo alio didicit, à nemine Iesum filium Dei expressè adorari audiuit, ipse primus obsequium illud laudis, & prædicationis Christo exhibuit, & ni Dæmoniorum ora obstrueret ipse Dominus, suo obmutescente populo, passim decantaretur vocibus dæmoniacis. Aliquid tamen illis permisit, ut fideles suffunderemur verecundia, muti in diuinis laudibus, Dei oblitus, illius quem nequissimi, quem Ethnici de prædicant laude dignum.

In ó ex hoc maximam filij Dei laudem prædicat Rup. lib. 6. de Victoria Verbi Dei capit. 22. Vbi egregiè ponderat, quòd impius & superbissimus Nabucdonosor fuerit primus, qui filium Dei celebrauerit. Ait enim Dan. 3. *Et species quarti similis filio Dei.* Ad hæc Rup. *Speciosa victoria & quid filij Dei, quòd illum manifesta est Nabucdonosori, prius confessus est inimicus, quàm attidus. Quis enim saltem ex omnibus illi processibus tam aperte nomen istud expit? Ad filium Dei. Mundus eum non cognouit, nec solum eum non cognouit, verum & annuntiationem de eo nec saltem deus ferre potuit. Quia ergo non possent portare saltem cultores Dei, nec paterentur audire ullam esse generationem Dei, illum esse filium Dei. Per hunc summum ex principibus suis, què Iudæis aut Gentilibus arguere non posset, cuius opprimere os nõ aunderet mundus, hoc nomen primitus audiuit filium Dei. Hæc ille, quibus vide, quàm in filium Dei se inclinent Ethnici principes.*

Text. Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

§. V.

Christi doctrina una est eadè per omnes mundi Ecclesias diuisionem maxime fugiens.

VNus est sol, cuius vnico lumine vniuersa fulgent, colorum stellæ tam

Lib. II. Caput Octauum.

tā quæ orientales, quā quæ occidentales illumināt astra, vni⁹ solis splendore cādicant. Sic Diuini Iustitię solis eadē lux eadē doctrinā vniuersas mūdi plagas peruasit, nō alia quæ Iudeos, alia quæ Persas alia quæ Romanos trahit; sed quæ modo Christi ianā Ecclesiam irradiat, & quæ Hebræos in columna ignis perduxit, & quæ in stella apparuit. Perſicus Magis eadem est, vnius Iustitię Solis fulgurat radijs. Etenim aiebant Magi. *Vidimus stellam eius in Oriente.* Non indignati Iudaici solis radijs fulgurari, imō eodem cum Iudæis lumine ab Oriente circumfundi testantur.

Vbi diuisiones, vbi pluralitates, lex integra & incorrupta conseruari minime potest Gen. i. septuaginta sic fantur. *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autē scientiæ ne comedatis.* Malum prouocatur Amb a pluralitate illius verbi *comede*, qui lib. de Parad. cap. 5. ait. *Scilicet in prauaricatione mulierem & ideo pluralitatem non seruatuos ostendit, quia plurium discreta sententia est.* Damnoſa legi sententiarum pluralitas, nil perniciosius, quā arbor scientiæ, si a pluribus diuisim fructus eius gustatur, o quot errores pullulabunt? Matth. 19. a discipulis querit dominus: *vos autē quē me esse dicitis?* Pro omnib⁹ statim vnus Petr⁹ respōdit; *Tu es Christus fili⁹ Dei viui* Cur id vn⁹ Petr⁹? Cur nō omnes respōdēt? Sane erat pluralitas affectuū inter illos, inter quos erat Iudas & atali multitudine non veritas, sed error existeret. Id insinuabat D. Gaud. in ser. p. ordinationis suæ, dum inquit. *Dicat fortasse aliquis: sicut illos tres in camino fideles pueros ita in hoc examine omnes Apostolos consona voce, debuisse eadem profiteri. Sed considerandum quia Iudas ille Ischariotes, quod corde non crediderat, ore confiteri non poterat.* Et vix vbi est pluralitas deficit Iudas qui errores parturiat. Hinc Scraphini illi qui apud Isaiam cap. 6. mysteriū attingebant trinitatis, clamabant alter ad alterum. Vbi Orig. hom. 5. notat, nō alter ad plures, sed alter ad alterum. Suspecta enim est pluralitas sanæ doctrinæ. Hac sollicitudine tactus Apostolus 1. ad Cor. cap. 11. ait. *Volo autem vos omnes, vnus viri virginem castam exhibere*

*Christo. Timso autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ in Christo est. Vtinam Eua, quæ vna caro cum Adamo erat esset etiam vna mēs vna voluntas cum Adamo, nec ab illo diuideretur loco, nec diuisa suo proprio iudicio fidens hæeret scientiæ arbori. At astutissimus ille serpens timēs sibi ab Eux & Adami vnitatem diuisit illos, & seorsim Eux obtulit scientiæ arborem, deinde Adamo; & cum non vnum; sed plures facti gustum scientię percipiunt, o quales mundo errores propinarunt! Noscite ergo serpentis astum, ait Paulus, pluralitatem fugite, & omnes vos per modū vnius incorruptam, & sinceram Christi fidem seruate. Etenim, vt Cyrill. ait in Ieu. lib. 12. *Vult Paulus omnes Corinthios virginem castam exhibere Christo.* Imō omnes fideles hanc sibi maximē amandam credant vnitatem Qua licet loco dissi, licet moribus linguisque diuersi vnica tamen eademque luce gaudeant illustrari. Nec orientales splendidius & differentius lumen sibi adnasci putēt, quā occidentales, sed omnium Doctorū vna lux, vna doctrina, ab vno omnium Sole Christo profecta noscatur.*

Huc crediderim spectasse illud Psal. 67. *Iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Hic perstrepebant cantibus triumphales phalanges dñm Solem iustitię Christum versus occidentem plagam, vbi Roma sita erat, Apostolorum curru vident asportari. Quod placet illustrare vnico Clemen. Alex. in exhort. ad gentes cōmētario, ait enim *Fiunt omnia lux, quæ sopiri nō potest, & occas⁹ creditorietū equē illustrat⁹ luce fidei ac ipse oriēs. Hoc noua voluit creatura: hęc lucis perpetuitatē noua creatura, hoc est, fidelis, qui filius lucis est suo quasi iure exigit. Qui enim omnia obequitat Soli iustitię, obyt humanitē, unitās, Patrē, quæ quæ facit oriri solē suū super omnes, & rorē instillat veritatis.* Ecce tibi penē innumere creature, cœlestes aliæ, terrene aliæ, insensibilia, & sensibilia, rationis expertes, & rationales, barbaræ, politice, orientales, occidentales sub vna Solis Luce letantur. Sic etiam diuini solis lumen idem vniuersum

sum orbem terrarum irradiat, Iudæus & Græcus, Barbarus, & Ciuilis, Orientalis, & Occidentalis eisdem illuminantur radijs: solis lux semper eadem omnibus antiquis & recentibus; ita prorsus iustitię Sol omnia obequitat in nitans Patrem, qui solem suum facit oriri super omnes, & rorem instillat veritatis. Eius ortus apud Itraclitas orientales ibi præfulgens in Prophetis, & Patriarchis illuminans primò per stellam Magos, inde ad perfectum diem exurgens versùs occidentam regionem, nimirum Romam iter agit, ibique exaltationem & potestatem maximam explicauit. Et fiunt omnia lux, quę sopiri non potest, & occasus credit orienti quę illustratus luce fidei, ac ipse oriens. Non alia lux lunę in Synagoga, alia stellarum Persis, alia Planetarum Christianitatis; sed occidens, & oriens; sed Iudæica luna, & Christiani planetę, & Magorum stella vnus & eiusdem solis luce perfunduntur omnes.

S. VI.

Pudeat Doctores Euangelicos seruiliter adesse dynastis, & principibus seculi.

Math. 5 Nota diuini æconomiam pueruli, vt Persarum principes trahe-
ret, non seruiliter eorum ingressus domos, vt seruilia obsequia exhibens illos affectu & officijs præhenderet; sed immissa stella eos è sublimi radiante luce pellexit. Hanc etiam mentem vt suis inijceret aiebat Matth. 5. *Vos estis lux mundi.* De quo eleganter D Hilarius prædicat. *Natura luminis est vt lucem quocumque circumferatur emittat, illatumque adibus tenebras interimat luce dominante.* Expende Hilarij singulare acumen in illis, hilarumque quibus tenebras interimat dominante lumine. Cur ergo tot Ecclesię lumina, tot Doctores virtute & doctrina insignes Principum domos frequentantes illorum non interimunt tenebras? Sane non ingrediuntur luce dominante;

sed luce seruiente, & inseruiente Principum affectibus, non ex alto libertatis Christianę domino fulgent; sed ad vilia lucra deiectioni erga se affectum obsequijs seruilibus venantur, non erga Deum pelliciunt affectum. O quàm id lacrymabatur S. Nilus in ascetico. *Ad diuites Nil.*
accurremus, eosque vt quod cupimus impetremus, bene meritos & Christianorū patronos appellamus, omnesque illis virtutes. inesse dicimus, quamuis in summa vitiorum feditate volutentur. More canum, qui caudæ motu blandiore ossa eorum etiam sine carne, aut panis miccas proicientibus adulantur. Quam aliter antiqua fidelium lumina, Patres illi, qui tamquam stellę fulgent in firmamento! quàm dominante luce radiabant! quàm contemebant omnia humana decora præter animas fidelium! Venit quidem ad Elisaum, pergit Nilus. dux Naamã Nil.
*Syrus, multaque munera secum attulit. Quid igitur? Propheta num illi processit obuiam? Statim ne illi occurrit? An perperum causam, per quam venerat, aperuit, nec ad præsentiam quidem suam illum admisit, ne muneribus, quę attulerat, eum curasse videretur. O quàm à sublimi illuxit stella hæc, & sic luce dominante Principem virum restituit sanitati, eripuit tenebris, summamque apud illum æstimationem accepit. Hinc Christus Dominus, qui vt pauperes piscatores eligeret, frequenter illos conueniebat sermoneque per longos cum illis habebat. Electurus prædicitum Mathæum non illum conuenit; sed cū transiret Iesus, &c. Vbi pulchre Chrysol., nõ dixit cū sta Math. 9. ret ibi, trāsuit & pertransiuit. Etenim Chrysol., non pecuniam, non diuitis fauorem, sed diuitis animam requirebat, & ideo quasi despiciens sua neque, limini diuitis hæsit, sed pertransiens, dominante luce, & minime seruiete illum ad se pellexit. Orietur vobis timētibus nomē meū sol iustitię, prædicebat Malachias, quę verba premens Amb. libr. 1. officior. ait. *Amb.*
Magnus iustitię splendor, quę alyis potius nascitur, quàm sibi, excelsitatem tenet, vt suo iudicio omnia subiecta habeat, opem alyis ferat, pericula suscipiat aliena. Expende illud excelsitatem tenet, vt discas quàm superioribus à sedibus Ecclesię lumina hominibus iuuan-*

Lib. II. Caput Octauum.

iuuandis incumbat, Sed vae vobis qui stellarum munus in Ecclesia Dei agitis si ab alta sede vos demittatis, vt principibus prestetis seruitia. Vere vos monebat Petr. Damian. epist. 38. inquit *Errat, Pater, errat, qui confidit se simul, & monachum esse, & curia de seruire. Undis erutus sanus est piscus, non vt sibi viuat, sed vt alios pascat. Vocamur, attrahimur; sed vt alijs viuamus, moriamur nobis: amat venator cerra, sed vt sibi faciat cibum. Amant & homines nos, sed nobis, sibi met diligunt, in suas nos vertere delicias concupiscunt. Vae qui de caelo radiare sinit, vt tot se dedat periculis, qui Christianum dominatum oblitus, principibus impendit seruitium. Sed obijcis Danielem & Iosephum viros clarissimos, qui mundialibus regibus enixe seruierunt quidem, vt qui ex lege viuentes habebant spiritum seruitutis Ita elegatissime Tert. lib. de Idol. inquit. *Iam nunc quid de Daniele & Ioseph argumentaris? Sesto non semper comparanda esse vetera & noua, rudia & polita; seruilia & liberalia. Nam illi etiam serui conditione erant; tu vero nullius seruus in quantum filius Christi, qui te etiam captiuitate seculi liberauit, & forma dominica agere debebis.**

§. VII.

Vera Horoscopi vis à Iesu.

A Beste hinc o vos nimij stellarum cultores, qui tantum stellis attribuitis, vt illarum vi etiam humanas voluntates putetis rapi. Non ea est stellarum potestas, sed Iesu virtus, qui vnus perficit, quod vulgo de stellis fabulatur. An id præcaluerunt Magi quando dicunt *vidimus stellam eius & venimus?* Quasi in Christi virtute, qua sese trahi experiuntur id vere inueniant, quod in stellarum aspectibus inuenire astrologi gloriantur. Ecce ait D. Pascal. Psal. 44. *Dicitur Iesus quiddam habuisse in vultu & in oculis sydereum, quo diuinitus per mulceret pios, & terreteret reprobos. Alias enim nequaquam eum statim secuti essent Apostoli ad vnius inuisionem. Nec qui ad*

Pase.

*conprehendendum eum venerant prostrati mox sola voce corruissent. Sydereca illavis circa humanas voluntates mouendas, circa orbem terrarum fructibus fecundandum, nimis ab Astrologis decantata, vere, & cum omni effectu tuo in Christo Iesu inueniebatur. Quò aptissime D. Amb. Epist. 39. dixit. *Quid igitur opus est, vt explorem ortus signorum abque obitus, quorum ad exortum duris inarata vomeribus findantur noualia, vel ad occasum leta messis recumbat. Vna mihi stella abundat pro omnibus: stella splendida, & matutina, cuius ad exortum seminata est non frugum, sed martyrum seges: quando Rachel plorabat filios suos, vt lacrymis ablutos suis pro Christo offerret infantulos. Cuius stella obitus non cremiorum insensibilium, sed spirantium defunctorum triumphales manipulos resuscitauit. O diuine stellæ vim maximam! sane stellarum potestas quamuis ingens, tamen non dubitari licet quin repelli posset ab humana libertate, scitum est enim illud, sapiens dominabitur astris. Ast Iacobæ stellæ Iesu, quis resistere poterit? Vni illi refero verba, quæ dedit B. Ennodius in panegy. Theodorici, fatus. *Congressui tuo nullus hostiū, nisi qui laudibus adderetur, occurrit. Militauit trophæis, qui restitit voluntati. Qui te in acie cōspexit, superatus est, qui in pace nihil timuit. Non reges, non tyranni Iesu resiliunt voluntati, puer incunis vagit, & fortitudo Damasci ab illo superata est, & ad se durissimos quosq; trahit, tractosq; custodit ne videant maium.***

Amb.

Enno.

Tx. Audiēs autē Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolima cū illo.

§. VIII.

Grandioris ætatis triumphos præmonstrat Dominus, cū infans adhuc tyrannos perterret, & Reges allicit.

O Magna vis recens nati infantis, vix eius natalibus, natalitij crepitaci-

Hil.

tacillum insonuit, & tota tyranni Herodis Regia turbatur? Hinc Hilar. hō. 1. de Epipha. *Ecce iacentem in praesepio pertimescit armatus, contremiscit humilem Rex superbus, & abiectam infantiam, ac vagantem expauescit etatem.* Porro Galenus libro, cui titulus est, an animal sit id quod in utero heroum propriū affirmat à primis vnguiculis virtutem grandioris aetatis praemonstrare. Etenim ait. *Non dum natus erat Pericles Olimpius, & iam Graecos omnes ob infomnium deterrebat. Alexander non dum natus ab omnibus iam Ammonij filius dicebatur, & Regni princeps.* Ecce tibi omnium Heroum Princeps Christus recens natus non ob insonium, sed verè vigilantes tyrannos deterrebat, tenebrarum potestates debellabat, princeps Regum terræ, à tribus Regibus adoratus, inauguratus. Acciuit Augu.

Gil.

ferm. 1 de Nat. *Hæc sunt testimonia Natiuitatis tuæ, Domine Iesu, antequam tibi fluctus substernerentur calcanti, cederent inaperanti, antequam ventus, te iubente, siluisset, mortuus, te vocante, vixisset, sol, te moriente, palluisset, terra, te resurgente, tremuisset, coelum, te ascendente, patuisset: antequam ista, & alia mirabilia iuuenilis tui corporis etate fecisses. Adhuc in manibus matris portabaris, & iam Dominus orbis agnoscebaris.* Iam te Dominum suum orbis terrarum verebatur, iam Reges gentium tibi famulabantur, iam tenebrose ingemescebant potestates. Quis nō lætetur, ait Euseb. Emis. dum puer noster adhuc in cunabulis vagit, & Rex terræ cum omni Regno suo timore dissoluitur.

Apoc. 17

Ecce tibi Apoc 17. mundiales phalanges classicum canunt. Hinc Romanorum aduolant Aquilæ, illinc ægyptius Taurus insultat, concurrunt Chaldaei Dracones, & Tygudes Persarum. Quos omnes vidit Ioannes, & miratus ait. *Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet eos.* Ad hæc Rup. pulchre cum dicere possit, *hi cum Christo pugnabunt, maluit dicere. hi cum agno pugnabunt. Hoc mirabile, & laudabile est. Unde satis eleganter in Propheta iubetur vocari nomen eius velociter spolia, citò prædare, quia antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, auferetur fortitudo*

Rup.

Damasci, & spolia Samariae. Non robustioris ætatis expectat annos, vix nat⁹, & primis vnguiculis dilacerat tyrannos: ante tela cōtorquet in hostes, quā lac à matris māmillis extorquet. O belle puer, si ab incunabulis deterres tyrannos, prosterne Reges, mundi robur deuastas, quid cum adolescens media in arena exerto crucis gladio inimicos prouoces in certamen? Si cum lacrymulas fundis puer, timore repleas mundiales potestates, quid cum sanguineos globos effundas, cum pectora intrepidus offeras lanceæ? O quā miserè omnes hostes tui cadent! o quā feliciter tui seruuli liberabimur.

§. IX.

Hominibus, qui seruiunt, continuè subiacent calamitatibus.

OMnis Ierosolyma turbata dicitur; cur non turbabitur ciuitas homini subdita? Quis hominibus seruit, & non mille calamitatibus subiacet? Comes ille Centurio Matth. 8. dominatium Dominum, supremumque, & vnicum creaturarum Monarcham adiens, ait, *Domine, puer meus iacet in domo paraclytus: adstupet hominis rusticitatem Chrysol. ferm. 15. Et quomodo hic Centurio, qui sic cognoscit Dominum, puerum suum ausus est profiteri, quasi nesciens serui peculium ad Dominum pertinere? Gratus dixisset, Domine, seruus tuus, id enim postularet, & diuinus dominatus, & Centurionis comes humilitas; cur ergo rusticitatis inuri nota voluit dicens seruus meus? an quia iacebat? Sanè non te offendat dixisse seruū meum, meum dico, quia iacet, si tuus esset, Domine non iaceret.* Rectè hominis seruus notatur ille, qui iacet, qui infirmitatum pondere pressus toto prostermitur. Heu quantis vexatur calamitatibus, qui homini nomen dederunt, illique famulantur. Circumspice totum hunc exercitum creaturarum ter-

R re-

Lib. II. Caput Octauum.

restrium, cœlestium etiã, & incorruptibilem, imò & Angelorum, eò quòd in seruitium, & ministerium homini, à Deo data sint omnia quas, presuras quas calamitates, quos luctus non sustineat terra, non patiatur cœlum, non portent Angeli? Paul. ad Roman. c. 8. *Vanitati creatura subiecta est, scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.* Sanè qui creaturã dixit non excepit cœlos, non excepit Angelos, vt teclè Cyrill. lib. 5. thesau. cap. 7. & Theodoretus adnotarunt. Imò omnium pulcherrimè ait Naz. Theologus oratio. 7. in Iul. *Creatura omnis, & cœlestes copie huiusmodi verè sensu afficientur. Nec enim semel tantùm ingemiscit, & parturit corruptioni seruans, hoc est ys, qui in terra nascuntur, & intereunt homines.* Quandoquidem omnia creata etiam cœlestia, & Angelica homini in ministerium, & seruitiũ sunt data, necessum est, vt & turbationibus, & gemitibus, & doloribus partuũ subiaceãt. Id quod explicatissimè proponit Theophilatus sic falsus. *Vanitati, hoc est, corruptioni subiecta est creatura propter hominem. Simulatque enim corpus accepisti mortale, & afflictioni obnoxium, eam ob rem terra etiam spinos, ac tribulos protulit, cœlumque vetustate squalidum, & antiquatum renouatione indiget. Ecquid propter aliam corruptibilis facta est creatura, adeoque vniuersi creatio teo, quod hominis causa prorsum subsistit.* Hoc stipendium est illorum quæ hominibus inseruiunt, quod mutationibus, quod doloribus, quod luctibus agantur.

Text. Et congregans omnes Principes sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei in Bethlhè Iuda: sic enim scriptum est per Prophetam, & tu Bethlehem terra Iuda nequaquam mini-

ma es in Principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

J. X.

Iudais datum erat nosse viam, & locum Domini; Christianis verò, & nosse, & querere, & inuenire,

SIC Michæ locum, propria, & sine tropo interpretatione denantes Scribæ populi, locum Domine natiuitatis futuram Bethlehem ostendunt; non tamen Dominum perquirunt. Data illis fuit nascituri notitia, nati inquisitio gentibus fuit impertita, quod in Magis ab stella tractis notauit Magnus lep serm. 1. dicens. *Dedit aspicientibus intellectum, qui præstitit signũ, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniri dedit requisitus.* Principibus quidem Iudæorum dedit intellectum, qui dedit, & signum, verum ibi illi cõstituerunt malitia sua, prophetas, & signa videntes intellexerunt hoc solum contenti. A gentibus autem, quod Deus fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniri dedit requisitus. Discrimen hoc clarissimè inuenio descriptum si vel duo Moylis, & Ezechielis loca componamus. Enim verò Moyse Deut. 32. exitum Israel ab Ægypto decantans sic Deum populi sui ducem depingit. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas.* Ecce tibi Deum viã populo exhibentem, alasque de super expandentem non quæ ferrent; sed quæ prouocarent, quæ allicerent, quæ ostenderent, quæ, & quò illis erat conuolandum. At qui obiectus Ezechieli Cherub, nempe quadriformia animalia Christo Salvatore famulantia alata erant, & bobis, & leonis, & hominis, & aequi-

Ad Rom. 8.

Cyrill. Theod. Naz.

Ezceb. & aquilę facies comitabantur volitan-
Rup. tes alę; *Sed* & manus hominis sub pennis
 eorum. Aquilinas protendebāt alas, &
 simul nobis porrigebant manus, qui-
 bus raperemur ad volandum. Ita *Rup.*
 in præsentī lib. 1. cap. 4. *Manus*, inquit,
per familiaritatem charitatis contingi-
mus, quibus trahimur uti per fidem, &
spē eadem charitate opifice post facies, &
pennas curramus. Illis solę alę viā ostē-
 dentes prouocabant, & ideo viā, & lo-
 cum scientes sistunt gradum; nobis alę
 uiam, & locum salutis ostendunt, si-
 mulque nosprehendunt manus, &
 quod fecit ala intelligi, facit manus in-
 quiri, ut se inueniri præbeat Dominus
 requisitus. Huc forsam spectat illud
Aduers *Gnost.* *Christianis ante patet cælum,*
quàm via, quia nimirum Saluatoris ma-
 nibus rapti non in via deficiamus, imò
 labores vię nescimus, cùm salutis lo-
 cum potiamur.

Text. Tunc Herodes cla-
 vocatis Magis diligenter didi-
 cit ab eis tempus stellę, quę
 apparuit eis: & mittens illos
 in Bethlehem dixit: Ite, & in-
 terrogate diligenter de puero:
 & cùm inueneritis re-
 nuntiate mihi, ut &
 ego veniens ado-
 rem eum.

§. XI.

Nulla re efficacius inescarentur
Magi, ut post adoratum Christum
redirent, imò volarent ad
Herodem, quàm si spe-
rarent illum ad Chri-
stum adducturos.

EN dolus, & astutia tyranni, en quo
 inescat hamum, ut sanctos trahat,
 renuntiate mihi, ut & ego veniens ado-

rem eum. Quid magis post Christum
 cognitum, post Saluatorem adora-
 tum traheret sanctissimos Reges,
 quàm Regis præsumpta salus? Miror,
 quòd viso Domino non ante ad He-
 rodem, quàm ad somnum euolarēt.
 Stupro, quòd relicto somno, imò Deo
 ipso, non Regi saluando accurrerint?
 Vix latroni Deus in cruce innotuerat,
 & latro breuissimum vitę tempus cō-
 sumpturus sui oblitus, relinquens Deū
 socio latroni accurrit, ut resipiscat. *Luc.*
Neque tu times Deum, inquit. Cur, o la-
 tro, socium latronem loqueris ea in
 hora, qua de tua salute debebas esse
 sollicitus? Cur pretiosissimum vitę tē-
 pus consumis cum socio peccatore,
 & rebelli? propē te habes Deum tuū,
 Saluatorem tuum, alloquere illum, cur
 vicinum Deum pertransiens festinas
 ad remotum socium latrocinij? Ele-
 ganter D. Aug. serm. 130. *Quis non ad-*
miretur, & compungatur? Non solum *Aug.*
enim, quod in ipso erat, sed & ea que cir-
ca ipsum erant relinquens de altero cu-
ram gerebat, in cruce Doctor effectus, &
corripitens dicens, non times Dominum
tuum? Hoc est inuenientium Deum in
genium, ut etiam à Christo anathe-
ma fiant pro fratribus suis, ut à Deo ip-
so abstineant, ut proximos afferant
ad salutem. Hic ardor viscera diligen-
tium Deum potitur, hoc statim stimu-
lantur aculeo quicumque sustinent
oculos diuinos. Aiebat sponsa Cant.
2. En ipse stat post parietem nostrum res-
piciens per fenestras, prospiciens per can-
cellos, & dilectus meus loquitur mihi, sur-
ge prope amica mea. Apparuit Deus
 mea carne indutus, me ad suum attra-
 xit conspectum, & vix sub illius veni-
 oculis, & loquitur mihi, ut surgam, ut
 properem. Quid plura? Bern. serm. 17.
 in Cant. *Post hunc tanta dignationis, &*
miserationis respectum sequitur vox
blandę, & leniter insinuans voluntatem,
que non est aliud, quàm ipse amor, qui
otiosus esse nō potest, deus, que Dei sunt sol-
licitans, & suadens. Et audit sponsa, ut
surgat, & properet, baud dubium quin ad
animarum salutem. Nil à Deo reuelato
 & cognito citius discitur, quàm ad
 proximorum euolare salutem. Ea in-
 ditur statim diligenti animo cura, ut
 fra-

Lib. II. Caput Octauum

tri accurrat, is pungit stimulus, vt inuē-
tum thesaurum alius cōmunicet. Isaias
vidit Dominum, & illum anxium au-
diuit de mittēdo nuntio, dicebat enim
quem mittam, & quis ibit nobis. Tunc
Propheta prapurgatus ipse carbone
ignito sese offert occisime iturus. *Ec-
ce ego, mitte me.* De quo Nazianzeni
scholastes Nicetas ait. *Isaias cum, re-
missis sibi peccatis, audiisset. Quis profisce-
retur ad populum hunc? atque existima-
ret eam ob causam nuntium queri, vt pa-
ri beneficio fruerentur illi, ad quos mitte-
retur, prae animi letitia se ipsum offert,
vt illis quoque peccata remitterentur.*
Nil magis in optatis habent Saluato-
ris amali, quam omnium lāguoribus
mederi, nesciunt moras, beneficium si-
bi Deum experiuntur, & statim profi-
liunt, vt proximos ad Deum trahant.
O quam inescabantur sanctissimi illi
Reges a Rege *vasco renuntiate, inquit
mibi, vt ego veniens adorem eum.* Quid
hac spe efficacius ad trahendem? Qui
promtiores vt traherentur, quam illi,
qui verbum patris ouiculam quærens
viderant in stabulo? Puto, quod a Dei
conspēctū in Herodis regiam aduola-
rent; nisi diuinitus impediti coacti fuis-
sent viam mutare.

Textus. Qui cum audissent Re-
gem abierunt; & ecce stella,
quam viderant in Oriente
antecebat eos, vsq; dū
veniēns staret vbi
erat puer.

§. XII.

*Hominum frequentiam, & multi-
tudinem fugientes lux cœlestis
statim in rectam dedu-
xit viam.*

Qui media Ierosolymorum vrbe
nauserant Magi Herodis fallacias
Pharisæorum, Scribarumq; vmbra;

cum primum vrbe excedunt, a cœles-
ti lumine, quo in rectā n dirigantur
viam, suscipiuntur. Hæc fugientium
multitudinem stupendum est, vt diu-
no ductu agantur in rectam viam. O
quam scandescebat Imperator Apof-
tata audiens Abrahamo extra homi-
num frequentias ducto diuinum, & so-
lum verum numen apparuisse! Homi-
nionem, ait, huncque solitarium, & ex-
tra hominum commercia factum in
sui cognitionem Deus verus vocaret?
Cur non magis omnes mundi natio-
nes? Ciuitates gentium populosas? Cæ-
sarum nobilissimorum exercitus? Ele-
ganter os perfidum obstruxit Cyrill.
Alex. lib. 3 pulchra & accommodatif-
sima vtens similitudine. *Quomodo equo-
rum domitores non digne illua dicerent?
Si multi essent ipsis equi, quos ad cursus
assuefaciant, num gregatim, aut seorsum
ferrent iugum? Hoc opinor manifestum
esse, quod non gregatim, sed seorsum me-
lius cursum suum perficere docerentur.*
Non turbas, neque equorum turmas
gregatim sumtas gnarus domitor e-
xercet in cursum, non omnes simul;
sed singulos agit, versat, gyrat, vnum à
turma seligit, & post hunc alium, sicq;
singulos seorsum edomat, vt singuli
perfectissimè conficiant cursum. Hic
idem mos, hoc ingenium est diuinæ sa-
pientiæ in deducendis hominibus ad
recte perficiendum cursum; non tur-
matim omnes; sed seorsim à turbis,
separatim à multitudinc singulos per-
ficit, & deducit. Id quod animaduertit
Tert. vbi ad scapul. Christianorū mo-
res exponens inquit. *Tanta hominum
multitudo pars pene maior ciuitatis cu-
iusque in silentio, & modestia agimus, sin-
guli forte noti magis, quam omnes. Expē-
de illud, singuli forte noti magis quam
omnes; quasi id esset Christianorum in-
signe, quod non in multitudine, non
in turbis agerent; sed seorsim & sepa-
ratim singuli disciplinam exciperent
diuinam, qua feliciter consumarent
cursum. Ideo anxia illa sponsa dicebat
Cant. 1. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes
in meridie, ne vagari incipiam post gre-
ges. Quippe caluerat non gregatim;
sed seorsum equorum more perficien-
dum cursum. Sic magi Pharisæorum
greges*

greges, Principum Ierosolymorum frequentias fugientes, stellarum agitati stimulis in rectum cursum, quo recens natum videant, diriguntur. Quo illustratur illa ponderatio D. Isidori Pelus. lib. 1. Epistol. 77. scilicet. *Vsq̄ ad ad salutem conuertit secessus ab urbibus, urbanisq; tumultibus, ut etiam Dei filius, relictis urbibus, eos qui cum puritate viuunt, in montis cacumine beatos predicarit.*

Textus. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno: & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentibus adorauerunt eum.

S. XIII.

Is agnoscitur Deus, qui contraria carne a voluntati suggerit, & persuadet.

ECce vobis lucidissima sidera sedes habitantia chrystallinas, & puer periculis obscuro vix egressus à stabulo, paupereque subiecto pauperis, matris innitens brachijs contendunt de diuinitate. Spectat superne Angelicus exercitus, inferne totus orbis terrarum, iudicaturi astant Magi stellarum deuoti admiratores, & iudice Mago, stelle ptuantur diuinitate, & diuina agnoscitur paupertas infantis, qui adoratur. Acutissime Chrysol. serm. 65. Magorum iudicium hoc extollit sic fatus. *Ambulante Mago, stella ambulabat, sedente Mago, stat stella, Ni Mago dormiente, excubabat stella, sic sentit Magus, ut quibus viandi par conditio est, par sit necessitas seruendi, & stellam iam non Deum credit; sed iudicat esse conseruam, quam cernit taliter suis obsequijs mancipatam.* Non equidem Deus est, qui ho-

minum obtemperat voluntati, qui humano nutu omnia sua metiri obligatur. Creatura est conserua, quæ sublimis occupans sedes, ut regnet, hominum cogitur inseruire palatis. At ille vnus Deus est summa potens diuinitate, qui sub seruli forma contraria suggerens voluntati hominum, nimirum abiectionem, humiliationem, paupertatem, tollerantiam, in hæc contraria hominum animos inclinât, & trahit. Quis non Deus elatas hominum rationes, regias rationis sedes, ut greges tonfarum cogeret in stabulum? Deus ille merito adoratur à Magis, qui inuitata, imo contraria homini docet, ut homines trahat. Hinc ille huius diuini pueri minister, & Præcursor Ioannes cepit etiam suspicionem præbere diuinitatis. Hinc an expectatissimus Messias esset quærebatur, si vel dixisset, à Principibus adorandus. Id quod egregie expendit Eusebius lib. 9. de demonstrat. Euang. cap. 5. Vbi ait. *Dum* Euseb.] *mecum tacitus quæro, oborta est mihi dubitatio quid tandem illud esset in Ioanne, quo capta multitudo illa admiraretur hominem, & predicanti baptisma penitentia fidem haberet? Quidque illud, quo dum et homines undique rebus proprijs relictis, confluerent in desertum? Quid igitur illud erat, quod admirabundos homines redderet? Num forsitan nouum vitæ genus procedebat enim ex deserto inusitatum intus habitum omnem communem hominum consuetudinem declinans. Sane hoc vitæ genus hominum oppositum consuetudini, humanis moribus contrarium, hominibus nihilominus persuasum, & prædicatum à Ioanne, illum diuinitate vnctum commendabat, adducens Synagogæ Principes, ut illi affererent expectati Christi diuinitatē. Etenim nihil magis Deo aduatum, ut ait Cyrill. lib. 2. in Ioha. quam curam habere ne videatur hominibus gloria minor, hominum deseruens voluntati, desiderans nobiscum momentaneas has gloriolas, & parce dimensas prosperitates. Caluit hoc fecit illa Samaritana, quæ à cognito Christo hoc solum existimauit queritandum, nimirum. *Patris nostri adorauerunt in monte hoc, & vos dicitis, quia Ierosolymis est**

Lib. II. Caput Octauum

locis ubi adorari oportet? Quod expē-
dens Chryſoſt. in nuper edita hom. di-
cit. *Dominum Prophetam eſſe arbitaria
nihil ſeculare poſtulauit, Dominum con-
feſſa eſt, & pecuniarum copiam non requi-
ſiit. O mulieris acumē & perſpicacia!
ſimul & noſcit Deum, & diſcit omnia
contēnere ſecularia. Nec aliter Deus
animis innoſcit humanis, quam om-
nium mundialium bonorum obliuio-
nem ſuggerens, & carnalibus deſide-
rijs contraria ſuadens.*

§ XIII.

*Maximum virtutis argumentum,
quod Magi ſummis in merſi gau-
dijs ſubiectronis meminifſet,
& humilitatis, qua illu-
minantur.*

Quod inter gaudia, ea que magna
non euanciat humanus animus
adeo maximum eſt, vt hinc ſumma
virtus commendetur Abrahami. Qui
ſibi prolem futuram ab ore Dei acci-
piens Gen. 17. *Cecidit in faciem ſuam,
& riſit: quod merito extollit Rup. ſic
fatus. O virum eterno riſu vere dignum,
& ſempiterna iucunditati bene prepara-
tum, qui ita cecidit in faciem, vt rideret,
& ita riſit, vt in faciem caderet illius ado-
rans omnipotentiam, cuius in promiſſio-
ne audiverat ſingularē gratiam! id li-
ceat pienniſſimus Magis veri Dei ado-
ratoribꝰ decātare, vicis equidem dig-
nis, qui ſempiterna gaudia potiantur,
immortalibus lætitijs bene preparati,
qui ita gauſi ſunt gaudio magno val-
de, vt procidentes in faciem caderent
illius omnipotentiam adorātes, cuius
in ſerui ſoſtina nouerāt principatum.
Nec eo gaudio magno correpti humi-
liati, proſternique fallidiunt, nec hu-
mi proſtrati ad genuaque infantis pro-
uoluti lætitiā, & gaudium amittunt;
ſed, vt imperfectus loquitur, nihil glo-
rioſiua videntes in puero gauſi ſunt,
& ſic repleti gaudio cadentes in faciē
ineffabilem pueri mentis oculis intue-*

Gen 17.

Rup.

tur diuinitatem. Huc videtur ſpectare
illud Num. er. 24. *Dixit auditor ſermo-
num Dei, qui viſionis omnipotentis intui-
tus eſt, qui cadit, & ſic aperiantur oculi
eius Quorum Verborum Cellenſis Ab-
bas, lib. de panibus cap. 13. egregius e-
xilii commentator, dum fatur. Viſum
non recipit, qui non cadit, humilitas in
caſu, in viſu intelligentia: eius nempe, qui
ita cadit, aperiantur oculi, non quomodo
primis hominibus per prauaricationem;
ſed quomodo ceco nato per Chriſti illumi-
nationem. Serpens oculos aperit ad concu-
piſcendum; Chriſtus ad cognoſcendum, &
glorificandum Deum. Serpens aperit, vt
rapiat; Chriſtus, vt eripiat. Procidens ita
que ad virtutum veſtigia recipit lumen
oculorum. O vos ſcelices ſanctiſſimi
Magi, qui gaudio ingēti perfulſi ſic pro-
ciditis, ſic caditis ad diuini genua infantis,
vt oculi veſtri ſub ſerui forma
Deum contemplaturi aperiantur.
Prou. 24. dicitur. *Septies in die cadit iu-
ſtus. Cadit, in quam, non ex infirmitate,
ſed ex arte, vt hoſtem ſupplantet, &
coronas potiatur. Hanc explicationē
dedit D. Iſid. Peluſ. libr. 4. Epiſt. 158.
his verbis. Non ſimpliciter & abſolute
dictum eſt, ſed ideo, quia qui legitime cer-
tat, neceſſario etiam athleticè cadit. Ita
iuſtiſſimi Magi, dum puero proſternū-
tur, athleticè cadunt, vt hoſtem ſup-
plantent.**

Num. 24

§ XIII.

*Magorum humilitati, qua proci-
dentes adorant, diuinus in-
ſans, &) Maria mater
datur.*

Notanter ſingula proferit Euange-
liſta que inuenerunt Magi, quibꝰ
in longi itineris fallidia recrearunt:
inuenerunt, ait, puerum, nempe illum,
quem anxie per tot rerum discrimina
quæritabant; ſed & aliud inueniunt,
de quo ipſi vix curarant, nimirum Ma-
riam diuini matrem infantis. Et dum
prolem vnicè quarunt humili proſtrati
prole, & eiuſdem matre diantur. O
quam

Isai. 7.

quam antiquitus Deum quærentium humilitas duplicia nouit præmia reportare! Egrotanti Achaz salutis signum obtulit Isaias vates 7. cap. *Pete tibi signum in profundum inferni, siue in excelsum supra. Non petam, & non tentabo Dominum,* respondit humilis Rex, & pius. Tunc vates eleuata voce, *Ecce ait Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel: qui vnum promittit signum, post humiliatum Regem multiplicat signa non iam disiunctione vtens; sed & ab excelso, & á profundo humanæ salutis authorem prænuntiat. Accipite Epiphani. in Anchorato sic fantem. Quod Achaz per humilitatem respondit, non petam, hanc Regis humilitatē duobus signis remunerat Dominus, qui prius vnum tantum erat pollicitus: largitur enim Dominus duo, ab excelso verbum suum, quod misit, á profundo carnem, quam propria voluntate verbum assumpsit. Sic Regia humilitas duplicauit salutis lucra, sic Magorum humilitas Dei verbum, & Mariam matrem inueniens duplicatas etiam percipit laborum vsuras.*

Apud Le.

Textus. Et apertis thessauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

S. XVI.

Diuinum puerum subeunda mortis flexuris hi nuperi adoratores maxime illustrant.

Hil.

NIl in Ecclesia magis tritum, quàm Regalium horum munerum significationes. Etenim Regia Christi potestas auro insignitur, Deitas thure, mirra mortalitas hominis. Quæ nescio quo sale inter alios D. Hilar. exprimit. *Oblatio, ait, munerum intelligentiam in eo totius qualitatis expressit, in auro Regem, in thure Deum, in myrrha hominem confitentem: atque ita per venerationem eo*

rum sacramenti omnis est consumata cognitio, in homine mortis, in Deo resurrectionis, in Rege iudicij. Cur in homine meminit mortis, & in Deo resurrectionis? Sane infantium cunabula plausibus omnigenisque lætibus cuncti mortales condecorant; ibi gazæ prædiuites, ibi epulæ, ibi cantus. Sic nascente Domino, angeli etiam tripudiant: soli Magi funesta referentes munera quasi totum diuinum natalitium deturpant. Cur cum vitæ largitorem, & reparatorem adorant, sepulchralem inferunt puluerem? Cur Dei venerantes ortum in homine mortis conditionem sugillant? Hæcine natalitia munera? Hæcine diuini infantis decora? Ita profus: totam infantis pulchritudinem mortis umbris, & diuinitatis splendoribus cõpositam veri rerum ætimatorum pronuntiant.

Veritatem mortis à Christo Domino depellit Marcion reputans Deo mortem indignam; quem sic meritò Tert. pungit lib. de Car. Chr. *Scellestissime hominum, in terentores excusas Dei Nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil vitæ passus est, parce vnica spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei. Etenim nil Magis Deo decorum, quam hallantia diuinitatem vulnera, nullo gratior, & formosior Christus apparuit, quam sub radiantis diuinitatis stemmate, mortalis corporis exhibitis flexuris. Quis est iste formosus in stola sua? aiebant Angeli; quorū vt admirationem excutias, ait Nazian. Theologus. *Stola corporis passi pulchritudinem ex aduerso profer, quod per passionem exornatum, & per diuinitatem, quam nihil pulchrius illustratum est. Vnde hæc stola digna Christi diuinitate, & morte contestata, qua nihil pulchrius, nihil gloriosius, nihil Deo elegantius cõfingi potest. Formosa est ipsius stola, ait Nizetas, hoc est perpeffum ipsius corpus, partim ob passionem, per quam glorificata est, partim ob diuinitatem, per quam illustrata est. Hanc prædiuitem & gloriosam Christi stollam Magi primi explicant, & vulgant, dum eorum muneribus sacramenti omnis consumata est cognitio, in homine mortis, in Deo resurrectionis. Ecce ex myrrha, & thure,**

Tert.

Naz.

Niz.

Lib. II. Caput Octauum

ex Deo, & homine, ex diuinitate, & morte pulcherrima pueri stola & Magis euulgata prælucet. Qui tunc nascētem Deum maximè illustrant, cum sub eiusdem diuinitate mortis poculum eam propinant.

§. XVII.

*Iudicis rigorem sibi emolliūt, dum
sub miti specie puerum
vident.*

AVreis sopiebat vannis suos infantes antiquitas, vt inde maximarum felicitatū omen acciperent. Sic insinuat Callimachus in Iouis hymno.

*Nemesis sopiuit in aureo
Te vanno.*

In auro Magi dum munerant infantē diuinum, contopiti iudicij sibi quasi præsagire videntur. In auro, aiebat Hilarius, ostendunt Regem, in Rege cognitio iudicij prælucet Sed o vos felices qui iudicem puerum obtinuistis, qui iudicij formam sub miti specie potimini. Cum Christus Dominus apud Thabor lucis fulgurantis amictus induit, putat D. Basil. tunc fulgurante Christi facie extremi iudicij monstratā aliqualem figuram fuisse. *Spektaculū inquit, splendore eorum, que videbantur, fulguris instar præsiringens oculos significauit orbis terræ futurum iudicem.* Quid inde? Pergit Bas. *O beata lumina, que terribilem diem iudicij in miti cernunt specie? Que enim cernent trementes Angeli, ea læt. viderunt homines.* Hinc etiam præminet Magorum summa felicitas, qui terribilem iudicis rigorem confitentes, in munere gaudere iubentur, quod illum sub miti infantis specie videbant. Inde beati, quod possint cernere cum lætitia, quem Angeli trementes vident. Quam Magorum felicitatem D. Chrysost. in Cat. in sinuat sic inquiens. *Gaudebant oculi eorum cōtemtibilem puerum aspicere, quia Spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat.* Quanto enim terribilio-

rem præsentiabant iudicem futurum; tantò lætiores puerum, & contemtibilem nitebantur aspicere discentes non timere, quem lenem, quem blādum, quem misericordia nouerant delinquentum. O beata Christianorum lumina, quibus etiam conceditur terribilem iudicem quotidie sub miti specie conspicere!

§. XVIII.

*Temporalia bona maximè grauant
possessores suos.*

DE recens nati muneratores Magos sic D. Chrysost. effingit ser. 103 *Indeuus? satis est uacuus adorator. Probat hoc Magus, qui onustus auro, succensus thure, sacratu myrrha Christi cunabulis inclinatur.* Sed iam expendo singula.

Onustus auro, quid aliud aurum, quam onus? Sane omnes mundiales diuitiæ, & delitiæ, & pulchritudines onus sunt, quo miseri possessores deprimuntur. Quid Absalonis crine pulchrius? Quid ditius? Quid pretiosius? Sed ecce 1 Reg. 14. quid sacra historia dicat. *Tondebat caput suū, quia grabare tur, cū autē detorsus esset, ponderabat capillos capitis sui.* Expedit acutè verbum illud, *pōderabat* D. Paul. epist. 4 dicēs. *In impij capite non aliquā virtutē, sed tantū sarcinā capillorū scriptura designat. Pōderabat* inquit, *capillo capitis sui.* Hæ sunt mundiales diuitiæ, & pulchritudines onera in comportabilia, quæ grauent, quæ deprimant possessores suos. De magno Abrahamo dicitur in Genesi. *Erat autem Abraham diues valde in pecore, & argento, et auro.* Vbi D. Hier. lib. 5. in Gen. *Hebræo scribitur Abraham grauis uehementer; Aegypti enim pondere grauabatur, & licet videantur diuitiæ esse pecoris, auri, & argenti tamē si Aegyptiæ sunt, viro sancto graues sunt.* Etenim mundana hæc bona siue in impij, siue in pii capite, nil nisi sarcinam, nil nisi onus adfert, quo deprimantur. Quam hoc D. Hieron. respicebat animo, conijcere licet eiusdem

Hil.

Basil.

1. Reg.
14.
Paulin.

Gen.

Hier.

Hier.
epist.

epist. 34. ad Iulianum. Vbi adolescentem illum euangelij, qui se omnia fecisse iactabat, vehementer contristatū videns ex Domini cōsilio, quo omnia vēdere & pauperibus dare iuebatur sic ait. *Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine diuitias vincere non potest. Vnde difficile intrant diuites in Regna cœlorum, quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderāt.* Nulli homines magis ab alarum leuitate distāt quàm qui caducis bonis, qui auro incumbunt, vbi cœlestis habitatio nō nisi alis leuitantes, & expeditos capit viros; necessum penē est diuites auro à cœlestibus sedibus exulare, agrē, & difficulter onusti auro cœlum scandent, quando alis, & expeditione opus habent, qui illuc ascendere nituntur. Nō longē abest Homericæ illa excogitatio Illiad. 15. Vbi Iunonem mille supplicij ereptam, operaque Deorum cœlestibus sedibus restitutam, tandem Iupiter iratus ponderosis ex auro factis catenis illam extra cœlum cōstringit; quo solo gloriatur omnem spem ad cœlum reuolandi succindi, etiam procutantibus Diuis; *inquit, ait, manibusque canteras.*

*Ex auro solido, tibi sic per nubila cœli
Suspensa, potuerit Dijs hand succurrere
quicquam.*

2. Reg. 2. Væ qui auro constringuntur! qui vel sanctorum iuuamine agrē, & difficulter cœlum intrabunt. Quid plura? Elias igneo raptus curru vnico grauabatur pallio, nec antea cœlum scandit, quàm in terram dimittat pallium. Sic Hier. vbi suprâ *Elias ad cœlorum Regna festinans, non potest ire cum pallio; sed mundi in mundo vestimenta dimittit.* Et quem tota ignei currus pernicitas leuabat, vnū pallium grauat, deprimit que ne scandat. Quam grauedinem vt Magi diffugiant, aurum à se abdica re festinant; & apertis thesauris suis, quod primò offerunt, quod primò, & festinans dant conculcandum Christo, aurum est, ait enim *obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham.* Sed age, proferam D. Isid. Pelus. acumen, qui lib. 2. Epist. 234. puichre depingit discrimē inter amorem voluptatis, & amorem pecuniæ. Ait enim *corporum amorem*

ob eam causam pictores cum facibus, & penis depingunt, quia runc libidinem inflammat, nunc rursus ob saturitatem auolat. Tatum vero à pecunia amore abest, ut pennas habeat, ut pedes quidem illi nullus vir cordatus tribuere queat. Neq; enim ingredi, atq; ab eo, qui captus est, recedere potest; verum manus in omnes immittens, ferro quouis, ac plumbo grauior infidet. Ad hæc memento statuam illā regi Babilonio obiectam apud Danielem c. 2. Eius caput aureum, pectus argenteum erat, sed post, ferreas tibias, digitorum partem tellearum, & partem ferream hebebat. Sed cur pedes cruraque ferrea? Sane vbi cor, caputque auro, & argento immersum est, non alas expectes, nec leues pedes, vt ad cœternum currant brauium, sed ferro plumboque grauiores. Do Richar. Victorin. lib. 1. de Erud. int. hom. p. 1. c. 33. vbi sic. *Nonne tibi videtur incedere ferrea planta, qui cunctis diebus vita sua comedit in tenebris? Vere Auarus nil est scelestius, qui nec proximo cōpatitur, nec sui miseretur. Quid iam miramur huiusmodi hominem habere tibias ferreas, cum habeat ferreas plantas?*

S. XIX.

*Oratio Deo grata à corde vnum
Deum suspirante debes
prodire.*

Merito à Chrisologo introduci-
tur Magus succensus thure, quasi
inde orantis habitum iam designet,
qui holocausti, victima effectus terre-
na omnia per amoris ardorem con-
sumat, & vnum Deum spiret. Hoc se
à Phariseo discernebat discrimine Pu-
blicanus ille apud Luc. 18. dum orans *Luc. 18.*
percutit pectus pugno. Vbi Theophi. *Theo.*
ait. *Docuit Pharisæum percutiendo pe-
ctus, quid in actu orandi præcipue curan-
dum, nimirum cordis contritionem, & af-
fectum: percutit ergo pectus, quasi manu
designans unde oratio germana procedat,
& vt cor ipsum, quod obdormierat, exti-
tet Deo.* Enim vero contritio, omni-

Lib. II. Caput Octauum.

bus pessundatis, in solum Deum aspirat, quare opus est, quod pessundatis omnibus carnalibus desiderijs ardeat cor inflammatum amore diuino, vt grata Deo oratio fumet. Sic equidem orabat illa Cant. 3. quę per desertum ascendebat: *tanquam virgula fumi ex aromatibus.* Vbi Hier. *Bene quasi virgula fumi, quia diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus in holocaustum incendio py amoris, & desiderio charitatis.* O quàm gratè ab hoc charitatis incendio, vbi terrena omnia concrematur, & sola diuina requiruntur fumant in Dei olfactum orationis thura! Non nisi ab incendio thus exprimit suas vires, neque oratio valet, quę non ab animo igne purificato diuino consurgit. Hinc D. Bern. orationis insinuans ruinam, sic inquit. *Indignus celesti benedictione conuincitur, qui dubio quarit affectu, qui duplici intentione petit, aliud sibi refugium parans, si forte ea obtinere non contingat.* Ecce tibi quàm orationi suę officiant, qui nõ à concrematis terrenis omnibus coram Deo fumigant; sed terrenis contenti, & cõsolati ad Deum clamant corde diuiso. Peccator ille fraticida Cain aiebat. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Quid ergo? renuat consolari anima tua. Hoc plora solum aliud ne cogites quidem; sed nunc, inquit, omnis qui inuenerit me occidet me, tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohibetur occidi.* Sic scelestus iste Deum alloquens cor terrenis desiderijs conseruabat imbutum, nullo amoris Dei igne calidus eructabat vana, & iniqua suspiria. Secundus ille Saul 1. Regum 5. compunctus dixit, *Peccavi; ora Domine pro me.* Vtinam ibi susteret, vtinam solum Deum placabilem requireret, verum continuo subdit; *Sed nunc honora me coram populo. Ad quid tibi hac honoratio, miser? Hęcine est illa supplicatio: peccavi, ora Dominum pro me? Sic vsque hodie, dilectissimi, cuius ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis, & transitorys non renuit consolari, ipse sibi profectò celestis subtrahit gratiam consolationis.*

Huc respexisse crediderim D. Paul. 1. ad Thimot. 2. inquit; *volo viros ora-*

re omni loco leuantes puras manus. Expendo illud: *leuantes puras manus:* enim verò purus non tam immunditijs, quàm millionib' opponi dicitur. Vinum purum, puram creaturam vocant, cui nihil aliud inuenitur permixtum, nimirum vino nil alterius liquoris, creaturæ nil entis increati. Sic monemur leuare in oratione ad Deum puras manus, qui enim diuiso corde, & desiderijs carnalibus incumbunt, & Deo inhiant non puras leuant manus, sed fictione permixtas. Explico rem exemplo triti, & famosi latrocinijs, quippe fur quidam insignis manum sibi ex ligno efformarat egregiè pictam, magnitudine, & colore suis manibus perquam similiem, qua manu iunctam cū vera alia manu eleuata, dum videbatur in templo leuatis manibus orare, simul altarium crumenas soluta altera vera manu perquirat, & emungit. Sic plurimi, qui externè videntur orare non leuant manus puras; sed manui manum affictam leuantes simul ad Deum orant, & simul tacita manu, terrenis desiderijs adimplendis maxime incumbunt. Quò spectabat Ihasas c. 1. ex Dei sententiã ad male orantes aiebat; *Cum extenderitis manus auertã oculos meos a vobis.* Vbi D. Bas. fatetur: *Obserua nõ esse dictum cum eleuaueritis manus vestras, sed cum extenderitis, siquidem eleuat, qui celestia quarit; extendit autem qui indigus est corporalis subsidij.* Eia age tu qui verè oras ligneam concrema manum, affectum carnalem adure, & combutis omnino desiderijs mundalium rerum, puras manus leuans, vnum tibi Dei auxilium procura. Et vt eleganter concinat Naz. in Car 3. de Virgin. =

Nec veluti inlepide fieri solet orbe chorea.

Hunc dextra, hunc laua tenens, quantumque propinqua,

Tantum etiam à Christo sis omnipotente remota;

Et simul adducas animum carnique, Deoq;

Soli Deo leuentur, denturque manus puræ, omni fictione, omni carnali desiderio consumpto, cor in Deum inflammatum orationem fumiget, quæ Deo

Cant.

Hier.

Ad illud eccenos.

Cain.

1. Reg. 5.

Bern.

1. Ad. Thim. 2.

Nass.

Deo velut thuris concremati suffitus
gratissima exultat.

S. XX.

Tribulationes, & dolores conse-
crant hominem.

TAndem à Chrisol. effertur Ma-
gus myrrha consecratus, quando
quidem tribulationum myrrheus suc-
cus, laborum, & dolorum tolerantia
homines in Dei obsequium, & ininis
terium reddit consecratos. Id alibi ci-
tatus Sthephanus insinuavit illis ver-
bis, nimirum: *Tribulatio carnem pungit; sed animum ungit, id est sacro chris-
mate reddit consecratum.* Alioquin
non auferret sanctissimus Dauid, etsi
fame pene enectus, in propositionis
panes, quibus veluti solos sacerdotes
consecratos decebat. Sed Dauid lai-
cus, profagus, ad mortem petitus per-
uenit aliquando in sanctos hos panes,
quos accipit de ueracibus. Vnde quis
Dauid in tale facinus audet? Cur se tali
constringit piaculo, quod panes deuo-
ret solis sacerdotibus reuerentibus? Pul-
chrè D. Hier. cap. 2. in Sophon. *Dauid
non erat de Sacerdotibus, nec licebat ei co-
medere panes propositionis; Sed quia per-
secutio Saul virtutum illius profectus
erat, propterea infuga sua dum nescit,
subito Antistes efficitur, & accipit pa-
nes propositionis, & non violat manda-
tum Dei.* Quia laicus erat, & profanus, à
persecutione Saul, à tolerantia tribula-
tionum myrtheo chrisinate inungitur,
& Antistes consecratur. Sic Mater il-
la Machabæorum, cum primum cha-
ritissimos sibi filios immanissime cernit
excruciari, cum carnificum manibus
decerpi videt, cum ardenti torreni sar-
tagine, cum à crudeli rota conspicit
volutari, eos apud Naz. fatur. *Euge filij
mei, euge legis, & inæque senectutis meæ, at
que ciuitatis Antistites.* Ab vna quidem
laborum, & tormentorum consecrati
tolerantia; ad eorum bores, tribulatio-
nes, amaritudines inungunt, & conse-
crant humanos animos. Nescio, an
hæc tribulationum virtus suboluerit

Steph.

Hier.

Naz.

etiam Paganismo. Etenim eudio Mi-
thre sacerdotes non nisi conuatus, &
iniurijs initiatos sic Geor. Giral syn-
tagmate 7. *Neque quisquam Mithre
sacris initiari potest; nisi per quosdam gra-
dus conuatus, quibus ostendat se sanctum.*
Quæ consecrationis ritum obiecit
Apostat. Iuliano Naz. orat. i. sic dicens.
*Mithra, id est sol, cui celebrantur sunt,
& in primis a Chaldeis, cui Deo, qui vo-
lunt initiari, duodecim captiuos affi-
ciuntur, & per uerba, calor, frigus
& alia huiusmodi. Tam verum est, à
myrtheis tribulationum succis homi-
nes consecrari, ut id pateret ignoran-
tibus Gentilium. Sic Magi vero iustitæ
soli ministraturi myrrha accedunt con-
secrari, nimirum per longi uineris in-
commoda, & labores nascentis mundi
initium Antistes*

Giral.

Naz.

Text. Et responso accepto-
ne redirent ad Herodem,
per aliam viam reuersi
sunt in regionem
suam.

S. XXI.

A Deo quodammodo recedendum
est ijs, qui aliorum curam
habent, ut sibi commis-
sos tueantur.

Pænimia Dei charitate optabat
Paulus à Christo anathema esse
pro fratribus suis; sed & Regales Ma-
gi à Christo separantur, ut suis mede-
lam afferant. Etenim dicitur reuersi
sunt in regionem suam: cur potius ut
Christum portarent, regionem, & do-
mum, & familiam, & regnum non o-
bliuiscuntur? Enim vero si Deum sa-
piunt, miror quod non ad hæreant illi,
quod ab illo possint separari: immo
quia Deum sapiunt citissimè conuo-
lant etiam Christo relicto, ut muneris
sui in subditos officio fungantur. Id
quod

quod eleganter imperfectus insinuans
ut. Si quis terrenum Regem cum quasi-
sent, inuenientes eum, apud ipsum reman-
sisse. Nunc autem, & hunc adorauerunt,
& ad suam reuerſi ſunt. Hoc maxime
terreno Rege differt Rex diuinus: ter-
reno Regi Principes illi placent, qui
propterea oblitæ regie adherentes aſtāt,
verum Regi diuino minime hæc princi-
pes placent; ſed qui Deum adorantes
in ſua remeant, ſuiſque frequentiffimi
ad ſunt. Hinc eccleſiaſtici Principis re-
iectus ſuit à Domino affectus, quo glo-
ria Thaboris madidus aiebat. Bonum
eſt nos hic eſſe. Cui Dominus apud Ti-
mothæum Antiocæ. Quid tibi in men-
tem venit, Petre? tui ne ſolus curam ge-
ris, an non totius mundi? Cui mundus
creditus eſt, cui prouintia, cui Regnū
malè apud Deum audiet, ſi nimum de
uotus, etiam vt Deo ad hæreat, ſuorū
obliuiſcatur. Reſpueſt ſanè hanc nimia
erga ſe detractionem ille Deus, qui peſ-
ſimum Euz à Deo reſeſſum haberet
excusatum, ſi illa, ne ſubditum ſibi tri-
ſtaretur, arbōri appropinquaret. Sic de
ſerpentis aſtu conquerenti Deus apud
D. Chryſoſt. reſpondit. Serpens decepit
te, inquis, & comedi, o Eua eſto: te viro
tradidi, num & ſerpentem tibi tradidit
quaſi Deus excuſationem Euz recepis-
ſet, ſi præ textu alicuius ſibi ſubditi eſ-
ſet lapſa. Excusabilis eſt, imo gratus eſt
qui diuinis ſe negat conſpectibus, vt
ſuorum occurrat neceſſitatibus, qui à
Deo ad ſuos aduolat, qui vt ſua curet,
& agat, à quietæ Dei contemplatione
ſeparatur. Nullaque dignus iudicabitur
venia ille Paſtor, qui prætextu fruendi
Deum commiſſas ſibi oues lupis, hiſ-
que foriffimis relinquit deuorandas.
Quo circa minime prætermittenda eſt
illa de ouibus inſignis cura in Martino
tantum non ad ſuperos euolante. Ete-
rum ait. Si adhuc populo tuo ſum neceſſa-
rius, non reſuſo laborem. Quod ingenti
admiratione proſequitur D. Bern. in
ſerm. fatuſ. O inæſtimabilem charitatē!
O obedientiam ſingularem! Immolati ſin-
gulare gaudiū tuum, paratuſ redire i-
terium in pericula, & à Chriſto tuo pere-
grinari diutius, ſi modo ipſe voluiſſet.
Magna quidem obedientia veſtra, Ange-
li ſancti, ſed quod dicere audeam pace veſ-

tra, neſcio an inueniatur in vobis quiſquā
paratuſ in tale miniſteriū mitti, in quo
neceſſe habeat, non videre faciem Patris.
Magnum eſt, Petre, quod Dominum ſe-
cuturuſ, omnia reliquiſti, ſed audiui te in
monte dicentem, vbi tranſfiguratuſ eſt
coram vobis, bonum eſt noſ hic eſſe. Non
eſt hæc; ſi adhuc populo tuo ſum neceſſari
non reſuſo laborem. Sic boni paſtores à
Chriſto etiam ſeparari amant, vt ou-
buſ Chriſti iugulent.

C A P V T I X.

De occurſu Domini, & Simeo-
 nis, ab illo Luc. 2. Et ecce
 homo erat.
 &c.

CVM Deiparæ purificationem le-
 galem late lib. 1. cap. 11. per totū
 explicauerimus, in hunc locum ſerua-
 uim⁹ qualiter Deifico infanti ſenes oc-
 currerint, eiſq; laudes celebrauerint.
 Etenim cum maternis brachijs qua-
 drageſimum diem agens templo in-
 ferretur paruuluſ, ecce tibi ad reſigna-
 tum miſericordiæ fontem candidiſſi-
 mi olores aduolant. Hinc ſenex Si-
 meon huius horæ ſpe diu ſuſtentatuſ
 vniſ exceptit puerum; cuiuſ gloriæ dū
 ganit, breuem matri dolorem, æternū
 Iudæorum excidium lamentatur. Il-
 linc ſenex item Anna totam ſe fundit
 in pueruli laudes, miranturque vni-
 uerſi, cum audiunt Dei magna
 ſua, redemptionemque Iſ-
 raelitici populi con-
 templatur.

(?)

Text Et ecce erat homo in Hierusalem; cui nomen erat Simeon, & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israel.

S. I.

Nulla consolatio bonorum expectanda homini; nisi ea, quam secum infert Christus Dominus.

Longuitas iusti Simeonis hunc in illius animo intuebat affectum, quo sibi ab omnibus mundialibus caueret bonis, quo splendidissima quæque timeret bona, & suspecta fallaciæ, & infirmitatis haberet. Vanas ergo gloriolas relinquens vanis eam vnam expectabat gloriam, & consolationem, quæ desiderio sui miro sanctissimos Israelitas iam diu affecit. Ea erat quam omnes Christo introducente potirentur, hæc vna expectari postulat, non timeri; hæc vnam non timebat; sed expectabat timoratus senex. Ita D. Gregor. Niss. orat. de occurfu Domini fatur. *Non ergo ad mundanam gloriam Israelis consolationem sapiens expectabat Simeon; sed eam, quæ est vere traductio ad veritatis pulchritudinem. Nam cum ei datum fuisset responsum fore, ut ante quam è vita excederet, videret Christum Domini, expectabat fore ut spiritualiter cum eo appareret populi consolatio. Id maxime ponderandum. nimirum; expectabat fore, ut cum Christo appareret populi consolatio; quasi omnes consolationes, omnes delicias & respueret, & timeret, quæ sine Christo essent. Etenim præ oculis habebat populorum gloriolas hallantes interitum, astabant illi consolationes toties allatæ populo tuo à Moyse, à Iosue, à Mardocheo, à reliquis Saluatoribus, quam labiles fu-*

sent, quam cito euanescebant, & quæ in eorum calamitates pariebant. Hic timoratus, & timoratus has mudanas glorias, & consolationes fastidians, illam vnam gloriam, & consolationem ^{in se habebat} optans habebat, quæ cum Christo Domino populo Israelitico promissa appareret. Huus spe vel solum paradisi nomine perterritum latronem dicebat Dominus a cruce, & delinibat; dixerat enim: *hodie mecum eris in paradiso*, & dixisset plane quod ibi D. Aug. serm. 119 fuit commentus, nempe, *intra paradysum nequaquam ultra cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum lethalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Et ne forte verearis, ne tibi aliquis hostis, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illis me introducente firmabitur. Et tunc nulla firma possessio, nulla stabilis consolatio, nullum bonum sine timore habendum est; nisi quod introducente Christo amplectemur. Non est in terra paradysus, non est consolatio sine lege, sine lethali succo, sine exercitu hostium inuadentium, vnus ille paradysus, & cõsolatio nobis est expectanda, quæ cum Christo nobis apparet, hæc nobis firma erit; reliquæ omnes maxime expauidæ, & exustandæ. Hinc gaudio plenus personabat Psalter 67. *Currus Dei decem millibus multiplex millia latantium, Dominus in eis.* Iam populorum vera gaudia, & solidam, firmamque cõsolationem prælagiens, eo quod Christus Dominus gaudio, & consolationibus aderat. Ut ibi Aug. fatur. *Mirifice cum dixisset millia latantium continuo subiicit Dominus in illis, ne miremur quod latentur, Dominus in illis: cum quo vno vera omnibus adueniet consolatio.**

Lib. II. Cap. Septimum

Textus. Et Spiritus sanctus erat in eo, & responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

§. II.

Servorum Dei ministerium ab ipsius præmij aliqualis largitione solet præueniri.

Quoties qui Deo seruiunt, antequam operis seu laboris consumment horam, se largitione præmij præuentos vident! Apostolica audi uillegitimum, non coronabitur nisi, qui legitime certauerit, ut ab eo expectaretur corona, qui certaminis victor arenam reliquerit. Et ecce tibi primus ille Christianus athleta, qui in arenam descendit, medio in puluere clamat. *Video caelos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei*, quod post mille certamina, post mille mortes si videret esset foelicissimus, non dum certamen finiens, & præmiū iam gaudens potitur. Merito Eusebius Episcopus inquit. *Vide quantum agat in pectoribus seruorum suorum diuini charitatis ardor, quod sperabatur desiderijs, oculis demonstratur. Ne dum explet famulus ministerium suum, & iam Dominus apperit regnum suum.* Non dum cursum consummauit famulus, & coronam non in reliquo repositam, sed manibus appositam contempletur. Præ oculis habet, quod si tantum haberet in optatis, foelicissimus exultaret. Sic præueniuntur iusti præmio certaminis; sic ante Stephanum Simeon prius præmio dicitur donandus, quam curriculum vitæ consummaret, eiusque oculi videbunt quod multi alij, quia desiderarunt, in æternum beantur. Quam, yerè, tam fo-

liciter Paulus dixit ad Philippen. *1. 1. ad Ph. Mibi viuere Christus est, & mori lucrum.* Vnus mihi Christus & vitæ ratio, & mortis præmium; quasi diceret, ait Guaricus, *ut Christum magnificem In Purificatione uiuere volo tantum, & Christus est præmium mortis meæ.* Vide modo quid agat cum seruis suis diuina charitas Christus, qui præmium est morientium Apostolorum, qui à Paulo sperabatur, ut suæ mortis corona. Ante quā Simeon vita fungatur, antequam mortis umbram videat, iam illi datur, & quod sperabatur desiderijs, oculis demonstratur. Etenim Simeon accepit responsum, non visurum se mortem; nisi prius videret Christum Domini. Itaque qui post mille mortes erat sperandus ut præmiū illarum, Simeonis præuenit mortem, & se illi videndum exhibet. Quam diuinæ charitatis in suos festinationem. S. Amb. verbis serm. 6. *in Psalm. 118. sponsa diuina sic exprimit. Ecce hic aduenit saliens super montes, adhuc ego eum quero, & illi iam venit, adhuc ego suffragia capto, & ipse iam proximus est: Ego suscitari mihi charitatem cupo, & ad me plus charitas ipsa festinat.* Dixisset fere Simeon sic præuentus, sic à Domino præoccupatus, ut medijs ipsis votis, medio in puluere ante occursum, & certaminis consummationem iam desiderati Christi oscula prægustaret. Hinc infamat Tertul. Marcionis Christum, qui nulla suorum à primordio habita ratione, tandem extremis temporibus venit opem ex tunc solum laturus. Etenim ait lib. 1. *Quid de tali medico iudicabis, qui nutrit morbum mora præsidij, & periculum extendat dilatione remedij, quo pretiosius, aut famosius curet? Talis & in Deum Marcionis dicenda sententia est, mali permissorem, benignitatis præuaricatorem, quā monstratim causa sua exhibuit. Quasi præuaricator esset bonitatis, qui retarderet auxilium.*

(?)

Textus. Et venit in Spiritu in templū, & cum iudicerēt puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum & dixit.

S. III.

Diuturnis virtutibus maturata expectatio in primis Deo gratissima, & homini utilissima est.

Qui crediderit non festinet, dicebat quondam Isaias cap. 28 quippe primum & excellentissimum fidei ornamentum longæua, & matura expectatio apparet. Celebres illi credentium Patres Abrahamus, & Sara qua expectacione fidem suam excolerent, tunc maxime declararunt, quando senectus ipsa, & longitudo temporis, & mortua pene membra expectacioni prolis intercludebant aditum, fideles tamen viri gaudebant adhuc filium expectantes. Accipite D. Zenon. lib. 2. serm. 5. hæc verba dantem. *Ecce prima deuotio libenter excipere quod sero datur: nam & risit Sara munus iuuentutis subiens in senectate.* Non is erat Iudæorum animus nesciens expectare, moræ cuiuscumque impatiens, vel ad tridui expectacionem furens contristatus. Id notatum reliquit Tertul. lib. de patient. *Post manna escatilē pluuiam, post petra aquatilem sequelam desperat de domino tridui sitim non sustinendo.* O gentem desperatricem! attendite ad petram vnde excisistis, ad Saram, quæ dilatam prolem in ætæta senectute expectabat, & gaudens nimis seram & tardam accepit. Generis sui foelicissimus Simeon foeliciter patris latans, & exultans accepit, quod illi valde sero dabatur, accepit, inquam

in vlnis mundi thesaurum, qui longa sæcula tardatus longissima expectacione viri iusti animum stimularat. Vis noscere expectantis animi constantiam, & meritum? Audi Eusebium *Euseb. Emul. Quæ iam etas de hoc seculo exire cogebat, Dei responsio retinebat, mori cupiens mori non poterat, discens, scio quia veniet, scio quia videbo eum.* Ecce tibi hinc longissima transeuntia sæcula, ætas languens, deficientes vires, tedium viuendi pulsabant iusti Viri animum, illinc responsio vna diuina illū confirmabat, & hæc nutritus victor temporis, ætatis, molestæ senectutis, quo serius venit, eo gratius accepit infantē. Hæc est fidelis animi prima deuotio, libenter excipere, quod sero datur: hæc placuit maxime Deo feruidus ille Christi amator Petrus, qui nimia festinatione offenderat. Sic D. August. *Aug. tract. in Ioan. 123. Petrum ætate iam, & puluere canum cruci religatum cōtemplans ait. Hunc inuenit exitum ille negator, & amator, negando prostratus, stendo purgatus, patiendo coronatus. Huc inuenit exitum, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat.* Etenim iuuenili ardore correptus moriente Christo, vitam non sustinebat, sese impatiens morti dabat, paratus, ait, sum in carcerem, & in mortem ire. Qui amantis animi affectus vt nimis festini & properi, sic noctis illius durissimæ gelu penitus aruerunt. Sed lacrymis rediui vsque in senectam dilati longæui laboris cōtinuatione maturi tandem, quod male festinantes amiserant mortis præmium, pauenter expectantes obtinuerunt. Nec miror sic fideles expectatores afficere Deum illum, qui amatrici matri, & immaculatissimæ sponzæ se extraneum præbuit, vt seram expectacionem, & morosam omnibus Dei fidelibus innueret. Huc refero illud Irenæi lib. 3. cap. 16 aliàs obscurum, nimirum. *Propter hoc Iren. properante Maria ad admirabile vniuersi signum, Dominus repellens intempestiuam festinationem dixit: quid mihi, & tibi est, mulier? Vbi velim expedere quod properam festinationem premens etiã a matre sibi charissimam, & in scia offedere sese*

Lib. II. Caput Nonum

Habetur
in Homi-
liario.

se se alienat, illic se præripit iturus ad eos, qui longissimam expectatione sustentant. Hinc argutissime Euseb. Emis. expectantis Simeonis glorias exemit. Cum parentes Christi, ait, puerum Iesum in templum inducerent, ut secundum consuetudinem legis pro eo facerent, occurrit senex: brachia extendit, & parentibus ait. *Mibi eum date, mihi debetur.* Cur tibi à suis parentibus dandus diuinus puer, ò bone senex? Cur virginis brachijs thesaurum eripis, ut tuis senio confectis vlnis sustentent? Cur tibi debendus Dei, & Virginis filius vni genitus? Sanè, quia in eius expectatione arant membra, mihi debetur meritò, qui expectans consenui, ærumnosamque, & longissimam vitam eius desiderio sustento: scio, scio ingenium pueri, qui ut longæuos expectatores recreet, se amantissimis parentibus eripit, mihi eum date, mihi debetur. At nimis festinantium pericula maximè cauebit, qui immaturam Asaelis mortem 2. Regum 2. meditabitur. Is dum nimis currit in victoria, occisus est: de quo D. Pascas. lib. 5. in Thren. ait. *Asael cursor erat velocissimus tanquam vnus ex capreis, quæ morantur in syluis; nesciens veloces animi motus patientia, & grauitate temperare. Vnde dum velocis sequitur hostem, cecidit vulnere depergit.*

Textus. Et dixit, nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

S. III.

Christi Domini aduentu tempestiua, & matura mors fidelibus apparuit.

in Cat. **C**Ygneum Simeonis cantum in tēplo intrantis. D. Greg. Nal. exami

nans hæc fatur. *Quàm beatus ille sacer ad sacra introitus, per quem ad vitæ terminum maturauit! Et pulchrè dixit: maturauit; ut maturum, & tempestiuum moriendi tēpus à Christi Domini aduentu prælagiret. Enim verò ligni excisionem maturam prædocens Cat. c. 31. ait. Hanc, atque aliam materiam omnem cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem sine vento austro, tunc erit tempestatiua. Quod etiam cauit Cicero lib. 2. de Diuinatione in hæc verba, arbores, ut hiemali tempore cum luna simul senescentes, quia tunc exsiccatae sunt tempestiue cadi putentur. Sic vbi Synagogæ luna consenuit, vbi obscurum lumen suum minui coepit, orto Christo Domino, maturior, & tempestiuior hominum seculo coepit apparere. Quando sua exellebat Synagoga accretione, ò quam acerba mors, quam dura, carcer pro carcere erat, Infernus pios viros etiam ad tempus non torquebat, sed captiuos tenebat, efflorescebat adhuc lignum illud generis humani pestis. At decrescente Synagoga vitæ arbor apparuit hominibus edenda, continuoque mortales cuncti ad sectionem, ad placidissimam mortem maturuerunt. Edque mors gratissima iustis veniet, quò tempestiuor, quò ruptis corporis huius carceribus in libertatem filiorum Dei euocandū erit. Hin eleganter Thimoth. Ierosol. Christo templo ingresso Spiritum sanctum sic facit ad Simeonem lequentem. *Surge senex, quid dormis, matura vitò, præsto est, qui te absoluet: execute necrotaphia, funerasque sindones, prepara sepulchrum, adest, qui te missum faciet: venit Emmanuel.* Et vix post natum Christum, post Synagogam senescentem potuerit pius homo meliori exhilarari nuntio, quàm eo, qui funeras illi faces præferret. Cur non obiret lætans maturam, & tempestiuam mortē, qua succis æternæ ciuitati erat addendus? Qua cum luna, senescens succi venenati arboris exsiccatus, tempestiue succidebatur, aedificio diuino reponendus? Plane Cyrill. Ierosol. medio e mortis puluere sic per Simeonis ora effingit sibi mortalem hominem loquentem. *Exultat Adamus Christum per Simeonem**

Cat.

Thimo.
Hier.

nem

nem eiusmodi oratione alloquens: nunc dimittis seruum tuum, Domine, nunc ab aternis illis vinculis me absoluis, nunc à corruptione me eripis, nunc ab omni dolore me expedis. Quæ luna crescēte exciduntur arbores, corruptæ foetent, & à vermibus corrosc perstrepent; sicq; Synagoga vigente, & corruptio, & vermis vigeat, & carcer erat, & horror habitabatur inferni, & gemebundi Sancti longa suspiria edebant. Modò decrescēte Luna, Synagoga senescēte, tu Domine, dum appares, dum Synagogam minuis, exsiccas viridantis arboris venenū, acerbitatē, corruptionem, vincula, suspiria mortis tollis, vt tempestiue, & mature scissi homines per mortem, non ad carcerem, & corruptionem; sed ad gloriā, & immortalitatem euolemus. Aiebat olim Plinius, lib. 28. c. 1 *Ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius est, quàm tempestiua mors* Hæc solum acciōit hominibus post Christum, cuius gratia maturam, & tempestiui excidimur aptandi in tabernacula aterna. Iam meritò dicat Beda. *Multum foelix videbit mortem carnis quicumque Christum Domini prius oculis cordis videre satagerit. Qui mature, & tempestiue mortem obire cupis, lunares tumores excute, te bonis temporalibus eripe, Christum intueri, quo vno lætans poteris mortem oppetere. Heu quā acerba mors erat ante aduentum Christi! Genesis. 12. Abraham totus pavidus dicebat vxori suæ apud Ægyptum. Scito quòd formosa sis mulier, futurum itaque, vt cum te videant Ægyptij, dicant, ista est vxor eius, & occident te: dic igitur, soror eius sum. Quid ais, ò bone senex, si soror tua dicatur Sara, rapietur in foedum Ægyptiorum coniugium? Rapietur forsan, ait ille, sed ego viuā, adeò mortem expauescebat, vt præ illa contemneret pudicitiam vxoris. Vbi pulchrè Chrysost. hom. 32. *Quia nondū mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium consentit iustus, & quasi seruit adulterio in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat* Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant aera portæ confractæ, nondum erat actu-*

leus eius bebetatus. Quæ omnia effecit Christus, ex quo mors apparuit facilis, & dulcis. Quod si tibi scrupulus est, quod dicatur Abraham, vt mortem fugeret, pudicitiam vxoris contempsisse, pulchrè se expedit ab hoc noço Chrysol. orat. de S. Bernice, & Proldoco, vbi Abraham sapientiam ex hoc facto commendat. Quia cum pudicitie periculum semper instaret, & cum haberetur Sara vxor, siue soror; & insuper adderetur periculū vitæ, si vxor putaretur, è duobus malis euenturis, alterum sapientia sua impediuit, nimirum eadem, quòd hanc estimauerit maius esse peccatum. Et quidem cū monebat; dic quòd soror mea es, potius diminutionem procurabat peccati, quod grauius eliet in adulterio, & homicidio perpetrato, insuper ostēdebat quā metuenda esset tunc mors, at post Christum nihil est morte suauius. Paulus ad Philipp. 2. *Sed & sic im-* Phil. 2. *molor supra sacrificium, & obsequium fidei vestra, gaudeo, & congratulor vobis, id ipsum autē & vos gaudete, & congratulamini* De quo D. Chryl. modò citatus ait. *Quid ais? moreris, ò Paule, & ad societatem voluptatis homines aduocas? Non equidem morior, inquit, sed ad meliorem vitam ascendo. Vt igitur homines magistratum inuēntes plurimos lætitiæ sibi socios, ac participes sibi futuros accersunt, sic & Paulus ad mortem pergens, gaudij sui consortes futuros vocabat.*

Textus. Quod parasti ante faciem omnium populorum in lumen ad reuelotionem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

§. V.

Christus Dominus vniuersitati hominum proficiuus nascitur, non vni tantum populo.

Simeonis in vltis Christus Dominus Sapparet, qualis à Malachia olim de Mal. 4. S. an.

Plin.

Beda.

Gen. 12.

Chrysost.

● Lib. II. Caput Nonum.

A. E. 10. cantabatur, dum ait: Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae, & sanitas in pennis eius Sol, inquam iustitiae nimirum, non personarum acceptor; sed qui in omni gente quae timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quam explanationem ut à D. Ambr. Petro insinuatam accepit Ambr. verbis non semel allatis. lib. 1. offic. *Magnus*, inquit, *iustitiae splendor, quae alijs potius nascitur, quam sibi, communitatem, & societatem nostram adiuuat.* Nō iam lucerna in tēplo Christus Iudaeis illuxit; sed Sol in medio caelo communitatem hominum indifferenter illuminavit, paternum ingenium imitans, qui solem suum facit oriri super iustos, & iniustos. Sic laetabundus Simeon exultat, quòd de sub modio Synagogae exeat fulgentissima Salvatoris lux ante omnium populorum faciē micatura. Id quod eleganter expendit D. Hilar. dum explicabat illud Mat. 5. *Nemo accedit lucernam, & ponit eam sub modio, & non potest civitas abscondi supra montem posita, quasi ibi inueneretur, quod lumen hoc diuinum non vni Synagogae dandum, ut paruis illius terminis maneret conclusum, quod vniuersitati hominum sufficeret.* *Synagogam, ait, dignè Dominus modio comparat, quae susceptos fructus intra se tantum receptos certum modum dimensa obseruantiae continebat. Civitatem, carnem quam assumpserat, nuncupat, quia ut civitas ex varietate, ac multitudine civium consistit cohabitantium, ita in eo per naturam suscepti corporis quaedam vniuersi generis humani congregatio continetur.* Non Synagogae modio includendum nascitur salutare lumen, inò angustias dimensae obseruantiae fugiens, sese in civitatem efformat carnem subiens, ut vniuersi generis humani congregationem contineat, ut vniuersitati populorum suo proficiat lumine.

Hil. Sic Deus vniuersitatem amat, sic pluribus oprat esse communis, ut nec cibum, ut aiunt, sibi gratum sumat; nisi fuerit hominum multitudini proficiuus. Rectè id notauerat, quae dixit *Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pasceatur inter lilia.* Ad haec Bern. serm. in Nat. Virg. *Etsi iustus germinat*

Cant. 2. Bern.

sicut liliū: sed nō ad liliū sponsus pasceatur, nec in singularitate cōplaceat sibi. Quantumuis sit liliū iustus, quantumuis floridus, si vnus est, si solus est, diuinae non ita placebit voluntati, quae vnum & inuitissimum, & omnibus floridum virtutibus despexit Adamū, ut vniuersitati consulere, etsi peccatorum tenebris involuta. Ait enim: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium, &c.* *Gen. 2.* Mulier ergo pro bono adicitur Adamo: mulier, inquam, quae peccati labe affecit mundum. Quomodo pro bono additur ista mulier? Pulchrè id dubitat, & explicat D. Ambr. lib. de Par. c. 10. *Si igitur viro culpa auctor est mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta? Verum si consideres, quia Deo vniuersitatis est cura, inuenies plius placere Domino debuisse id in quo erat causa vniuersitatis, quam condemnandum fuisse illud, in quo esset peccati.* Ecce tibi iustus homo virtute floridissimus, quia solus non probatur Deo, pro amore vniuersitatis, & multitudinis.

Gen. 2.

Ambr.

J. VI.

Antiquos seruos quando Deus ob peccata illorum à caelesti gloria eliminat, aliqua temporali gloria, antiqua illorum seruitia munerat.

N Ascitur Sol iustitiae, ut lumen omnibus inferret nationibus, & gloriam Israel inderet, quando enim Israel caecus in tenebras exteriores ceciderit, non tamen à Deo suo omnino inglorius abiit. Etenim is est Deus, qui seruum aliquando fidelem, postea rebellem, & perniciosum non in gloriam relinquit; sed cum à caelesti excludat gloria, humana illum, & mundiali gloria munerat. Sic populo exoso, & reprobato hanc in mundo ingularem gloriam dedit, ut ex illo nasceretur Rex gloriae Christus, ut sacerdotio, templo, ciuitate, lege, & fide priuatus immense gloriam posset de carnali

carnali cognatione cū Dei filio. Hoc iustitiae diuinae ingenium praesagierat reprobis ille Saul, & tradita reprobante sententia ad mundialem hunc honorem confugit. Aut enim. 1. Reg. c. 15. *Peccauit; sed nunc honora me coram senioribus populi mei.* Quasi hoc necessarium esset in quavis reprobatione; manere reprobo quaecumque; suffragium. nimirum mundialem honorem, populi. emque fauorem, quo munerarentur antiquata seruitia. Quod praestitit Deus etiam Iudae omnium reproborum nequissimo, etenim eò spectabat fauor ille tanto proditori exhibitus à Domino mensa vltima. *Cum intinxisset panem, dedit Iudae.* Ioann. 13. Cur Iudae praeter omnibus panis porrigitur Dei manu intinctus? Nil tale Petro, nil tale charissimo discipulo; sed hoc fauore, & honore horatio miser ille ab aeterno prandio excluditur. Vnde Cyril. Alex. lib. 11. *Ioann. c. 16. inquit. Proditor non erubuit charitatem Christi, contempsit honorem, & gratiam eius abiicit.* Sanè maximus erat honor à summo creaturarū Imperatore exhiberi panem illum diaboli furoris viro; sed qui aliquando fidei seruerat, non permissit Deus à se in gloriam omnino abire. Id eleganter expendit D. Bern. in Caino ita post reprobationem suspirante. *Gen. 4. Ormis qui inuenit me, occidet me sic occidendū sese causabatur infelix tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohiberetur occidi. Quod & factum est.* O miser, qui his gloriolis muneratus ab aeterna illa beatitudinis gloria patitur exilium. Planè Deus vt summe misericors nescit seruum inhonorum repellere. Quò respexit Tert. libr. 4. contra Mar. vbi de ascitis Moysse, & Heha in Taboris gloriam locutus ait: *Tradidit Deus filio discipulos novos, ostensis prius cum illo Moysi, & Elia, in claritatis praerogatiua: atque ita dimissis quasi in officio, & honore disunctis.* Similiter eieciurus primos illos Paradisi incolas. *Gen. 2. Fecit eis Deus tunicas pelliceas.* Non enim conuenit Deus à se abiegare seruos in hac vita omnino inhonoros, & nudos. A quo non longè abest Moyses Bercepha de Parad. part. 1. c. 28. inquit;

Cum itaque nudati iam, tū illi pudore afficerentur, non erat consentaneum diuinae misericordiae, nudos prorsus eliminare à Paradiso. Sic ille.

Text Et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionē multorū in Israhel, & in signum, cui contradicetur.

S. VII.

Christus Dominus eos impugnat, & conterit, qui tenebrosi moribus & tenebris cutiunt, filijs autem lucis benedictionem imperitur.

Quod Sol durior existit, eò gratior lanceis apparet oculis; sic fulgentissimus iustitiae Sol Christus tenebrosos homines valde offendit; filios autē lucis maxime illustrat. Quod pulchra allegoria expendit D. Cyril. *Tom. 6. hom. Ephesi habita, dum perpoctanti Conc. E-lacobo Deum reluctari considerat, phes. c. 5. illique haec dicere. Dimitte me, iā enim Gen. 32. ascendit aurora. Tūc sic Cyril. Christus luctatur, & pugnat aduersus eos, qui velut in nocte, & tenebris versantes caliginosum cor possideant. At verò cum illis non pugnat, qui sunt in luce, spiritualēq; auroram in mente habent. Vt illis, quorum oculi obtenebrati sunt, quippe offendent ad lapidem pedem suum, viuo, & angulari lapidi Christo incidentes misera contritione peribunt. Infelix ille proditor Iudas Magistrū venditurus exiit, & notanter ioan. c. 13. edixit: *Erat autem nox, vt caecā eius animi noctem exprimeret, tenebricosumq; illius cor induceret.* Continuò ad illum Christus Dñs, *Quod facis, fac citius.* Quae verba vt cōminatoria, durumque & crudele duelium hallantia egregia explicat similitudine idem Cyril. libr. 9. in Ioann. cap. 17 *Quemadmodum si vir fortis, aduersus quem qui spem feratur; ipse verò viribus suis fretus dicat magna voce, quod facis, fac citius, vt meae dextera vires experiaris.**

Lib. II. Caput Nonum.

Sic hostes in se armatos exagitare solent viri fortissimi: eia agite, concurrite, meum ferrum expectat mors impatiens, quod ego possim, quam mea dextra valeat experiri. His etiam caliginosa coram Christus Dominus exagitat armatus in viros tenebrosos durus debellator aduersus eos, qui nocturna cæcitate versantur.

Vos Iudæos compello, qui ut tenebrosi, & cæci Christum Domini lapidem angularem incurristis, sic miserè lapsi durissimam ab illo contritionem citis passi, at eum primum tenebris exclusis, lux veritatis animos vestros irradiet, erecti in nouam spem, cælestem benedictionem hereditabit. Sit huius veritatis illustrator Tertul.

Tert.

Gen. 32

lib. de Trinit. ubi dictam Iacobi nocturnam luctam sic examinat *Qua re Iacob, qui ad tenendum hominem, cum quo luctabatur fortior inuenitur, & benedictionem ab eo, quæ detinebat, postulat, quia iam Lucifer oritur? Ideò postulat sic reperitur, quoniã præfigurabatur contentio hæc inter Christum, & filios Iacob futura, quæ in Euangelio dicitur perfecta. Contra hunc enim hominem colluctatus est populus Iacob, in qua colluctatione potentior populus est Iacob repertus, quippe cum aduersus Christum iniquitatis suæ victoriam sit consequutus, quo in tempore propter facinus quod admisit, incessu fidei propriæ, & salutis claudicare grauissimè incertus, & lubricus cœpit, qui quamuis superior damnando Christum repertus; eget tamen ipsius misericordia, eget tamen ipsius benedictione. Ecce vobis ex quo ad hunc lapidem viuum pedem suum Iacobeæ proles offendit, miserè incedere, & in salute claudicare cœpit, & quantumuis in Christum Domini insultarit, eumque morte damnarit pessima, adhuc exclusis tenebris, cum primum Lucifer veritatis eluxerit, benedictionem illius anxie contendet, & feliciter obtinebit, ut appareat quam sit Christus Dominus multorum ruina, & resurrectio.*

Text. Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

S. VIII.

Christus Dominus matrem creaturis omnibus imperaturam gladio subiecit doloris, ut illi humanitatem in subditos homines inueneret.

Pestiferæ Iudæorum cogitationes cum apparuerunt, parumque in Christum rebelles, apparuit simul doloris acutissimus gladius, qui maternum transuerberauit pectus. De quo matris Dei dolore satis diximus lib. 1. cap. 12. per totum. Id modò nouum mihi accidit gladii concepto verbo, quòd orbi imperatura Virgo sub doloris gladio effigietur. Cuius rei dum causam quero, incido in Tert. verba, quibus Scapulam præsidem humanitatem in Christianos ita perdecet. *Potes & officio iurisdictionis fungi, & humanitatis meminisse, vel quia & vos sub gladio estis. Et quis te sub gladio videns humanitatem obliuisceret? humanitati non insucsceret? Hoc ego consilio crediderim (si fas est dici) omnium creaturarum Reginam Virginem gladio fuisse doloris à Domino subiectam, ut humanitatis meminisset quando à miseris, infirmisque hominibus compellaretur, & ex illis humilis, benigna, gratiosaque apparet.*

Tert.

Imperaturam cæteris animal efficiens Deus, statim de non edendo precepto subiecit; Cur ita? Sanè ut ciuilem, & humanum, & non superciliosum faceret in subditos Regem. Sic D. Cyrill. Alexand. lib. de adorat. in spiritu. *Etenim, ait, nobilitatis immo-dica amplitudo superciliosam affert affectatio-*

Cyrill.

stationem, ea propter data ex lex continentia, qua Dominum agnosceret; ut per eam ad memoriam semper vocaretur eius, qui tanta cum potestate imperauerat, & sciret manifestè se imperantis legibus subiugatum. Porro nihil efficacius seuerum superciliunt depellit, humanitatemque perdocet, quam ea consideratio, qua quis se alterius iugo prospicit subiacere. Quis Centurionem illum Euangelij adeò humanum, & benignum reddidit in infirmantem seruum? Egreditur domo, adit salutis Authorem, prosternitur, precatur enixe salutem serui, vel vnum verbum à Domino contendens. *Mat. 8.* *Tantum dico verbo, & sanabitur puer meus.* Vnde tanta humanitas Domino Ethnico? Audi illū quasi rationem reddentem. *Nam Ego homo sum sub potestate constitutus.* O quā humanus in suos, qui se alteri meminit subiacere! Si homo es, & te sub gladio constitutum attentè cernis, cur humanitatem non edibis? cur infirmanti seruo non attendis? Sanè Dominus matrem suam omnium creaturarum Reginam sub doloris gladio posuit, vt ex his, quæ passa est, disceret infirmantibus mederi seruis, vt se omnibus dolorum legibus subiugatam experiens, non superciliosa; sed benigna, sed grata; sed humana fiat creaturis similia patientibus.

Text. Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Affer: hæc processerat in diebus multis,
&c.

S. IX.

Christus Dominus à senibus viris facile inuenitur.

Bern.

IN Saluatoris expectatione senescētem hanc fœminam, & Simeonem contemplatus D. Bern. serm. 2. pulchrè dicit. *Hodie placabilis, & Deo pla-*

cens hostia, virgineis manibus offertur in templo, à parentibus portatur, à senibus expectatur. A senibus, inquam, expectatur: etenim maturi mores Christum Dominū facile inueniunt: Christum Dominum senes amant, illiusque maximo afficiuntur desiderio. Dicebat Libellus Astronomicus à nescio quo Chaele exaratus de turture, si turtur in lapide nigro, de quo parangones fiunt, nimirum in Lidio lapide reperta fuerit, is qui talem effigiem habuerit, *a senibus diligetur.* Ecce tibi Christus Dominus verè Lidius lapis: lapis, inquam, quo aurei hominū probantur mores, vnà cum turture templum ingreditur, inde iam clarissimū omen prætendens, quòd à senibus diligetur, quòd eius in amore senes mar descent.

Senectute grauis Iacob. Genes. 42. *Gen* conuocat filios vniuersos penè fame enectos, & ait: *Quare pigri estis? Ecce audiui, quia frumentum est in Aegypto, descendite illò, & emite vobis.* Cur senex penè surdescens primò audiuit de frumento, quàm iuuenes? Nōne hi prius audire solent quicquid noui populo aduenit? Cur non magis de frumento? *Amb.* *Vnus D. Ambr. id expendit lib. de Ioseph. cap. 8. diuini frumenti, viuique panis Christi præfagiens negotiationem in hæc verba. Citius utique iuniores, quàm seniores consueuerunt audire, cum foris positi cuncta circumeant. Sed hanc negotiationem prius senex audit, sed ille senex, in quo est fides longæua canities. Prior senex intelligit, sed ille senex, in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata.* Porro panis viuus Christus senibus amabilis, à senilibus annis, quàm primum requisitus inuenitur. O te felicem, cui fides non emortua longæuam parit virtutum canitem, quæ non ætas diuturna; sed candida vita reddit canum. Is eris senex, qui iuuenilibus ardoribus, puerilibus moribus occultum Christum inuenias manifestum, manibusque suscipias. Abrahamus tres Angelos excepit hospitio, vnoque adorato, prandium parat, cui ipse, & Sara ministrat: quod sic Diuus Hilarius, quarto de Trinitate ex-

S 3 tol-

*Chu
S. Ambronus*

Lib. II. Caput Decimum.

Gen. 18.

Abrah.
Lib. de

extollit Abraham, tribus viis, vnum adoravit. Quanta fidei vis, vt indisereta assilientium specie Dominū Christum internouerit. Quis ergo prior Abrahamo Christum prænouit? quis prius adoravit? quibus coniugibus antea Christus innotuit? Sanè his sanctissimis Abrahamo, & Saræ primum Christus sese obtulit cibandum, excipiendū Sed & de illis ait textus: *Erant ambo senes, prouectaque atatis. c. 18* Ad hæc eleganter monet Philo Iudaus. *Primum omnium Abraham vocant sacra littera, seniore, quamuis maiores eius triplo, & amplius longæuiore fuerint, quorum neminem legimus hæc fuisse appellatione dignatum. Merito sanè, nam reuera senectus non ex longæuitate; sed ex multo virtutis studio spectatur.* Quibus maxime ponderandum est, quod vbi primum Christus hominibus apparuit, illorumque hospitio gaudens est, ibi primo senectutis honore homines non inantur, senesque dicuntur ob virtutum suarum longæuitatē: à qua canitie antiquus ille dicitur Christus amat inueniri, talibusque senibus gaudet publicari, & manifestari.

CAPVT X.

De Christo Domino ad Ægyptum fugiente: deque innocentium puerorum strage.

Ex Matth. 2.

IAM ternio ille diuinus, Iesus, Maria, & Ioseph Bethlechem, & Ierosol. mam reliquerant, & Nazareth apud suos degebant, quando Herodes, vt diuinum puerum caperet, in omnes fuit Bethlehemiticis infantes. Quorum satellites iam imminent, & Iosephi de Angeli monitu, de nocte conturgens cum sanctis pignoribus vsque in Ægyptum peregrinatur. Interea Herodiani milui in immerentes pullos furiosi aduolant, quicumque biennium non explent crudelissima

morte vitam ingrediuntur immortalem. Sic innumeri agnuli maturant sequi diuinum agnum, qui post puerorum necem, iterum consulente Angelo, ab Ægypto reportatus Galilæam adijt, vnde cum parentibus Nazareth remeavit, & Nazareus vocatur patrio vocabulo.

Textus. Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Iosephi dicens, surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi, futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

S. I.

Gloriosum est quicquid propter delenda peccata subiur.

ECce vobis cælestem ducem vix vtero materno soluit, & in alienâ descendit, primo vagitu armatos in se exercitus prouocat. Quod tunc? audebit in armatos hostes puer tenellus? furentem Regem medio expectauit in stadio? Sed iustæ cohortes qui consulant fugam. Proh dedecus! fugiendum est summo Imperatori? Christiana militia à fuga dedicanda? Dixisset Tertullian. lib. de fuga in Persie. *Tert. Cum duces fugiunt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum suadere? Pulchrior est miles in pugna prælio amissus, quam in fuga saluus.* Nihilominus Iesus fugit, & in ipsa fuga speciosior, & pulchrior apparet; etenim nil magis decorum, & pulchrum, & gloriosum, quam id quod in peccatorum medicinam subiur.

Is erat psalmi tertij titulus: *Psalmus David dum fugeret à facie Absalonis filij sui.* Stupet Chrysost quod fugienti Imperatori decantentur psalmi, non enim

Psalm 3.

Chrysost.

enim fugitivos solent cantilenæ celebrare. *Quando laude dignus est qui fugit? quando dignus est habitus exul, cuius nomen inscriberetur? fugitivos scriptis litteris persequuntur, non honorant inscriptionibus. Sed disce, o frater, causam inscriptionis, & animam tuam confirma, in tuto colloca. Fugiebat filiusque suum David, quoniam castitatem jurerat, quia è præcepto Domini fugitivus, exulque fuerat, propterea filium fugiebat. Quæ gloriofior? quæ honoratior fuga? Sanè pulchrior fuga hæc Davidi, & gloriofior extitit, quàm omnium inimicorum victoria. fugæ, qua David à Deo defecit, hæc fuga satisfaciebat, inde nimis in fuga decorus, plusque fugitivus quàm victor decantari debuit Sanè, quia homo à Dei præcepto fugitivus, exulque fuerat, quia fugam meditatus Adam abscondit se, idè paruulus Iesus fugit Herodem Regem, propterea fugitivus Aegyptum pevit. Quæ maior gloria Imperatoris, quàm militum fugis mederi? quod maius decus in Salvatore, quàm ob probrosam hominis fugam satisfacere Deo?*

Chrysol.

Miratur D. P. Chrysol. quòd Evangelista diuini pueri fugam scriptis celebret. *Quid sibi vult, ait, Evangelista, quòd hæc scribit ad memoriam sempiternam? deuoti militis est Regis sui tacere fugam, referre constantiam, virtutes loqui, tacere timores, aperire fortia, infirma reticere, aduersa delere, præduare victorias* Verùm sapientior Evangelista timores, fugam æterni ducis decantat, & hominum cõmendat memorijs; sed eos timores, & eam fugam, qua fugitivus homo antiquæ suæ defectioni remediũ apponit. Id eleganter expendit D. Theodotus Annytes Ancyrensis. hom. contra Nestorium, sic fatus. *Nos à pio Domino aufugimus, ad usum paradisi delicias acceperamus; sed legem violantes, & infesto hosti morem gerentes, ex honore excidimus, & in terrestrem hunc locum fugitivi illius serui vitio depulsi sumus. Quid ergo, numquid mea tarditas pulcherrimæ huius possessionis, quæ homo est, iactura afficiet? Absit, nefas enim erat, ut inuidia gratiam Domini superaret. Et quid igitur, Dominus facis? adiungit se fugituo. E*

Theod.

rectè adiungit se fugituo, vt fuga sua fugitui dedecus eliminet, sic fugæ fugam opponens, & fugitivos resaurat, & gloriæ pondus immensum tibi parturit.

Gloriosum equidem est, dignumque summo Deo quicquid hominũ medetur peccatis, quicquid seruorum redintegrat contusiones. Quid vilius, quàm prima illa pellicea zona, quæ peccatores exceptit? Quid hæc velle magis inglorium? magis indecorum? sed sub illa protoplasti castigantes peccata, sic gloriosi, sic decori apparuerunt oculis Creatoris, vt inde inter alia, in escatum diuinum verbum quasi ambitiosè decreuerit simili pelle indui, qua hominum deleret peccata.

Ait enim textus sacer: *Fecitque Dominus Deus Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & ait, ecce Adæ quasi vnus è nobis factus est.* Expende verba, vilis, & indecorus saccus, sub quo Adæ castigabat peccatum, eam reddebat speciositatem, qua se ipsa diuinitas iactaret, quam sibi Deus ipse assumere decreuerit. Sic Tert. lib. 2. contra Marcion. c. 25. *Spes Adæ salua est, dicente Domino, ecce Adæ quasi vnus è nobis factus est de futura adlectione hominis in diuinitatem.* Et nihil viderat Deus in Adæ, quo alliceretur præter opprobrium sacci, sed illud opprobriũ, quo peccata soluebantur, quo opprobrio, quo sacco nihil gloriosius, nihil diuinius, nihil Deo dignius. Vnde benè monet citatus Theodotus. *Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas, neque impropere Medico, si in corporis humilitate constitutus tuam operatus est sanitatem: Deus enim nihil ignominiosum ducit, quod humanam salutem conciliare natum est* Non ignominiosa fuga; sed gloriosa, quando illa hominum à Deo fugæ, & defectiones curantur, honorificentissimum dedecus, quod peccatorum radit dedecora. Quis iam fallidat opprobria, quibus improbitati medetur? Quis non amabit ignominiam, qua pulchrior Deo, & speciosior redditur.

Ger. 3.

Tert.

Theod.

Hom. 2.

Text.

Lib. II. Caput Decimum.

Text: Qui confurgens accepit puerum, & matrem eius nocte.

§. II.

Summus obedientiae gradus exercitus à Ioseph: qua obedientia primum incolumitatis omen accepit Christus.

Debilissimus apparitionis Angelicæ modus, is est, qui fit per somnium, hoc tamen iubentis tenui argumento, nimirum in somnis monitus Ioseph euigilat pariturus. Et antequam per nocturnas tenebras videre possent, capit diligens iter, imparataque profectio ingredi minimè timet. Cæca est obedientia omnium perfectissima, ante obedire tentans, quam præceptum examinet oculorum tutina. Aperti sunt Adamo oculi post exitum ligni, ò utinam sacra illa caligine obtenebrati manerēt, quæ ante transgressionem obedientes Deo nec videbāt lignum. Et apertio oculorum, & inobedientia apparuerunt simul, ut suspecta sint lumina illi, qui voluerit Deo perfecte obedire. Huius rei gnara astantia Deo Seraphin apud Isaiam. c. 6. alis duabus faciem obnubilabant ante ictum oculi obedire parata. Unde Ioan. 11. Vix Dominus intonuit vox Lazarum à sepulchro reuocans, & statim prodyit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Ad hæc Ambrosius lib. de fide resurr. *Comprehende, si potes, quemadmodum clausis oculis iter carpat, vincit pedibus gradum dirigat; virtute enim diuina præceptionis operante, natura suam non requirebat officium, non iam suo ordini; sed diuino nutui seruebat: agebatur prius, quam parabatur incessus.* O vos felices, qui sic præceptis paretis diuinis! Felicissimus omnium ternio iste diuinus, Iesus, Maria, & Ioseph, mortis latebat sub imagine, somno sepultus, hæcque mortali in umbra Angeli vocem excipiens, nocturnis tenebris,

clausis oculis iter carpit, non suo ordini natura, sed diuino parei nutui, agebatur prius, quam parabatur incessus, ante ictum oculi confurgit, ut viam arripiat.

Hinc pueri diuini iter auspiciatissimum, hinc incolumitatis suæ omen euidenissimum accipitur. Recognoscere licet duo obedientiæ lumina Abraham, & Ieptæ, qui propriis non perpererunt filii, verum filia Ieptæ sub obedientis patris gladio vitam amisit; at Isaac Abrahamides de sub gladio patris noua fœlicitatis, & incolumitatis acquisiuit auspiciunt. Cuiusmodi etiam Abraham. Genes. 22. de nocte confurgit filium ligaturus; Ieptæ triginta dierum inducias renouit filia, quibus meo tetur sortem acerbissimam. Vixit ergo Isaac, & moriatur Ieptæ proles quædam, ait Ananias Nicanus quæli 36. *permisit Deus, eos, qui tunc erant, & qui postea futuri erant erudiens, tuto quidem Deo vouere, & ut conuenit, citra moram autem, & cum fide, & gaudio implere promissum.* Igitur non moratus Ioseph, non post triginta dies, non post diem; sed media noctis sanguine dans pignora vitæ, diuini pueri incolumitati felicissimo consuluit auspicio, illumque morti quamprimum eripuit.

Text Et secessit in Ægyptum, & erat ibi vsque ad obitum Herodis, ut impleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: ex Ægypto vocaui filium meum.

§. III.

Occulti hostes palam trahendi sunt ab ijs, qui vincere cupiunt.

Latent sapissimè hostes, nigrisq; laecl si latibulis ruinam nuntiantur, & excidium, hunc mille à callidis mili-

Ioan. 11

Ambrosius

Gen. 22

militibus stratagemmata fiunt, ut hostilia omnia pateant, lucemque videant. Huc spectant quandoque simulata fuga, qua simulatione decepti egrediuntur occulti & qui latendo fortes, in luce pigrescunt & misere succumbunt. Pulchre D. Bern. serm. 17. in Cant. in iustorum victoris ponderat illud, *speties in die cadit iustus, & septies resurgit, inquit, resurgit, si tamen cadat in die, ut se cadere videat, & cecidisse sicut.* Quasi dicat, in eo sita est iustorum victoria, quod a latebris eruant inimicos in lucem: non patiuntur occultos hostes, tela occulte latentia perquirunt, faciuntque ut clarescant die, ut palam fiant, sicque victoria mille reportant ab inimico. Quod militare stratagemma, ut doceret dux Christus fecerit fugiens in Aegyptum, ut simulata fuga patere faceret inimicum. Ita acute notavit D. Chrysol. serm. 159. *Bellicosus quando in bello fugit, artis est, non timoris; Deus quando fugit hominem sacramenti est, non pavoris; potens quando se subducit infirmo, insequentem non pavet; sed foris producit, vult enim in aperto vincere, occultum se non patitur inire conflictum, qui mandare seculis vult triumphum.* Eu quoties clamabat ille liberari ab occultis; nec clamaret, si latente sub hoste non permisceret conflictum: ideo quidem timendus magis hostis occultus, quoniam manus latentia tela retinere quimus. Qui triumphum amat, si sapit occultum non patitur certamen, hoc anxie procurat, ut tela noscat, ut hostes videat, ut aperto Marte, media in luce certamen ineat. Induamur arma lucis, iuxta Apost. monitum, ut palam traductis hostibus, nulla timeamus latibula. Sic dux ille fortissimus Iesu Naue triumphum sine sole suspectum habens, non parum confecit hostes, quam longiorem certaminis a Deo, stante sole obtineret diem. Quod animadvertens Petrus Commest. c. 9. dixit. *Videns Iosue solem descendentem, timens ne beneficio noctis euaderent hostes clamavit ad Dominum, Sol ne movearis.* Timeamus & nos latentes inimicos, & clamemus ad Dominum, ut concessa luce, patentibus latebris, non ab

occulti feriamur; sed apertum agamus de hostibus triumphum.

§. III.

Nili inundatio verbi orbis conditoris adventum in Aegyptum, & in mundum representans.

TAndem aliquando in Aegyptum descendit Verbum patris, Verbum, inquam, illud, a quo omnia, & in quo omnia, & per quem omnia. Cuius opera ab initio caeli & terra condita sunt, & aquae in maria fuerunt coarctatae, ut terrena decora pullularent. Id quod Aegyptus celebri sui Nili inundatione quotannis representabat, sed praestat id ex Anast. Sinait. verbis lib. 3. Examer. hic transcribere, quod haud ingratum & iucundum lectori crediderim futurum. *Illud, ait, est admirabile in ascensu aquarum in Aegypto, quibus est operata obscuratio & infertilitate, & suffocatione ipsius terrae: quod non in mense, aut diebus ortus in carne in Bethleem, & apparitionis Christi; sed post dies natales & apparitionis, ac illuminationis operitur, & obtenebratur aquis & caligine terrae Aegypti. Quando autem Christus Deus lux mundi natus est, & ex praesepe Bethleem in Aegyptum cum sua matre fugiente ab Herode, versatus est: statim terra Aegypti detegitur, deponit tenebras, exuit caliginem erroris, Solis iustitia lumen induit. Recedit autem & recurrit Nilus in Aegypto in diebus mensium Decembris, & Ianuarii: incipit fluere mense Iunio, & per eum totum, & post ipsum crescit, nempe Iulio, in Augusto autem & toto Septembri instar maris inundans Aegyptum facit navigabilem, quae erat arabilis. Incipit autem decrescere in Octobri & Nouembri, in mense autem Decembri & toto Ianuario redditur priori albo. Quando ergo ante Christi ortum eam viderimus tristē & caliginosam & infertilem, & in profundo submersam: desinde post Christi ortum*

Chrysol.

Ad Rom.
13.

Lib. II. Caput Decimum.

tum, & eius presentiam in omni loco Aegypti, statim fieri recessum, & terram ornari, gestire regiones, densari palludes agros germinare, & vicostanquam ex profundo aquarum detectos, & in altum elatos, & aquas congregatas in suis congregationibus, carumque fossas, & fluuios. Plane intelligamus, quando haec fieri viderimus in Aegypto, quod Verbum Dei incarnatum ipsum erat, quod in principio est architectatum creaturam caeli & terrae, ipsum in Aegypto versatum esse in carne, & cum eam vidisset tenebrosam, & a maligno suffocatam clamauit ex potestate tanquam Deus sicut aquis mundanis, sic Aegyptiis aquis dicens quottannis usque ad consumationem post Nilii ascensum, congregetur aqua, quae est super faciem vniuersae terrae Aegypti in congregationes suas, rursus appareat terra, ut qui iam spiritus erroris increparit & eos ex Aegypto expulerit, nunc autem in tempore eius aquas fecerit restagnare, ut & ei, & nobis reuocet in memoriam, quod ipse est mundi conditor, qui eam a tenebris, & errore liberabit. Sic Anastasius pulchre & luculenter?

I. V.

Laboribus, & arumnis Christiana infantia alitur, & nutritur.

Vide qualia cunabula excipiant puerum diuinum; molestia itineris, peregrinatio apud extraneos, indigna paupertas, Aegyptus Hebraeorum matris recens natum Deum affligunt. Talibus incunabulis necessum est adolescat infantia Christi, de quo D. Leo. serm. 3. de Epiphania. ait, *Fugit in Aegyptum Dominus ubi Hebraea gentis antiqua fuere cunabula.* Et quidem paruulus Israelitarum populus Aegypto exceptus misera seruitute, arumnis, fameque ita adoleuit, ut adolescere solent pueruli delictiosis agitati cunabulis, dulci que palti lacte nutricum. Sunt sunt viro iusto & Christiano arumnae, fames pericula, labores, optima omnium cunabula, optatissimae nutrices, quibus

aluntur, & maxime adolefcunt in vitam.

Non longe abest ab hac excogitatione D. Basilii a quo monemur, ut ieiunia quadragesimalia, tanquam veteres nutrices libenti animo omnes excipiamus. Ecce tibi ieiunium fames, qua affligimur, a Basilio nutritrix habetur, cuius si nu excepti ab infantia coalescimus in perfectos viros in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Sed cur dicitur vetus & antiqua nutritrix? Id ex Chrysostomo hom. 1. de Poenitentia placet haurire, qui hominem primum a Deo creatum in paradiso constitutum considerans ait. *Illico Deus frenum ei ieiunij manibus imposuit, velut patris amabilisque matri committens.* Nil magis parenti optimo patri oculis, quam recens natum filium optimae nutritrici alendum committere. Sic Deus, qui recenter a se conditi hominis curam habebat, optimam illi nutritricem procurans ieiunium ab esu atque laboris indixit, velut patri amabilique matri natum committens. In fame, & labore meliora cunabula demonstrans fore adultis filiis. Hinc Basilii monet, ut ieiunia tanquam veteres nutrices excipiamus, & adeo vetus & antiqua nutritrix ieiunium, ut illud fuerit inuentum ad nutriendum, & alendum primum hominem, qui natus est iustus in mundo.

Nulla incunabula, nulla nutritrix robustiores, & grandiores reddunt homines iustos, quam fames, quam dolores, quam molestiae, quam persecutio. Et sane hinc Tertullianus lib. aduersus Gnosticos innocentes pueros demiratus inquit. *Infantes testimonium Christi sanguine litauerunt, pueros vocem, qui crucem clamant?* Nil puerile, nil paruulum in eis, qui persecutionem patiuntur, hoc praeteris habent molestiarum cunabula, dolorum nutrices, pulsione quae cumque excipiant, statim redeunt perfectissimum virum. Quae Christianorum cunabula praefagebat Moyses Deut 33. dum inquit. *Letare Zabulon in exitu tuo, inundationem maris quasi lac fuges, & thesauros absconditos arenas.* Sic amari saeculi fluctus, persecutionum tempestates lactabunt Christianos, ut illis adolefcant in vitam, quem

Leo.

Deut 33

quemadmodum tenelli infantes adolefcere solent nutricum lacte.

Zeno. ^{7^{es}} De Phœnice alite, quæ sefe in sæcūla accensis renouat flammis, ait D. Zeno serm. de resurr. Sepulchrum nidus est illi, fauilla nutrices, cinis propagandi corporis semen. Quid mirum, si Christiani in cinere & filicio, in ieiunijs, & mortificatione nutriamur, aliamur, educemur?

Text. Tunc Herodes: mittens occidit omnes pueros, qui erāt in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra secundum tempus, quod exquisierat à Magis.

§. VI.

*Nulla ætas, nulla fragilitas à cœlesti excluditur brauiō, postquam
Lcus infantili se aptauit
ætati.*

Q Vis cūm cœlestem gloriam audire brauium, speret a lætentibus obtentum iri? Si à violētis rapitur cœlum, quomodo ab his rapietur, qui a primis non excedunt vnguiculis? Sane quamuis arduum sit cœlum, quamvis violentiam patiat, nulla est ætas, nulla infirmitas, quæ æterno gloriæ brauiō obtinendo non sit apta. Elisæus 4. Reg 4. puelluum viuificaturus se supra illum arctauit, posuitque os suū super os eius, & manus suas super manus eius. Quid hoc? Acute D. Cypria. epist. 59. Illic æqualitas, ait, diuina & spiritualis exprimitur, quod pares & æquales sint omnes homines, quando à Deo semel facti sunt, & possit ætas nostra in incrementis corporū non secundum Deū habere discrimen. Hæc ille vt conuinceret in quauis infantia reperiri manus, quæ æquæ præripiant brauiū beatoratis. Sed postquam Verbum Dei membris se infantibus aptauit, osq; ori imposuit, manusq; implicuit ma-

nibus, iam ipsi tenelli infantes nō tam currunt, quā præcurrunt, vt brauiū capiunt. Ita D. Leo serm. 2. de Epiphan. *Christus Dominus ante vsum lingue potestatem verbi tacitus exercebat, & quasi dicebat, finite paruulos venire ad me, vt disceretur, neminem hominum diuini non esse capacē sacramenti, quando & illa ætas apta est martyrio.* Infans verbum impedimēta tollebat, vt posint illi appropinquare infirmi etiam infantuli: efficiebat verbum, vt infantile caput, & infantilia membra paria & æqualia ipsi verbo viderentur, vt æquem stadium descenderent, & inde exirent purpuracentibus corollis ditati.

Sed expēdo illud *finite paruulos venire ad me*, ad summum sperabatur ab infantibus, vt ad verbum rude iam donatum venirent, verū ipsi ardentiores prosiliunt in scannima, & verbi diuini præcurrunt certamen. Veniebat aliquando verbum *saluens in montibus* Cant. *transiens colles*: quem sic salientem & tranfiliem mirata sponsa ait apud Amb. serm. 6. in Pl. 118. *Ego dixi veni, ille salit, & transiit*, Amb. *festinior & prosperantior accedit, quam sperabatur.* Ecce vobis illi parem modo referūt gratiam tenelli infantes, ille dicit, finite paruulos venire ad me, hi tranfiliemtes ætatē currunt & præcurrunt Deū infantem. Accipite in præsentī Petri Cellensis sales lib. de Panibus c. 8. vbi Cell. *ha c fatur. Quodammodo præcurrūt primitias tuas, Christe, primitia nostra. Præcurrunt re vera moriendo ante te; sed non præcurrunt veniendo ad regnū sine te. Ad portam te sustinebunt, quia custodes nisi te viderint, ianuas cœlestes non referabunt. In passione igitur sanguinis, non in possessione beatitudinis agniculi pastorem suum præcedunt. Si autem præcedunt, quomodo verum est sequuntur agnum quocumq; ierit? Virumq; tamen verum est, quod & præcedunt & sequuntur, præcedunt in morte; sed sequuntur in resurrectione. Prius currere ceperūt, sed incurfu substituere.* O vos felices infantes, qui antequam noueritis patrem aut matrem, & spolia cepitis Damasci, & tyrannorum exercitus superastis! O summi ducis tyrones
iplum

In edit. *Complu.* *apud Pe* *rsiam.* *cepit inuocare nomen Domini, quæ ver*
ba hac periphraſi Chaldaeus elucidat
contrario proſus ſentit: tunc in diebus
eius inceperunt filij hominum vt non ora
rent in nomine Domini. Ecce tibi filius
Seth qui fuit Dei, dum Dominum inu
uocare incipit, filij hominum, hiſunt
filij Cain reprobi ab oratione, Deiq;
inuocatione deſilunt. O clariffimum
(ſi quod eſt) reprobationis inſigne!
ſi quando alij cœleſtibus inſiant, De-
que beneficijs fruuntur, tu peccatis
incumbas, niſque aliud quæras, quàm
tuorum deſideriorum carnalium pa-
bula viſa.

Sanè Domino diſcumbente Betha
nix, acceſſit Magdalena vnguentum
afferens, Dominiſque linuit caput
Matth. 26. Tunc abiit vnus ex duodecim
Iudas Iſcariotes ad Principes, & ſacerdo
tes. Pulchrè hinc. D. Chryſoſt. hom.
de prod. lud. illius totam cauſam pro
ditionis auſpicatur hiſ verbis. Tunc,
inquit, abiit. Quid igitur tunc eſt? Ante
proditionis tēpus acceſſit meretrix vas
alabaſtrum manibus portans, & vnguentum
Domini ſupra caput effudit. Gran-
dem fidem, multam reuerentiam, miran-
dam correptionem oſtendit. Paulò ante
meretrix, ſubitò pudica proceſſit, & pro
fundis obruta peccatis portum ſerenita-
tis agnouit, & quando lupanar exiuit,
diſcipulus gebennam intrauit; quando il-
la mercedem ſui corporis abdicabat; tūc
iſte pretium magiſtri ſanguinis poſtula-
bat; quando illa oſculabatur pedes, vt ſuſ-
ciperetur; tunc iſte Domini labia oſcula-
batur, vt proderet. Hæc ille.

Text. Deſuncto autem Hero-
 de, ecce Angelus Domini ap-
 paruit in ſomnis Ioseph in Ae-
 gypto dicens, ſurge & accipe
 puerum, & matrem eius, &
 vade in terram
 Iſraël.

Chriſtus Dominus in Ægyptum
fugiens infantium ſanguinem ia-
culatus eſt, quo Herodem hos-
tem interimeret.

Terriſſimum illud Parthorum in-
 genium, qui fugientes mitto mo-
 do inimicos expugnabant, de quibus
 Ouidius 1. de Arte.

Tergaque Parthorum, Romanaq; pe-
Etora dicam,

Telaque ab aduerſo qua cauit hoſtis
equo.

Quid fugis, vt vincas?

Iam nunc Chriſtus Dominus, vt
 Tyrannum deualtet, fugā parat, & fu-
 gitius o quam in hoitē pernicioſa cō-
 torquet iacula? Quæ iacula? Puerorū
 innocentium ſanguinem, quo nihil
 pernicioſius, vt proſus deluatur ty-
 rannus. Nullus in orbem terrarum no-
 centior, quàm Antichriſtus, nullus in
 Deum magis temerarius; totius reli-
 gionis excidium & pietatis. Contra
 crudeliſſimum hoſtem hunc, quæ pu-
 tatis à verbo Dei tela parari quæ iacu-
 la acui? Sanè duorum ſanctorum ſan-
 guinem. Sic Tert. lib. de anima c. 78.
 Enoc, & Elias morituri reſeruantur, vt
 ſanguine ſuo Antichriſtum extinguant.
 Sagittis quidē venenatiō & velocior
 ſanguis innocens euolat in tyrannorū
 perniciem, ardētes globi ab æneis ma-
 chinis fulgurati eſt exitiales; eſt mu-
 rorum contritores, tamen plumbei
 ſunt, & nimis tradi præ innocentium
 effuſo ſanguine. Nonne è decem illis
 plagisquæ Ægyptum vexauerunt, pri-
 mus omniū apparuit Nili ſanguis; Et
 quis ſanguis? Aug. in decē præcept. De
 cal. ſic fatur. *Iuſto Dei iudicio factū eſt,*
vt de illo ſtuario ſanguinem biberent, in
quo infantium Hebræorum ſanguinem
fuderant. Itaque ſanguis infantium
ab Ægyptijs in Nilo effuſus, primus,
in tyrannorum perniciem euolauit.
 Nec becior inueniri potuerat ſagitta
 infantium innocentium ſanguine, quā
 Chriſtus Dominus in crudeliſſimum
 hoſtem contorquent. Quippe, vt au-
 thor

Aug.
tom. 2.

thor est Eusebius Histor. Eccles. lib. 1. cap 8. Herodes antea foelicissimus fortunatissimulque Rex itatim ab innocentium sanguine eas excepit plagas, quibus miserime viuens aeternae mortis durissimos cruciatus prægultaret. Vt iam Parthice pugnanti Christo merito concinamus, quod D. Laurentio Prudentius vates pulchre concinna-
uit.

Prud.

*Sic dimicans Laurentius
Non ense praecinxit latus,
Hostiles sed ferrum retrò
Torquens in authorem tulit.*

*Dum Daemon inuictum Dei
Testem laceffit praelio
Perfossus ipse concidit,
Et stratus aeternum iacet.*

Etenim infans Christus dum fugit, innocentium sanguine madidum hostile ferrum retrò in tyrannum torquet, quo miserè confossus ipse qui lacelsiuerat, aeternum excruciadus iacet. Sic saepe tela tyrannorum in authores suos solent retundi, quorum miseram conditionem exprimit Isaias cap 47. dum inquit. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. & redundans fluctus eius in còculcationem & lutum.* Ad hac

Isai. 47.

Procop.

Procopius singulariter ponderat impiorum sibi ipsis perniciosiora consilia. *Fluctuationem patiuntur maris instar se ipsos ulciscentes, quod quos fluctus ad littora trudit, assidue parit quidè, sed eorumdem reflexionem rursus pati cogitur, non aliter ac isti.* Vidi ego sapissime furentis maris fluctus rapidissimo cursu ferri, quali iam iam terram essent voraturi; sed tunc indita vi in mari reflectentes crebro verberare, saxif que abruptis illud concutere. Sic impij nihil nisi tempestates vomunt, rapidissimos commouent aduersus innocentes fluctus, qui in authores suos retusissimi fera illos labefactat iuina.

Textus. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

§. X.

Ira Dei quando in unum peccatorem defecit; omnes illi propinquos aliquando pertransit.

Sera diuini numinis vindicta, diu colligit iras peccatorum correctione expectans: at quando puniturus Deus in mediam prosilit exterminij terram, omnia morte replet, non sibi in vnus morte videtur satisfacere Sic Abac. 2. *Abac. 2.* impium alloquitur. *Circumdabit te calix iræ Domini: quæ verba exponens Theoph. Theoph.* pulchram similitudinem addit aënis. *Gyrum duxit super te poculum dexterae Quid vero est gyrum dicit? hoc est, circumtulit, quod æquè atque cyatus in symphosio ad omnes compositores transit, si diuina sese ultio gerat.* Etenim in plebeis conuentibus, nunquam honoratori poculum ministratur, quin simul per circumstantes omnes & cyatus, & poculum superducatur. Sic calix iræ diuinæ ita super vnum effunditur peccatore, vt aliquoties ad omnes similes per transeat indignatio. Id nouerat Moyses Exod, 32. quando irascenti in populum Deo sibi iam precauens aiebat *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ.* Ecce tibi Deus populum delet, se etiam delendum meditatur, ait. *Rup. Rup.* *Quare videlicet quia ego homo peccator sum, si enim non est apud te propitiatio; si iudicium apud te est sine misericordia consequitur, ut me de libro tuo deleas* Nouerat Moyses irati Dei ingenium, cuius ultio non ad vnum; sed sicut cyatus in symphosio, siue in conuiuio ab honoratore ad omnes comparatores transit, sic à nequiore, vt assolet ad omnes similes diuina pertransit indignatio. Cauendum ergo maxime tibi est, ne impio à Deo puniendo appropinques, si eodem verbera

Abac. 2.

Theoph.

Exod. 32

Rup.

Lib. II. Cap. Dezimum.

ipsum ducem ante ire ausi extra pueri
lem chorum saltastis, vt in Angelorū
choros excipiamini! Vt veniretis ad
ipsum, verbum latens clamabat; vos
præcucurristis, & præripuistis arma, &
hostem eliminastis. Quid plura? efficie
bat hoc diuinitatis manus supposita
infirmis, & infantilibus manibus

Isai.

Isaias dicit, *filius datus est nobis, paruulus natus est nobis: & vocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius, Deus fortis.* Pulchre Cyprian. term. de Nat. expendit illam nominum coniunctionem, nimirū Consiliarius Deus. *Quod si diuinis consilijs obuiauerint tentamenta, & liberis mentes ad carnales reuocauerint appetitus, adest Deus fortis, nec spem ponat homo in homine, nec in brachio carnis suæ confidat, quia qui vicit mundum victoriam suis militibus promittit.*

Vbi Deus contulit paruulos & infirmos, vt veniant, vbi paruulus in præsepio reclinatus consulit nuditatem, abiectionem, pugnam cum mundo, pro filiamus in arenam paruuli, & infirmilacertis infirmitatis nostræ nō fidentes, sed diuinis suppositis manibus; ipse qui consulit, Deus est, fortis est, qui infantilibus infirmis inditus manibus pares Deo in fortitudine reddit infantes, vt queant victoriam ab hostibus reportare. Os ori infantili, & manus manibus infantilibus imponit Deus, vt cōstet eiusdem Dei esse, nobis dicere, & in nobis idem facere. Quod acutē notat Tert. lib. 2. contra Marcion cap. 4.

Tert.

Et dixit Deus fiat, & factum est, vt tibi totus Deus commendaretur, & dicere & facere. Quasi dicat, Deus in Gen. dicebat, & omnia fiebant: dixit Deus fiat lux, & facta est lux, germinet terra, vestiatur plantis, dicitur thesauris, & fz. Etum est ita, vt iam inde sciremus ipsius esse, & dicere, & facere, & vocare ad brachium, & nostrum brachium facere. Nemo quidem nec infans vnus horæ ineptus est ad cœlesti addeco

ra reportanda, postquā Deus imposuit os ori, & manibus.

(3)

Textus. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiā Prophetam dicentem. Vox in Roma audita est, ploratus, & vlutatus multus. Rachel plorat filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

§. VII.

Martyres non habent patrem super terram; sed cœlestis patris censentur filij,

FLeuisset Iacob tot filiorum sanguinem, qui cum vnā videret filij politam tunicam sanguine confectam *Gen. 37* Scissis vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore noluit consolationem accipere. Cur ergo innocentium puerorum cædes à luctu tanti patris non commendatur? Cur Iacobi luctu, & lacrynis dimissis, Rachelis apud Bethlechem defunctæ Bethlehemiticos pueros parētantes exponuntur lacrymæ? Non patrem in terris habent Christi Domini martyres, eo ipso quo pro Christi nomine decumbunt, non terreni; sed cœlestis filij censentur patris. Accipite pulchrum in Machabæis exemplum, qui vnus matris voce in generosam ob fidem patriam mortem occubuerunt armati Tūc sic D. Cyp. lib. de exhort. ad mart. *Nec vacat mysterio quod in passionibus sola cum liberis mater est.* *Cyp.* Martyres enim, qui se Dei filios in passione testantur, iam non nisi Deo patre censentur sicut in Euangelio docet, nec vocaueritis patrem in terra, vnus enim est pater vester, &c Quid illustrius ad rem præsentem? etenim sola Rachel mater incæde infantium illorum sanguinem rigat lacrymis, vt iam inde notarentur Christi martyres, qui vnus cœlestis patris, & nomen habent & hereditatem. Deuter. 32. dicit Moyses: *Exultate gentes*

*tes cum populo eius, & adorent eum omnes filij Dei, quoniam sanguinem filiorum suorum ulciscetur. De quo D. Chrysof. in Psal. 95. ait. Eos, qui traditi sunt ut viles & abiecti, filios appellat Deus, & tãquam filios ulciscitur. Dixisset etiam & ut filios in paternum euocat regnum. Hinc D. Irenæus lib. 3. c. 18. dum Deum operantem omnia commemorat, sic a. t. *Occulte quidem sed potenter omnia manifestat, quoniam occulta manu expugnabat Amalech, propter hoc & pueros eripiebat qui erant in domo David, ut eos præmitteret in suum regnum. O Dei ingenium & efficaciam, metebatur quidem pueruli Herodis falce; sed non tã erat messes tyranni, quã summi Dei liberalitas & magnificentia, qua infantes patri David eripiebat terrenæque hereditati, ut abiecto terreno patre filij Dei nascerentur, cœlestique regnum hereditarent!* Vnde D. Chrysof. apud Hippomanum meritò ait. *Transmittit infantes infans Christus ad cœlum, noua xenia patri, primitias fructuum exhibet genitori. Quasi nã nouis his pignoribus inciperet apparere cœlestis pater. Sanè modo mirabili & inusitata ratione diuinus infans dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui simul ex sanguinibus, & ex Deo nati sunt.* Etenim pro Christo nomine effusus sanguis semen est Tertulliano, quo Deo patri filij charissimi generamur.*

Iren.

Chryf.

Tert. lib. de fuga in pers.

§. VIII.

Lamētabile maximè est quod quis in tenebris degat eo tempore, quo alij luce fruuntur.

CUr Rachel Bethlemiticos pueros filios suos nuncupet & difficultis quaestio vita est multis, non illis, qui metonymiam dederunt, qua Bethlehem tantæ foeminae celebrata cineribus Rachel ambitiosè dicitur. Insuper in Romanorum strage nõ inmeritò, ibi tu natus D. Petrus inducitur lugens filios suos. Neutrum placet Orig. qui Bethlemiticos infantes à

Lia fatos animaduertens ed refert Rachelis luctus, quod coisobrinis pro Christo occisis, filij maneat hac misera vita. Et tanè nihil lacrymis, aliaque suspirijs dignius, quàm ubi tot adepti sunt lucis & salutis vsuram, quòd te manente in tenebris tua salus maneat sub lite. Hoc amarè flebat Rachel plorans filios suos, quia non sunt, nimirum occisi, quando consobrini occisione corporis mercantur cœlestem vitam. Sic Orig. *Quomodo Rachel plorat filios non suos? Imò adeò plorat, quia filij sui digni non sunt habiti, qui pro Domino morerentur.* Res sanè lacrymanda Racheli & cæteris vniuersis contribulibus, quòd ius vmbra legis premanetur eorum filij, quando Bethlehemiti cœlestes infantes sempiterna iustunduntur luce, quod his ad salutem ereptis, illi maneat sub infirmitate gemebundi. Matth. 9. vt Christus Dominus curaret paralyticum ait. *Remittuntur tibi peccata tua, & statim, vt inimicorū ora concluderet ait paralytico surge, tolle garbatum tuum.* Quid hoc miraculo diuinius? Quid lætius & peccatoribus & infirmis? Nihilominus notat Euangelista *videntes autem turbae timuerunt.* Peccatorum remissio, sanitatis restitutio, res erat non timoris; sed gaudij; sed lætitiæ; & turbae timet, & meritò timent. Rem explicat D. Hilar. *Domini virtutem turbae timent; magni enim timoris est res, non dimissis à Christo peccatis in mortem resolut.* Etenim paralytico animæ & corporis à Christo Domino obtinente salutem, magni timoris res est, quod cæteri peccatorum vinculis adhuc manerent obstricti Meritò, inquam timent turbae, dum ius peccati infirmitate morti appropinquant, eo præcipuè tempore, quo vident tantam à paralytico obtineri salutem. Magni insuper timoris res est, si tu maneat in peccatis illis præcipuè temporibus, quando alij innumeri Sacramentorū beneficio spem salutis æternæ potiuntur. Hinc ego crediderim, re probos à filijs Dei maxime distingui, quod aliquando notauit Gen. c. 4. *Vbi filiorū Dei genealogiam illustrans dicit. Seth natus est filius quem vocauit Enos, iste cepit*

Orig.

Lib. II. Caput decimum

J. IX.

In edit. *Complu.* *apud Pa* *reiram.*
 cepit invocare nomen Domini, quæ ver-
 ba hac periphrasi Chaldaeus elucidat
 contratio proctus sensu: tunc in diebus
 eius inceperunt filij hominum ut non ora-
 rent in nomine Domini. Ecce tibi filius
 Seth qui fuit Dei, dum Dominum in-
 vocare incipit, filij hominum, hi sunt
 filij Cain reprobj ab oratione, Deiq;
 invocatione desistunt. O clarissimum
 (si quod est) reprobationis insignel
 si quando alij cœlestibus inhiant, Dei-
 que beneficijs fruuntur, tu peccatis
 incumbas, ni que aliud quæras, quàm
 tuorum desideriorum carnalium pa-
 bula vilia.

Matth. *26.*
 Sanè Domino discumbente Betha-
 nix, accessit Magdalena unguentum
 afferens, Domini que linuit caput

Chrysof.
Matth. 26. Tunc abiit unus ex duodecim
Iudas Iscariotes ad Principes, & sacerdo-
tes. Pulchrè hinc. D. Chrysof. hom.
de prod. Iud. illius totam causam pro-
ditionis auspiciatur his verbis. Tunc,
inquit, abiit. Quid igitur tunc est? Ante
proditionis tēpus accessit meretrix vas
alabastrum manibus portans, & unguē-
tum Domini supra caput effudit. Gran-
dem fidem, multam reuerentiam, miran-
dam correptionem ostendit. Paulò ante
meretrix, subitò pudica processit, & pro-
fundis obruta peccatis portum serenita-
tis agnouit, & quando lupanar exiuit,
discipulus gebennam intrauit; quando il-
la mercedem sui corporis abdicabat; tūc
iste pretium magistri sanguinis postula-
bat; quando illa osculabatur pedes, ut sus-
riperetur; tunc iste Domini labia oscula-
batur, ut proderet. Hæc ille.

Text. Defuncto autem Hero-
 de, ecce Angelus Domini ap-
 paruit in somnis Ioseph in Ae-
 gypto dicens, surge & accipe
 puerum, & matrem eius, &
 vade in terram
 Israël.

Christus Dominus in Ægyptum
 fugiens infantium sanguinem iac-
 culatus est, quo Herodem hos-
 tem interimeret.

Tritissimum illud Parthorum in-
 gentum, qui fugientes miro mo-
 do inimicos expugnabant, de quibus
 Ovidius 1. de Arte.

Tergaque Parthorum, Romanaq; pe-
Etora dicam,

Telaque ab aduerso que cauit hostis
equo.

Quid fugis, ut vincas?

Iam nunc Christus Dominus, vt
 Tyrannum deuastet, fugã parat, & fu-
 gitius o quàm in hoste perniciosa cõ-
 torquet iacula? Quæ iacula? Puerorũ
 innocentium sanguinem, quo nihil
 perniciosius, vt prorsus destituatur ty-
 rannus. Nullus in orbem terrarum no-
 centior, quàm Antichristus, nullus in
 Deum magis temerarius; totius reli-
 gionis excidium & pietatis. Contra
 crudelissimum hostem hunc, quæ pu-
 tatis à verbo Dei tela parari quæ iac-
 ta acui? Sanè duorum sanctorum san-
 guinem. Sic Tert. lib. de anima c. 78.
 Enoc, & Elias morituri reseruantur, vt
 sanguine suo Antichristum extinguant.
 Sagittis quidẽ venenatis & velocior
 sanguis innocens euolat in tyrannorũ
 perniciem, ardentes globi ab æneis ma-
 chinis fulgurati etsi exitiales; etsi mu-
 rorum contritores, tamen plumbei
 sunt, & nimis tradi præ innocentium
 effuso sanguine. Nonne è decem illis
 plagis quæ Ægyptum vexauerunt, pri-
 mus omnium apparuit Nili sanguis; Et
 quis sanguis? Aug. in decem præcept. De
 cal. sic fatur. *Iusto Dei iudicio factũ est,*
vt de illo fluuio sanguinem biberent, in
quo infantium Hebraeorum sanguinem
fuderant. Itaque sanguis infantium
ab Ægyptijs in Nilo effusus, primus,
in tyrannorum perniciem euolauit.
 Nec decior inueniri potuerat sagitta
 infantium innocentium sanguine, quã
 Christus Dominus in crudelissimum
 hostem contorquent. Quippe, vt au-
 thor

Aug.
 tom. 2.

thor est Eusebius Histor. Eccles. lib. 1. cap 8. Herodes antea foelicissimus fortunatissimusque Rex statim ab innocentium sanguine eas excepit plagas, quibus miserimè viuens aeternæ mortis durissimos cruciatus prægustaret. Vt iam Parthice pugnanti Christo merito concinamus, quod D. Laurentio Prudentius vates pulchre concinnauit.

Prud.

*Sic dimicans Laurentius
Non ense præcinxit latus,
Hostiles sed ferrum retrò
Torquens in authorem tulit.*

*Dum Demon inuictum Dei
Testem laceffit prælio
Perfossus ipse concidit,
Et stratus aeternum iacet.*

Etenim infans Christus dum fugit, innocentium sanguine madidum hostile ferrum retrò in tyrannum torquet, quo miserè confossus ipse qui lacessiuerat, aeternum excruciadus iacet. Sic sæpe tela tyrannorum in authores suos solent retundi, quorum miseram conditionem exprimit Isaias cap 47. dum inquit. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. & redundans fluctus eius in cõculcationem & lutum.* Ad hæc

Isai. 47.

Procop.

Procopius singulariter ponderat impiorum sibi ipsis perniciosiora consilia. *Fluctuationem patiuntur maris instar se ipsos ulciscentes, quod quos fluctus ad littora trudit, assidue parit quidè, sed eorumdem reflexionem rursus pati cogitur, non aliter ac isti.* Vidi ego sæpissime furentis maris fluctus rapidissimo cursu ferri, quasi iam iam terram essent voraturi; sed tunc indita vi in mari reflectentes crebro verberare, saxisque ab ruptis illud concutere. Sic impij nihil nisi tempestates vomunt, & rapidissimos commouent aduersus innocentes fluctus, qui in authores suos retulsi misera illos labefactant

ruina.

Textus. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.

§. X.

Ira Dei quando in unum peccatorem desecuit; omnes illi propinquos aliquando pertransit.

Sera diuini numinis vindicta, diu colligit iras peccatorum correctione expectans: at quando puniturus Deus in mediam prosilit exterminij terram, omnia morte replet, non sibi in vnus morte videtur satisfacere Sic Abac. 2. *Abac. 2.* *Impium alloquitur. Circumdabit te calix iræ Domini: quæ verba exponens Theophil. pulchram similitudinem addit aiens. Gyrum duxit super te poculum dexterae. Quid vero est gyrum duxit? hoc est, circumtulit, quod equè atque cyatus in symphosio ad omnes compositores transit, sic diuina sese ultio gerat. Etenim in plebeis conuentibus, nunquam honoratori poculum ministratur, quin simul per circumstantes omnes & cyatus, & poculum superducatur. Sic calix iræ diuinæ ita super vnum effunditur peccatore, vt aliquoties ad omnes similes per transeat indignatio. Id nouerat Moytes Exod. 32. quando irascenti in populum Deo sibi iam præcauens aiebat *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vita.* *Exod. 32.* Ecce ubi Deus populum delet, se etiam delendum meditat, ait. *Rup. Quare? videlicet quia ego homo peccator sum, si enim nõ est apud te propitiatio; si iudiciũ apud te est sine misericordia consequitur, vt me de libro tuo deleas.* Nouerat Moytes irati Dei ingenium, cuius ultio non ad vnum; sed sicut cyatus in symphosio, siue in conuiuio ab honoratore ad omnes comparatores transit, sic à nequitate, vt assolet ad omnes similes diuina pertransit indignatio. Cauendum ergo maxime tibi est, ne impio à Deo puniẽdo appropinques, si eodem verberere*

Abac. 2.

Theoph.

Exod. 32

Rup.

Lib. II. Caput Decimum.

Theod.

bere refugis vapulare. Theodoretus q. 50. in Gen. miratur, quod omnes homines etiam piissimi filij Seth perierint diluuiio generali. Quæ tanti rigoris causa? Cur non magis dedit poenas solus peccator? Sanè. *Delere sobolem Cain voluit Deus, & quia piorum tribus illi permista erat, obit; supplicij fuit particeps.* Longissimis loris à Deo peccator vapulat, & fieri poterit, ut propinqui omnes vel vitio, vel loco eodem verberentur. Caue tibi ab impiorum consortio, & præcipue caue cum impium calice iræ Dei noueris inebriari: tunc enim circumducitur calix, & forsam tibi appropinquabit. Meritò impius Herodes diris contusus verberibus malitiæ suæ poenas luit; sed Herode defuncto vide quid Angelus inferat, *defuncti sunt enim qui querebant animam pueri, quasi necessum foret, quòd Dei verber præter tyranum multos alios, & socios, & propinquos simul affligeret.*

Textus. Qui consurgens accipit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel,

§. XI.

Christus Dominus etiam gloriatur, quod Aegyptijs conuersatus liber, & immaculatus ab Aegypto exierit: adeò damnosum est religiosi viri cum secularibus commercium familiare.

Amb.

O Quæ exitialis esse solet viris pijs cum impijs, & peccatoribus quantum cumque honesta familiaritas, & conuersatio! Inde apud D. Amb. Psal. 40. pater æternus vnigenitum suum extollit, quod inter peccatores conuersatus à peccatoribus exierit sine macula. *Vnde dicit ei pater filius meus es tu ego hodie genuite, hoc est, generationis meæ in te priuilegium recognosco, què nulla macula potuit inquinare peccati: inter peccatores versatus es, peccati pro omnibus factus es; sed nullus usus potuit ad te trahi*

re peccati; ita inter peccatores versatus es quasi inter Angelos versareris. Quis ergo sibi blandietur quod acquirat id, in quo Dei filius se maxime iactat, & de quo pater in filio gloriatur? Dignum proderatione & prædicatione patris, quod Verbum diuinum inter peccatores versetur quasi inter Angelos, Aegiptijs familiaris ab Aegypto exeat liber, & immaculatus, eodemque innocentie candore, quo intromit. Nullus ergo homo presumat hæc sibi Dei verbo dignam laudem si enim mundanis sit familiaris hominibus, si Aegyptios prophanos adeat, sancta licet, & iustissima causa, haud facile se expedit illorum laqueis, imo, nisi bi caueat, misere se in ruinam obligari sentiet.

Id quod sub eleganti Israelis ad Aegyptum descendentis exemplo edocet D. Cyril lib. de adorat. in spiritu. Etenim Mesopotamiam dura inuadente fame Gen. 42. *visum est filiis Iacob utile, ut proficisceretur ad Aegyptios. Profectionis causa erat emere alimenta, & nulla alia erat. Quæ iustior? quæ honestior causa posset ex cogitari? Sed ò vices humanæ conditionis! Aegyptum ingressi Protegem adeunt, noscunt fratrem, perfrudent gaudio, à Rege tractantur humane, alliciuntur, ut famelica relicta terra, et si à Deo promissa illis velint diuites & saturi commorari. Itaque Aegyptiorum dux quiete, & delicias illis promissit, & currus insuper addit, ut demulceret eos, opinor quibus descendere graue erat. At illi descenderunt cum tota domo sua, & ubi in Aegyptum venerunt sperabant post hæc euasuros se laborem, quæ domi pertulerant, presentiumque voluptatum sensus eis dulcis erat. Verum tempore procedenti ignominiosum seruitutis iugum subiit illa olim a patribus generosa, & libera multitudo. Ecce tibi qualem mercedem, & lucrum ex Aegyptiorum familiaritate sanctorum filij reportarint. Quis iam non sibi à prophanorum familiaritate cauit? Coguntur sane filij Dei vel penuria rerum familiarium, vel quauis alia iusta causa mundanos, & peccatores adire, a quibus humanissime excepti, & munerati sensim alliciuntur, & obligantur. Et quibus graue erat ad mundana negotia, & otia descendere, iam notam descensum, quam con-*

Gen. 42

Cyrib.

des.

descensum putates & condescendit
& descendunt & gaudent muneribus
& obsequijs peccatorum a laboribus,
& penurijs, quas domi pertulerant, li-
berari. Sed proh dolor! Tēpore pro-
cedenti miserē ægyptiorum irretiti la-
queis, captiua gemit vitiorum verbe-
re effecta anima, quæ in libertatem fi-
liorum Dei fuerat creata. Vnus filius
Dei naturalis ægyptum ingreditur, &
ab ægypto cum vult exire liber & im-
maculatus, & vnam ex hoc suspe-
ctam nobis essent omnes peccatorum
familiaritates.

Text. Audiens autem, quod
Archelaus regnaret in Iudæa
pro Herode patre suo ti-
muit illo ire.

J. XII.

*Timendum maxime & fugiendum
viro iusto quicquid pristini
pericula speciem
affert.*

Avdierat Ioseph, defunctos esse
omnes diuini pueri hostes, nihi-
lo minus cum audit, Archelaum filium
Herodis regnare, illum fugit saluti cō-
tulens diuini infantis. Non securē ha-
betur Deus vbi adhuc perseuerat fi-
lius quicquid sit pristini inimici. Enim
verò qui lethalem peccator hostē fugi-
sti, quem vt fugeres, multa poenarum
substituisti certamina, caue tibi a quo-
nis pristini inimici filio, si vis in animā
Deū seruare. Dāuid 2. Reg. c. 11. sitiens
concupuit Bethlehemiticæ cisternæ
aquam, illamque sibi a militibus alla-
tam statim a se proiecit & effudit, &
libauit eam Domino. Ad hæc Euche-
rus, *In sacrificio quippe Domini aqua
effusa conuersa est, qui culpam concupis-
centiæ maculauit, per poenitentiam re-
prehensionis suæ. Qui ergo quondam con-
cupiscere alienam coniugem nequaquam
timuit, postea etiam, quia aquam concu-
pisset, expauit. Sic sancti ex pristinis po-*

niculis fiunt cauti, vt quicquid illius
speciem refert, fugiant & expaueant.
Concupiscentiæ suæ lethalis expertus
Dauid mala sic laborauit, sic fleuit, sic
se castigauit, vt postea etiā aquā, quia
ex concupiscentia fuerat, fugerit & ex-
pauetit. Osi hostilia animæ tela dolo-
re & labore repulsiemus, quā manere
remus eam, vt ab omni eo quod illo-
rū præferat damni, effugiamus. Su-
fanna pudicissima femina, vt balneo
lauaretur ingressa pomariū, O quantā
nuditate sua cōparauit infamiā, in sui
concupiscentiā & amorē populi iudi-
ces traxit. A quib⁹ in iudiciū vocata,
marito & propinquis circumcincta,
cooperta velo tribunal intrauit. Cur
modò, marito & propinquis præsen-
tibus, vxorata velatur? Pulchrē Tert.
lib. de Corona militis. *Merito abscon-
dens decorem vel quia timēs iam placere.*
Experiebatur damna quia semel pla-
cuit, & ideo modò cauta etiam mariti
& propinquorum fugit publicum
conspicuum, timens iam vel præsentem
marito placere.

Hinc claret quā digna viro iusto
fuerit illa quæ videbatur Mardochæi
rusticitas erga Aman, quæ Principem
magniq; Regis patrem vnus Mardo-
chæus captiuus minimē debitis obse-
quijs colebat, nec illi regiam intranti
ailurgebat. De quo ipse Mardochæus
sele excusans Esther 13. ait. *Seis Deus,*
*quia non pro superbia & contumelia &
aliqua gloria cupiditate fecerim hoc, vt
non adorare Aman superbissimum (li-
benter enim pro salute Israel vestigia pe-
dum eius de osculari paratus essem) sed ti-
mui, ne honorem Dei mei trāsferrem ad
hominem, & nequemquam adorem ex-
cepto Deo meo. Sed vnde hic timor or-
tus est in Mardochæo? Respondit Car-
thus. quod Aman circa pectus gere-
bat aureum idolum, cui Medii om-
nes adorationem exhibebant. Inde
Mardochæus Israël's captiuitatem ab
idolatria profectam expertus eam di-
dicit cautelam, qua nec principi ido-
lum præferenti ailurrexit, ne idolo
simul aliquem honorem exhiberet.
*Timui ne quemquam adorem, excepto
Deo meo. Sic idolatriæ poena afflictus
idolatriam incurrere metuit, vt ab ho-**

I nore

Dan. 13.

Esth. 13.

2. Reg.

Euch.

Lib. II. Caput decimum

nore exhibendo principibus abstine-
ret, nec patri Regis obsequij ergo as-
surgere veilet. Sic præcauent viri pij
pericula, sic pristini damni vel vmbra
metuunt.

Text. Et admonitus in som-
nis secessit in partes Galilææ;
& veniens habitauit in ciuita-
te, quæ vocatur Nazareth, vt
adimpleretur quod dictum est
per Prophetam quoniam
Nazareus vocabitur,

§. XIII.

*Deus amat esse, vbi alicuius pa-
tientie occasio inuenitur.*

Iudæam fugit Ioseph Archelaum
Herodis filium natu maximū me-
tuens, & ad moitus ab Angelo in Ga-
lilæam secessit, vbi minor Herodis fi-
lius tenebat imperium. Cur etiam ab
isto non abstinuit? Cur alio nõ secessit,
vbi nullus regnaret Herodis filius? Nõ
ne securior esset & quietior, vbi nulla
crudelis hostis proles vigeret? Esset
quidẽ; sed respuit Christus Dominus
illā vitam, quæ nullo affligitur metu,
amat esse, vbi patientiæ aliquis occa-
sio fertur. Iudic. 1. dicitur de fortissi-
mo Iſrahitarū saluatore: *fuit Dominus
cum Iuda, & montana possedit, nec po-
tuit deiere habitatores vallis.* Etenim
cui Dominus aderat à vallium habita-
toribus fortiter resistebatur, quod pō-
derans Aug. q. 5. ait, *quis non intelligat
etiā hoc ipsum ad id pertinuisse quod erat
Dominus cū Iuda? ex eo quod Domi-
nus illi astaret, nascebatur aduersitas,
qua exercebatur, amat Deus esse vbi
vlla afflictio, vbi vlla exercetur patien-
tia.* Inde patientissimus Iob ab sterco-
re in præstias diuitias restitutus, fun-
ctos vita filios non iterum recepit,
imò nec petijt sibi dari à Deo. Cur ita?
Pulchrè Tert. lib. de Patient. *Si filios
quoque restitui voluisset, pater iterum
vocaretur; sed maluit in illum dsem red-
di sibi tantum gaudij, securus sic de Deo*

Iud. 1.

Aug.

Tert.

*mino distulit. Sustinuit tam voluntariā
orbitatem, ne sine aliqua patientia viue-
ret. A deo exosa est vis spiritum Dei
habentibus vita illa, quæ nullo timore
vexatur, quæ nulla pœna affligitur, ca-
que est semper in optatis vita, quæ ti-
moris & spei vicibus subest, quæ præ-
manibus habet quid sustineat, vt po-
tè quæ est omnium questuosissima.*
Id quod optimè nouerat sanctus Ia-
cob, quando iam moriturus magis ca-
dauit quàm corpus filio aiebat Gen. *Gen. 43.*
*43. facies mihi misericordiam, vt non se-
peliās me in Aegypto; sed dormiam cum
patribus meis, & auferas me de terra
hac.* Ad hæc D. Amb. orat. de fide re-
surr. *Sanctus Patriarcha profugus pa-
tria, fratre, parentibus stuprum filia ge-
neri necem fleuit, famem pertulit, sepul-
turā defunctus amisit, transferri enim
ossa sua, ne vel mortuus quiesceret, obse-
crauit. Qui vitam tantis ærumnis præ-
sam egit, moriturus modum inuenit,
quo ossa non quieta sederent, hoc
maximum sibi lucrum reputans, si in
hac valle lachrymarum nullum quie-
tè & securè locum haberet; sed vbi-
cumque fuerit communibus morta-
lis vitæ iniurijs lassaretur. Hanc vitam
exoptabat caro illa qua postmodum
vestitus Dei filius nequit etiam in lo-
co esse, vbi sine crebra patientiæ oc-
casionē vita omnino quieta degere-
tur. Quapropter Nazareth Galilææ
gubernante Herode vitam degit.*

Gen. 43.

Amb.

C A P V T XI.

De puero Iesu Ierosolymis
manente, in scijs parentibus, à
quibus quæsitus, & in-
uentus est.

Ex Luc. 2.

Iam duodecimum annum attinge-
rat puer Iesus, & sui in nūdum ad-
uentus volēs aliquam Synagoge prin-
cipibus suggerere notitiam, quo festo
omnes Iudæi Ierosolymā cōuenerāt,
venit & ipse de more cū parentibus
suis. Cū autē ritè omnib⁹ peractis re-
uer-

uersuri cūcti essent, ipse, inscijs parētib; Hierosolymis remāsit: deslent amā-
tissimi coniuges absentia filij & sum-
mo illius desiderio capti qua possunt
diligētia pertransitis cognatis per vi-
cos & plateas quarunt quē diligit ani-
ma sua. Post tridū tēplum ingrediun-
tur, & ecce tibi diuinus puer apparet
medio in Doctōrum caneo, iā illorū
Magister, iam discipulus factus. Et qua
potestate Doctores illuminabat parē-
rum amore plenis querelis satisfacit,
illisque dein subditus vitam agit.

Text. Cū factus esset Iesus
annorum duodecim, ascēden-
tibus illis Hierosolymā secun-
dum consuetudinē diei festi,
consumatisq; diebus cūm re-
dirent, remansit puer Iesus in
Ierusalem, & non cognō-
uerunt parentes eius.

S. I.

*Iesus dum puer est non securē habe-
tur, frequētib; fugis se se am-
mis subducit & subtrahit.*

Quicumque puerum Iesum men-
te habes, hac pūgere cura, ne te
deserat, ne inscio te disrugat; solet
enim paruulus huc occasione accepta
amantissimos etiā fugere. Enim vero
cū Iesus per paruā gratiam, paruus
est in hominis anima frequentiores
peccati permissiones facit, quibus se
Iubtrahit. Nouit in primis Isaias c. 16.
dum inquit *Emitte agnum, Domine, do-
minatorem terra de petra deserti ad
montem filia Sion, & erit sicut avis fu-
giens.* Expēde illarum auum, quæ sua-
uissimē canere solent, ingenium fu-
gax. Erit tibi v.g. in cauea Philome-
na vel Carduelis, cuius delicias maxi-
ma vigilantia procures, aprica illi lo-
ca quæras, escas pares dulcissimas, no-
uas indies aquas propines. Interea pas-
serculus haud ingratus tibi mille canti-
lenas effingit, laetus in cauea saltat &
psallit, saltat & exultat, verūm si vel

rimulam caueæ videat, si apertum os-
tiolum, nullis detentus delitijs subitō
euolans fugit. Quid mirum quōd
à cauea fugiat, qua tenebatur capti-
uus? Estlo, non captius in cauea; sed
in amānis floridisque hortis liber ra-
nio arboris insidet; ibi in primis ex-
cussis alis, compositis plumis, os pe-
ctori applicat, vt extergat, & statim
gratiolē erecto gutture quām securē
canit! quam quietē modulatur! quos
non efficit modulos! Et quando secu-
rius dabit sonos dulcissimos, subitō
interrupta musica fugit. Is est puer Ie-
sus, sicut avis fugiens sicut Carduelis
fugax, tibi dulcissimus placidissimus
aderit, sed hoc ingenio vt quām pri-
mū libuerit fugiat.

O quā diuini pueri ingenium hoc
fugax nouerat illa eius amasia, quæ
Cant. 8. dicebat illi, *qui habitas in bor-
tis amici auscultāt, fac me audire vocem
tuam.* Explicatū forsan Sept. *qui sedes
in hortis,* quasi diuinū passerculū hunc
in floridis meditata hortis diceret. Eia
age pulchro in nemore sumus. Hinc
Mariana platanus extendit ramos, il-
lic velut cedrus incorruptus Ioseph
assurgit; horum inside brachus, canē
passer dulcissime, ecce quicūque aus-
cultant, amici sunt, amatores sunt: o
qualem vocē iam audimus! o quā
ex tuo ore melodiam percipimus: Opti-
mē modularis: & statim subdit. *Fuge
fuge dilectē mi.* Proh Deus immortalis,
quid iubes, vt fugiat? si dulce canit, cur
illius exoptulas fugam? Beda omnium
acutissimē dicat. *Non optando loqui-
tur; sed eius potius voluntati se conformādo,
memor videlicet consuetudinis ip-
sius.* Nouerat sponsa passerculi fuga-
cissimā naturā, scuerat quā ad fu-
giendū erat procliuis, & sic quasi il-
lius ingenium depingēs quādo placidē
canentē audit, quādo sibi applauden-
tē cernit, vel subridēs ait *fuge fuge di-
lectē mi,* hoc tuū ingenium est, hic tuus
mos, vt successio cantus filo diffugas,
vt eos deseras, quandoque qui te a-
mant, quos & tu vehementer amas.
Quā amabant illi felices senes Si-
meon, & Anna, quāmq; exultabant
viso hoc puero, qui medijs inter pas-
seres templum Deo offerendus intra-
uit!

Cant. 8

Beda

Lib. II. Caput Vndecimum.

uit! Et ecce Matth. 2. Angelus apparet
Matth. Ioseph, & ait, *accipe puerum, & fuge in*
2. *Aegyptum, à quò fugiet? Chrysol id no*
Chrysol. *tavit, fuge à tuis, fuge à sanctis è regione*
sanctorum. O fugax pueri Iesu inge-
nium! Sanè puer diuinus quasi nescit o-
bligari, nullis officijs secure tenetur, nū
quam canorus hic passerulus cicura
tur domesticos etiā amicos familia-
res fugit. Sed cur fugit? Pulchrè D.
Fulg. *serm. in Epiphā. fugit non neces-*
sitate; sed potestate. Expende illud sed
potestate, hoc est solum quia potest.
Etenim vt indebitum neget fauorem
nullo alio eget fine quā vt absolutam
suam exerceat potestatem. Carduelis
qui in cauea delitijs affluebat cum pri-
mum potuit fugit ea solatione, quia
potuit. Sic puer Iesus nulla necessita-
te impulsus; sed cum primum potest
fugit, & delitescit in uisus etiā amātib?.

Ath. Hinc magnus Athanas orat, 1. cōtra
 Arianos curat aegyptijs persuadere,
 quòd huius diuini pueri fidē prama-
 nibus habeāt. *Quia, inquit, apud nos ser-*
uatur puerulus ille, quē Herodes interfi-
cere satagebat; ideo auctor hortatorque
sum, vt gestātes in manibus uestris fidē
Nicae à Patribus traditā specimē exē-
plarq; vos omnibus praebeat. Quasi di-
xerit: omnes summa diligētia filij Dei
fidē amplecti & tenere debēt; sed vos
qui hunc filiū Dei puerum accepistis,
vigilantiores omnibus esse debetis in
eo tenendo, illum manibus gestantes,
ne dimittatis, quia puer est, & erit sicut
avis fugiens.

Tim. Quare ego etiā omniū hominum
Hier. adhortator sum vt gestantes in mani-
 bus filiū Dei, cū toto mentis conatu te-
 neam?, quia apud nos seruatur paruul?
 & paruul? cū sit in nobis, si tepide tenē-
 tur, accepta occasione, etiā sine neces-
 sitate, pro potestate solū euolauit. Sic
 amātissimos parētes de filij fuga queri-
 bādos ipse filius apud Timōth. Ieros.
 respondit, & vos me vt puerū queritis?
 Quid me fugitiuū vocatis? Quid de
 mea fuga querimini? Sū vobis puer, vt
 puer requiror & habeor, & ideo ma-
 nibus excussus uestris pro potestate
 euolau, fugi nō vt affigerē; sed vt po-
 tui. Apud quos ergo puerulus hic ha-
 betur, moneo vt teneāt manu, nec di-

dimittāt, quia cū potuerit abibit ste-
 tum. Sic finē ponit Drogo lib. de ta-
 cram. Pats. *Domine Iesu, fenestrā ha-*
bes, per quā dilectus mittit manū suam,
& colūbam suā excitat surge, inquis,
columba mea, amica mea & veni: &
cū euolat post te, vt apprehendat, tu ef-
fugis & ascendis super Cherubim, & vo-
las super pennas ventorum.

Text. Existimantes autem il-
 lum esse in comitatu ve-
 nerunt iter diei.

§. II.

Non adeo avarus existat quis, vt
Deum vni sibi proficuum ve-
lit, & non alijs.

M Iraberis, sanctissimos Dei parē-
 tes integrū diē à filij abstinuisse
 cōplexu, & velim in hoc mirere parē-
 tū diuinorū virtutē maximā, qui solē
 suū Christū faciunt oriri iuper omnes
 indiscriminatum. Sanè puerulus diui-
 nus ab omnibus amabatur, & sic sa-
 pientissimè à comitibus euocatus & tra-
 ctus, relinquebat in via parentes. Qui
 vt minimè inuidebāt aliorū bonis, sic
 permittebāt ab alijs filium teneri, ada-
 mari, & munerari, sciētes quantū bo-
 ni ex illius praesentia possent vniuersū
 capere. Quā longè ab his parētibus
 illa filiorū Zebedaei mater, quae auata
 nimis suis solis integrū saluatorē cura
 bat reseruari. *Dic vt sedeāt duo filij mei*
vnus ad dexterā, alius ad sinistrā. Matth.
20. sic quod omnibus sanctis propo-
sitū erat, duobus tantūm filiis procura-
bat. Vnde Amb. lib. 5. de fide c. 2. meri-
tō, ait, reprehēditur haec mulier, quae spe-
ciali quodā priuilegio ab eo Domino po-
stulauit ea quae sanctis iudicauit esse do-
nāda, non duobus Apostolis; sed omnibus
discipulis. Suis vnīs celeste munus op-
tat, reliquos minimè curat, dū sui re-
quis habeāt, celestemq; possideāt he-
reditatē, ceterorū omniū nulla sollici-
tudine angitur. Quo laborauit vitio
Apostolorum primus, cū Thaboris
gloriā speculatus aiebat, bonū est nos
hic esse, illum sic castigat Marcus c. 5. Mar. 5.
non sciebat quid diceret. Ad haec D.
Bernard. serm. de vita solit. nesciens
quid

Bern. quid diceret, ait, quia visa Dei maiestate commune bonum intra priuatum suū visus est contulisse, & quo omnes frui debebāt, ipse solus frui curabat. Meliores his Christi Domini parentes, quando filium suum, in quo omnes diuinitatis tne lauri habitabant, omnibus concedebāt, vt omnibus ipse suorum bonorum copiā faceret. Quippe sui immemores integri diei absentiam a illo patiebantur; vt alij summo eius bono cōmunicarent. Hinc aliquando D. Aug. serm. 113. sepulchrum Domini extulit, liberalitūq; commendauit esse, quā Dei matre. *Illa enim, (aiebat) cuncto- rum spem tardius protulit; hoc cuncto- rum salutē citius suscitauit. Illa totius mundi Dominum nouē mensibus in utero clausam tenuit; hoc autē triduo tantū tumuli gremio custodiuit.* Inde liberalius, quia cōmune bonum citissimē omnibus p̄opalauit. Hinc merito Rup. in Ioan. lib. 11. in Iudam scandet his verbis. *O magnifica supplātoris peruersitas, qui vniuersalē nostrae salutis hostiam faciens suam, sic quasi suum peculium possessore mundi venalem proposuit.* Hæc ille, vt reprobi Iudæ auarissimam mentem damnaret, qui totius mundi pretium sibi vni vsurpabat. Vnde eleganter lucenset Abbas Cellens de panib. c. 24. Principem reproborum Luciferum, sic aiebat. *Si portionem, quæ sibi compete- bat, Lucifer moderatē exposceret, & nō totam unguenti substantiam tanquā musca moriēs rapina vsurparet, fortē adhuc in odore eius cum sodalibus sponsi viueret.* Eu quā sibi nocet qui totum cupit vni sibi.

Text. Et requirebant eum inter cognatos & notos.

§. III.

Christus Dominus nulla magis re- filius Dei apparuit, quā mul- titudine cognatorum & fratrum.

Generationem tēporalē Christi Domini speculatus diuinus pa-

ter bis in illa singulari notione gloria- tur in psalmis. Primò ps. 2. dicens *fi- lius meus es eu, ego hodie genuite.* Psal. 2. Rursus ps. 109. dum ait *ex utero ante luciferū genuite.* Hunc posteriorem locū quādo enucleare cupio, adest mihi recep- tissima illa omnium ferē Hebræo- rum lectio, quæ sic se habet. *Ex utero ab au- rora tibi ros pueritia tua siue adolescen- tia tua,* quæ vt Rabbi Salomoni signi- ficat innumeram prolis multitudinē roris guttis æquandam, sic Christia- næ natiuitati explicandæ omnibus est luculentior & aptior. Planè vnus vte- rus virginæ auroræ roris multitudi- ni similem prolem parturiuit, dum cū Christo Christianos omnes effudit. Id quod D. Cyrill. lib. 10. thes. c. 3. nota- uit his verbis. *Quando natura ipse Deus, homine assumpto, frater factus est nos- ter, tum etiam primogenitus in multis fratribus factus est, quia multos filios Dei per gratiam effecit.* Nascitur Chris- tus, & cum illo totus Christianorum populus renascitur, nascitur tot cin- ctus fratribus, quot sunt roris guttæ viridantia fecundantes prata. Et quo densior est fratrum renascentium ag- generatio, eō Christi gloria clariùs ap- paret, gloria quasi vni geniti à patre, vt dicat ipse pater *filius meus es tu, ego ho- die genuite.* Quo hodie? Eleganter Amb. lib. 3. de sacram. c. 1. *hoc est, quando redemisti mundum, quando ad cæli regnum vocasti, quando implesti vo- luntatem meam, probasti meum te esse filium.* Dixisset adhuc, quando Deus de Deo produisti tunc solus, tunc sine fratre mihi soli tua generatio claruit, nec illam dignatus sum euulgare; sed quando caro factus tecum mundum facis renasci, quando fratrum cuneis nasceris stipatus, non me contineo, quin te publicem meum natum, quin me de tanta prole iactem ego hodie genuite.

Latuit quidem Dei filius, dum fra- tres non habuit, nec vllus te in filium Dei gloriatur adoptatum qui solus & singularis atque aliquo fratre. Eccles. c. 4. dicebat Salomon *considerans re- peri aliam vanitatem sub sole, vnus est & secundum non habet, non filium non fratrem.* Quæ verba expendēs auctor

Lib. II. Caput vndecimum.

Grec. Catenæ Græcæ ait, si quis fratrem non habet, hic spiritum adoptionis filiorum non accepit. Is filius Dei erit & vocabitur, qui fraterno affectu gaudet, tunc filium Dei adoptio & natura maxime explicatur, quando natura simultante fraterno amore agimur & inflamamur. Nullus in filij Dei corpus trāscitur qui solus sit & singularis. Etenim is est filius Dei qui *pascitur inter lilia*. Hoc est, ut eleganter notat Bern. serm. in Nat. Virg. quod *etsi iustus germinat sicut liliū: sed non ad liliū sponsus pascitur, neque in singularitate complacet sibi*. Eos in suum corpus trāscere auct, qui fraterno amore copulantur, qui sunt verè fratres & cognati, in quorum filiorum Dei adoptio manifestatur.

§. III.

Natura cognatio filium unigenitum Dei ad pauperum hominum consortium traxit, & illis reddidit salutarem.

Epist. de sententia Dionysij **M** Iraris aliquando naturalē filiū Dei Christum creaturarū omnium moderatorem pauperi hominioni inhaerere, cuiusq; salutem incubere & vigilare. Equidē homo est & carnē inā non despicit. Huc refert D. Athanas. quodcumq; bonū in nos à Christo Domino dilapsum vidimus. Nos cognata cū Domino corpora sortiti, incrementū ex eius plenitudine accipimus. O magna vis cognationis & fraternitatis, qua summus Deus pauperū cognatorū memisse dignatur. Id explicet illustri exemplo D. Chryso. hom. de terræ motu sic aens *Vt si calcaneo spina sit infixa, deorsum oculus se inclinat, quod mēbrum sit corporis, nec dixit quādoq; in altis sedeo, mēbrū quod deorsum est nihil facio; sed inclinat se suamq; deserit altitudinē, tamen si quicquid calcaneo vilius? quid oculo nobilitus? sed in equalitate cognatio natura correxit*. Despiceret altissimi filius homines humi prostratos, sperneret à Satana deiectos, fastidiret à regalibus sedibus in ima descēdere ut lux cæcos illuminet, ut salus

infirmis medeatur, ut oculus sarando incumbat calcaneo; sed in aequalitate cognatio natura correxit, & ut cognatos nouit, non dedignatur subuenire prostratis. Iam non te moueat homo quod vilis sis, quo humi repas, ut altissimum Deum suspicias, cuiusque fauore nitaris, in aequalitate natura correxit, & nō est quod uincas ubi Deus tibi adest cognatus. Hinc Theodorus Ancyrae Episcop. *Theodos hom. de Nat. Christi. Cum Deus esset, voluit homo fieri propter suā in nos clemētiam, quō nos creatorem & iudicē perinde ac cognatū deinceps cōplecteremur. Et qui propriarum actionum laude destituebamur, per ipsum fiduciam conciperemus. Et tamen cū ad tribunal abstrahuntur qui propriarum virtutum praesidijs confidenter niti non possunt fit interdum, ut cognatorum suorum meritis qualemcumq; confidentiam sibi aucupentur. Porro quis iudex adeo teuerus nō suffragatur etiā criminosis cognatis? quā non conciliat clemētiam cognatio? Cuius non allicit & delimit animū? deterrit altitudinē suam oculus, & se inclinans in ximā præbet spem calcaneo sanitatis, deseret etiā omnium altissimus Dominus & creator suā altitudinem ut spem salus & confidentiam inferat vel mirationis suis cognatis. O vos felices homines qui hanc diuini iudicis cognationē estimatis, quorum Deum cognatū cenatis, deus Deū non timere, imo omnī ærumna, curatorem habebitis & praesentente cognatum, qui nullibi citius inuenitur, quā ubi eius adsunt cognati.*

Text. Et non inuenientes reuerſi sunt in Hierusalem requirentes eum.

J. V.
Quicumque Deum amittunt nec gradum ulterius faciunt; ubi ſiſtant, ne & ipsi perdantur.

Vtinam quod Iesu parotes facerent; omnes nos niteremur imitari; ubi

ubi Iesum à se abesse norunt, ibi sistunt, nec sine illo ulterius gradum faciunt. Et nos Deum peccantes dum amittimus, ne viterius progrediamur, ibi sistamus, & facili negotio ad Deum reuertemur. Sic peccatorum primogenito consulebat Deus. Gen. 4. iuxta Sept. *Dixit Dominus ad Cain, quare cecidit vultus tuus? Peccasti? quiesce. ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius,* quasi dicat, dum lapsus semel quiescas, sistas, ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius, facile effrenem appetitum cohibebis vel minimo lori signo, seu blando poppymate tui corporis exarges, in Deumque conuertentis. Huc spectat illa D. Amb. excogitatio de generoso elabenti equo in apol. David. c. 9. *Plerique equorum cum ceciderint, se iactare consueuerunt, & quos casus non laeserit, iactando se debilitant, & frangunt. Alij, qualis Græcorum equorum fertur natura, cum vel in certamine curulis elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaquam se mouere consueuerunt, & quandam tenent quietis & patientiæ disciplinam. His si casus non nocuit, quies prodest, certè non exarcebatur offensio.* Imò sic quieti in lapsu à quo ius lori signo euocati, vel blando sibili iuuamine alacres & expediti assurgunt, vt feliciter cursum conficiant. Ea erit humanæ mentis felicitas in peccati ruina, si semel lapsa non se iactet, nõ præceps viterius rotetur; sed immobilissima stet; teã parcens sibi quiescat. Etenim tunc ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius, ea facilitate conuersio appetitus fiet, qua generosus equus quietens in ruina, vt vel sibili, vel minimo poppymate euocatus, & reuocatus, brauium deperatum pertingat. Accedit iam D. Chrysost. explicatio, quæ sic se habet. *Peccasti, & grauius peccasti; sed non punio propter delictum; misericors enim sum, & nõ holo mortem peccatoris; sed vt magis conuertatur, & viuat. Igitur quia peccasti, quiesce, tranquillitatem facito, cohibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato grauius aliud, ne consilium arripias vt medicina posthac nil prosit. Peccasti? quiesce. O felices illos, qui animam infirmitatè appetituum experti,*

generosi etiam animalis emuli non se iactant in lapsu, non præscripti rotati voluntas; sed ea quiete subsistunt, quæ vel leuiori compressione conuertuntur, & in brauium destinatum profiliunt. O quàm expauit Diabolus hanc quietem in Iuda, & ideo sic illum impellebat post acceptam buccellam, vt continuo in venditione Magistri compulerit exire. Ait enim. Ioan. 13. *Cum accepisset ille buccellam, exiit continuo.* Ad hæc D. Cyrill. lib. 9. c. 19. *Timet, vt credo, Diabolus ne morando locus penitentiae detur, & quasi à temulentia mentem suam homo rectius cogitans eripiat, hac de causa festinat ac impellit.* O quoties post lapsum quies & mora homines à præcipitio liberauit! timet, timet sanè Diabolus paruam quietem, expauet moram, in qua facili negotio effrenes etiam appetitus conuertuntur, & ideo impellere festinat, vt lapsos sine mora, sine quiete, in alia & alia ferantur præcipites. Gnarus quàm facili impulsu qui post lapsum quiescit, ad meliorem conuertatur frugem.

S. VI.

*Deus querendus omnibus modis
& vijs quibus posset
inueniri.*

Vide quàm sollicita Maria in querendo filio existat, nullum lapidè non mouet, nullam viam non arripit, vt inueniat amissum, cognatos adit, notos interrogat; denique Ierosolymam redit, omnia lustratura donec inueniat filium. Sic eos qui Deum querunt, vigiliarum vox a ped. Iaiã com-monefacit. *Si queritis, querite, conuertimini, & venite:* hoc est, ne vobis certas & determinatas vias querendi præfinauis, ne in querendo Deum finem faciatis; sed querite, & amplius querite sine termino & fine. Explicatissimè Ricardus de Sancto Victore, lib. 2. de Emmanuele. c. 16. *Si queritis, querite, & inquerendo perseuerate, imò & multipliciter queratur qui nunquam ad plenum inuenitur. Non semel quæsisse satis, iterum atque iterum requirendum,*

T 4 per-

Ioan. 13.

Cyriil.

Isai. 21.

Ric. Vict.

Lib. II. Cap. Vndecimum.

Lucret. perquirendum, hac illac eundem, & bis, & ter, & millies eadem repetenda, reuisenda, lustranda. Liceat ex prophana Lucretij penu ea describere, quibus amissum vitulum à matre requiri depingit. Sic lib. 2.

Aut mater virides saltus orbata peragrans

Linguit bumi pedibus vestigia pressa bisulcis,

Omnia conuisens oculis loca, si queat usquam

Conspicere amissum factam, completq; querellis.

Fronduferum nemus assistens, & crebra reuifit.

Hoc amore, hac cura quærebatur filius Iesus à parentibus, eisdem petit quæri ab homine quocumque, vt omnia conuisat loca, vt creber eadem repetat & reuifit, nullum imponens finem, nula inquisitione contentus, donec inueniat amissum. Hinc notat D.

Mat. 5 Hi ar. Synagogæ repudium, dum explicat illud Matth. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio. *Hil.* Vbi ait: Synagogam dignè Dominus comparat modio, quæ susceptos fructus intra se tantum receptos certum modum dimensæ obseruantie continebat. Pondero illud, certum modum dimensæ obseruantie, & cur placeret Deo, quæ non nisi cum mensura seruebat? quæ præfinitis obseruantie regulis, quæ definitis & determinatis vijs Deum quærebat? Abiit ab eo, qui repudiari timeat, hoc mensuratum & determinatum obsequium, multipliciter Deus quærat, omnimodè laboremus vt inueniamus, omnia lustrantes opera virtutum, vniuersa exercicia peragrantes, & crebri eadem reuisentes. Is sit nobis finis in quærendo, qui nos faciat inuenire quæsitum Pulchrè Orig. Magdalenz exemplo proposito docet qualiter Iesum debemus inquirere. *Orig.*

Disce à Maria querere Iesum in monumento cordis tui, reuolue lapidem ab ostio monumenti Dei, amoue omnè duritiem: tolle omnem concupiscentiam tuam à corde tuo, & diligenter perscrutare si sit Iesus in eo. Si autè non inueneris in eo Iesum, sta foris, & p' ora, p' mane in fide, & respice foris ad alios si fortè in aliquo videris eum, &

plorando ora Iesum, vt dignetur intrare ad te. Et iterum respice monumentum Dei quod est in te, & si videris ibi Angelos, hoc est, cœlestia desideria, per quæ tamen adhuc nō possis videre Iesum, noli his contentus esse, noli adhuc deficiendo quiescere, sed plora, & quere Iesum donec inuenias. Hæc ille, quibus rectè explicat, quæ multipliciter quærendus sit Iesus, donec ipse dignetur inueniri.

Textus. Et factum est post triduum, inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius.

§. VII.

Christus Dominus in templo à crudelissimis inimicis aut honorem, aut offensam nullam accepit.

Salutem ab inimicis reportandam dedit puer Iesus duodecimo ætatis anno honorificè inter Doctores sedens in templo. Enim verò nunquā percussus in templo, imò ibi sæpè honoratus cōsedit, magister docuit, Dominus peccatores accepto verberere perterrefecit. Matth. 28. *Quotidie sedebam in tēplo docens, & non me tenuistis.* *Mat. 28*

Quocirca D. Chrysof. Eum in templo non tenuerunt, propter quod Dominus foras exiuit, vt ex loco & tempore daret eis aptitudinem se capiendi. *Chrysof.* Dum in tēplo assidet, impiorum rabiem non sentit; sed & propriam, & paternum honorem integrum intuetur, in quem nunquam templo non audet impietas. Ierem. Thren. 4. *Filii populi mei crudelissimi sicut strutio in deserto.* Strutio omnium animantium crudelissimè duratur in filios, quos vel perdit; sic populus Iudeorum sicut strutio crudelissimus in filium Iesum; imò, vt addit Rupert. strutione crudelior qui non deseruit, sed insuper occidit dicendo, sanguis eius super *Rupert.*

per nos, & super filios nostros, ut in vno
Christo omnes filios intermeret &
perderet. Sed expende illius crudelis-
simi facinoris locum, crudelis, ait, sicut
stratio in deserto non audet in templo
eorum nisi rabidissima crudelitas, sed
extra templum in deserto deservit. Me-
rito D. Aug. term. 2 in Domi 23. post
Traianum huc reuocat Christianos omnes
adolescentes, ut vel discant à Iudæis
qualiter se erga Deum in templo habere
debeant. Tertius, ait, Iudæi, qui Dominum
crucifixerunt, quod cum auarimus horref-
cimus, & ingenti execratione prosequi-
mur: illi cum de sua luxuria cogitant,
delictorum agrorum sollicitudines medi-
tabantur dicentes, nullum sit pratum, quod
non pertranseat luxuria nostra. Quomo-
do ergo parceret Christo, si eum inuenisset
in terra, qui non solitaria prata irritan-
dit libidinibus suis, sed frequentissimas
elegit Ecclesias regnantis in calum? iam
nocentiores in Christum iuvenes Chri-
stiani videtur, quam impiissimi Iudæi:
illi ut Christum inuaderent, Deumque
suis flagitijs offenderent, agros, deserta
meditabantur, imò tibi maximè exo-
sum, & inuidiosum Iesum in templo
verentur, in templo honorant, quem
crucifigunt in deserto. Et Christianorum
multi templa querunt, ut Christum li-
bidinibus suis iacellant. Quid iam Iu-
dæos Deicidas obilupescitis? quid cru-
cifixores exprobratis? Maiora vos au-
deretis in Christum, si in terra habere-
tis, quem regnantem in cælo, in templo,
in paterna domo inuaderetis.

Sane Platonica lege sic olim cautum
erat: *Piscator nec in portibus, nec in sa-
cris fluuijs, paludibus, stagnisque uenietur,
in alys liceat* Expendo illud, neque in
portibus. Etenim inhumanum est in
portu, ubi toties receptus à furenti li-
berari mari, à fluctibus inuadentibus
defenderis, & ab hostili telo refugium
recipis, quod ibi vel piscem offendas,
quod ibi humanissimè non habeas e-
tià pisciculos quosque debiles. Legales
illi Iudæi in templo furentis sæculi maris
portum meditantur, ubi quacumque
tempestate iactati tutissimum confu-
gium inueniebant, crebraque naufragia
deuicabant, & portum verebantur, &
pisciculo ibi nostro Christo parcebant.

Exleges Christiani, profusque efferati dum
portus etiam infestant, dum templa que-
runt, ubi uundo naufragio portus of-
fertur, ut ibi micrè inescatos piscicu-
los peccati hamo in mortem expulsen-
centur. Proh dolor! aiebat Ambr. lib. 3.
de virg. *Quid prius horrefiam nescio, to-
terabiliora periuria, quam sacramenta
sunt tyrannorum.* Periurijs quidem fo-
rum, forentesque tumultus infestant, sibi
nocent, Deum existentem in cælo la-
cessunt, cum sacrum audiunt, cum di-
uinis intersunt mysterijs. O crudele ne-
fas, in porta Tertulliani pisciculum
Christum enecant: fidelium pisciculo-
rum examina, suarum libidinum laqueis
mortiferè irretiunt. Hos acutè pertrin-
gebat Athan. Sinait. de sancta Synaxi,
dum ait: *An ignoras Ecclesiam Dei of-
ficinam medicam esse, & portum? Si in
portu fluctibus agiteris, ubi postea quies-
ces?* Hæc ille.

Amb.

Lib. de
Bapt.

S. VIII.

*Nullum magis Christum Saluatorem
trahimus, quam colloquijs de
rebus spiritualibus.*

Christum Saluatorem Iudæorum
inditurus mentibus ipse puer Ie-
sus hoc vitur efficacissimo medio.
Doctorum choro insertus verba miscet
de optatissimo Christi aduentu, de du-
rissima hominum seruitute, de Salua-
toris indigentia. Hæc agit Iesus inter
Doctores, his præparat illorum men-
tes, ut ad salutem recipiendam dispo-
nerentur. Israelitarum creptionem à
seruitute extimuit Pharaon, cum eos con-
fabulantes excepit de libertate amissa,
de captiuitatis ærumnis, & tunc Salua-
tori aditum interclusum putauit, si hæc
colloquia multiplicatis laboribus ab
Israelitis exulare fecerit. Quod elegã-
ter in rem præsentem obseruauit D. Cy-
ril. Alex. lib. 9. in Ioan. c. 19. sub his ver-
bis. *Pharaon iussit, ut grauiora illis opera
Iudæis afferrent, ne sermonibus uanis da-
re operam possent. Appellabant sermo-
nes uanos eos, qui de libertate haberentur,
& ad meliora inflammarent, qui-
bus & seruendi conditionem deplora-
rent, & à Deo poscerent meliora: quibus
omni-*

Exod. 20

Cyri.

Aug.

Plat. 7.
leg.

Lib. II. Caput vndecimum.

omnibus non nihil illis affuturum putabat. Et merito tyrannis pertinuit hos Iudaeorum sermones, ut Saluator obuios; nulla enim re magis disponebantur captiui saluti excipiendae, quam dum collatis arumnis de afferendo libertatis bono nilcerent sermones. O quam cito adest Saluator his, qui se se infl. n mant mutuis sermonibus ad eum excipiendum! Pascitur inter lilia sponsus, aiebat illa, quae bene illius mores & ingenium percaluerat: & quid est quod pascitur inter lilia? Liliante tus pascitur eius? Pulchre D Bern ser. de Nat. Virg. *Fortè non cibo; sed consortio pascitur liliorum, nec lilijs vescitur; sed versatur. Plurè non sunt quae Leu inescat in uita lilia, etsi florida, etsi suauè olentia, consortium amat, non olores: in caelesti thurbulo Apoc non olentia aromata; sed sanctorum ponuntur orationes, quae Deum trahant ad homines. Colloquentium sanctorum consortia & Deo præbent pasera suauiora, & ad se se quam occisimè conuocant, ut hinc puer Iesus Doctores paratissimos Saluatori excipièdo dedicasset, si de illius aduentus bono, & salute populis necessaria misceret sermones. Apud Thabor medius apparuit Saluator, inter Moysem & Eliam; sed cur medius inter Moyse & Eliam? Rem attingit Tertul. lib. 4 in Marcion. dum ait. *Quid tam Christus creatoris, quam secum ostendere prædicatores suos? cum illis uideri, quibus in reuelationibus erat visus? cum illis loqui, qui eum fuerant locuti?* Ex eo quod de Iesu locuti fuerint, quasi inseparabiles laterones apparent Iesu. Iam non mirabor Theophilum Alex. qui epist. Pasc. 3. virtutis summam in diuino fidelium constituit colloquio: sic enim inquit. *Cum mès semel virtuti se tradiderit, quicquid aduersi euenerit, calcet, & despiciat. Qualis fuit Paulus scribens, in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Quod enim sustinere non potest carnis fragilitas, naturali infirmitate superata, vincit animus fide colloquens Deo. Ecce virtutis robur, & fortitudo iuxta illum ex fidelium cum Deo colloquijs nascitur.**

Bern.

Theoph.
Alex.

Text. Et dixit Mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

§. IX.

Certissimè, & citissimè Deum inuenit, qui dolens & lugens quarit.

Longa terenda via est ijs, qui in aequota eban. bulant, ut Deum inueniant; sic qui crucis canali inharèt, hoc est, qui coloris, & lacrymis in eum hunt, quam citissimè diuinum paradysum attingunt. Chrysost. hom. de diuinitate id prædixerat. *Nène nobis dixit, quòd regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud? Qui in cruce est, non vim facit, nihil medium est, & crux, & statim paradysus.* Altissima sunt paradysi naenia superanda, per abrupta montium cacumina eundum his, qui ad paradysum festinant, quadraginta dierum iter terendum Prophetis ipsis, ut Dei visio nem obtineant. Non tamen si à cruce incipiunt carpere viam, si in cruce sunt, si dolentes & flentes quærunt, nullum est medium, nullus expugnandus murus, nulla superanda cacumina, & crux est, & statim paradysus. Profectò lacrymarum vis nota erat Abbati Cellenii, qui lib. de panib. cap. 12. sic lacrymarum ad Deum compedia diffinit. *Lacryma filium Dei ad nos inclinât, & ad veram Trinitatè, interueniènte spiritu, nos eleuat.* Etenim, ut ad Trinitatem ascendamus, ille spiritus, qui antiquitus super aquas incubabat, ut inde pennata animalia parturiret, nos etiam ex lacrymis pennatos educit. Verùm filius Dei post lacrymas nec pennarum expectat velocitatem; sed cuiuscunque morae impatiens ad nos ipse inclinari, & descendere festinat. Fleuisti, ecce antequam ascendas, tibi adest inclinatus Dei filius, qui his in aquis natigat velocissimus. Huc retulerim illud à Tertulliano notatum libro de Baptismo, ubi inquit. *Nunquam*

Chrysost.

Cell.

Tert.

*Nunquam sine aqua Christus. Prima rudimenta potestatis sue vocatus ad nuptias aqua auspicatur. Cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam inuitat sempiternam. Cum de agape docet, aqua calicem Patri oblatum inter opera dilectionis probat. Apud puteum vires resursumit, super aquam incedit libenter, & transfretat. Quid dulcius flenti? quid suauius dolenti? quam scire Christum medys in aquis reperiri. Non sic palestina columba aquas amat, quibus residet, vt diuinus hic, & amator palumbus lacrimis oblectatur, & insidet. Felix ille, qui nauigio crucis per lacrymarum maria dolens & lugens quatit Christum, inueniet procul dubio, non fieri potest, vt patiatur repulsam. Enim: vero, vt ait Celentis vbi supra. *Aqua hac aut facit, aut inuenit paradysum.* Tam cura Dei inuestigatrix lacrymarum gutta, tam efflax inuentrix, vt si semel ab oculis profluat, quantum latentem inueniat Christum, vt fluuius delitescens mare inuenit, vel producat denuo ipsum. Vt enim nocturnæ rosis lacrymæ margaritam in conchilio produciunt; sic hominum Deum querentium lacrymæ incomparabilem margaritam Christum aut inueniunt, aut reproduciunt: Quidni? lacrymæ parturire Christum. Sic Ambrosii de poenit. lib. 2 c. 8. *David dicebat lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymæ in eis stratum meum rigabo: & idcirco meruit, vt ex eius familia virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Christum ederet.* Itaque ea est vis lacrymarum, vt inueniat, aut producat Christum.*

Accinit Bachiar. epist. de recip. Lap. poderans cur ex ea quæ fuit Virg. nasci voluerit Iesus. An enim: I alys filius nascitur ex poenitentia, talem parturiunt gemitus & lamenta.

Text Et ait ad illos; Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quod in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?

S. X.

Christus Dominus, vt humane procurandæ salutis incumbat, parentes nil curat terrenos.

VNum à Patre commendatum salutis humanæ negotium Christus Dominus habebat, cui sic incumberebat, vt præ animarum amore cætera omnia nihil haberet. Ardentissimè matrem qui amaret, salutem humanam eò amabat ardentius, vt à Patre imperatam, quo sibi animas in sponsas datas cognoscebat, quo eadem ad Dei bona viderat pertinere. Hinc D Bern. Bern. Canticorum drama sub sponsi, & sponsæ vocabulis confectum pulchrè exaggerat his verbis. ser. 7. *Non sunt inuenta æquè dulcia nomina, quibus verbis, animæq; dulces ad inuicem exprimentur sermones, quemadmodum sponsus, & sponsa. Vna utriusque hereditas, vna domus, vna mensa. Denique & propter hæc relinquet ille patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Cui adesset sponsus, nisi sponsæ? Cur patrem Ioseph, & amantissimam sibi matrem relinqueret; nisi vt uxori adhereret, vt paternum negotium de acquirenda sibi uxore perficeret? Nulla alia re à tam dilectis parentibus vellet diuelli; nisi vt animabus proficeret, nec nisi hæc paterna negotia illum patribus possent eripere. Quos tandem queribundus solatur eò quod non reliquerit; nisi vt de cælestis Patris mandato, sponsis acquirendis incumbere. Sic apud Matth. cap. 12. cum mater expectans illum proponeretur, ait: *Quæ est mater mea?* Non sanè matrem confundens; sed matrem relinquendam esse docens, vbi acquirendis Deo animabus inhaerit. Quod egregiè ponderans Tertul. lib. de carn. Tert. Christ inquit. *Quale ergo erat, si docens non tanti facere matrem, aut fratres, quanti Dei verbum, ipse Dei verbum nuntiata matre desereret? Negauit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere.**

Cellen.

Amb.

Bach.

Mat. 1.

Bern.

Mat.

Tert.

Lib. II. Caput Vndecimum.

opere. Vt hinc iam discas, quo te amore Christus diligit, qui non solum eandem hereditatem, eandem domum, eandem mensam in caelesti regno tibi communicat, verum & propter te, ut tuæ incumbat saluti, patrem & matrem relinquit, à quibus vna animarum salus tam diuinum amatorem, & filium separare sufficit. Et quis pro anima sua patrem & matrem non relinquat?

Text. Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

S. XI.

*Nulla vilitas deprimit illum;
qui obedientiae virtute
extollitur.*

Non te moueat, quod Iesus Ierosolymis relictis, ad paruum, & humile Nazareth se recipiat oppidum. Etenim non obscuratur loco, qui ibi obedientiam colit. Accipite D. Chrysost. hom. de Caeco nato nuper edita. *Nec paradus, ait, in pretio habendus est, nisi Dei mandatum in eo seruetur, neque vilia loca sunt ignominiosa, si in eis sit lex Dei regnantis. Vtrum melius, utrum potius? Paradus an sterquilinum? Veruntamen Adam propter transgressionem paradus nil profuit, Iob vero sterquilinum propter patientiam nil nocuit. Imò paradus ipse vbi in obedientia foedatur, non paradus, sed desertus, & inuis fit locus, sola obedientia extollit & illustrat loca. Omnia nobilitat, omnia amplificat, omnia magnificat obedientia, vilitatem non nouit, paruitatem ignorat, nescit non ascendere & extolli. Qui apud Isai in Dei obsequium praecincti stabant spiritus, si nulus efferebantur senis: quomodo ergo circa Domini thronum stantes pariter & volare dicuntur? An, quia propta obedientia nescit non ascendere? Planè ait Eucherius: *Quia Deo stare idem est quod volare, & in sublime exaltari.* O tu felix, qui Deo stas in praecinctu, eius vel nutum expectans, nul-*

Chrys.

Isai. 6.

Euch.

lis loci angustijs teneberis, nulla paruitate obscuraberis, eo ipso quod stas parat, efferris pernici, & exaltaris volatu in amplissimos, & altissimos caelos. Nunquam non in cacumina, in caelorum summitatem nititur obedientia; ut benediceret seniori filio Esau Isaac aiebat. Gen. 27. *In pinguedine terrae, & in rore caeli desuper erit benedictio tua, fratri tuo seruias.* Acute notauit Ambr. lib. 5. epist. 20. ad Horontianum illa verba in rore caeli desuper, & fratri seruias: quae sic expedit. *Pro benedictione igitur huiusmodi est seruitus, denique inter bona annumeratur, inter collatam terrae vbertatem, & rorem caeli à summo. Nō quidem posset obedientia inter minora annumerari bona, quam inter rorem caeli desuper, siue à summo. Etenim caelestium summitas debito iure obtingit obedienti. Cū paulò ante Iacob benediceretur, ea eius benedictio erat. *Dei tibi Deus de rore caeli, esto Dominus fratri tuorum.* Ecce tibi imperium & dominium de quibus dicitur, nimirum de rore caeli. Verum obedientis seruitus, & subiectio ampliora requirit, non quouis caeli rore subsistit; sed rore caeli desuper, à summo, caelorum summitatem amplectitur, qua sese dilatat, & extollit vir obediens.*

Gen. 27.

Amb.

Text. Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & aetate, & gratia apud Deum, & homines.

S. XII.

Ex obedientia omnes dedicantur profectus Christi Domini, ut potè à qua sunt omnes profectus humanae salutis.

Posita obedientia Iesu Saluatoris parentibus exhibita, rectè adiecit Euangelista eundem in sapientia, aetate, & gratia profectus; & cur non proficerent opera salutis, vbi Saluator ostenditur obedientissimus? In promissis

pro-

Isai. 53.

Rup.

proficiebat sapientia, sapientia, inquā, de qua Isaias. *In sapientia sua iustificavit ipse iustos servos meos multos.* Ad hęc oculatissimus Rup. in Isai. lib. 2. cap. 19 *Quæ est scientia eius, nisi obedientia eius? ergo in scientia sua, idest in obedientia sua iustificavit ipse, inquit Deus Pater, servos meos multos.* O Salvatoris sapientia excellentissima, quæ obedientia fecunda mille peperit salutes fructus, mille dedit homines saluti.

Cyrill.

Probro Christo Domino tribuebat hæreticus, quod subice retur, & obediret, quasi obediens subiecto inæqualitatis cū patre stimmata iureret. Quæ eleganter repellens D. Cyrill. Alex. lib. 5. Dial. de Trinit. filiorum omnium in parentes obedientiæ elucidat pulchritudinem. Non enim naturæ servilis notam incurrit filius, qui pulchrum obedientiæ munus patri voluntarius offert, non Isaac alterius inferioris naturæ ab Abrahamo diversæ arguitur quod usque ad mortem obediret, nõ filius Dei, quod voluntariè obediatur ideo inferior, & natura infimus. *Possessio naturæ factæ quodammodo ad Deū est, oportere subdi. Verum tamē nõ in eo, quod subduntur res habēt esse; sed existūt, & subsistunt secundū propriā rationem, & quasi unicuique præmiā dederit natura, voluntariè accipit obedientiam, & fit ea fructus mentis.* Sic ille, vt obedientiæ Dominicæ excellentiam exprimeret, quibus pondere illud, & quasi unicuique præmiū dederit natura voluntariè accipit obedientiam, & fit ea fructus mentis. Etenim obedientia non servilis naturæ nota; sed ingenuæ naturæ præmiū existit, qua mens foecundata optimos, & suavissimos parturit & colligit fructus. Sane incarnatæ sapientiæ præmiū fuit voluntariā obedientiam exhibere potuisse, qua salutis fructus valuit immensum parturire, *quia in scientia sua, idest in obedientia sua iustificavit servos multos.*

Iosue 10.

Rursus Iesus proficiebat ætate, etenim suos etiam præstat ætati obedientia profectus. Iosue 10. cū sol, & luna ad hominis imperiū steterent, per-

git textus. *Non fuit antea, & postea tam longa dies, obediente Deo voce hominis.*

Et cur tempora, & dies non augetet divina obedientia præstita homini, quādo quidem homo cum obediret Deo se suosque quasi æternare sentit? Iugulandus Isaac victimam requirebat ex parente, cui ille *Dominus providebit, fili.* Gen. 22. Ad hæc Ambros. primo de Abraham cap. 8. *Vocare filium frequenter non timet, ita erat intentionis soliditate fundatus, & hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum iudicavit filium, si eum immolaret Deo.* Ecce tibi ex obedientia usque ad mortem exhibita, filij perennitatem, multiplicesque vitæ annos augurabatur.

Gen. 22.

Amb.

Tertio proficiebat Iesus in exhibendis operibus gratiæ, & sane gratiæ apud Deum unica est obedientia, & auxiliatrix, & conservatrix. Id quod ostendit Rup. lib. 2. in Gen. cap. 30. Vbi sic ait. *Nonne melius fuisset nullum dedisse præceptum, quàm positione præcepti facere prævaricationi locum? Ad hæc, inquam, unde ergo copularetur homo Deo, si non illi subiugaretur obedientiæ iugo? Quasi nullum efficacius aliud possit excogitari medium, quo homo Deo per gratiæ opera copularetur præter obedientiam: hæc unica conciliatrix & conservatrix gratiæ inveniatur.* Deut. 16. aiebat Moyses, & nunc Israel *quid Dominus Deus tuus postulat à te ni timere Dominum Deum tuum, & ambulare in omnibus vis eius? Quod sic in rem præsentem expendit aliàs adductus Irenæus lib. 4. cap. 31. Hæc quidem* Iren.

Rup.

Deut. 26


Iren.

virtute proficiunt, & proficiunt quæ

cumque opera gratiosa Deo

ab hominibus possunt

exhiberi.



LIBER TERTIVS.

DE CHRISTI DOMINI APVD HOMINES CON- VERSATIONE.



SALVATORIS Cunabulis & pue-
tiz annis egressos
nosia vocat eiusde
apud homines co
uersatio, ea nimiru
quam a Baptisma-
te Ioannis vsq; ad

passionem suæ carnis insutuit. Vbi in
longiores & iustiores tractatus, relictis
miraculis, sermonibus, conuersionib⁹
a Salvatore peractis, hic ea expendere
conabimur, quæ a D. Thoma, & alijs
Christi Domini vitam conscribenti-
bus exarata sunt.

C A P V T I.

De Christo Domino a Ioanne
Baptizato.



ANTE Christum semper
premittitur Ioannes, vt
qui via Christianismo pre-
pararet, & precurreret
ipse saliens in vtero, ad
Eremum festinans, baptismu
initians; quæ via currenda est omnibus Chris-
tians. Huic baptizanti accessit inter

alios Christus Dominus, sed longe alia
ratione, quam alij, vt pote qui omni
mundicie purior, vt omnes a vitijs la-
uaret, venerat: venientem ad se mira-
tur Ioannes, expaueit, prohibere ten-
tat: tandem persuasus Dominum suu
baptizat, vt inde in Christianum bap-
tisma sanctificaret aquas.

Matth. 3.

Text. Tunc venit Iesus a Galil-
laea in Iordanem ad Ioan-
nem, vt baptizare
tur ab eo.

J. I.

*Ioannes Christum sentiens in mun-
do impatiens mora festinauit
præcurrere, et Christo fa-
mulari.*

Semper Christus ad Ioannem: sem-
per Ioannes in arena conspicitur
expectans Christum, hoc illi maxime
in optatis erat, vt excusata omni mora
pre-

præcurrat Christum. Hinc cum pri-
mum Christum sensit exultavit in vte-
ro quasi vi, calcibusque viscerum vin-
cula rupturus aduolaret vt famulare-
tur Christo. Sic D. Chrysoſt. apud Me-
taphraſtem hos iohannis saltus expli-
cuit. *Non fert Ioannes præſente Domino
contineri, non fert natura expectare ter-
minos; ſed contendit rumpere carcerem
ventris, & ſtudet præſignificare Saluato-
rem. Acceſſit, inquit, qui ſoluit vineula,
& quid ego ſedeo vincētus? Venit Verbum
vt omnia conſtituat, & ego adhuc maneode-
tentus, exibo.* A deo Præcurſoris munus
implebat, vt nil timeret; niſi non præ-
currere, & currere ad Chriſtum, vt vel
naturæ tarditatem, & moram acufa-
ret & expauſceret, ne vel tantisper
detineretur, & ſerus Chriſto iam in
mundo exiſtenti appropinquaret. Ma-
ternâ ex horreſcebat viscera, & rûpe-
re ſatagebat, vt noto Domino ſine mo-
ra ſuum exhiberet ſeruitium. Non Ioã-
ni abũmũs adoleſcens ille, qui patris
funera reliquit, vt ad Ieſum quam ocif-
ſimè iret: ſic enim à Saluatore ipud

Chryſoſt.

Luc. 9.

Amb.

Lucam cap. 9. poſtulabat. *Permitti mi-
hi prius ire & ſepelire patrem meum.*
Ad hæc eleganter & dulcè D. Amb.
ſerm. 79. *Mortuum illum reliquerat,
quem vt reuertens ſepeliret exorat. Nim-
cum dolor retinuerat, nõ mors retardaxe-
rat, quia feſtinabat ad vitam. Nec dum
morientis clauserat oculos, nec dum rigen-
tia membra conſiderat: ſtatim, vt compe-
rit adueniſſe Dominum oblitus paternæ
pietatis affectum, maiorem pietatè credit
plus Chriſtum diligere, quam parentem.
Ita cum Tobias iuſtificetur, cum ſepulta-
ra cauſa prandium reliquerit, hic proba-
tur cum cauſa Chriſti patris reliquerit ſe-
pulturam. Ille enim non veretur, ne in-
terueniente opere terreni prandij epulæ
prætermitteret: hic metuit, ne interueni-
te mora reſectionem panis cœleſtis amit-
tat. Vnde cum contemplatione Chriſti ſe-
pulturam omnibus debeamus, hic amore
Chriſti, patris deſeruit ſepulturam. Ti-
mui aliquid ſub trahere Ambroſiano
âcumini, quo videtis extolli iuuenem;
qui vt comperit adueniſſe Dominum
paternæ pietatis oblitus, ne interueni-
te mora obſequium Chriſto exhiben-
dum differret, & patres inhumatos re-*

liquit, vt ipſe viueret Chriſto. Hoc ſa-
ne agebatur aculco Ioannes, non adul-
tus; ſed puer, ſed infans, ſed in vtero ad-
huc exiſtens ibi vt comperit aduētum
Chriſti materna viscera ſaſtidit, natu-
ræque iuri derogans vineula ventris
rûpere nititur, quia feſtinabat ad Chri-
ſtum, veritus, ne mora interueniēte oc-
caſionem amittat.

Sed eſto, quod iuxta Chryſoſtomi
ex cogitatũ Ioannes in vtero ad Chri-
ſtum properaturus, *contendit rumpere
carcerem ventris.* Cur ſui oblitus Hero-
dis carcerem poſtea quietus ſubſtinet?
Sane ventris carcere quũ premeba-
tur naturæ indulgebat, & nõ dum na-
tus erat Chriſtus; verũ ſub Herodiscar-
cera, & affigebatur, & tribulabatur, &
detinebatur, quominus iret ad iã præ-
dicantem Chriſtum. Cur ergo impa-
tiens moræ ventris carcerem nititur
rumpere, & tribulationis patiens He-
rodis carcerem tam quietus ſuſtinet?
Equidem ſub Herodis carcere tribula-
tus non detinebatur, quominus tunc
occiſimè iret ſecutus Chriſtũ. Enim
vero qui in tribulatione ſunt etiam cũ
miſere rudentibus, ſeu catenis manus pe-
desque alligari, & detineri videntur;
perniciſimo tamen motu in Deum
feruntur. Tribus affixas Domini ma-
nus clavis, pedesque viderat latro, &
clãmauat de cruce Luc. 23. *Domine me
mento mei dum veneris in regnum tuum.*
Vbi pulchrè Bern. ſerm. in Ramis Pal-
martiri inquit. *Euntem in regnum vi-
dit, quò eum perueniſſet ſui memorè eſſe
rogabat.* Videbant alij ſuffixos clauo pe-
des in ligno; at latro oculatiſſimus,
quando ſuffixos pedes detineri vidit
occiſimum, & ſine mora curſum fuit
ſpeculatus. Quando Ioannes catenis
præpeditus erat Herodis carcere inni-
grò, ò quam currebat! ò quam pernici
Chriſto adhæreſcebat volatu! Pulchrè
Prou. 4 dicitur, *Viſtorum ſemita quaſi
lux ſplendens:* Et etiam velociſſimo cœ-
leſtia lumina motu raptantur, quæ ta-
mèti nobis videntur aut plane ſtare,
aut pædetentini viam, & curſum age-
re. Quis nõ putet ſolem medio in cœ-
lo conſixum immotũ penè ſtare, aut
ſublimèo paſſu moueri, cuius lux per
enèſtram ingreſſa per plures horas te-
netur

Chryſoſt

Luc. 23.

Bern.

Prou. 4.

netur cubiculo clausa? Sed tunc quum cubiculo clauditur, immensa simul celorum spatia pertransire noscitur pernicissimo volatu. Sic iusti, sic Ioannes non ut lux, sed lucerna ipse ardens cum in carcere Herodis videbatur immorari, omnis moræ expers vero soli haerens caelestia omnia quam occisime per lustrabat, nunquam inquietior nunquam velocior, nunquam magis sine mora agebatur. De hac tribulationis via, Nicobulus apud Nazianz. fatur. *Altera via aspera, ardua, arida, angusta, atque obliqua est, omnisque ex parte præceptis, & abrupta est hominem virtute præstantem subvehens, ut non ante ascendendi finem faciat, quam ad summum illud præstantissimumque lumen pervenerit.* Dum in asperitatibus & tribulationibus sis, nunquam non volabis, nunquam non ascendes, donec iustitiam solidè haereas, cui hac via quam citissime astabis.

Naz.

§. II.

Ioannes Christum Dominum præcurrens, ut ei viam pararet in Eremum festinavit.

Solicitus de Præcursoris officio et nascitur cura Ioannes, ut arduas Evangelij vias percurrat, & quasi Christum in deserto Evangelium dedicantem sensisset, sic ut præcurrat Christum ad Eremum festinat. Id diuino habitu prælagiens Zacharias pater eius sic recens natum puerum dicitur alloquitus. *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis.* Ad hæc Orig. hom. 10. in Luc. *Idco, ait, reor Zachariam festinasse, ut loqueretur ad paruulum, quia sciebat, eum post paruulum in Eremo moraturum, nec se eius posse præsentiam habere.* Vix materno alio emissus erat, & iam Eremum suspiciabat, quem sciebat honorandum à Domino suo, eoque in illum ferrebatur affectu, ut fuerit patri festinandum, ne eius priuaretur colloquio. Præcursus puer Christiani Eremi veretur, nondum ipse in paterna domo agit, mensque domesticis nutritur, per trās-

Luc. 2.

Orig.

T. III. I.

in sibilo auræ tenuis Christus. Ideo ad deserti petram festinat, ex qua in omnium redemptionem agnus sperabatur ab Isia.

Rectè D. Chryl. hom. 1. in Marc. Ioã *Chrysof.* mis in desertum fugam comedans, ait. *Qui sciebat, Christum veterum, & Christum non querebat in templo, sed in deserto separauerat se à multitudine. Oculis expectantibus Christum nihil aliud dignatus est aspicere, nisi Christum.* Et quam aliam pararet viam Domino; nisi illam, per quam Dominus erat venturus? Et quomodo non respueret creaturas, qui omnium creator expectabat videre? Veniendum Christo erat per tolerantiam, per iniuriam, & in aquola, per abiectionem, per asperitates, per paupertatem, per omnium voluptatum mundialium exhibitionem. Huc ergo præcurrendum erat illi, qui viam erat Domino paraturus: hac item eundem dum est illis, qui à via Domini non longè abesse cupiunt, qui veniente volunt gaudere cum Christo. Plane Christum sperabat ille, qui aiebat Exod. 33. *Ostende mihi faciem tuam.* Sed ecce tibi diuinum responsum, *Cum pertransibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & videbis posteriora mea.* Ad hæc Cyrill. Hierosolym. Cath. 10. expendens illud, *ponam te in foramine petrae,* inquit. *Ecce ponam te in foramine petrae, cum enim exiguus sis, in sarco circumscriptus eris. Quasi non alioquin transeuntem Dominum videre posset; nisi mundi magnalia relinqueret nisi quod magnum est, quod splendidum est, quod blandum & suauis est deponens se per desertum currenti conformauerit petrae Christo.*

Exod. 33

Cyr. Ab.

§ Igitur Ioannes in Eremum festinans in foramine petrae omnibus abdicatis amplitudinibus de petra deserti aduenturum præstolabatur Christum. Et oculis spectantibus Christum nihil aliud dignatus est aspicere; nisi Christum. Pusillus ille homo Zachæus apud Lucam 19. *præcurrens ascendit arborem Sycomorū, ut videret Iesum, quia inde erat transiturus.* Quid plura? domi Christum excipiens lætans aiebat. *Ecce dimidium honorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quid aliquem de fraudatis, reddo quadrupulum.* Ad hæc D. Greg. Nazianz.

Luc. 19.

zianz.

zianz. orat. in sanctum Baptisina. *Zacheum imitare, facultates omnes tuas ingredienti Christo in munus offer, ut licet corporea aetate parvus; animo tamen euebaris Christum egregie conspicatus. O quam egregie conspicatus fuit Christum, qui aduenienti illi omnes postpositas mundiales facultates, & in paruitate corporea, spiritus attigit sublimitatem Zacheo multo felicior Ioannes, aetate corporis pulillus praecurrens ascendit condensa arborum, vastissimam rupium, ignorumque eremum, ut videret Iesum, quia inde erat transiturus. Et Christum non conspicatus; sed egregie conspicaturus, Christianos omnes labores exantlauit. Sic Nazianz. adductum explicat Nicetas eius scolastes. Queniam modum Zacheus posteaquam Christum in domo sua excepit, dimidiam quidem facultatum suarum partem pauperibus erogauit, reliquam autem retinuit, non ut ipse ea frueretur; sed ut eam quadrupli tenore restitueret, quae in iustis rationibus, ac fraude, & per calumniam collegerat. Sic tu quoque magnanimus esto, hoc est, pecuniarum contemptor, ac supra res terrenas assurge, ut magnus secundum spiritualem aetatem, quae in virtutis incremento sita est, appareas, ut quae Christiana theoremata plenè, & exactè intelligas. Sic Ioannes in minima corporis aetate pecuniarum contemptor, ac supra omnes terrenas facultates eleuatus ad eum magnus apparuit, ut nullus illo maior inter natos mulierum, ad eum magnus, ut ad egregie conspicandum Christum omnia Christiana theoremata de voluptatum contemptu & perficeret, & perdoceret. Hinc vel maximè ostendens, quam veniret in virtute & spiritu Eliae. Etenim Elias transcuntem visurus Dominum. 3 Reg. 19. operuit vultum suum pallio. Quod expendens D. Greg. ho. 13. in Ezech. ait. *Aurem intendere, & faciem operire, est vocem interioris substantiae audire per mentem, & tandem ab omni specie corporea oculos cordis auertere, ne quid sibi in illa corporale animi effingat. Solet mens nostra instar rerum corporalium sub oculis cadentium, res etiam subtilissimas, & spirituales effingere, quod ne sibi videtur Deum accideret, operit Elias pallio**

vultum. Et Ioannes alter Elias mundiales omnes deuitans delicias eremum petit Christum contempicaturus, & oculis spectantibus Christum, nil aliud dignatus est aspicere, ne quid sibi in Christo mundiale fingeret.

O quam superior Ioannis in eremo fides, Principis Apostolorum in Thabor fide! Petrus splendens aspiciens Saluatorè aiebat: *Faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum.* Quod sic exprobrat Dominus apud Timot. Antioch. ho. de cruc. & transfig. *Quid ais, Petre? tria tabernacula construere cogis? simul me, & Dominum, & simile seruus facis?* Quasi probro duceret Christus Dominus, quod sibi aliquid attribueretur creatis splendoribus simile. Meliori consilio Ioannes in spiritu Eliae oculis spectantibus Christum nil aliud dignatus est aspicere id merito precauens, ne quid sibi in Christo Domino fingeret rebus spectabilibus simile.

§. III.

Ioannes verbo Dei armatus in Eremiti difficultates profiliuit.

Cur puer vastissimi deserti solitudinem non extimesceret? Cur tenella infantis membra asperrimum amicum non pauerent? Cur inter syrtes, inhospitalesque caernas non sibi à feris, à serpentibus, à praecipitijs caueret homo? Facile D. Lucas respondit, dum ait c. 3. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.* O quam securum medijs periculis reddit hominem verbum Domini! Sonet in te Domini verbum, & facili negotio ab omni iniuria liber conseruaberis. Rubus ille à Moysè conspectus flammis undique ardentibus cingebatur, & liber virescibat medijs flammis, eo solum quia diuinum verbum cruciabat. Audi S. Hieron. de mansionibus ad Fabiolam mans. 8. *Videbimus ardere rubum, & non comburi: inflammari & Ecclesiam persecutionibus, & eam, loquente in illa Domino, non perire.* Ofoclix, super quem Domini verbum fiat in illo, loquente Domino, procul dubio non peribit; imò impaudus & audacter pericula ipsa subibit. Id quod eleganti similitudine demonstrat Rup. de

Mat. 7.

Timot. Ant.

Luc. 3.

Hieron.

Rup. de

3 Reg. 19

Greg.

Lib. III. Caput primum.

de Vi& verb. Dei. li. i. c. 4. *Fœlix qui taliter meruit gustare verbum, illū erudit Dominus, & eruditus est; docuit eū, & doctus est, doctus ad militiam, eruditus ad pugnam. Ille homo per similitudinem equus est, qui tanto fessore confusus exultat audacter, & contemnit pauorem, neq; gladio cedit; imò in occursum pergit armatis. Quid rudi equo timidiustā pascuis puerili virgę ictu fugabitur, & concludetur in caules. Verūm is postquā disciplinā nactus optimo fessore potitus est, vel sedentis ad sibilum sic audet, vt in medios confertissimos hostes sese non dubitet dare. Ita ille, super quē verbum Dñi insonuerit, tanto fessore confusus nescit timere, contemnit pauorē, in quouis pericula intrepidus prosilire audet. Quā vim diuini verbi insinuat Ioannes, dum de verbo incarnato ait. *Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylatio docēs in templo Salomonis, & nemo apprehendit eum. Quę elegāter ponderans Orig. in Ioan. tom. 18. inquit. Eius enim verba valentiora erant ijs, qui eum volebant cōprehendere. Et quādiu dicit, nemo eum comprehendit eorū, qui ei insidiabatur: sed si taceat, tum deniq; tenetur. Itaq; dum in eū Pilatus inquit, eumq; flagris cædit, tacet; si enim locutus esset, in crucem ex infirmitate sublatus non esset, quādoquidem infirmitas non inest in eis, in quibus verbum loquitur. Sic Origen.**

Ioan. 8.
Orig.

S. III.

Viam Domini paraturus, illam vt mundet, meridianoq; aestu liberet, rigat Baptismi aquis Ioannes.

Viam vniuersæ carnis corruptā nil aliud quā cineres, & aridorum serpentium proferentem latebras, totum non potuit aquarum diluuiū expiare, mundare. Post diluuiam adhuc apparuit via hominum arida, puluerē lenta, latebrosa, ab incurſu, & Demōnio meridiano infestata, Christiani baptismatis expectabat fontē; quo possit lauari, & ablato puluere antiquæ pulchritudinis recipere nobilitatem. Hūc allaturus fontē Deus verbum instabat, sed qua ipse Deus ingrederetur mundum, accurrit Ioannes predicans baptismum penitentiae, vt lacrymarū fonte

Mat.

rigata tellus arida diuinis possit patere iam plantis. Vnde eleganter D. Ambr. *Amb.* considerans peccatricem Mariam, pedes Domini lauare lacrymis, sic ait: *Bona lacryma in quibus non solum receptio peccatorum est; non solum nostrum possunt lauare delictum, sed etiam verbi celestis rigare vestigiū, vt gressus in nobis eius exuberent. Sanē puluereq; peccatorum nubes repentium aridorum latebræ maxime impediunt, quo minus verbū ad nos ingrediatur: imo illi penitus aditum intercludūt. Quod si lacrymis vias tuas rigaueris, d quot in te Dei vestigia experieris infigi! O quā crebri illius in nobis gressus exuberabunt! Hinc diuinus Ioannes verbo paraturus viam, cucurrit ad baptismum penitentiae, quo lacrymarū aquis humani pectoris puluerulētā terrā doceret rigari, & antiqui serpentis latebras emundari. Vnde pulchrē notat Chrysol. ser. 137. de bap. Ioan. *Erat Chrysol.* *penes Ioannem venias; sed non sine penitentia, erat remissio, sed lacribus comparata. Etenim lacribus perdocebat conscientias emundari, lacrymis rigabat vias omnes humanas, quib; Dei gressus exuberarent, puluere excusso, impurisq; spiritib; exhibitis. Etenim immundus spiritus, vt ait Nazian. orat. Nazian.* *in S. Bapt. ambulat per loca in aquosa, diuinaq; in fluxione minime perfusa, illic cōmorari gestit, vagatur, quærens requiem non inuenit; aquis, non secus ac legio equoreis fluctibus suffocatur. Hunc eliminaturus ē conuictu hominum præcursor Christi baptizans homines ab amenti corde lacrymarum fontes educit, quibus excutitur omnis immunditia, & orienti purissimo iustitiæ Soli aperitur via. Audebo ex prophano authore huius rei clarissimum exemplum propinare. Is est Cicero lib. 1. de diuinit. vbi Cicero.* *aquilæ de serpente victoriam sic decantat.**

*Hic Iouis altisoni subitō pennata satelles
Arboris ē trunco, serpentis saucia morsu
Ipsa feris subigit trāsfigēs unguib; anguē,
Quem se intorquentem lanians, rostroq;
cruentans.*

*Iam satiata animos, n̄ seuos vltā dolores
Abiecit efflantem, & laceratum affligit
in vnda.*

Seque

Seque obitu à solis nitidos conuertit ad ortus.

Cell.

Sustulit aliquando Ioannes serpentis mortus; sed tunc solum quum serpens callidus generationis arbore illapsus cum etos mordet infantes. Sed Proh Deus immortalis! qualis diuinissimus hic ales in serpentem escanduit! Ira percitus ardet, & mille ictibus lacerum tandem baptismum poenitentiae predicans serpente affligit in vnda. Vis videre quam affligatur serpens in vnda? Sic ait Abbas Cellens. lib. de Panibus, c. 12. *Satba tolerabilius sustinet flammam suam, quam lachrymam nostram, acrisque contriti cordis lachryma, quam flamma infernalis incendi torquetur.* Bene igitur diuinus ales serpente in vnda affligit, & lachrymis docens suffocare peccatum, arida nostrae mentis emundat terram, rigatque, ut Verbi diuini gressus in nobis appareant, seque à lucifugae Synagoga occasu Christi Domini veri solis nitidos conuertit ad ortus. Vbi enim rigata hominum via à foete serpentisque halitu mundatae sunt, nil est quod orientem Christum impediatur, & retardet.

Text. Ioannes autem prohibebat cum dicens. Ego à te habeo baptizari, & tu venis ad me?

S. V.

Regis amicus, & priuatus Regiae opinionum promouendae, ut studere debet.

Merito Ioannes eam sibi gloriam optinuit qua diceretur amicus sponsum, ut qui regum amicis, & priuatis, pulchrum vel hoc facto, dedit exemplum: quando ut Iesu auctoritati prospiceret, cum à baptismo à se exhibendo prohibebat. Et quidem maximus erat Ioannis honor, quod ipse Dominum baptizaret, sed verus amicus regis non propriae utilitati, sed regiae famae prospiciebat, ne vel ignorantibus male oleret, sed omnibus maxime probaretur. Ut se totum suis serualet maximus imperator Iesus mulierem Chananaeam repellere Matth. 15. nolens dare cambus, panem filiorum. Quid

tunc filij? Quid tunc veri regis amici Apolloni? An gauderent quod sibi solis diuinus fauor reseruaretur? Imo rogabant eum dicentes: *dimitte eam quia clamat post nos.* Sane sic amabant Dominum sic eius bono nonnumquam propagando studebant, ut metuentes ne male audiret apud gentes, quod durus illis, bonus solum tuis esset, illum anxie precabantur, ut faueret exterarum foeminarum. Sic Pascas. lib. 7 in Math. *Pro amore pijsissimi magistris, ne quasi cuiusdam durus videretur, imo ut misericors fieret, exorabant.* Hi veri amici Regis sunt, qui non sibi, sed illius bono nomini in omnibus prospiciunt. Adeo ut vbi opus fuerit, nouerint Regem ipsum prohibere ab illis factis quae infamiae notam incursum pertineant. Vnde D. Chrysost. in Psalm. 48. *boni priuati in dolem apprimere de pingit, dum veram hominis libertatem ostendere nititur, At enim. Sit Rex malus & priuatus bonus, videamus quis sit Dominus alterius, & ubi nam resplendet dominatus, quis est qui imperat, & qui parat alterius imperio. Quomodo sciemus? Rex re malam & scelere plenam priuato imperet, cui bonus priuatus non modo, non acquiescit nec obediunt, sed eum etiam qui imperat, conabatur abducere ab instituto, licet mori oporteat.* Pergit Chrysost. iuxta intentum tuum, at nobis id satis est, quod de bono priuato docet, nimirum cui ea sit cura, ad studium ut etiam cum dispendio vitae Regis malis actionibus obsistat. Et vix qui Regi charus est regemque a malis actus non prohibet. Quo refert D. Isidorus Pelus. praeproperam Ionathae ruinam. Ionathas, inquam, ille qui adeo Dabidi fauerat, qui praesidia Domini imperterritus dimicarat, qui multa bona egerat, is primus est tota Saule familia mortuus occubuit. Sed cur adeo bonus, primus occubuit? Iam loquitur Isidorus lib. 1. Epist. 371. inquit. *Angorem mihi affert Ionathae poena, qui patrem Phitonissam querentem minime prohibuerat, ob idque ante eum qui scelus ad miserat, is qui prohibere poterat in bello interit.* Nota est historia 1. Reg. 28. vbi Saul praesiliaturus aduersum Philistinum consultit Phitonissam, a quo qui charissimus Regi erat Ionathas, minime Regem prohibuit; & ideo ante

Math. 3

Pasc.

I. Sid. Pel.

Reg. 28.

V 2 Regem

Lib. III. Caput primum.

Regem qui flagitium commisit, ipse
 penas luit. Ut iam in delicias, cur rari
 sunt Regis privati, qui ante Regis fatū
 non decidunt a culmine regis amici-
 tia. Sanē proprijs studijs lucris, non
 cuprant regiam salutem. Vnius in orbe
 terrarum privati, qui etiā post trium
 Regum fatum, in regia duravit amici-
 tia, nimirum Danielus hæc vox est, c.
 5. *Munera tua sint tibi, & dona domus
 tua alteri da, scripturam autem legam
 tibi, Rex, & interpretationem eius osten-
 dam tibi.* Non muneribus, sed veritati
 studebat bonus Regis amicus, quo ful-
 cro etiam cadentibus Regibus, ipse in
 regali splendore sustentabatur, cuius
 rei pulchram ponderationem Theo-
 doretus facit. *Regum successores nihil
 de eius honore immutarunt; sed illi mor-
 te extincti sunt, at Daniel æqualem illis
 omnibus, remanentibus splendorem obti-
 nuit.*

Dan. 5.

Theod.

§. VI.

*Ioannis necis expenditur, quod in
 illa Christum præuerit
 Saluatorem.*

Occisus venit Sol iustitię Chris-
 tius ad mortis occasum; sed etiā
 illum in morte Ioannes præuenit, ex
 quo & maximam gloriam, & dolo-
 rem suum ipse Ioannes moribun-
 dus excepit. Cui non summum exce-
 pisset dolorem, sese cogens in umbrā
 & caliginem mortis descendere, cū
 Sol iustitię clarissimus in mundo pel-
 lucbat. Reuoco in memoriam Israe-
 liticos illos Dynastas, qui reuocato quo
 furore correpti Num. 25. de Moabita-
 rum cultu ad idolorum cultum ruc-
 runt. Miseri, idola coluerunt, & ea ido-
 la, quorum dolens meminit D. Stepha-
 nus. Act. 7. *Suscipistis tabernacu-
 lum Moloch, & Jydus Dei vestri Rem-
 phan.* Itaque Sol, & Syderibus flexe-
 runt genua. Quod scelus ut puniret ve-
 rus Deus Moyti iubet: *Suspende eos con-
 tra Solem in patibulis.* Sed cur contra
 Solē iubentur suspendi Principes Israe-
 litæ? Sanē ad eorum multiplicandum
 cruciatum, qui cum omnium primū

Act. 7.

Num. 25.

Soli, & astris adorationem exhibuis-
 sent, non poterant non vehementer
 torqueri, cū n se ad mortalem caligi-
 nem descendere viderent eo tempore,
 quo Sol clarissimos in mundo mane-
 bat diffundens radios. Proh dolor illu-
 minantia terras apparent sydera ab il-
 lis imprimis adorata, cū n ipsi cogun-
 tur mortis tenebras intrare? Hic illos
 maxime dolor excruciet, hic nullius
 criminis reum excruciet Ioannem,
 nimirum quod in mortis umbras ire
 cogeretur eo tempore quo explicabat
 lucis sicut radios Sol ille diuinus, quem
 ab utero matris omnium primus ado-
 rauerat. Ioannes fuit qui gaudio exul-
 tan sub virginea nube latentē fulgen-
 tissimum iustitię Solem adorauit, ad
 hoc ipse natus, ut omnes crederent per
 illum, & is manente in terris Sole, ni-
 tidissimosque explicante radios, obs-
 cura morte opprimitur? Sepulchra def-
 cendit caliginē? Odolorum maximus!
 O vis & violentia summa! Merito vio-
 lentorum primas tulit Ioannes, quim
 dicitur, *A diebus Ioannis Baptista reg-
 num celorum vim patitur, & violenti
 rapiunt illud.*

Rursum expendo allata verba: *Suspen- Azys.
 de eos contra Solem,* siue ut Vaticana le-
 ctio habet, *ostenta eos Domino contra
 Solē,* quasi diceret, ut ex D. Aug. q. 52.
 videtur posuisse inter hec alii, *ostenta
 eos palam, ut sint in exemplum.* Sic effe-
 rentur in cruce, ut eorum mors sit ob-
 oculos omnium, quam vel metuant no-
 centes, vel innoxij pro Dei amore su-
 beant. Ea fuit mors Ioannis, quę Do-
 mino ostentatum contra Solem, hoc
 est, occisum in veri Solis præsentia,
 cū Sol Chastus illuminabat orbem,
 anxie sequeretur viri innoxij. Quasi cia-
 maret cœlum, ostenta Ioanne contra
 Solem, moriatur præcursor Domini,
 ut mortis virtutes clarescant, & de-
 montrentur a aulitia Sole, ut illu mo-
 rientem aude sequantur omnes; imò
 ipse habeat sequentem Dominum. Id
 quod optime notat Nazianz. or. 1. in
 sancta lunina, explicās illa verba Ioan-
 nis, quibus proiurebat humilis Domi-
 num, dicens: *Ego a te habeo baptizari, &
 tu venis ad me!* Ad hæc Nazianz. *Fustu-
 rum,* ait, *notat, ut quædam modum post
 Ecce*

Mat. 14

Naz.

*Herodem Pilatus fureret, ita eum quoque prius vita sanctum Christus sequeretur. Ecce vobis de Maria ad summam eius commendationem canit Ecclesia, quod nec similem habere visa est, nec habere sequentem. Sed quæ est Ioannis gloria, quæ ea occumbit morte, in qua habeat Christum sequentem. Hanc gloriam ipse humilimus a se repellat, & obitupesceret dicens: Tu venis ad me? tu me sequeris, qui omnium es vivendi & moriendi exemplar, & me morientem sequeris? Christus ergo habuit pro exemplari motivo moriendi Ioannem? Absit; sed eò solum dicitur secutus Ioannem, quia eius mortem pro ligno suæ mortis præmisit. Et Ioannis obitupescit se & vita, & morte præcursorem esse tantum numinis. Iam non miror, quod Tertull. inde extollat gloriam Doctoris gentium, quod Ioannem in morte assimilatus fuerit. Hæc enim lib. de præscript. aduersus Hæretic. *Fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur* quasi nulla pretiosior tanto Apostolo seruetur corona, quam illa quæ similis morti Ioannis exhiberetur. Etenim post crucem Christi, quæ honorauit Petrum, immediatè viuis gladius Ioannis restat, qui fulgentissimè gentium iubar æternitati dederet.*

Tert.

Text. Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.

S. VII.

Qui ad perfectionem vocati sunt minutissima quoque obseruent, peragantque.

Quisquis perfectionis culmini destinatus es, cura in minimis etiã inueniri fidelis, qui enim lapis in caput anguli destinatur, non solum malleo, celo subiicitur, sed & alijs minutissimis

instrumentis, quibus calaturarum pulchritudines acuntur, & expoluntur. Hinc Hieremias exaggerat suæ perfectionis à Deo exoperata laborem, dum ait: *Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die.* Etenim lapidum alij sunt collocandi cements, alij ædificiorum frontibus & coronis, quorum ut varæ sunt sedes, ita quoque dispar eorum lauitia. Quam rudes iaciuntur in cements? Vix opifex acuminato malleo abrumpit extantia, cum ad illa saxum deuoluitur: At verò frontibus & coronis qua poliuntur industria? quoties percurrit, antequam eos velit constitutos in mole? quoties manum imponit, vertit & conuertit, operi instat? Sæpius centoculus ad circinum, & canon explorat, ne vel desit linea: tuberculos radit, acuit angulos, planiciem læuigat, celo posito & ascia, sumit stylum, lealprum, ut in minimis operis perfectionem adimpleat. Hoc opus, hic labor erat in perficiendo Hieremia, qui ut cœlestis ædificij frontibus & coronis calabatur, sic limatissimas opificis manus experitur. *Tantum, ait, in me vertit & conuertit manum suam tota die, nimirum me bis, & ter percurrere, centoculus celo posito ad circinum & canon explorabat, ne vel minutissimè quid deficeret.* Hoc ab ædificio Salomonis de umpto exemplo explicat Hieremias verba B. Paschas. Abbas lib. 3. in Threnis in littera Aleph, sic inquit: *De templo Salomonis dicitur, quum edificaretur, non est iudatus in eo malleus, nec securis, quia omnia sic parata sunt extertius, & compaginata suis percussionibus, ut singula dolata suis bene coaptentur iuncturarum locis. Et hoc est dicere, vertit manum suam omnia limando, cadendo, ac feriendo, ut possint in structura conuenire.* Expende Salomonici opificij curas & labores, quibus lapides parabantur ceterius suis percussionibus, ut singuli dolati suis bene coaptentur locis. Quibus etiã lapides viui cœlestis ædificij parandi sunt, & explorandi ad circinum, & colimandi, & expolendi, & cadendi in minimis, ut possint cœlestis corollæ in structura apprimè conuenire.

Thren. 3.

Pasc.
3. Reg. 2.

T 3 Hinc

Lib III. Caput primum.

Hinc facile constat, quàm deceat eos, qui ad perfectionem vocati sunt omnem adimplere iustitiam, hoc est, nullam quâcumvis minutissimam obseruantiam prætermittere. Etenim, vt frontibus & coronis cœlestis ædificij effulgeant constituti, & securi, & ascia, & cœlo, necnon & terebello, & limuæ, & stylulo, & scalpro, & minutissimis alijs, quibus poliantur, debent submitti. Sanè fallidiebat Marcion tot minutias Mosaicæ obseruantia, vbi minutissima quæque lege cauebantur, tot immundæ escæ, tot lotiones manuum, tot de texendis vestibus obseruationes, de bobus in tritura cibandis. Quid plura? Leuiticum consule, & inuenies à Leuitis cauenda & obseruanda millia minutiarum. Cauetur lege locus cinerû holocaustorum; materies forcipû, quibus lucernæ emungebantur, & alia eiusmodi. O sanctissima religio (irridebat sic Marcion) de cineribus! de emunctorijs! de ablutione manuum! de ore boum in tritura aptando! Hæ obseruantiole decent Sacerdotes sanctos? Hæ pertinere possunt ad hominum perfectionem & sanctitatem? Et quidem pertinent maxime; oportet enim eos, qui æterni ædificij coronis aptantur, non solum securi & ascia cedi, hoc est, grauioribus præceptis obstringi; sed etiam leuissimis & minutissimis instrumentis cælari, laugari, expoliri. Sic Marcionis ora contudit Tertull. lib. 2. *Illam, aiens, legem non durities auctoritatis promulgauit; sed ratio summæ benignitatis populi potius duritiem edomantis, & rudem obsequio fidem operosis officijs dedolantis.* Expende illud, rudem fidem operosis officijs dedolantis. Enim vero vbi rudis lapis dedolandus est, expoliendus est, pulchrisque flexuris cælatus, qualis in ædificij frontibus constitutus appareat, minutissimorum indiget instrumentorû, quibus tuberculi radantur, anguli acuantur, planicies laugentur.

Tert.

§. VIII.

Qui ad perfectionem vocati sunt minutissimas obseruantias sine periculo, & metu non prætermittunt.

A Deo docet perfectos viros omnem iustitiam adimplere, vt quauis obseruantia relicta, suæ saluti debeant vehementer timere. Is erat metus Apostolicus Matt. 19. quando totus pauidus Petrus aiebat: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* Audierat Petrus Dñm dicentem adolescenti: *Si vis perfectus esse, vende omnia que habes, & da pauperibus; & sequere me.* Et statim omnium Apostolorum animos subiit timor, quòd etsi illi omnia reliquerint, secutique fuerint Dominum, tamen nihil venderant, nil pauperibus erogauerant, & hinc de sua salute pauidi sollicitè quærun. Quid ergo erit nobis? hoc est, actum ne erit de nobis, qui nō omnia perfectionis impleuimus? Sic Eutymius ait. *Timuit Petrus sibi, & con-* *Eutb.*
discipulis, quasi ipsi minus fecissent, quia non vendiderant que habebant, nec dederant pauperibus, ideo etiam ait: ecce nos non vendidimus, nec pauperibus dedimus, sed simpliciter omnia reliquimus, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? actum ne de nobis erit? peribimus?
Et sanè multum timere debent qui vocati sunt, vt strenuè sequatur Christum, si quid obsequij, & spiritualis lucri prætermittant, si omnia perfectissimæ obseruantia decora non adimpleant. Id quod pulchrè meditatur D. Hieron. ad Fabiolam tom. 3. in adolescente illo, qui apud Ioannē post comprehensum à Iudæis Christum ibat sindone opertus super nudo. *Sindone,* ait, *opertus adolescens vincitum Dominum* *Ioan.*
sequebatur; incurrisset laqueos; nisi expeditus & nudus persequentium impetû declinasset. Nihil sibi reseruauit præter sindonem, qua super nudo opertus sequebatur Dominum, & quia vna sindone reseruata non omnia reliquerat, *Hieron.*
sub

sub tantæ perfectionis via cœpit periclitari; in dō inimicorum laqueos incurrit, sed omnino nudus manens in donem à se non ablegasset. O quàm periculosò viuat, qui simulam viam perfectionis terunt, non tamen penitus se noscant, reserua vel sindone ad sepulturam, relictis alijs quantuntuis minutissimis obseruantis. Sed vide qua è fonte manant electissimæ Saulis perditio, de qua eleganter D. Greg. Nazianz. orat. 7. *Quid de Saul existimamus? Quoriam autem se totum spiritui utendum non prœbuit, nec purè ac integrè, utonaculum ferebat, in alium virum mutatus est; sed pristina improbitas fomitis, prauique seminis non nihil supererat. Quid omnes illius calamitates tragica oratione commemorare necessum est? Itaque quia non se totum utendū spiritui credidit, quia integrè in alium virum non mutatus est, quia non nihil prau seminis supererat, miserè perijt. Væ nobis qui perfectioni incumbimus; sed minime nos totos utendos tradimus spiritui, nec integrè mutamur, multa quondie prætermittentes que ad perfectionē conducunt. Hinc Paulus Thessalonicensēs viros monet 1. c. 5. *Ipsè Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri, Iesu Christi seruetur. Dum enim integras perfectionis mensuras non adimpleuerimus, malè in aduentu Domini audiemus.**

Naz.

1. Thes. 5

S. IX.

Conum exemplum à Prælato, seu Principe exhibitum, & sanctissimum, & efficacissimum.

D Ecet quidem Prælatos & Principes adimplere omniē iustitiam, quam tunc totum verè adimplebunt, cum verba nouerint operibus verificare. Sic in præsentī Chromatius fatur. *Non ergo sui causa baptizari Domi-*

*nia venit, sed causa nostri, ut impleret omnem iustitiam. Iustum est enim ut quod quis docet alterum facere, prior incipiat, ostendens hoc esse omnem iustitiã. Quàm longissimè à iustitia aberrat Princeps, qui vitæ suæ operibus, leges minimè fulcit, qui à se non incipit ostendere leges & præcepta custoditas. Quisquis is est, metuat ne gladio perimatur diuinæ iustitiæ. Moyses Princeps Irahitici populi designatus in Madiam apud socerum agebat, & ut erat inter Gentiles, circumcisionis ritus circa filios suos minimè obseruabat. Pergit ergo Moyses ad Madiam administrationem principatus Irahitici subiturus: & ecce tibi Angelus gladio stricto, media apparet via Principem mactaturus, qui leges patrias à domo sua non ostendit custoditas. Ita August. ex vet. test. quæst. 16. inquit. *Pergebat itaque ad filios Israel missus à Deo Abrahæ, & signum iustitiæ non ferebat, in quo gloriari sciebat Iudæos. In Madian enim habitans filios suos non circumcidit. Idcirco sic infectum Angelum in se vidit Moyses, & paratum ad vindictam. Ea est in Prælato, & Principe iustitia, qua exhibendo exemplo in legum obseruantia studeant, & sanè si exemplo doceant, effrenissimos subditorum mores facili negotio trahent in bonam frugem. Quis in deborando effrenior, quàm flamma ignea? Et hæc ubi gubernatorem nacta est ieiunantem, statim ipsa nouit permanere ieiuna. Ecce vobis Elias rapitur curru igneo, ignearum flammarum sit moderator & auriga, & flamma vorax habens in se pabulum, nempe Eliam, ieiuna est, nec vel modicum nocere sciuit. Cur flamma præsentē pabulo ieiunas? Vnde tibi ieiunium impressum est? Equidem ex eo quod facta currus dedit habenas Eliæ, & aurigam ieiunatorē vidit. Huc spectat D. Ambros. lib. de Elia cap. 2. dicens. *Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuisset ascendere, regere currus aereos, nisi qui naturam humani corporis, incorruptibilis ieiuni virtute mutasset? Non equidem vorantia flammæ ora fugisset gubernator, & rector currus ignei, nisi ipse ieiunio viucret.***

August.

Amb.

Lib. III. Caput primum.

At ubi ieiunator habenas currus ignis accepit, nota flammaram voracitas euauit, & sciuit ignis manere ieiunus. Ut hinc pateat quanta Principes & Prelati iustitia teneantur, subditis exhibendo exemplo, prospicere; precipue cum de illorum exemplo subditorum facta honestatem accipiant. Matt. 12. Discipulos suos ut defendat Dominus à calumniantibus, quod spicas Sabbatho vellerent, Davidis meminit, quando lege vetitos panes propositionis absumpsit, & sacerdotis qui eos tribuit. Cur id? Eleganter Aug. q. 8. in Matth. dicit. *Notandum de eo, quod illicitè factum videretur Iudais, quod Discipulis Sabbatho spicas euulsissent, unum exemplum datum Regie potestatis de David, alterum Sacerdotalis de his qui per ministerium templi Sabbatho violant, ut multò minus ad ipsum euulsurum Sabbatho spicarum crimen pertineat. Vbi enim regis, & sacerdotale exemplum praeceperit, id sibi sanctum & iustum reputant subditi.*

August.

§. X.

Decet sapientissimos quosque piorum hominum pijs viuendi regulis subscribere.

OD I superciliosos homines, qui dum sibi sapientes videntur, traditiones piorum hominum, & deuotionis acquirèdæ obseruatiunculas & regulas fatiunt. Ego sapientiozem illum iudicatum, qui pijs moribus, & regulis, a pijs hominibus, traditis profusus subscribit. Quæ enim minoris momenti obseruantia, quàm à Ioanne Baptismus institutus? Et tamen Dei filius ad illum venit, prædicans decere se impicere omnem iustitiam, hoc est, nullam piam obseruantiam à pio viro traditam respicere. Quis obseruantias Iudeorum circa funera numeret? ibi militata erat cadaueris vntio pretiosa, & alia plurimæ obseruatiuncula. Et tamen ubi ad Christi Domini sepulturam ventum est, dicitur. Ioan. 19. quod sepelierunt eum: *Sicut est mos Iudeis sepelire.* Quod expendens Pet. Da

Ioan. 19.

mian. epist. 106. inquit *Cum ergo is qui est summa sapientia, per quam cuncta sunt condita, in his etiam rebus quæ nullius penè videntur esse momenti, traditiōnem hominum seruare non respuit: quante præsumptionis est, si discipulus qui regulam frangat, quam à sanctis Patribus traditam non ignorat? Christianissimum equidem est, cuiuscunque momenti præseruatiunculas pie à sanctis vntis traditas adamare & custodire. D. Patianus reprehensus ab Harretico quod Virgilianis versibus vntus fuerit, in primis pro se ostendit D. Paulus, qui in Actis, prophanis Poetis vntur, & tunc sic inquit epist. 2. ad Simpron. *Sic peccamus exemplo, nec Rhetores sumus, sed quantumque vocem, copiam Dei credimus.* Hæc sit Christianorum mens, quæ non superciliosam sapientiam, sed humilem pietatem colat, & quamcumque vocem pietati seruientem, copiam Dei putet, & sibi procuret arripere.*

Text. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei caeli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem supra se. Et ecce vox de caelo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

§. XI.

Qui ab aquis Baptismi ascendimus repulsum exuentes naturam, diuinorum alitum mentem ebibamus.

ECce ubi primum voce Patris Filius Dei Christus declaratur, nimirum ubi ab aquis ascendens, alitem spiritum supra se ipse declarat. Hæc prorsus omnium renatorum ex aqua conditio postulatur, si diuino Patri cupiunt

cupiunt renasci: quod reptilis naturae mores, quibus humi reptant, exuentes, altes facti caelestia solum tranant spacia. Id quod animadvertit D. Anastasius Sina. lib. 7. Examat. in eo quod Deus ab aquis in primordio fecit oriri aves, quasi innuas volatilem spiritum eorum, qui baptizantur in aquis: & in confirmationem sic loquitur Volucris desiderabat fieri qui dicebat: Quis dabit mihi pennas, sicut columbae, quae descendit in Iordanem, & volabo, & requiescam in illa requie caelestium volucrum sex alas habentium? Hæc sit unica renatorum omnium cura, ut à baptismi aquis volucres renascantur, volucrisq; spiritus motus ebibant, quibus vitæ caelestis vias queant evolare. Quod prædicit D. Paulus ad Coloss. 2. vti de renouatione baptizatorum agens hæc facit. In quo circumcisi & his circumcissione non manū facta, in spoliatione corporis carnis, in circumcissione Christi consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem. Expende illud, consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis, nimirum qui baptizantur, ita remulari Christum Dominum debent, ut sicut ille deposito prius terreno corpore in sepulchro, statim surrexit caelestis, spiritualis, & immortalis; sic ipsi in baptismi aquis sepulchrum agnoscant, vbi deposito deifico cadauere, deponant & ipsi quicquid terrenum & reptile habeant, fiantque noui alites per caelestes regiones volitantes. Sed proh dolor! quam aliter fieri dolet D. Athanas. orat. in Parasceue his verbis. Occisa est hostia propter te; & tu deseris illam ipsam immolatam aspiciens, vbi cadauer, inquit, ibi & aquilæ; sed ut canes accedimus: tanta nostra est impudentia! Conspone illud Paulianum, consepulti ei in baptismo, cum hoc Athanasio, vbi cadauer, ibi & aquilæ. Et enim eo ipso quod deifico cadaueri per baptismum consepelmur deponentes terrena, altes facti caelestia debebamus scandere. At nos miseri quando ut aquilæ ascenderemus, ascendimus ut canes.

Nec oscitanter, sed pulchra similitudine renatorum impudenciam comparat canibus, quandoquidem hi ra-

bie perciti, cum in aquis in deifico Saboris habent, non in aquis, ab illarumque vel odore vehementer diffugunt, ut mentitur D. Greg. Nizien. tract. 2. in psalm. 13. Sic impudentes baptizati, ne sine quibus agitur furtim salutem à baptismi aquis sunt orientem perdunt, excutuntur, facti rabidi canes, quando Christi cadaueri consepulti in pulchritudine induentes altes poterant ad caelestium spirituum volucres renasci. Quid plura? Notentissimum hæc deifico altes cadaveri scaturientis à latere baptismi significationem excepit, & statim reptilium mores depehens, eas simpliciter alas, quibus ad caelestes altes evolauit. Sic Anast. Sina. vbi supra. Quibus volucres volubiles de vniuersis aquis, quæ fluxit ex Iordane Domini, prima omnium volucris fuit aquila per Christum in paradysum. Vt in re renati discamus non ad reptilium, sed ad volucrum mores nos conformare, non per terrena, sed per caelestia incessanter volantes.

Christus Dominus nulli creature vim facit, sed sese omnibus communicat, ultra sibi aperitis.

Ascendenti de aqua Saluatori, ecce, ait textus, aperit sunt vultus. Et enim non eget Dominus securi aut viperni ad confrangendas creaturarum valvas, ut ingrediantur. Omnia illi patent, & statim aperuntur spontanea. Idem præsecuti meditatus est Nazian. orat. in sancta Iuliana sic facit. Ascendit Iesus de aqua securi quodammodo in te firmo educebat, & etiam mundum, & videt non diuidi caelum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluderat. Expende, non diuidi caelum; sed aperiri: etenim sic Adamus cælum concludit, sic valvas eius obfirmavit, ut penitus videretur inaccessibile, nisi prius ferro scinderentur ranae; verum ascendenti de aqua Saluatori non opus est ferro, ut caelestes diuidat & con-

Sina.

Ad Col. 2

2. cor.

Athan.

Niz.

Sina.

Nazian.

Lib. III. Caput primum.

At ubi ieiunator habenas currus ignis accepit, nota flammarum voracitas euauit, & sciuit ignis manere ieiunus. Ut hunc pateat quanta Principes & Prelati uiliter teneantur, subditis exhibendo exemplo prospicere; precipue cum de illorum exemplo subditorum facta honestatem accipiant. *Matth. 12.* Discipulos suos ut defendat Dominus a calumpniantibus, quod spicas Sabbatho uellerent, Dauidis meminit, quando lege uetitos panes propositionis abumpit, & sacerdotis qui eos tribuit. *Cur id?* Eleganter *Aug. q. 8. in Matth. dicit. Notandum de eo, quod illicitè factum uideretur Iudais, quod Discipuli Sabbatho spicas euulsiſſent, unum exemplum datum Regie potestatis de Dauid, alterum Sacerdotalis de his qui per ministerium templi Sabbatho uolant, ut multò minus ad ipsum euulſurum Sabbatho spicarum crimen pertineat. Vbi enim regium, & sacerdotale exemplum praeit, id tibi sanctum & iustum reputant subditi.*

August.

§. X.

Decet sapientissimos quosque piorum hominum pijs uiuendi regulis subscribere.

OD I superciliosos homines, qui dum sibi sapientes uidentur, traditiones piorum hominum, & deuotionis acquirēda obseruatiunculas & regulas fatidunt. Ego sapientiorem illum iudicari, qui pijs moribus, & regulis, a pijs hominibus, traditis prorsus subscribit. Quae enim minoris momenti obseruantia, quam a Ioanne Baptismus institutus? Et tamen Dei filius ad illum uenit, praedicans decere se implere omnem iustitiam, hoc est, nullam piam obseruantiam a pio viro traditam respicere. Quis obseruantias Iudaeorum circa funera numeret? ibi instituta erat cadaueris uinctio pretiosa, & aliae plurimae obseruatiunculae. Et tamen ubi ad Christi Domum sepulturam uentum est, dicitur. *Ioan. 19.* quod sepelierunt eum: *Sicut est mos Iudaeis sepelire* Quod expendens *Pet. Da*

Ioan. 19.

mian. epist. 106. inquit Cum ergo is qui est summa sapientia, per quam cuncta sunt creata, in his etiam rebus quae nullius pendere uidentur esse uoluerit, traditio ueni hominum seruare non respuit: quante praesumptionis est, si descriptioe quis regulam frangat, quam a sanctis Patribus traditam non ignorat? Christianissimum equidem est, cuiuscunque momenti praes obseruatiunculas pie a sanctis uiris traditas adamare & custodire. *D. Petrus* reprehensus ab Haeretico quod *Virgilianis* uersibus usus fuerit, in primis pro se ostendit *D. Paulus*, qui in *Aetis*, prophanis Poetae uitur, & tunc sic inquit *epist. 2. ad Simproſ.* Sic peccamus exemplo, nec *Rhetores* famus, sed quantumque uocem, copiam Dei credimus. Haec sit Christianorum mens, quae non superciliosam sapientiam, sed humilem pietatem colat, & quam eumque uocem pietati seruientem, copiam Dei putet, & sibi procuret arripere.

Text. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei caeli, & uidit spiritum Dei descendētem sicut columbam, & uenientem supra se. Et ecce uox de caelo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

§. XI.

Qui ab aquis Baptismi ascendimus reptilium exuentes naturam, diuinorum alium mentem ebibamus.

ECce ubi primum uoce Patris Filius Dei Christus declaratur, nimirum ubi ab aquis ascendens, alitem spiritum supra se ipse declarat. Haec prorsus omnium renatorum ex aqua conditio postulatur, si diuino Patri cupiunt

Sina.

cupiunt renasci: quod reptilis naturae mores, quibus humi reptant, exuentes, alites facti caelestia solum tranent spacia. Id quod animadvertit D. Anastasius Sina. lib. 7. Examer. in eo quod Deus ab aquis in primo ordo facit oriri aves, quasi innuas volatilem spiritum eorum, qui baptizantur in aquis: & in confirmationem sic loquitur *Volucris desiderabat fieri qui dicebat: Quis dabit tibi pennas, sicut columbae, quae descendit in Iordanem, & volabo, & requiescam in illa requie caelestium volucrum sex alas habentium?* Haec sit unica renatorum omnium cura, ut a baptismi aquis volucres renascantur, volucrisque spiritus motus ebibant, quibus inter caelestes alites queant revolare. Quod spectavit D. Paulus ad Coloss. 2. ubi de renouatione baptizatorum agens haec facit. *In quo circumcisio estis circumcisio non manuum facta, in spoliatio corporis carnis, in circumcisio Christi consepulti estis in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem.* Expende illud, consepulti estis in baptismo, in quo & resurrexistis, nimirum qui baptizantur, ita simulari Christum Dominum debent, ut sicut ille deposito prius terreno corpore in sepulchro, statim surrexit caelestis, spiritualis, & immortalis; sic ipsi in baptismi aquis sepulchrum agroscent, ubi deposito deifico cadauere, deponant & ipsi quicquid terrenum & reptile habeant, fiantque noui alites per caelestes regiones volitantes. Sed pro dolor! quam aliter fieri dolet D. Athanas. orat. in Parasceue his verbis. *Occisa est hostia propter te, & tu deseris illam ipsam immolatam aspiciens, ubi cadauer, inquit, ibi & aquila: sed ut canes accellimus: tanta nostra est impudentia!* Compone illud Paulianum, consepulti estis in baptismo, cum hoc Athanasij, ubi cadauer, ibi & aquila. Etenim eo ipso quod deifico cadaueri per baptismum consepelimur deponentes terrena, alites facti caelestia debeamus scandere. At nos miseri quando ut aquila ascenderemus, ascendimus ut caes.

Ad Col. 2

2. 601

Athan.

bie perciti, cum in aquis in caelestia roris habeant, horrent aquas; ab illarumque vel odore vehementer diffugiunt, ut meminit D. Greg. Nizien. orat. 2. in psal. 13. *Sic impudentes baptizati, nescio quibus agilitatibus saltitanti a baptismi aquis Iordanem perducunt, excutunt, sicut rabidi canes, quando Christi cadaueri consepulti in aquis inuas induentes ab eis poterant non caelestia spirituum volucres revolant.* Quid plura? Notentissimum laetitia deifico stans cadaueri scaturientis a fonte baptismi significationem excepit, & statim reptilium mores depelleris, eas simpliciter alas, quibus ad caelestes alites exolat. Sic Anast. Sina. ubi supra. *Ut haec volucres revolant de Iordanis aquis, quae fluxit ex Iudaea Domini, prima omnium volucris fuit aquila per Iordanem volans in paradysum. Ut hinc renari discamus non ad reptilium, sed ad volucrum mores nos conformare, non per terrena, sed per caelestia incessanter volantes.*

Niz.

Sina.

Christus Dominus nulli creature vim facit, sed sese omnibus communicat, ultra sibi aperitis

Ascendenti de aqua Saluatori, ecce, ait textus apertus sunt caeli. Etenim non eget Dominus securi aut videntur ad confangendas creaturas valvas, ut ingrediantur. Omnia autem patent, & statim aperiantur spontanea. Idem presertim meditatus est Nazian. orat. in sancta lumen sic facit. *Ascendit Iesus de aqua securus quodammodo in eis factum esse canem, & etiam mundum, & videt non diuidi caelum, sed aperiri, quod sibi ac nobis post se aliquando Adam ille concluderat. Expende, non diuidi caelum; sed apertum: etenim sic Adamus caelum concludit, sic valbes eius obfirmavit, ut penitus videretur inaccessibile, nisi prius ferro scinderentur ianuae; verum ascendenti de aqua Saluatori non opus est ferro, ut caelestes diuidat & confingat*

Nazian.

Lib. III. Caput secundum.

fringati manus, ipsae sese spontaneae & gratiosae aperiunt, & propalant. Et quae creatura non se aperit Saluatoris accipite Ioannem Xiphilinum Antistitem Constantinop. orat. de cruce haec verba dante[m]. *Diabolus, quia nihil v[er]i habet, ostia eorum, a quibus non recipitur, securi & ferro perfringit. At Saluator adeo mitis est, ut doceat, si quis vult utiire post me, ad unumquemque venit, nec cogit, sed potius pulsat, ac dicit, aperi mibi soror mea. Non ferro, non securi, non ariete vitur, aperienda sibi spontanea omnia expectans. creata; quae ut Dominus omnium peruadat, iustret. Hinc D. Athanas. orat. de Incarnat. Verbi ponderat illud in Christi Domini persona à Davide decantatum. Attollite portas, Principes vestras, & eleuamini portae aeternales. Plane, ait Athanas. nihil ille qui haec verba usurpat opus habuit referatione portarum (quippe omnium Dominus) neque quicquam erat clausum creatoni, ex rebus creatis, sed nos eramus, quibus a referatio necessaria fuit. Enim verò Christo Domino omnia aperta sunt, omnia patent creata.*

Xiphil.

Athan.

CAPUT II

De Christo Domino in Ermo à Sathana tentato.

A Jordanis alveo vicinum desertum, quem Ioannes incoluerat, ingreditur IESVS, ut Principem demoniorum ad singulare certamen prouocaret. Et quidem prouocauit post ieiuniorum quadragenam ostensa fame, lapidibus instat tentator, quibus in panes mutatis famelicum Dominum quatit. Petra autem erat Christus, & quid petra lapidibus petita; nisi ignem eructaret, qui absumeret aduersarium? bis, & ter iustauratur certamen: tandem hoste fugato, Imperatori Maximo Iesu coelestes militum Peana canunt, dulcesque cibos incipiunt ministrare.

Matth. 4.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo.

Tunc securior quis hostem aggreditur, quando omnem creaturam auxilij spem à se depellit.

Qua hostiles euadat securus ictus solitudine sese armat Christus Dominus: creaturarum auxilia defugit, ne in conflictu quod timeat, habeat. Sanè veteranus ille Iob, solus in sterquilinio mille confecit certamina: hostem contempsit acrem. Tunc hic solum pertimescens, omnes eius conuocat amicos & charos, ut solum comitentur in certamine. Quid agis Sathana? hostis es, & amicos Iobi conuocas? Si ipsi veniant, amicum suum iuuabunt? Te amicorum turba munitus facili negotio Iobus superabit. O quae vafer, quam astutus diabolus, Iobi amicos auxiliares conuocat, sciens nihil magis detrimentosum esse hominibus, quam auxilium creatum & iuuamen! Tunc infirmo iustum putabat Diabolus: tunc iustus se in hostis manus datum lacrymatur. Ita D. Ambr lib. de interpellat. c. 2. *Cum Iob videret amicos suos, aduertit à Domino datam in se aduersario tentandi sui potestatem. Cum bonis omnibus nudatus, filijs orbis, pelle exutus in sterquilinio solus agitur, hostilia contemnebat conamina. Cum autem se non solum; sed amicis cinctum cognouit, certamen cum hoste expauit, & in se aduersario à Deo datam potestatem totus pauidus praesagit. Euertit sanè homines à creaturis auxilium expectatum. De Israelitico exercitu 1. Reg. 4. dicitur. Egressus est Israel obviam Philisthim in praelium, & castra metatus est iuxta lapidem adiutory. O quam infausto omne incunt certamen! Sic D. Greg.*

amb.

Iob. 2.

Amb.

1. Reg. 4

Qua Greg.

Quia alium Christum expectare non desinunt, iuxta adiutorij lapidem castra ponunt. Non Deum Christum, sed purum hominem, cumque Imperatorem Maximum expectant, dumque sub hoc auxilio creaturae castrametantur, miserè intereunt. Sic enim ait. Inito autè certamine terga vertit Israel; & caesa sunt in illo certamine passim per agros quatuor millia virorum. Sic percunt qui auxilium creaturarum auspicantur, ne miremur, quòd Iob amicis auxiliatoribus cinctus timeat certamen, quod solus in sterquilino pro nihilo aestimaret, eò securior, quò magis omni auxiliatore erat viduatus. Id quod pulchrè adeò ostendit Abrahamus, qui cum à Deo vehementer tentaretur iugulaturus filium, qui impedire possent dimisit famulos, & solus cum solo exemit gladium. Quo in actu depingitur à D.

Zen.

Zenone ser. 2. his verbis. Intrepidus ad ministerij immolationis armatur, rimatur ad ictu vuln. eris securus animus; sed securior manus. Et cur securior manus? Sanè Abraham cum famulos omnes abiecit, solusque in tentatione manens vni Deo credens securus erat de victoria, securus de filij vita; verum eò eius securior manus, quò enssem ipsa portabat iugulaturum omnes spes humanas. Etenim ubi maior repugnantia adiutorij creati expectandi, ibi maior securitas elucet, in Abrahami pectore omnis spes creati auxilij evanuerat, sic que eius securus erat animus de promissa posteritate: at in manu erat ipse gladius, qui spem ipsam patris, nempe Isaac, iugularet, è viuis tolleret, ideò securior manus securus & certius felicitatè promittebat Abrahamo. Vide quàm securè Christianorum intentione victorias Dominus pareat, ubi docet, omni creato deposito favore in deserto & solitudine cum hoste nocentissimo pugnandum. Vt enim ait Abbas Alois. Nisi dixerit homo in corde suo: Ego solus, & Deus sumus in mundo, requiem non habebit. Sic sese homo debet armare aduersus hostes, vt in primis creatum omne adiutorium excludat, & solus, & nudus cum nudiori serpente confingat. O vtinam primus homo huius solitudinis arma sumpsisset!

Alois.

De quo rectè Ambr. epist. 41. ad Sabinum. Solus erat Adam; & non est prauaricatus. Sed cum primùm adiutricem accepit, statim miserè & se, & omnes posteros occidit. Sic lib. de Parad. c. 4. Quia adiutorij uxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter uxorem. Igitur abeste hinc omnia creata auxilia, ab omnibus desertus, in deserto cum hoste confingo, vt victoriam securus obtineam.

S. II.

Qui in solitudine prius se exercet certando cum hoste, postea media in arena palam triumphat de inimico.

Solus in desertum abiit Iesus luctaturus cum hoste. Quid tibi vult, ò bone Iesu, hæc lucta solitaria? Si luctas quæris; si pugnas appetis, ecce Hierosolymis te mille præha expectant, Pharisæorum rabidæ phalanges te appetunt, iam flagra personant in Prætorio Pilati, strident lora, perstrepunt Romanorum buccinæ, potestates acuuntur tenebrarum apud Annam, & Cayphã. Cur solitudines meditaris vt pugnes, quandoquidem tam acriter est tibi in omniũ conspectu pugnandum? Equidem, quia Hierosolymis manus cum hostibus conflicturus erat, prius solus solitudinem meditatur, exercendus in lucta, & in certamine. Mater illa Samuelis in tēplo à Sacerdote contempta forti & insuperabili animo tulit contumeliam tantã 1. Reg. 1. Et vnde femina publicè lacepsita se cohibere valuit? Vnde sexus adeò fragilis tam insignem victoriam reportauit? Id attingit vtus D. Chryso. sic fatus. *Domini Annam exprobat emula: venit in templum; & Sacerdos eam contumelia afficit, effugerat domesticam tempestatem: venit in portum, & rursus inuenit undas. Verè in patientia exercitata, demi præparata, ad præferenda maledicta, amulæque conuulsis exercitata, & in templum multam præstitit humanitatem viriliter ac magno animo scommata ferens.*

1. Reg. 1.

Chris.

Itaque

Lib. III. Caput secundum.

Itaque in domi solitudine, iniurijs & conuitijs exercitabatur, quo media in ciuitate, summa in templi frequentia conuitiatores fortiter & viriliter de triumphabat. Risit Saul 1. Reg. 17. cum vidit puerum David inermem aduersus Goliath profluentem in scamma: & ait; *Nō vales resistere Philistæo huic, quia puer es, & hic vir bellator ab adolescentia sua.* Cui David vnico argumento & suam fortitudinem & obtinendæ victoriæ certitudinē persuadet hæc dicens. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, & ursus, & tollebat arsetem de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam & illi insurgabant aduersus me, & apprehendebam mētum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos.* Et enim qui talibus victorijs in solitudine armatur, nesciet in palæstrâ acies perire armatas. Qui solus leonem vtriusque inuadit, ferarumque conflictus minimè expauct in agro, in superabilis descendet in arenam aduersus tenebrarum potestates. O quā securus in mundi palæstram ibis luctaturus cum carne, & palam triumphaturus de hostibus, si in deserto, in solitudine, in secreto prius cum vitijs conseruisti manus! Pulchrè Oseas c. 12. de Jacob, *in utero supplantauit fratrem, & in fortitudine directus est cum Angelo, & inualuit aduersus Angelum.* Non primum in arena sese ad pugnandum parauit: nullus in palæstra excepit conflictus imparatus, iam prius medijs vteri tenebris pugnas, certamina, conflictus cum fratre fuerat meditatus; sic inuincibilis in arena cum Angelis cōseruit manus.

Insuper, cum ipse Jacob fratris manum armatam expauesceret, antequam illi approximaret Genes. 32. præmissis omnibus, *mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo.* Quæ hæc lucta Jacob? Eleganter Clemens Alex. 1. Pædag. c. 17. eam declarat, *Remansit, ait, Iacob solus, & luctabatur cum eo homo, nempe pædagogus usque ad matutinum: hic erat homo qui agebat, & ferebat, qui vni exercebatur, & exercitorem Iacob aduersus malignum iniungebat.* Sanè pædagogus solitariè pupillum docet, vt in publico vincat certamine.

Sic quos Deus amat prius vt pædagogus in secreto exercet, & quicumque vincere cupis in stadio, prius in solitudine sis tibi pædagogus docens te ipsum vincere certamina.

Text. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

J. III.

In pugna & certamine cum vitijs multum diuque herendum, & incumbendum.

Huad bene dicebat ille Horatij merca Hor. *tor, nimum Militia est potior, concurratur, hora Momento, aut cita mors venit, aut victoria laeta.*

Sic qui militiæ spiritualis tyrocinijs fatigantur, existimant; sic innumeri heretici & has fastidentes vellent vt mundo renuntiantes, Christoque duci nomen dantes quam primum bellis confectis arma ponerent, & triumphantium penetralia subirent. Verum non horæ momento victoria venit laeta, sed post longos exanthlotos labores, post crebras vigilias, post fames mille. Sanè Israëliticus exercitus vnus noctis spatio ægyptiorum excussit iugum, seque in desertum dedit: at in deserto quot dies, quot annos consumit? Id ad humanos mores trahit Ricardus de Ricar. *sancto Victore de exterminatione mali tract. 1. c. 12 Proculdubio non est eiusdem facultatis & facilitatis Aegypto exire, & Eremum pertransire, mundum relinquere & seipsum vincere.* Illud vnus diei opus est, hoc vix post multa tempora explemus. *Durum difficile grande se ipsum bene inspicere, & plenè despiciere, perfectè probare, & penitus improbare.* Hic labor, hic gemitus. Hoc legule cuperem quicumque suffocato poenitentia aquis Aegypto, eremi tationes & bella cum Christo ingreditur. Sanè suffocare peccata vnus diei, imò vnus horæ

horæ opus est: aut eremum pertrahere, hoc est, triumphatum requiem acquirere, hic labor, hic genus, hic mille fames, hic prælia mille. Sodomis egressus Loth longam confecerat viam laborioso inueni pedes insudauerat, & post hæc partem ciuitatem attingens, ait Textu. Genet. 19. *Sol egressus est super terram & Loth ingressus est Segor.* Id quod eleganter notat Hieron.

Gen. 19

Hier.

epit. 4. 6. ad Ru. uicem inquit. *Neque enim Gomorrhæ & erroris habitator statim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham amicus Domini cum Angelis suscepit Deum & Ioseph fratres pascit, in Aegypto, sponsusque audit à sponsa ubi cubas ubi pascis in meridie? O quam filluntur qui cum se à peccatis facile expediri videant primo volatu inter Angelicos spiritus euolare præsumunt, à Deoque cœlesti pabulo sustentari. Non enim à tenebris noctis ad meridianam lucem perueniunt, nisi longissimis auroræ superatis crepusculis; antequam cœlesti mensæ recumbas, dū tibi in Eremi via morandum, multorum dierum sustinenda sunt fames, mille inuenda & vincenda certamina. Etenim dux noster Christus Dominus non horæ momento; sed multis diebus ieiunus & vigilans laboribus & tentationibus in eremo patuit, antequam Angelorum exciperet comitatem. In quo maxime te filium Davidis declarat, qui ad Regni clauum repete vocatus, antequam clauum Regni teneret mille pertulit configi tribulationum clauis, in desertis caueris exulans, speluncis latitans, siti fameque afflictus crebro appetitus certamine. Vnde scripturus Matthæus ærumnas, labores, tentationes, ieiunia Christi Domini pulchre exorditur liber generationis Iesu Christi filij David, ut inueneret quam Christus Dominus in desertis, in cauernarum habitatione, in siti, in fame, in tentationibus patisset. Id quod eleganter attingit D. Anastasius hom. de semente. *Fuit igitur apud Priscos Rex quidam David, principio quidem Pastor, postmodum Rex à Samuele ad regnum munctus, verim qui non statim ad Regnum peruenerit, et qui multis interim annis seruiert Sauli. Patiebaturque**

Matt. 1.

Ath.

ille infans Saulis: congruum siquidem erat proauum sui nepotis aliquas similitudines in se. præferre, atque tunc est illud liber generationis Iesu Christi filij David. Hæc itaque est Christi dū omnium generatio, et vocatus quis ad coronam & requiem non statim gessit illam præripere, sed in deserto & solitudine diu oberrans se ieiunus, laboribus, & vigiliis exercere, milleque aduersus infelissimos hostes inerat certamina.

J. III.

Vt probantur Deo quicumque arduam & angustam, desertamque cœli viam ingrediuntur ieiunij, sit qui in ieiunio minime durant reprobantur.

Quis desertam paradisi viam non ieiunus ingreditur, cum cœlestis Adam. Christus Dominus quadraginta dies in deserto ieiunauerit. Planè, qui desertam cœli viam terunt, hoc maxime Deo probari concupite paradisi quieti appropriabunt, si ab esca abstineant, & ieiunij vacent. Hinc pulchre Amb. de Eliâ. & ieiunio c. 4. *Amb. Gula de paradiso regnantem expulit; abstinencia ad paradysum reuocauit errantem. Ideo Israëliticus populus per desertum gradens nil magis ob oculos habuit quam ieiunium, erraturus à via, si se gula traderet. Hoc sibi facile persuadet ille qui notauerit ligneam Moysis virgam, & æneum serpentem fuisse instrumenta omnium miraculorum signorum ve in deserto. Cur enim Deus deserti habitatoribus signa & miracula dedit per vnam ligni virgam, & per serpentem? Eleganter ad rem præsentem respondit D. Anastasius Sinaita in Exameron. lib. 10. *Ea de causa ad eos admonendos, & ad reuocandum eis in memoriam ea que facta sunt in paradiso, eis diuersa exhibuit prodigia per serpentem, & lignum. Quando quidem serpens, & lignum obiecta homini esca, paradysum desertam facerent, nosque in terram desertam inuiam & inaequalem**

Amb.

Sina.

Lib. III. Caput secundum.

tam ablegauerant, ideo desertum iter colentibus, crebro repetitis miraculis & lignum & serpens obijcitur, ut cum cibi recolerent damnum, ieiunijs nitantur ad paradisi requiem commigrare. Prodigus ille iuuenis apud Luc. 15. diu oberrans per montes tandem fame stimulus hęc ait. *Ego hic fame pereo, surgam; & ibo ad patrem meum.* Vna illum fames potuisset errantem in domum patris reuocare. Sic Petrus Chrysol. serm. 2. *Fames reuocat, quem saturitas extulerat; fames illi patrem dedit, sapere & si tantum prestitis vel inusta fames, probate quid voluntarium posset prestare ieiunium?* Equidē ieiunium desertam cœli viam replet hominibus, quos certo & secure transmitteret in terram desideratam.

Luc. 15.

Chryf.

Tert.

Amb.

Iren.

o vtiā Israel in deserto ieiunasset! Vtiā ligni, & serpentis memoria præcipitium gulę cauerent, sed gulę impatientes sui salutem fecerunt desperatam. Sic Tertul. lib. de pat. *Israelitis gulositatem in cremo taxat Post manne escatilem pluuiam, post petre aquatilem sequellam desperant de Domino tridui sitim nō sustinentes.* Desperata res est, vbi ieiunij nequit inueniri tolerantia, frustra operationem diuinam expectat, qui cibi, & potus penuriam sustinere non valet. Hinc Ambros. vbi supra ponderans, quod sexto conditi orbis die sequefceret Deus ab omni opere, eam istius rei suggerit causam, nimirum quod tunc primum animal condiderit manducaturū. *Sexto die, inquit, bestia sunt creata, & cum bestijs orta edendi potestas est, & usus escarum. Vbi cibus cepit, ibi factus est finis mundi. Ibi cepit sua in crementa nescire, ibi ceperunt diuina circa vñ opera feriari. Quo iudicio declaratum est, quid per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt augeri.* Non enim operatio Dei adest, vbi ieiunij intolerantia, vbi fames, sitisue non sustinetur. Quid plura? Ipsa Dei mater non probatur filio, dum apud Canā festinat sitim præuenire nuptiarum, ne sentiat. Accipite Irenæum cum grano salis. *Properante inquit, Maria ad admirabile vini signum Dominus reuellens festinationem dixit, quid mihi, & tibi*

mulier, nondum venit hora mea? quasi in sanctissima & innocentissima matre cœlestis Adam antiquę mulieris præcaueret hortatus, quid mihi, & tibi mulier? Quid accelerare potum persuades, cui ieiunium placet? Festinatam escam potum ve fastidio, eturiant sitiāt homines, famem sitimque discant tolerare, tunc tēpus & occasio aderit, qua à me possunt bonis optatis cumulari.

Text. Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

§. V.

Demon plus timet Christum ieiunatorem, quàm Deum glorificatorem.

Non irruit, & insultat in Iesum aduersarius; sed pedetentim accedit quasi timidus & cautus. Quid times Satana? An non ille venis, qui temerarius in sedem diuinitatis audes, ais enim, *ponam in nubibus solium meum; Iesai. similis ero altissimo?* An non ille es, qui sub vituli forma Israeliticum populum ad te traxisti, eo ipso in mōte, vbi Deus Opt. & Max. suam illi gloriam & omnipotentiam manifestarat? Sic mirabundus ait Psaltes 105. *Fecerunt vitulum in Oreb: & adorauerunt sculptile. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedētis fœnti.* In Oreb, inquam ait Theodoretus, *vt impietatis hyperbolem doceret, quandoquidem Dominus vniuersitatis in monte illo apparuit.* Etenim in Horeb Deus suam gloriam & omnipotentiam Israelis genti manifestauit, ibi tonante cœlo legem dedit, ibi gloriosam reddidit Moyſis faciem, & summis bonis vniuersum populum ditauit. Et ibi illi cōtento glorificatore Deo adorauerūt vitulum comedentem eorum carnes. Quid igitur, o vitule Satan, times ieiunium in deserto & plenum macie, quę gloriosum & omnipotentem & fulgurant-

Deut. 33

gurātem in Horeb audes spernere? An qui post fulgura, post signa post Angelorum buccinas personantes, non tibi eripuit Israelē, eripiet post ieiunia, post Eremi fames? Et quidem eam in Domino virtutem prælagit Iacob dū Deut. 33 sic Christum adumbrat in Iosephi capite, quasi primogeniti tauri pulchritudo eius: sic bellicolam virtutē, ut ait Glossa, & Hugo, insinuat instar primogeniti tauri. Quid plura? accipite forusimī semel in certamine victi astutiam tauri virgiliano pleetro dulciter decantatam 3. Georg.

Virg.

*Victus abyit longeq; ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam plagasque
superbi*

Victoris: tum quos amisit in vltus amores:

Et stabula aspectans regnis excessit auitis.

*Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernox in strato saxa cubili
Frondebis virsutis, & carice pastus
acuta:*

Et tentat sese, atque irasci in cornua discedit

*Arboris obnixus trunco, ventosque la-
cessit*

*Ictibus; & sparsa ad pugnam prolludit
arena.*

*Post ubi collectum robur, viresque re-
ceptæ*

*Signa mouet; præcepque oblitum fertur
in hostem.*

Quæ horum non exercebat Christus à regnis auitis exulans apud desertum? Ibi longè ab oculis remotus multa gemit, ignominiam, stragemque superbissimi victoris, sese omni cura exercet, pernox agit dura cubans in humo, laboribus, fame, siti que vires quo ad nos tentat. Hos ergo labores, has fames suspectas vehementer habet antiquus ille vitulus & timens cum tanto ieiunatore conflictus, totus tremēs accedit, & hæsitabundus quærit, si filius Dei es? Ad quæ D. Hilarius. *Anceps sermo est, si filius Dei est licet esurietem videret; quadraginta tamen in eodierum ieiunium pertimescebat.* Quid mirum? Putabat esse primogenitum tauri, & quem in Horeb tonantem & gloriosum sponsa viduare fuit ausus,

Hil.

modò in deserto ieiunantem laborantem meritò pertimescit. Vnde prudēter D. Athanas. lib. de Virg. suggerēbat virginibus ieiunium, dicens. *Quisquis ab immundo spiritu vexatur, si hoc animaduertat, & hoc pharmaco utatur, ieiunio inquam, statim spiritus malus oppressus abscedet, vim ieiunij metuens.* Sed non mirabor quod diabolus ieiunatorem expaueat, cū inde ipsa deitatis potentia cōmendetur, quod à ieiunatoribus colatur. Sic D. Pantaleon orat. de luminibus sacris expendit reuerentiam exhibitam à Ioanne, Christo domino illis verbis. *Ego à te habeo baptizari?* Ecce quem sibi diuina potentia subdat. *Qui Phariseos baptizabat ab eo rogat baptizari, qui Saduceis erat formidabilis, ad illius aspectum assurgit, fleēit genua: ieiunio clarus ab eo qui nō ieiunauit, benedictionem querit.* O ingens ieiunij excellentia quando diuina exaltatur virtus quod à viris ieiunio claris colatur!

S. VI.

*Deus iustos homines accessu faci-
les reddit tentationi,
erumnis.*

Quam faciliter tentator accedit! non arcte opus habet, ut aditū sibi per muros æneos paret; sed simplici gressu omnia aperta habet, dummodo accedat iustorum probaturus fidem & gratiam. Semel Deum cunctatē de Iob, an illum sui hostis permitteret manibus tentandum mirabū dus obloquitur aduersarius. *Pelle pro pelle, & vniuersa que habet dabit homo pro anima sua* Quasi diceret ait B. Paphias. *Quid istum passionibus ac tentationibus dare retrahis, cum vniuersos sanctos tuos quasi pellem pro pelle quandoque daturus es in passionem, & vniuersa que habent pro animabus eorum?* Meritò alienum putat à Deo, quod aliquē iustum non permittat tentari, quod cunctetur & difficilis sit in dimitendis iustis, & pijs hominibus in tentatione. Nam is est Deus, qui antè tenta-

Iob. 2.

In Thre. lib. 3.

tiones

Lib. III. Caput secundum

Amb. tiones parauit, quàm homines con-
dierit, ne vel ad horam essent sine il-
lis. Quod pulchris verbis D. Amb. no-
tat lib 5. Exam. c. 1. vbi maris, terra que
fructus & diuitias conditas ante homi-
nem sic luget. *Vae mihi ante hominem*
cepit illecebra, abundantia copiarum, no-
stra mater luxuria, ante hominem deli-
cia. Prior ergo hominum tentatio, quàm
natura. Quomodo ergo negaret ho-
minem tentatori, qui antè tentatio-
nes parauerat, tentatoris arcus teten-
derat, quàm homines efficeret? Imò
nil magis cordi est Deo, quàm tenta-
tionum formidini locum dare, aditū
Matt. 4. aperire. Matth. 4. Discipulos recepit
Dominus in nauicula, & vix linthea ex-
pandit. *Et ecce motus magnus factus est*
in mari, ita vt nauicula operiretur flu-
ctibus; ipse verò dormiebat. Quid est
quod Dominus dormit, cum venti
exsurgunt, nauiculamque fluctus sor-
bere incipiunt? Rectè Chrysost. in Ca-
Chrys. tena. *Erat autem hæc turbatio typus fu-*
turarum tentationum: vt ergo daret lo-
cum formidini, ipse verò dormiebat; & se
somno, & discipulos dabat tentationū
fluctibus; dormiebat Dominus, vt li-
berum locum tentationi relinqueret,
ne quod impedimentum tentatio in-
ueniret, quo minus sanctissimos inua-
deret & circumageret discipulos. Ha-
bes iuxta hoc quid mireris in filiorū
Iob præpropera ruina: intra maioris
domum coegerat omnes germanita-
Iob. 1. tis conuiuium. *Et repente ventus vehe-*
mens irruit à regione deserti, & cecussit
quatuor angulos domus, que corruens op-
pressit liberos; & mortui sunt. Iob. 1.
Proh dolor! Vnus & solus ventus à de-
serto proficiens domus quatuor angu-
Ezech. los quatit? Sanè Ezechiel. c. 37. vt ex
37. arentibus ossis viuidos homines effi-
ciat, sic iubet à quatuor ventis veni spi-
ritus, & ex suffla super interfectos istos,
& reuiuiscant. Cur per quatuor mun-
di angulos venti quatuor iubentur ve-
nire? Non ne vnus sufficeret quatuor
angulos atillare? Quandoquidem apud
Iob vnus ventus quatuor domus an-
gulos contriuit? Pianè iustorum do-
mus difficiles aditus & obtrusos præ-
tenunt saluti, incolumitati, & vix à
quatuor ventis ægré & difficulter il-

lam recipiet. Verùm morti, contritio-
ni, ærumnis adeò faciles & præuiae sūt,
vt ab vno vento accedēte possint om-
ni ex parte redigi in cineres. Habent
iusti in ærumnis, in morte Deum gau-
dētē, in incolumitate & salute lachry-
mantem ipsum: sic ab ærumnis facile
inueniuntur; à salute difficilē. Etenim
de defuncto Lazaro aiebat Dominus
Ioann. 11. *Lazarus amicus noster dor-*
mit: & gaudeo propter vos, quem post-
modum ad vitam reuocaturus infre-
muus spiritu; & lachrymatus est. Quo
circa D. P. Chrysol. serm 64. *Qui aixe-*
rat Lazarus mortuus est, & gaudeo, de
quo gaudet mortuo, ipsum cum resusci-
tat, tūc lamētatur. Ne mirens, si mors,
si ærumna, si tentator accessum facile
ad viros iustos habeant. Vbi Deus gau-
dio plenus liberam illis accedendi re-
linquit potestatem.

Ioan. 11.

Chrysol.

§. VII.

Deus viros iustos duriter excipit,
vt quamcumque duritiem sine
culpa illat am ament.

Q Vis non in tentatorem durum
& crudelem scandescerit, quan-
do famescenti viro lapides prætendit
deuorādos? Dic, ait, vt lapides isti panes
fiant, ad lapides eosque durissimos fa-
mescētē virum remittis, o pessime
tentator? Sed & Deus lassum iustum
in deserto excepit duro lapide. Enim
vero Iacob Dei causa peregrē profe-
ctus Genes. 28. non inuenit vbi quie-
scere posset præter lapidem, quem ca-
piti supposit. Id quod notans D. Hie-
ron. in consolatione ad Iulianum, val-
de mirabundus ait, *Cur Deus ad se pri-*
mò venientem ita duriter excepit? Las-
so viro iusto lapidem Deus porrigit,
vt famescenti tentator, vt hinc omnes
& duritiem & asperitatem oblatam
amemus, quandoquidem nulla tanta
erit, quæ nobis à Deo non possit ea-
dem propinari. Cùm Iacob post mil-
le exanthilatos labores apud socerum
rediret in domum patris sui. Ecce ti-
bi in medio nocturno timore Domi-
nus

nus *luctabatur cum eo*. Proh Deus immortalis! Sic hominem iulum affligis: sic tuos seruos mactas? Hiccine tuus est amor in homines? Cur, ita dure eos impugnas? Pulchre D. P. Chrysol. serm. 147. *Iacob fugientē solatur Deus in somnis, redeuntē in pio certamine provocat, uictoris constringit amplexu, ut amaret partem certaminis, non timeret.* Quis non amet certamina à Deo illata? Quis non diligit duritiem, asperitatem, quam Deus etiam propinat & cōmendat? Ne timeas, homo, lapides in tentatoris manu, ne hostiū tela expaucas, imò ama illa, Deus tibi amantissimus hæc infligit. Sic Irenæus lib. 3. c. 22. *occulte quidem, sed potenter omnia manifestans, quoniam occulta manu expugnabat Amalech, propter hoc & pueros eripiebat, qui erant in domo Dauid, ut eos prætmitteret in suū regnū.* Quod semel palam fecit Deus pugnans cum Iacob, ut illum in luctarum & tentationum amorem traheret, hoc occulte in dies facit se se certaminibus, luctis, laboribus, ærumnis, vulneribus immiscet, & quæ tu tela ab hostili manu contorta putas, non nisi à Deo amantissimo proficiscuntur. Sic Herodis, & Iudæorum ferocientium putares manus, quæ innocentes pueros dilacerabat: at erat manus amatoris diuini, quæ puerulos hos seligebat in Regnum 1. Reg. 4. percussis & interfectis à Philisthim Israelis copijs: *dixerunt maiores natu Israel, quare percussit nos hodie Deus coram Philisthim?* Sancte & prudenter spicula & tela, quibus affligebantur à Dei occulta manu contorta & eiaculata auspicantur. O si nos in ærumnis, in persecutionibus, in tentationibus Dei manum perspiceremus, quā intrepidi hostiles incurfus sustineremus, quā auidè suggeremus mel de petra, oleumque de saxo durissimo! Deut. 32.

S. VIII

Diabolus diuinitati inuidens cibos Christo porrexit lapides in panem, non in hominem commutandos.

Licet modò expendere tentatoris

astum, qui exploraturus Dei potentiam ait, *dic, ut lapides isti panes fiant*. Sed vana & stulta ista exploratio. Quid magnum, quòd panes ex lapidibus fiant? Facerent id Magi, qui veros serpentes & verum sanguinem fecerunt in Ægypto, ut multorum fert opinio, vel faceret Angelus, non ergo ex hoc præcisè insinuaretur virtus & efficaciam diuina. Vnde acutè D. P. Chrysol. serm. 3. hic in quæstionem vocat tentatorem sic inquit. *Quare non dixit dic ut homines fiant; sed dic, ut lapides isti panes fiant?* Sanè hoc diuinam potentiam vnice commendat quòd, *potens sit ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* Matt. 3. ex hoc euidenter colligere posset tētator, an Deus esset homo ille. Cur ergo non dixit, dic ut lapides isti homines fiant? An hunc cibum diuinitati diabolus inuidit? Planè, inquit P. Chrysol. serm. 2. *sic dicendo diabolus hominē vult monstrare, non Deū, non cibum parare vult.* Quasi diceret faciēdo panem hominem inescabat ad laqueum; Deo autem proprium cibum, nempe homines inuidus non parat imò nec audet nominare. Huc illud spectat Tertul. aduersus Gnosticos. *Quis non beatum amplius reputasset, quem Deus comedisset?* Quandoquidem caluerat sciolus ille beatos tunc fore homines, cum ad eò comestū ē lapidibus in filios Abrahæ erant immutandi, astutè cauet, ne esurienti Deo homines fiant. Hominem enim monstrare vult, non Deum, non cibum parare vult inuidens Deo, quod homo illi fiat cibum.

Sibi lectissimum cibum diabolus parat ex saxeis hominum cordibus. Id quod D. Paulinus epistol. 4. ad Seuer. lachrymatur, ad Sansonis exemplum hominem quemlibet peccatorem figurans. *In semetipso, ait, pristini ergastulum patitur, saxum cordis sui pertinacia iniquitatis induratum quasi molam versat, farinam hostibus suis de corrupta anime sue fruge conficiens.* Ecce à saxeo hominum corde qualem cibum, qualem farinam, nimirum hominis animas sibi conficiat noster aduersarius, quarum sapore inescatus,

Chrysol.

Iren.

1. Reg. 4.

Chrysol.

Tert.

Paulin.

Iud. 4.

Lib. III. Caput secundum.

innidens Deo animarum cibum, dum lapides profert, nullum de hominibus verbum facit. Et quidem dum filius Dei est, quid aliud hac eturitione protenderet, nisi ut D. Hilarius ait *esuritionem se habsturum humane salutis?*

Hilar.

Me me eturis o bone Deus, meum lapidum cor aues degulire, ut in tuę carnis molitudinem transmutet, ex saxoque durissimo filium Abrahami constituas. Recte D. Bern serm 71. in Cant.

Ber.

Cibus eius penitentia mea, & cibus eius ego ipse. An non cinerem tanquam panem manducat? Ego autem, quia peccator sum cinis sum, ut manducet ab eo. Mandor cum arguor: glutior, cum instituor, decoquor, cum immutor. Et quam immutor? Saxeus sum, durus sum, amarus sum, mandor a Deo, & fio humanus, blaudus, suavis, dulcis. Huc spectat illud Iudic. cap. 14. anigma, de comedente exiit mel, de forti dulcedo.

Iud. 14.

Paul.

Quod sic D. Paulin. ubi supra edisserit, ut totam nostram felicitatem przlagiat inde. *De edente, ait, esca sic exist, quia leo de Tribu Iuda ex ore nos aduersi leonis eripiens ideo venatur ut seruet, mandit, ut integret, hoc in nobis edens quod corrumpitur. Quamobrem optemus huius leonis prada fieri, ne simus prada leonis inimici. Edente enim Christo in nobis absamitur quod consumitur: Christus etenim vita est, & mortale hoc non poterimus deponere, nisi absorbeamur, quia mortem nostram deuorat Christus. Sic ergo de potente exiit dulce, cum amaritudine malitie nostre per ipsam in dulcedinem commutata, dulcis a verbo eius esca procedimus qui nos edendo, consumpto peccato, reparauit ad vitam. O quam exitiale erat diabolo quod satiaretur*

fames diuina! quare non petit homines fieri, quia esurienti Deo cibum parare formidat.

(:)

S. IX.

Sic peccata castigare debemus, ut post modum quamlibet minimam remotissimam umbram suspectam & inuisam habeamus eamque effugiamus.

O Quoties in presenti sermonales exclamations audiui, quibus tetratoris siue penuria, siue auaritia notabatur, quod etiam ad gulam in escandam nihil prater lapides porrigeret. Papę diues iste & largus in tentationibus, optasset ipse, ut pollet cōdita vina, dulcissimos dapes, odoros, pulchrosque fructus proponere, quibus vel saturum aliceret. Non tamen sustinuit cœlestis Adam eremi cultor, quod sibi ob oculos proponerentur a tetratore cibi. Ecce tota reparandi a Christo hominis ruina vnde habet originem Genet. 3. *Vidit Gen. 3. mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile; & tulit de fructu illius, & comedit. Ut vidit, ut perijt: quā gulā sic secundus homo Christus castigat lachrymis, ærumnis, ieiunijs, ut quia visus pomi fuit causa ruinę, cuiuscumque cibi etiam panis visum suspectum habeas & inuisum. O si nos castigaremus concupiscentias antiquas, quā horreremus concupiscentie etiam minima. Sanē David post concupitā Bersabe, post adulterium in se acriter punitum concupuit aquam de cisterna Bethlehem. 2 Reg. 23. Ergo adducitur aqua illi, quā profundens libauit eam Domino. Cur hoc eleganter & prudenter Eucherius, ut alias dixi, ait. *In sacrificium quippe Domini aqua effusa conuersa est, quia culpam concupiscentie maculauit per penitentiam reprehensionis sue. Qui ergo quondam concupiscere alienam conjugem nequaquam timuit, postea etiam quia aquam concupisset expauit. O quā facit peccati penam homines cautos, & in minimis etiam timidos; qui grauis concupiscentie penam expentur, merito cauet sibi a concupiscenda aqua, illamque Domino libat. Lot etiam Sodomiticam suam exhortuerat, pessimamque egressus erat ciuitatem; tamē in confinio regionis, in paruo opido licere sibi manere a Dño deprecatur. Ait enim Genes.**

2. Reg.

23.

Euch.

Gen. 19. Genes. 19. Numquid non modica est ciuitas haec & saluabor in ea? licuit igitur Lot per Dominum ibi manere, & tuto commorari. Verum cum incendiū vidit ciuitatum, cum iustum & terribile Dei iudicium supra Sodomā aduertit. Ascendit Lot de Segor, & mansit in monte (timuerat enim manere in Segor.) Quid modo times Lot in Segor inhabitare, & fugis ad montem? Nonne forte in monte apprehendet te aliqua malum? Nonne haec ciuitas parua & modica est & viuet in ea anima tua? Hoc dixerat Lot ante expertum terribile Dei iudicium; sed post visum ignem complutum, post vxorem factam salem, etiam parua & modicā expauit ciuitatem, nullamque nec in paruis credit inesse posse securitatem. O quam cautos viros faciunt monumenta pœnarum! quam timidos etiā in paruis etiam in securis! etiā in remotis! Aquam Bethlehemiticæ cisternæ per tres fortissimos milites allatam cū expauerit Dauid aiebat 1. Paralyp. 11. Num sanguinem istorum hominum, qui profecti sunt, & animam in periculum bibant? Vbi elegāter D Gregor. Magn. in Regill. lib. 9. indict. 4. cap. 39. Qui prius pro culpa sua morientium militum sanguinem fundi non timuit, postmodum si aquam bibisset, etiam viuentium militum sanguinem se fudisse iudicauit. Sic militis sanguinem effusum pertimescebat ebibere, vt etiam se arceret à bibenda militum aqua, & quicquid militum esset concupiscere formidaret; etiam aquam Quibus facile intelliges illud diuina cautum lege Genes. 9. Carnem cum sanguine nō comedetis; sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, & de manu viri, de manu fratris eius requiram animam hominis. Quasi dicat ecce me vltorem sanguinis humani constituo: vā illi qui sanguinolentas homini manus intulerit, non liber euadet, nulli dabit pœnas, peribit proculdubro. Quorsum hæc? vt homines ab esu cuiuscumque sanguinis abstineāt. Etenim qui humani sanguinis effusi pœnas & supplicia videt, manantem sanguine expauescet palumbum, san-

guineamque escam repellet fastidiens. Hæc vtinam obseruassent Israelitæ illi, quos vel ciborum memoria redegit in cineres, quandoquidem, vt notauit Tertull. aduersus Pnychicos, *ma-* Tert.
nent adhuc monumenta concupiscentie, ubi sepultus est populus carnis au-
disissimus. Non in mortem iuit popu-
lus, quod caribus vesceretur, quod
auide carnes voraret; sed quod con-
cupisceret, quod sibi carnes medita-
retur, cibisque inhiaret Aegypti. Id
eleganter in rem præsentem ponde-
rat D. Ambros. lib. de Elia & ieiunio Amb.
c. 8. fatus. Omnes ille tribus Patrum
cum de petra biberent aquam, manna
manducarent, gentes validissimas vive-
runt, & non erat illis ullus infirmus;
ubi verò carnes desiderare ceperunt, &
desiderijs in Aegyptum conuertebantur,
nequaquam ex tot millibus hominum
in terram promissionis præter duos per-
uenire potuerunt. Ecce tibi homines
hominum stultissimos, quandoquidē
experti aegyptiam captiuitatem & af-
fectiōnem, ab illaque liberi ad ci-
bos eius & ollas respicere non dubita-
bant, quibus vel ipse Aegyptifumus
deuisset esse pauor. Sed ò quā vnus
peponis Aegypti memoria omnes va-
pularunt ad sepulchrum, imò ad ba-
rathrum concupiscentiæ rapti. Me-
lius pro illis diuina prouidentia dis-
posuit, quando Aegypti escis eliminatis
scaturientem petram obtulit, ex qua
sibi potum dulcissimum capere, quā-
que cum alterius potus inmemores
lambunt, O quam validi hostium vi-
ctores! o quam insignes victorias re-
portarunt! Hoc vincendi ingenium
omnibus vtilissimum, vt suggereret
diuinus athleta Christus antiquam ho-
minum gulam dura media castigans,
nullum sibi cibum à tentatore of-
ferri patitur; sed tantum lapidē,
vt iam inde veri Israelis vi-

torie daret auspi-

cium.

Lib. III. Caput secundum.

Text. Qui respondens dixit,
scriptum est, non in solo pane
viuit homo; sed de omni
verbo, quod procedit
ex ore Dei.

S. X.

*Tum instat hostis, hoc unum cu-
ra, vt expugnes illum, ceteris alijs
lucris siue temporalibus siue
spiritualibus posthabitis.*

Non antea prædicat Propheta cō-
flandas lanceas in vomeres, quā
post bellum finitum, quando pax al-
ma præluet. Dum hostis est, suspe-
ctus tibi sit agrorum cultus, imō &
Dei cultus, nisi prius hostē expugnas.
Sic dūmine perdocet Christus Domi-
nus, dum euertens nec pani conficien-
do dat operam, nec de parando cibo
curat, vnum agit, vt hostem exstillet.
Id eleganter tractans S. Nilus in As-
ceticis hæc inquit. *Quæ utilitas agri-
culturae, cum bellum ingruit, agrosque
deuastat, & fructuum copiam non ipsi
cultoribus sed hostibus exponit? Propte-
rea Deus fortasse vetuit Israelitis, ne
agriculturam exercerent quandiu erant
in solitudine, & cum diuersis gentibus
pugnabant, ne bellicas exercitationes in-
termitterent.* Sanè, si dum terrenis lu-
cris inhiat, dum cibo acquirendo stu-
des, te hostilia tela circumstant, aduer-
sariae potestates te inuestant. Quæ utili-
tas laboris tui? & hæc, præparasti, cui-
erunt? Elaborati fructus copia nō tibi
sed hostibus exurgit. Quare lucris
posthabitis etiam pane relicto in hoc
maximè incumbito, vt hostes in pri-
mis elimes. Phariseus ille apud Lu-
cam. c. 7. immemor hostilium telorū
quibus erat confectus, n. ultus est in pa-
randis optimis cibis, vt cū Christo Do-
mino manducet, sapientior peccatrix
formula, quæ vt te hostium in potesta-
te vidit, omnium rerum immemor,
etiā cibi oblita vāū curat, vt hostium
vulnera effugiat, viuendamq; salutē recu-

Nilus.

peret. Accipe D. Paulinum epist. 4. sic
cū Pnar. s. 20. Magdalenam coponen- *Paulin.*
tem. *Meritò prælata est Pharisæo licet
pascendi Dominū, quæ ieiuna, nō cibi, sed
salutis avida seruebat.* Enim verò cū
se se sentit hostilibus cōfigi ipiculis, &
si ieiuna esset non cibo inhiat; sed tota
est in depellendis spiculis, in acquiren-
da salute. Abest hinc et carum cultus,
quandoquidem hostium phalanges in-
sultant. Quid plura? Ipsius Dei cultus
relinquendus est, vt insultantes hostes
elimes. Et tenim inclyti illi Macha- *1. Mach.*
bæi. Machab. 2. Deum in Sabbati ob- *2.*
seruatione adeo colebant, vt tunc tē-
poris nefas iudicarent etiam se ab ini-
micorum armis protegere. Proh do-
lor! Scio hostes nocentes hominum
religionem intulerunt illis bellum Sab-
bati. & mortui sunt ipsi & uxores, &
fily eorum, & pecora eorum vsque ad
mille animas hominum. Quid tunc ani-
maduertunt pij viri stragem se se quā
primum ab hostibus conficiendos vi-
dent, & exurgens Matathias ait, om-
nis homo quicumque venerit ad nos in
bello die Sabbatorum, pugnemus aduer-
sus eum: & non moriemur omnes, sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis.
Qualis religio sabbati, qualis cultus
si interficiantur penitur cultores? Vbi
ergo fuerit hostis cedat cultus bello,
& prius viriliter assumpto gladio expug-
na hostes, quibus interfectis securus &
fructuosus, tam spiritualibus, quā
temporalibus lucris dabis operam.

S. II.

*Christo Domino non placet donū,
quod vel ex florido Dei ore, vel
puris manibus non of-
fertur.*

Meritò Dominus cibum à tenta-
tore oblatū repellit; is enim est
qui non tam donū, quā manus, quā
os, ex quibus procedit, respectat, ac-
cepturus illud, quod ex purissimo Dei
halitu, ex limpidissimis manibus de-
uenit. Nouit quæ dicebat Cant. 2. Di-
lectus meus mihi, & ego illi, qui pasci-
tur

tur inter lilia. Quibus componit D. Bern. 17 in Cant. illud Ioan. 4. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei: tunc sic ait, verbum verbi est indicantis esse suum cibum factum bonum; si tamē, inruenerit illud inter lilia: si extra reperit, et si bonus (quod in se est) videtur cibus, non tangit illum qui pascitur inter lilia.* Prius respicit Dominus offerentis manus, quam donū, prius Abel, quam munera eius, nec ubi flores de- sunt virtutum, expectat collecturus fructus diuinus agricola. Sane Cain voluntaria & plena offerebat munera Deo, at Deus ad Cain nō respexit: hoc est nō sibi accepta habuit munera ei, ut pote quæ ab sceleratis manibus offerebantur. Ita D. Isid. Pel. epist. 230. lib. 1. fatus. *Deus animi Caini improbitatem respiciens ad eū oculos minime coniecit, nec ipsius munera suscepit quamuis etiam aliqui ex voluntate atque animi instituto volata.* Non ab vtricis sed à roseis floribus cibū exigit apud Christum: aut à Pharisæo, & infideli & leproso, & viti rui spurcissimis squalenti cibum aliquando sumit. Vbi flores in Pharisæi domo? Vbi ibi lilia, inter quæ posset pascua Christus sibi inuenire? Sanè, quos non habuit Pharisæus flores, intulit peccatrix Maria, ideoque Dominus factentem à Pharisæo cibum repellens; redolentem accepit à peccatrice: ait enim *oleo caput meum non unxisti; hac autem unguento unxit pedes meos.* Vbi D. Ambros. pulchrè concludit. *Beatus qui potest oleo ungeri pedes Christi; sed beator, qui ungit unguento; multorum enim florum in unum collecta spargit.* Floridam ergo Marix unguentum epulas Christo Domino condidit, qui ab effusis Magdalenz floribus probans escas; Pharisæum conuiuatore reprobabat ut sibi iniuriam. Etenim maximam Deo facit iniuriā, qui spurcissimus cum sit, peccatisque squalore foetidus audeat floridum sponsum inuitare ad conuiuium. Scelestissimus uile Iulianus simul & Gallo augustissimum templum, partitis inter se expensis, erigebant sanctis quibusdam martyribus. Quidamque accidit, dū templum contruitur admiratione dignum, iumentum, quæ templi pars Iulia-

ni expensis erigebatur, tota singulis noctibus vertebatur in ruinam. Quæ tū rei causā Prudenter excogitauit illam D. Greg. Nazianz. orat. 3. in Iulianum sic inquit. *Non tulerunt martyres se solos ex omnibus martyribus contumelia affici, ut templum haberent impijs manibus fabricatum. Verè imitatores Christi quandoquidem sibi contumeliosum fore putarunt, ab impijs manibus etiam templum acquirere. Quid mirum, si Christus sibi iniuriā inferri putet, quando tentator impudicus porrigit esurienti cibos, solosque illos spectat, qui à florido Dei haktu profluant.*

Naz.

Text. Tunc assumit eum diabolus in sanctam ciuitatem & statuit eum super pinaculū templi, & dixit ei, si filius Dei es mitte te deorsum. Scriptū est enim quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

S. XII.

Vbi perniciēs, ruinaq; hominis suggeritur, manifeste proditur diabolus esse consiliarius & instigator.

Qui dictus fuerat prima in tentatione tentator, iam hic manifeste dicitur diabolus: etenim cur non se diabolus proder, quādo homini casum & ruinam persuadet? *mitte te, ait deorsum* quomodo is non diabolus? Apud Lucam c. 12. diues ille sic secum colloquebatur. *Quid faciam? Quod non habeo quo congregem, &c.* Quis est iste, o diues, à quo sciscitatis? Vbi habitat quem

Luc. 12

Matt. 8.

Amb.

Lib. III. Caput secundum.

quem consulis? Pulchrè D. Chrysol.
Chryf. serm. 104. Audiamus quid responderit
 consiliarius internus. Destruam horrea
 mea. Evidenter apparuit qui latebat:
 qui à destructione incipit inimicus. Agit
 ut que habes, destruas, & que con-
 cupieris, non reformes. Quicquid mol-
 litur diabolus, quicquid consulit, ruina
 hominis est, perniciosa est, calus est, hæc
 nunquam non intendit, nunquam non
 procurat. Id rectè caluerant illi Israeli-
 tæ idolatræ, qui Babyloniorum armis
 præoccupati Oseas 10. dicebāt mon-
 tibus cadite super nos, & collibus operite
 nos. Et enim visis crudelibus hostibus
 petebant enixè à montibus, quod ipsi
 crudelitatem Babyloniorum præcur-
 rere aduersus Israellem. Et à quibus
 montibus id petebant? Pulchrè expli-
 cat D. Cyril. *Cyri.* decem montibus illis &
 collibus, in quibus idola colebant; cadite
 super nos, anticipante crudelitatem Baby-
 loniorum & captiuitatis extremam mi-
 seriam. Ecce tibi deuotissimi Dæmo-
 num cultores, quid ex diabolo perant
 & sperant, non incolumitatem, non
 auxilium; sed præproperam & antici-
 patam necem. Quid pensissent miseri
 & afflicti homines in discrimine vitæ
 constituti ab amico de se beneme-
 rito, nisi auxilium, nisi fauorem? At illi
 Dæmonum amicitiam noscunt suo-
 rum, qui amicissimo cuique nihil nisi
 mortem nisi perniciem machinantur
 & consulunt. Accipite deuotissimum
 Dæmoniorum cultorem Senacherib:
E. Reg. is, 4 Reg. 19. Hierosolymam expug-
 naturus multo milite cingebat, in Deū
 19. verum, & in Regem Ezechiam blas-
 phemus. Sed ultor Dei Angelus no-
 cturno silentio octoginta milia mili-
 tum interemit, à qua strage vix vnus
 Senacherib fugit in patriam, confugi-
 turus ad Deorum suorum templum.
 Et cur Angelus fugienti illi non inter-
 clusit aditum? is erat blasphemus, is
 erat, cuius causa milites interemerat,
 cur ipsum primum non interemit?
 cur reliquit ad Dæmones confugien-
 tem? Sanè qui ad Dæmones confu-
 giebat, certam ab illis necem & per-
 niciem habebat, & ideo abstinuit
 Angelus à nece eius, vt potè qui du-
 bio procul esset à Dæmonibus occi-

dendus. Enimvero cum adoraret Deum
 suum Adramelech, & Sarasar filij eius
 percusserunt eum gladio. De quo ele-
 ganter Eucherius, contemptor veri *Euch.*
 Dei in fano falsi numinis trucidatur,
 nec Angeli peryt gladio, quod erat
 commune cum pluribus, sed Parricidio
 filiorum. Non egent Deo ultore &
 interfectore qui Dæmonibus, & vitijs
 seruiunt, diabolus ipse, vitium ip-
 sum carnifices sunt suorum manci-
 piorum, indigneque ferunt quod sui
 communi clade concidant, quos ipsi
 omnium crudelissime ad casum & per-
 niciem impellunt. Porro vnus est Dei
 illa vox, quam Psalmus 57. in titulo
 ostendit, nempe ne disperdas. De qua
 Niss. in psal. cap. 15. dicit. Ne disper-
 das dixit. Deo digna vox, hominis inte-
 ritum vetans. Adeo vt non prius Sa-
 tan, in homines deseruiat, quam à
 facie Dei egrediatur. Sic percussurus
 Iob cap. 2. dicitur egressus est diabo-
 lus à facie domini. Vbi Olimpiodorus
 ait, Rursus docemur, eum qui ad homi-
 nem adorandum, mentem conuertit, à fa-
 cie domini exire.

§. XIII.

Is est Christus, qui nequissimos
 sepius & obduratissimos peccato-
 res in bonum facit grauitare, si
 vel iniurijs illorum ma-
 nibus suscipia-
 tur:

QUI nocentum manibus Chris-
 tus Dominus non dubitauit tra-
 di, similiter nunc vt Cypriano, &
 Gregorio Magno placet te se mani-
 bus diabolicis volens tradit. Quem
 accipiens diabolus pergit in sanctam
 ciuitatem, & in templi pinaculum.
 Quorsum sanctitatis & religionis o-
 sor in ciuitatem sanctam, & in tem-
 plum? An præcipitia de erant in
 deserto? erant omnia Iudeæ excel-
 sa

sa ablata? Cur non potius ad idolorum excelsa, ad Babilonicas turres euolauit, ut præcipitium perlua-deret? Sane non ase, sed deifico pondere pressus in templum Dei, in ciuitatem sanctam grauitauit. Sicut qui faxeam molem suscipit asportandam in centrum saxi grauitat, & sæpe renitens licet ad ima fertur pondere si peratus: sic aliquando qui Christum Dominum vel per iniuriam in se suscipit, non potest non grauitare in centrum sanctitatis, in sanctorum ciuitatem, & quantumuis renitens deifico pondere pressus necessum est, quod feratur in loca sancta. Sacriegus ille proditor

Mat. 27. Matth. 26. exitiali poenitentia raptus, *proiectus argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Nota ubi argenteos refudit, in templo, nimirum: quis te in sanctissimum templum egit o Iuda? Cur non potius in domum Cayphæ festinas? Cur quo accepisti loco non restituis pecunias? Cur non sterquilino, cur non ventis tam exosos committis nummos? At onustus pecunia curris in templum, in temploque licet sceleratus illam refundis. Pulchre hic D. Maximus notans in templum Iudam euocari a pecunijs, ait, *Videte quanta vis Dominice sit pecunia.* Non Iudæ operatio fuit, quod templum adeat recessurus ad laqueum. Dominica pecunia id egit: quæ leuitantem ad suspendium, adeo in bonum faciebat grauitare, ut tandem illum in templum coegerit, ubi sceleris veniam posset impetrare. Hæc quidem est vis Dominicæ pecuniæ, Dominici sanguinis, hæc vis ipsius Christi salutaris, quod assumptus, quod tactus nocentissimos, & leuissimos quosque in bonum grauet.

Quid arundine leuius? Quid humana natura terpenino veneno madida fragilius? Ecce tibi Christum Dominum in domo Pilati fragilis arundo naturæ humanæ imago verberat, & affligit. Quid inde? Id eleganter D. Amb. innuens inquit. *Arundine secundum Marcum caput eius percutitur, ut solidata diuinitatis attacku nostra conditio nutare non possit.* Itaque quando nostra fragilitas arundine vanior ac fragilior Christum percutit, tunc soli-

datur. & confirmatur ab ipso. Qui tactus licet a nocentissimis, aliquod illis bonum solet imprimere. Quid plura? à Pilato ipso nocentissimo, & iniquissimo iudice iudicandus suscipitur, & tunc, ut ait D. Athanasius de Pass. *Dominus interim dum à Pilato iudicabatur, Athan. eius uxori oracula edebat, quo simul Pilatus & silentio eius fortitudinem stupebat, & ex oraculis cognosceret eum non hominem; sed Deum esse.* Scit Christus peruerso à quoquam teneri, quem sicut graue in centrum, sic in sanctitatem facit grauitare, vel sicut lux obiecto corpori instat, si vel rimulam inueniat, quo suæ claritatis fulguret radios. Id quod prænosens aduersarius, cum vidit Christi corpus Iudæ in Cæna fuisse communicatum, vehementer Domini timens morem, scelestissimum proditor omni conamine impellebat in laqueum. Sic sanctus Cyrillus. libr. 9. in Ioan. cap. 19. dum fatur. *Etiã Iudam Cyril. cum post panem omnino separauerit tum moram tunc benedictionis virtutem timens, ne scintillam in animo eius accenderit, ac inde illuminauerit, magna precipitem agit celeritate.* Hæc ille.

S. XIII.

In perfectionis sublimitate, arduis- que virtutibus constitutus homo securiorem, & suauior- rem vitam ducit.

Prudenter Rabanus in Catena vi. Rab. dens Christum Dominum a Diabolo in pinaculum templi assumptum, id notat, ut quisquis imperauerit viam veritatis arctam nos ascendere, obtemporemus. Etiam Diabolo suggerente, perfectionis culmen ascende, sublimia virtutum cacumina tene hoc pro certo habens, nullibi fruiurum fore vita dulciori hostiumque incursum securiori. Huc spectabat illa gratia in Amasiæ crinibus ab *Cant. 4. spōso Cant. 4. decantata. Capilli tui sicut greges*

Lib. III. Caput secundum.

Amb. greges caprearū. Cuius explicationem affert D. Ambrosius in psalm. 118. serm. 16. vers. 3. *Vides quod in altis grex iste pas- citur? audisti in montem? Itaque ubi alijs precipitia, ibi capreis nullū periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dul- cior, ibi fructus electior, spectatur à pas- toribus suis dumosa de rupe pēdentes, ubi luporum incurfus esse non possunt, ibi se- cundæ arbores fructum integrum submi- nistrant. Ideo elegit eas spiritus, quibus ceterum venerabilis Ecclesia comparet. Etenim ubi quis caprea instar altissi- ma virtutū cacumina scandit, & in ar- duis euangelicæ perfectionis culmini- bus ponit nidū. O quā securus à lu- porum incurfibus dulcissimā & que- tissimam vitam transigit! Rudiores, & imperfectiores, qui toti ad humilia- centes herbas feruntur, sublimia euan- gelij consilia sibi assumant precipitia, & cum ardua virtutum fugientes per mediocra & plana iter incurrunt, nul- le sustinet fames, nulle sitis, nulle hos- tium incurfus, & sapissimē, sicut oves postas in infernis, id est, in imis virtutū, mors depascit eos. O utinam non sicut oves in cāpis, sed sicut caprea in mon- tum cacuminibus, in altissimis rupi- bus gradum figerent, ibi nullum peri- culum, ibi cibus dulcior, ibi luporum incurfus esse non possunt, ibi fecun- diore vitæ arbores fructum integrum subministrant. Sanē apud Egyptum manducatur agnum Israelitæ iubentur, cum calceatis pedibus baculos in manibus tenere, ut sic in profectiōe sese accingerent. Verū postea milu- rus Christus Dominus Apostolos in vniuersum mundum. *Mat. 10. cauet, no calceamenta, nec virgam ferant.* Enim verō ubi Egyptiorum arua terimus, ubi virtutū primordijs insidiamus, opus est nobis calceis, quibus à spinis, repti- liumque serpentium moribus euada- mus liberi. Opus item baculo est, quo nos protegamus à crebris inimicorū incurfibus. Ast cū semel Apostolicum culmen attingimus, necpē cū euan- gelicæ perfectionis altissima cacumi- na iubimus, vix est quod timeamus periculum, vix est luporum accessus, quare nobis virgæ minimē necessari⁹ est vñs. Sic D. Gaudentius tract. 5. in*

Exod. Opus est mihi, ait, & baculo, & as- cha adhuc in Aegypto celebranti, ut me ab interitu liberem, percusso Aegypti; si quis verō est Apostolicus, & per Iesum prostrato Aegypto magnus factus ac po- tens est, non iam propter se baculū portat. Nil in Apostolica perfectionis culmi- ne quod timeat, habet, ibi luporū in- curfus esse non possunt, nullus aditus hosti, qui insigni virtute munitum ex- pauer hominem Lumen huic excogi- tationi præbet singularis historia ex lib. 4. Reg. c. 3. ibi enim fortissimorum Israelitarum exercitus Regem Moab acriter impugnat, in dō iam iam expug- nat: qui frustra in validissimos hostes omnia mollitus, Marte iā deplorato, arripens filium suum primogenitum, qui regnatus us erat pro eo, obtulit holocaustum super murum, & facta est indignatio in Israel, statimq; recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam. Quid tunc rei infensissimi hostes, nimiumq; cru- deles à Rege, quem impugnabant, re- cedunt, quando illi vident omni des- titutum auxilio? Illi indignantur. & fugiunt, cū penē in manibus tenent, quē mille pugnis, crebris conflictibus sperabant euersuri? Rectissimē Caieta- nus huius hostilis fugæ causam medita- tus inquit. *Intelligere licet Israelitas suo latras, viso illo holocausto magnopendisse illud, & desperasse de victoria aduersus Regem munitū presidio tanti holocausti.* Et quidem vel vnus virtutis actus in- gnis reddit hominem insuperabilē in- micis. O utinam quis eo perfectionis scanderet, ut sui cordis primogenia mactet, Deoq; litet! O quā fugaret hostes! O quā securus inde ageret fu- gatis inimicis! O quā longē abissent contrariorum exercitus desperati de victoria aduersus hominem munitum virtutis tantæ cacumine. Ecce de Iob excellentissimis virtutibus quid D. Ze- no dicat lib. 2. ser. 16. *Tanto autem puri- tatis, & fidei erat muro munitus, ut non auderet eum attentare Diabolus; nisi à Deo iussus.* Etenim qui perfectionis te- ret cacumina, arduisq; euangelij semi- tis figit vestigia, omnia habet in tuto, illi fecundæ vitæ arbores integrum fructum subministrant, nec feros ex- pauer hostium conflictus.

4. Reg. 3.

Caiet.

Zeno.

Gaud.

J. XV.

§. XV.

Qui in virtutis cacumine versatur, hostibus malignis insuperabilis est, à se tamen sui ruinam timeat.

Positum in pinaculo templi Dominum non audeat, imò nec potest impellere in precipitium inimicus, id solum spectat, ut ipse sese agat in ruinam. Idò ait, *mitte te deorsum*. Etenim perfectissimi viri hostibus inaccessi, & terribiles suo quandoq; casu miserè dissolviuntur. De Behemot dicebat sanctissimus Iob. c. 4. *Corpus illius quasi scuta fusilia*. Vbi B. Palchal. li. 3. in Threnos littera T au expendit illud, *scuta fusilia, ita edisserens*. *Scuta ergo si sunt fusilia in suscipiendo sagittas, rotasta sunt; scilicet casu fragilia. Et tunc quidem ferientium minime penetrantur; sed suo lapsu per fragmenta dissolviuntur*. Sic enim perfectissimorum virorum describitur robur & fortitudo, scuta quidem fusilia optimo temperamento elaborata, quæ inimicorum tela rideant, ferientiumque ictus, igneas etiam glandes facile inuicta repellant, verùm si elapsa è manibus, si proprio pondere grauitantia decidant, proh dolor, in quam minutissima fragmenta conteruntur! Timeat ergo perfectissimus quisque, cum à Deo in arduis virtutum cacuminibus fertur sublimis, ne dum hostibus inuincibilis graditur, suo se lapsu miserè comminuat. Hoc pungebantur timore egregij illi serui, de quibus Iob. c. 29. dicit. *Si quando ridebam ad eos, non credebant*. Quidni? Laudari potest seruus, qui fauoribus domini sui, qui ridenti domino minime credit. Vnde ista laus peti potest? Prudentissime illam expendit D. Gregor. in hæc verba: *Redemptori nostro quasi non credimus arridèti, dum multis iam eius donis testantibus & gratiam fauoris eius accipimus, & tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamus*. Protecti à Dei gratijs, nimisque eius fauoribus exaltati, non de hostium conflictu, non de venena-

tis iaculis; sed de nostra infirmitate semper timeamus, quæ enim sorti reuoluta manu tela non feriunt, sed pilsime conterit proprius casus. Iam Paulo è celo Dominus loquens, eiusque oculos interiorius aperiens, exterius claudens potentiam suæ maiestatis ostenderat. Iam de eo Ananias dixerat, *vas electionis est tibi iste, iam ad tertium cælum super se raptus fuerat, iam in paradysum ductus, arcana verba que dicere non posset, audiverat*: & tamen adhuc *timidus dicit, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne ipse reprobus efficiar*. Ipsi altitudo electionis, & virtutis hostium eripuit metum; sed de se ipso multò maiorem timorem incussit, ut semper de sua titubaret infirmitate. Apud Lucam memini Christum Dominum Apollolis dixit. c. c. 12. *Nolite timere, pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum*. Ecce tibi cum regnum seruis promittit Christus, illosque quasi cælestis regni candidatos inuiguit, simul metum illorum expellit. Sed quid tunc illi timerent? Se in Reges cooptatos videt cur timeant? Acute D. P. Chrysostomus. *23. inquit. Promissionem regni sine timore seruis status audire non sufficit, quia qui libertate vix dignus est, capere non valet infulus: principatus regnum velle seruum crimen est, audire periculum, temeritas non timere*. Temerarius ergo est ille seruus, qui cum in sublimi perfectionis se videat gradu, ubi penè manu coronam pertingit, ubi crebrò se ad regnum euocari auscultatur, non vehementer timet de sua infirmitate, ne qui ab hostili incurso liber triumphale diadema sperat, proprio casu decidat reprobandus. Hinc ille credentium maximus parens Abraham Gen. 15. cum se à Deo mille promissionibus audit munerari, cum se in culmine diuinæ amicitie nouit exaltatū, ait: *Domine Deus quid dabis mihi?* Que verba Philo Iudæus lib. quis rerum diuinarum sit hæres, sic in primis legit. *Here Domine, quid dabis mihi?* Deinde notat illud, *Here*, Greco vocabulo sonare vinculum, timorem. Vnde quòd Abrahamus in summam Dei familiaritatem elatus dicat, *Here Domine,*

Iob. 4.
Pasc.

Luc. 12.

Chrisost.

Iob. 29.

Gen. 15.

Greg.

Lib. III. Caput secundum.

Pbil. perinde est, ait Philo, ac si dicat, non ignoro tuam ingentem potentiam, scio & potestatem tuam terribilem, & idcirco timens, tremensque te appello. Quanto enim diuinæ sublimitatis vicinior, tanto de nostra infirmitate timidior, nec proprio casu amittat, quod ab hostibus incuribus eripuit liberum.

J. XVI.

Christus filius Dei maximè innouit à summo cælo usque ad mortem dimissus.

Chris. **P** Arum petis, ò Diabole, à filio Dei, ut sese à pina templi dimittat: etenim ille est, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit à cælis, crucifixus, & mortuus, & sepultus est. Non à pina templi; sed à summis cæli verticibus dimissus in mortem usque Dei filius manifestè perluceat. Sic D. Petrus Chrysologus tentatorem irridet. Quid descensum à templi pina expectas, ut filium Dei videas? Ecce tibi, se Dominum, se utique Deum intelligi voluit, qui non de pina templi tantum se dedit ad terram; sed e cælis se ad inferos usque iactauit. Hicne filij Dei descensus, hæc demissio, qua innascibilis Patris proles probat, & manifestat diuinitatis suæ originem. Aquularum pulli maternis scapulis sublatis, an degeneres sint, nitidissimam probantur ad Solis lucem. Verum proles diuina vnigenitus Dei Filius à sinu Patris emissus in terram usque, tunc claret, tunc apparet manifestissimus, quia & ipse, & vniuersus orbis operitur mortis caligine. De illo Beatus *Athan.* Athanasius in rescripto ad Liber. Papam. *Ipsè est Dei virtus, hoc est Deus, qui infernum expugnauit, & imperium Diaboli demollitus est, què Deus in descendendo corpus suum à mortuis excitatum Patri representauit. Expendo illud, qui Deus in descendendo, quasi tunc maximè Deus innotesceret, cum ad usque puluerem mortis*

descendit. Id quod eleganter ponderauit Drogo, libro de Sacramentis Passionis, vbi iuxta Lucam, capit. 24. *Luc. 24.* proponitur Christus in Castello Emmaus discumbens cum duobus Discipulis suis: *Et accepit panem, & fregit, & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.* Et quidem in fractione panis cognouerunt Dei verbum Discipuli Quid plura? *Panis caro tua est,* ait Drogo, *fregisti manibus tuis corpus tuum, quia potestatem habebas ponendi animam tuam, fregisti corpus, quod foris apparebat, & ostendisti medullam, quæ intus latebat; nisi enim patiaris, non cognosceris.* Cum lucem verbum habitabat inaccessibilem, non cognoscebatur, vix in vmbri, obscurisque imaginibus sese pandebat propheticis viris; panis erat, sed integer; à prælucenti folio descendit in mortuorum caliginem, & tunc doloribus mortis contractus, æternam, diuinamque patefecit originem. Vnde D. Athanasius oratione *Athan.* de Verbi Incarnatione, eius descensus eam causam adducit. *Ea igitur de causa Verbum homo genitus est, homo apparuit, mortuus est, & resurrexit, ut præstingeret, obscuraretque rebus suis gestis quicquid vnquam ab hominibus gestum est. Ut ubicumque homines sensibus suis ad credendum numen præoccupati essent, inde eos abduceret, & de Patre suo illos certiores redderet.* Ecce quò se dimisit Christus, ut Patrem suum Deum ostenderet, ut se vnicum filium Dei insinuaret, dum ipso in descensu sublimis, in supplicio innocens, in morte diuinus, in inferno Deus omnibus innotescit. Sanè qui tam superiorem omnibus habuit interitum, præ omnibus singularem ortum à Deo Patre habeat, fuerit necessum.

J. XVII.

S. XVII.

Hoc valde calamitosum hominibus, quod in necessitatibus suis Deum obliuiscunt, creaturas respiciant.

Ecce tibi Dæmonem Christo Domino præcipitium suadentem, & simul offerentem Angelos auxiliares, ait enim, *Angelus suis mandauit de te, & in manibus portabunt te. Cur Angelorum auxilium promittis? an non magis ipse pater aditaret filio? an non filius sibi sufficeret? Cur relicto Deo auxiliatore, Angelicas manus opitulatrices proponis? Papæ hoc solū putabat periuasum præcipitium, si illius oculi ve ad creaturam relicto Deo respicerent. Nonne Petrus Christo in perterritus adhaerebat? Quis Petrum deturbauit a petra Christo? Vide quid de illius ruinæ causa dicat Luc. cap. 22. *Et post pusillum alius videns eum dixit, & tu de illis es, Petrus verò ait, & homo non sum. Ibi eleganter Drogo lib. de Sacram. Pass. expendit illud, & homo non sum, nimirum inquit, hominē attendit, non Deum: & quidem tota est humani casus & præcipitij causa, quod immemores Dei, respiciamus creaturas. Hoc imprimis ostendit superbissimus ille dives, dum etiam in suo præcipitio medijs tormentorum ignibus id de consuetudine eructat. *Pater Abraham miserere mei. Quem sic merito Chrylost. in Catena pungit, Creator creature miseretur sue, vnus venit Medicus qui sanat morbos, alij sanare non possunt, erras miser. Heu quot hic error egit in præcipitia! quot in necessitatibus suis, in periculis, expectantes creaturas ad miseriarum ima sunt deuoluti! Nunquam aduersarias de ruina hominū securior, quàm dum illis persuadet, quod respiciant creaturas. Caut hoc periculū prudentissimus Moyses, Exod. 33. qui nisi Deo comite exire in terram promissionis noluit, angelicum etiam ducatum repellens. De quo***

D. Athanasius ad Serapionem sic fatur. *Moy. Athanasius recusauit ducatum Angelorum. Nisi, inquit, ipse Deus nobiscum proficisceris, ne me hinc abducas, nolebat enim creaturam ducem populi esse, ne omisso creatore creatura inciperent inferuire. Quasi consequens foret, si à creatura expectarent duci, à creatore deficere, & penitus interire. Id quod sibi etiam cauerunt Israelitæ populares in summa sua stultitia, quando absentis Moysis moram non sustinentes ab Aaronne postulant. *Fac nobis Deos qui nos præcedant. Sanè absentiam hominis homines supplere poterant: at scio hi in ignorantia iua ducatum hominis suspectum habentes, solū sibi Deum præfici exposcunt. Quos idem commendat Clem. Rom. conit. c. 20. fatus, *Hæc omnia in re sapunt, quod se sine Deo nihil fatetur posse; imò nisi ducente Deo progredi nolūt. Utinam hac semper vigerent cautela, & creaturarum omnium ducatum haberent suspectum, sed tandem relicto Deo ad creaturam confugiunt, quando Hierosolymis clamant, *Non habebimus Regem nisi Casarem, quo æternò duraturam calamitatem acceperunt. Sic Theodoret. in Hier. c. 2. *Negantes Deum dixerunt se non habere Regem nisi Casarem, hac de causa Casari tradidit illos: & sub Casare, ad quem confugerunt, periire illius gladio cœciti.*****

Textus. Ait illi Iesus rursus. Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.

S. XVIII.

Quando quis viam habet, qua ipse sese facile difficultatibus expediet, Dei auxiliatoris auxilio fixus, non miracula vanè speret.

Deus Optimus, & Maximus, ut amat inuocati ad extraordinaria ab

Luc. 22.

Drog.

Luc. 15.

Exod. 33

Exod. 35

Clem.

Ioan. 19

Theod.

Lib III: Caput secundum.

ab ijs qui omni creaturarum ope destituti sunt, sic ubi creaturarum operatio potest intercedere, amat ipse quiescere ab extraordinarijs. Id quod maxime claruit in incarnatione verbi, in qua postquam diuina virtus efficacitatem suam ostendit in efformanda defici pueri carne sine virili semine, in educendo maturo foetu sine matris corruptione. Vbi ad impositionem nominis ventum est, quæ creaturarum potestatem non excedebat, additur sanam Ioseph, cui ab Angelo dicitur.

Mat. 1. Matth. 1. Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod etiam in ea natum est, de Spiritu sancto est, pariet tamen filium, & vocabis nomen eius Iesum. Etenim cum Ioseph audisset Marianum foetum superna Dei virtute parturiti, ne ipse à cura illius abstineret, soli virtuti diuinæ illi committens, præuenitur, quod nomen imponat, quod quicquid in se fuerit, id ipse efficiat. Quasi diceret, ait Theophilactus, Non suspiceris, quod quia à Spiritu sancto est conceptio, Virgine ided dimittere debeas adiutorio destitutâ; sed ministrabis ei in omnibus. Sic laborare debes in puero nutriendo, in matre fouenda, vt nil quod tu præstare posses, Deo relinquendum putes. Vt arcam Domini in plastro labentem teneret Oza. 2. Reg. 6. extendit manum suam ad arcam, & statim à Domino percussus interiit, ea sanè ratione, quia qui humeros adhibere poterat, & debebat, extremum solum adhibuit manuum. Ita Theodoretus. quæst. 20. Delicti luit penas: nam cum Deus iussisset vt Sacerdotes ferrent arcam suis humeris, præter legem eam tulit in plastro. Nihil tam Deo exolum, quam qui diligentiam adhibere possunt, & tenentur, otio torpeant aliorum labori fidentes. Is Deo placet, qui ubi impositis humeris, manibusque adhibitis necessitati occurrenti satisfacere potest, Omnipotentis solus auxilium non exerceat. Hinc Abrahamus. Genesis 12. hæc verba fecit uxori suæ Egyptum ingredienti. Noui, quod pulchra sis, mulier; & quod cum viderint te Aegypti, dicturi sunt: uxor illius est,

& interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt bene sis mihi propter te. Ad hæc Faustus Manichæus vehementer condemnat Abrahamum modicæ fiduciæ in Deum. Etenim ubi Deus illum in Egyptum miserat, quid ipse timeret? Cur se totum Dei prouidentia non committit? Cur Deum liberatorem in omni periculo non sperat; sed magis propriæ artis nititur prouidentia? Fausti autem ignorantiam, & Abrahami prudentiam expendit Diuus Augustinus libro 22. cap. 26. in hæc verba. Dicit aliquis, cur non potius ita de Deo suo præsumit Abraham, vt fateri non timeret uxorem? Nunquid Deus ab illo mortem non poterat repellere, quam timebat, eumque cum coniuge sua ab omni pernicie tutari, vt nec uxor eius, quamuis pulcherrima, appeteretur ab aliquo? Poterat sanè id efficere Deus, sed si interrogatus Abraham illam feminam indicasset uxorem suam, duas res tuendas commisisset Deo, & suam vitam, & coniugis pudicitiam. Pertinet enim ad sanam doctrinam, vt quando habet homo quod faciat, non tentet Dominum Deum suum. Vnde prudentissimus Abraham quam potuit vitam suam arte, & industria tutatus est, quam non potuisset tutari uxoris pudicitiam, Deo commisit, eiusque virtutem fuit expertus, quia & ipse quod potuit, fecit. Quandoquidem Deus nec lux soli, nec Angelorum virtuti committi gaudet quod homo valet perficere. Raphaeli Angelo mandauit Deus de Tobia, & tamen nunquam video Angelum applicuisse manum suam, vt Tobiam periculo erueret. Ecce Tob. cap. 6. immanis piscis exiit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, Domine, inuadit me. Quid tunc Raphael? accurrit ne piscem occisurus? Minimè; sed dixit ei: Apprehende brachium eius, & trabe eum ad te, exentera hunc piscem. Non Angelus; sed ipse Tobias piscem aggreditur; piscis præcordia imponit prunis; piscis felice amarissimo, linit oculos patris.

Vnum

Aug.

Mat. 1.

Theoph.

2. Reg. 6.

Theod.

Gen. 12.

Tob. 6.

Vnum in toto itinere petit Tobias ab Angelo, nempe ut ipse totus in Rages civitatem proficere atque, quod Tobias etiam faceret, nisi manere cogere a focero adiutus, *cutus vim adiuramenti, inquit. spernere non possum. Tunc Raphael in Rages civitatem Medorum perrexit.* Ecce tibi non aliud efficit Angelus, quam id quod sibi contiat à Tobia non posse peragi: quicquid enim est sub nostra potestate nec Angelis, nec soli virtuti divinae est demandandum. Bene monerat Dominus apud Isaiam cap. 1. *Venite, & arguite me: Vbi Chryl. sic explanat. Quiddam ipse facite, & quod reliquum fuerit ipse adiciam. Exiguam aliquam mui date, & solidam rei totius sumam vobis impertiar gratuito.* Sic Deus ubi Eliam cibo refecturus erat, eum iuxta torrentem aquae iussit manere 3 Reg. 17. Cur iuxta torrentem maneret nisi ut alimonie cura inter Deum, & hominē divideretur, quādo homo quas facere potest aquas a torrente acciperet, & quem aliter habere non posset cibum ex solo Deo sumeret. Annuat Iosephus lib. 8. c. 7. aiens. *Ad torrentem quemdam debebat, unde potum niberet, nam cibus ei quotidie per coruos afferebatur.*

Textus. Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum: & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

¶ XIX.

Valde tibi salubre erit, si mundi gloria, irritamenta vitiorum, virtutum difficilia in certamen voces, eorumque ementitas vires in secreto cordis expugnes.

OMnia regna mundi eiusque glorias ostendit reator Christo. An

quia omnia ementitis coloribus ante mortales oculos in aere cōfixit. Nō abnuo: sed esto, quod manus designat. nō notaret mundi plagas, quarum imperia gazas, delicias composito sermone describeret. Plane placuit Domino sibi omnia hæc ob oculos proponi, effingi, ut qui illa aspernatur venerat cū emētis illorum imaginibus quod ad nos edisceret conflagrare & cuncte. Ea enim erant prophanis hominibus medicamenta militata, ut loquitur Tacitus, quando miles solitarius se inter confertissimos hostes animo figurabat, ibique venientes effingebat confictus, vorantia tela, equitum impetus, quos in par cauebat, vel honore simulatus hinc inde alaceritatebat de moliri. Sic à natura eductus Taurus, ut se in prælium accingat solus in deserto.

Et tentat sese, atque irasci in cornu discit

Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit ictibus.

Virg. 3^o
Georg.

Sic etiam Christianus miles hostium animæ suæ confictus mediteretur, revocetque in memoriam regna mundi, effingat sibi ob oculos gloriolas, momentaneas delicias, gulæ irritamenta, inuvarum felles, tormentorum dolores, & comite Christo classicum medys in præcordijs intonet, manum conferat, impugnet, acriter diuicet, donec victor existat. Unigenitus Patris sub efficta humana figura patribus antiquis apparebat, nimirum Abraham, à quo recreatus est, Iacob, cum quo tota nocte acii lucta certavit. Id docent Chrysol. Amb. Leo. Theoph. Clem. Rom. & Alex. Cur ergo efficta carne apparebat verbum? Rationem pulcherrimè innuit Tertull. contra Prax. c. 16. sic inquit, *ediscerat ad veritatem carnis as sumendam quasi præludens inficta.* O quam recte ficta in carne præludens, veram nostræ carnis molem gestare ediscet! Non quia ipse opus haberet, sed quasi fingit educere, ut nos doceamur, de effictis certaminibus in verum descendere certamen. Ergo quisquis in arenam venturus ubi hostium confictus, ubi deliciarum lætrocina, ubi ignea voluptatum tela, ubi honorum fulgura

Lib. III. Caput secundum.

fulgura, dignitatū spicula. Edisce prius & exercere in pugnam, prælude infectis, ementitis prius conflictibus, ad uelco vincere. Hoc faciebat Paulus ad Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Certus sum, quia neq; Angeli, neq; Principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, qui est in Christo.* Et sane nulla tūc fames, nulla tribulatio, nullus gladius immincebat non tortor, non persecutor, imò nunquam Angeli, aut virtutes, aut Principatus Christianū impulerunt in Christum. Cur ergo Paulus tot sibi discrimina effingit? Equidē optimus agonista ediscebat, & ad aduersos cōficius subeundos quasi præludebat infectis Hinc B. Ennodius laudat sanguinolenta gladiatorum certamina à Theodorico Rege prudentissime in ludiuundos, & festiuos iuuenum conflictus, commutata. Aut enim in eius Panegyri. *Inter ea illa gladiatorum congressio, (ut docuit exitus) non tam peperit incrementa roboris quam pauoris. Inter secundas res didicit imbellium animus quid timeret. Vide ad inuentionum diuersitates pleno calle distantes. Illis vera cruoris effusio animos à dimicatione submouit, hic adolescentium vigor de imagine mentita concertationis incanduit. Proh militis ingenitas! qui nouit intra se effingere certamina & vincere, ut in veras & manifestas victorias transeat. Quod internum certamē præfererebat illa Dei amassia, de qua Cant. 5. *Coma eius sicut alata palmarum nigra quasi coruus.* Et cur nigricarent victoriosæ pulcherrimæ femine crines, nisi ex interno certamine? Sic D. Paulinus Epist. 4. *Nigrae vera iam non de peccato, ut puto, sed de exercitationis interne quasi bellico puluere, vel puluerulento sudore nigrantes.* Adeò victrix sponsa se exercet interterno certamine. Hinc Tertull. lib. de cultu foeminarum, sic eas à muliebri mundo deiecto in mundum armat. *Quare benedicta, meditemur duriora; & non sentiemus.* Hoc vnum in Magnatibus sæculi deplorat merito. D. Chryf.*

hom. 18. ad Pop quod nunquam tribulationum prælia, nisi iam in ipsa arena subeant, ideoque misere enecti vincuntur. *Ne quippe, ait, mensas eorum respexeris, nec assentatores, & parasitos; sed res ex ipsis orientes, infestationes, calumnias, pericula anxietates, & quod his molestius est, quod impræmeditati ad has de voluti mutationes, casus generose ferre nesciunt. Multi namque, cum eos hortamur, ut generose grauias ferrent, dicebāt, nihil vnquam tale meditati sumus. O vos foelices, qui omnes conflictus præmeditati in arenam proflitis, qui meditatione confligitis cum hostibus, & ad vera certamina euincenda præluditis infectis, quibus difficilimos incursum superare ediscitis! His præmeditamentis armabantur in pugnas illi primi qui Christiani, de quibus Tertull. ad Scapul. cap. 1. inquit. *Nos quidem neque expauescimus, neque pertimescimus ea, que ignorantibus patimur, cum ad hanc sectam utique suscepta cōditione passi eius venerimus, ut etiam animas nostras auctoritati in has pugnas accedamus, ea que Deus promittit consequi optantes, & ea que diuersa vite cōminantur pati timentes.* Adeo qui præmeditatus accedit, intrepidus in arenam profluit.*

S. XX.

Non qui remunerationis gratia Deseruit, sed qui nulla remunerationis memoria est Deo gratior.

Hinc maximū de hoste suo Deus reportat triumphum, quod Diabolus nisi pacta mercede nullum vnquam sibi seruum acquisiuit. Verum Deus is est cui mille seruiunt de nulla cum illo agentes mercede: qui inde summā sibi, & Deo gloriam pepererūt. Reuoca in memoriam operarios illos in uinea Domini laborantes Matth. 20. quorum alii pondus diei, & alii Mat. 20. tus portant: alij nimis seri accedunt, vix vna hora laborant, & tamen plus in illis pater familias gaudet, quos prius ditat, & maxime laudat. Cur hoc? an gratiores

Naz.

gratiores sunt Deo pigrantes? Absit sed ut recte notat Nazianz orat in sanctum Baptilina. *illi non prius crediderunt, nec ingressi sunt, quam ipsis ex conventu merces constituta fuisset, hi nulla condita mercede ad laborem accesserunt.* Proh Deus immortalis qualem, quanta que tua perfectio est, cui non dubitent homines inferre, nulla condita mercede! O generosi & verè Dei amatores homines, qui sine lucrispe, sine mercedis prætectu ad labores colque maximos aduolatis! Tandem aliquando prodigus ille filius dissipatorque patere substantiæ ad te reuersus ait Luc. 15.

Luc 15.

Surgam & ibo ad patrem meum: hunc lautissimo epulo excipit pater, cum magna tamen filij iunioris inuidia, quem etiam ut placaret inuidentem pater ipse ait illi, filii omnia mea tua sunt. Omnia, inquam mea tibi inuidentur parantur, ait Chrysol. serm. 4.

Chrysol.

Nihil huic aliud quam patrem quaesuit, quod inueniens non filij, sed loco mercenarij collocari dicens, pater, peccavi in te fac me sicut unum ex mercenarijs: sunt tibi omnia, illi sufficit pater: & ne quid tibi de presentibus, & veteribus existimes imminutum illi noua, & futura perquirat. Hic sane gratissimi Deo accidunt, qui non ad omnia; imo omnibus relictis ad solum exiunt patrem, quibus etiam omnia auferantur, adhuc tamen generose Deo obsequuntur. Sic in Sara-

Iob. 2.

nam insultans Dominus de seruo suo Iob gloriatur, cui omnia Sathas abstulerat, & tamen, ait Dominus *adhuc retinet innocentiam suam.* Vbi Chryso-

Chrysof.

st. ho. 5. in Iob. *Tunc obstruendum est turpe os Diaboli, nec habuit quod diceret.* Etenim nunquam tales seruos diabolus norat, qui nisi oblatis omnibus mundi regnis, nec unum seruum sibi acquisiuit; ideoque adstupet videns adeo generosum Dei seruum, qui etiam ablatis omnibus Deo nititur in seruire.

S. XXI.

Diaboli serui summo labore ad terram usque cadentes emunt temporalia bona, quæ Dei serui gratis, & super omnia terrena exaltati acquiruntur.

Non ad terram usque procidentes; sed terrena omnia calcantes serui Dei temporalia cuncta nascuntur & æterna. Illus enim dicitur Deute. 11. *Omnis locus, quem calcauerit pes, vester erit. Vbi August. Ideo vester erit, quia à vestris pedibus calcatur.* Vis omnium dominati nulli subiaceas; vis ad te omnia festinent; nulli te submittas, omnibus te superiorem præbe omnibus terrenis super positus, tertiorum omnium Dominus eris. Pulchrè D. Bern. serm. 21. in Cant. *Et ego si exaltatus fuero a terra (audenter dico) omnia traham ad me ipsam. Neque enim temerarie usurpo mihi fratres mei, vocem cuius me induo similitudinem, quod si ita esse ne patent diuites. huius sæculi fratres Christi sola possidere cœlestia; possident & terrena, & quidem tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Et à terra exaltantur, & terram ad se trahunt, & facili negotio trahunt. Non sic diaboli serui, qui ut terrena obtineant prauissimorum hominum misere cadunt, & deuoluuntur ad pedes. *Hæc omnia tibi dabo, si caderis, &c.* Casu & ruina emenda illis sunt bona terrena. Rectè ibi Amb. *habet hoc ambitio domesticum periculum, ut enim dominetur alijs prius seruit, & curuatur obsequio.* Heu quoties reptandum humo ijs, qui mundiale prætendunt dominium! quibus sortibus comparare debent quod luceant! Eccl. 10. *Vidi Principes ambulantes quasi seruos super terram.* Vbi Gualfridus ait *extolluntur in aniter, & grauius summittuntur: ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyssum. Proh nefas hodie in ceno aquilæ volutantur; insolenter abicitur pia seruitus sacra ministracionis, & imprudente terrena*

Deut. 11

Aug.

Berni

Eccl. 10.

Gualf.

*rena cupiditatis seruitus indigna suscipitur. Ipsi, ipsi Principes, qui aequilę videbantur, qui sublimia Regum scandunt subsellia, quibus non grauantur fordibus? quas non perferunt curas? quoties sub aquis gemunt? quas rusticorum fores nobiles salutatores non obsidunt? quos superbiorum iudicum factus non dissimulant? quot mercatorum arrogantium cuneos reuolunt? quibus oneribus non insudant misera voluptatis mancipia? Quid plura? Nullis terrenis bonis effulgent, quę non emerint sudore multo, sanguine multo. Accipite Clementem Alexandrinum in adhortatione ad Gentiles, de terrenis bonis ab alijs gratis, ab alijs labore improbo acquisitis pulchrę philosophantis, dum inquit: *Solummodo, & filii, patrem sitias, Deus tibi gratis ostenditur. Non cauponatur veritas, dat tibi & volueria, & natalitia, & terrestria animantia. Hęc tuis sumendis alimentis pater est fabricatus, quę pecunia quidem emet qui est adulterinus, & filius perditionis, & cuius institutum seruire mammonę tibi autem tua permittit.* Itaque summus Pater omnia bona condidit legitimis filijs, adde, vt qui filius est, qui vni cęlesti parenti inhiat, is non a caupone, sed a patre accipit omnia gratis absque sudore vultus; verum qui adulterinus est, qui non Dei, sed perditionis filius, qui mammonę inseruit, is non accipit gratis; sed carissimę emit a cauponante Dęmone quicquid cupit. Vide qualiter Dęmon cauponetur suis perditionis filijs. *Hęc, ait, omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me: Omnia vendit, nihil dat, omnia cauponatur, vt nihil accipiant sui, nisi a caupone sudoris pretio, sanguinis pretio.* Id lamentatus est Ethnicus ille in Agamemnone, qui filiam primogenitam Dianę matans, vt ventos nauigator acciperet, exclamat, *cruore ventos animus.* Quod hodie luceant, qui ex cauponante Dęmone bona temporalia gestant accipere, procul dubio casu, ruina, sanguine ventos ement. Aut interrogate ex illo, quanti dabit regna mundi, quanti illius vanas & inanes gloriolas, & dicit: *Si cadens adoraueris**

*me. Pulchrę Diuus Cyprianus. En Cypr. precipitium exigit, qui tanti se facit mundinatore culminis. Emitte iam vos perditionis filij: emitte a caupone, emitte precipitio, sanguine, ruina, qui a Parente Optimo gratis noluit accipere. Imo, qui laboribus a Dęmone fracti, cęlestia, & gratuita bona fastiditis. Numeror. 21. dicebant pessimi 1. li de cęlesti pane, absque villo labore acquisito; *Nauseat anima nostra supra cibo isto leuissimo.* Quorum stultitiam impietatis plenam sic ponderat Petrus Damianus epistola 15. *Leuissimum deputant cibum, si pondus atque duritatem contingat deesse laborum.* Sic ærumnis, & laboribus innutriti sunt, vt cęlestia bona idem vili ducant, quod gratis obueniant illis.*

Elem.

J. XXII.

Bona temporalia hominum ruinam, & perditionem (occasio- nis vi) trahunt, qualiter debeant haberi.

NIHIL viciatius bonis temporalibus Dęmon inuenit, quàm casum, quàm ruinam, ait enim: *Hęc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, quandoquidem ea bona temporalia sunt, quę ruinam, & incurabilem casum inferant. Quis non doleat, imo exhorreat epulonis illius diuitis apud Lucam cap. 15. miserum finem? Qui indutus purpura epulatur quotidie, mirisque affluebat delicijs, tandem mortuus est, descendit ad inferos, medijsque voracibus flammis torquebatur sine fine. Ardet miser, & maximis excruciat doloribus ad Patrem Abrahamum, mittit crebra suspiria. Cui Abraham: *Recordare filii, quod recepisti bona in vita tua.* Ad hęc Bernardus. *Hęcine tota causa cruciatuum, quod in hoc saculo bona recepit? ipsa planę. Sanc iudex sententiam.**

Pet. Da.

Luc. 15.

*ser. super
Ecce vos.*

tiam laturus reo obijcit crimina, delicta comprobata declarat, ob quæ dignas pœnas recipiat. Et ecce tibi epuloni tota causa cruciatuum, quod receperit bona in vita sua, vbi sunt crimina illius? vbi scelera? vbi feritas in pauperes? vbi æris alieni tenacitas? Omnia simul obijcit crimina, qui bona illius temporalia enumerat. Vnus id egregie notauit Tertullianus libro primo ad vxorem. Vbi memorans Sodomorum incendium quando pluit Dominus à Domino ignem, id notat quod Euang. Lucas nullum aliud crimen eorum dicat cap. 17. sed solum ait: *Emebant, vndebebant, plantabant, & edificabant: & pluit ignis de celo, & perdidit omnes.* Quidni? Tota causa perditionis, quod emerēt, quod nubarent, quod ædificarent? An ne festiuz nuptiæ, bonorum emptiones, lucra, tantum ignem, tot fulgura meruerunt? Pulchre Tertullianus. *Quum dicit, nubebant, & emebant, insigniora carnis vitia designat, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocent. Alterum per lasciuiendi voluptatem: alterum per acquirendi voluntatem.* Non opus est alia explicare facinora, vbi bonorum temporalium negotia exprimuntur, vbi proponuntur emptionum lucra, nubentium delicia, bona temporalia, hæc sufficiunt, vt humanas mentes à Deo auocent, ignibusque addicant æternum duraturis. De Paradiso illa omnium deliciarum & bonorum matre dicitur. Genesis 2. *Plantauerat Dominus Paradisum voluptatis.* Et merito Hebræus addit in Eden, quandoquidem Eden iuxta Beati Anastasii Sinaitæ interpretationem, idem est ac inflammatio carbonum. Equidem ex tunc bonis temporalibus, & delicijs adnata est vicinitas edacium flammarum adeo, vt facitissimè simul & grauisimè dicat Diuus Gregorius Nazianzenus in oratione ad patrem suum, quod ipse honoribus, & felis, & dignitatibus sæculi adest, *Eodem modo affectus quo pueri circa fulgetras, ex quarum spectaculo coniuuētiam cum admiratione ac stupore voluptatem capiunt.* Expendo il-

lud, quo pueri circa fulgetras, quippe solemnissimum est, communes lætias perstreptibus fulgetris celebrare. Sed vbi flammivomens fulgetra perstreptibus saltibus, solo gyrat, quæ puerorum alacritas? qui simul metus? Stupent scintillatos fulgures, pauent vicinitatem, accedunt allecti luce, fugiunt perstreptibus flammis, & vix audent extremis digitulis tangere fumigantem. Sic ait Nazianzenus. Ipse aderat honoribus, & sæculi dignitatibus, quasi si inter fulgetras versaretur simul gaudens lucidissimo rerum aspectu, simul pertimescens cremari. Fulgetra sunt quæcumque mundus habet, plena ignibus, plena flammis, delectant prælucenti aspectu, implent lætitia animos; sed cautè habenda, cum timore tenenda; facile enim dum lucem emittunt, exurent animas, & cum lætitia euoment æternum duraturas flammis. Iam nõ vos moueat, si diuitiæ à Salvatore spinæ vocentur, equidem spinæ sunt, quæ de thamni more ignem in suos vomant: spinæ sunt, quæ ita homines trahunt, & prendunt, vt mirum faciat qui se ab illis expedire possit. Mirabundus Diuus Chrysostomus homilia de Salvatore ad inferos descens. sic exaggerat latronis conuersionem. *Petrus, qui paulò antè in mare intulerat pedem, negauit illum, quo naturam humidam ingressus erat. At latro, qui non in dorso maris, sed in diuitum ianuis ambulauerat, clamabat: Domine, memento mei.* Expende vnde commendet conuersionis miraculum, non quod qui in furtis erat, sed quod qui in diuitum liminibus ambulabat,

ad Deum venit, id ostendit mirabile. Ad eò prendunt vel umbra sua, bona temporalia, ne quis ad Deum possit euolare.

J. XXVII

X.

Lib. III. Caput secundum.

S. XXIII.

Demon bona temporalia prae se fert, ut facile in sui adorationem corda trahat humana.

O Lucrum temporale! O aurum, quo non deducis corda mortuum! Saepe miratus sum, quod Ioseph sanctissimus tam facili negotio ab Aegyptijs coheretur; vix eductus nigro e carcere puer adhuc, & peregrinus, & ignotus assumitur ac Aegypto in Salvatorem. Quae rei causa? Eam ipse per somnium fuit auspicatus. Gen. 37. ait enim ad suos fratres: *Portabam vos in manu manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare; vestros autem manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Ad haec Rupertus. *Eccae manipuli fratrum manipulum eius adorant. Non ob aliud, dignum sibi Principem Aegyptij adorant; nisi quia defecerant manipuli eorum, ipse autem de manipulis plenum habebat horreum.* Cur non adoraretur capitivus, & peregrinus, in tantum abundantia bonorum commendabat? Vnum Deum novit humana avaritia, nempe aurum: qui auro regitur, qui bonis amicitur temporalibus, etsi mortalis sit, et si fera, etsi lignum, etsi Diabolus, sine dubio adorabitur. Sane Aaron si vellet populum a vituli adoratione arce, pessime egit, quando vitulum ex auro conflavit. Exod. 32. Cur non adoraretur vitulus qui splendebat auro? Id quod acute expendit Chrysologus sermone 29. sic fatus. *Aurum Iudaeum populum sic captivavit aspectu, vicit illecebris, specie praecepit, ut hoc esse Deum crederent, & Deum verum, Deum tot beneficis cognitum denegarent, sic convenit homines in iumenta, ut vituli caput caput suum crederent.* Ad quid non cogeret aurum? Quis homines mentis, rationisve capaces ad vituli pedes

prosterneret? Quis caput vituli periuaderet adorandum? Et hoc persuasit aurum, ex quo erat affabre conflatum. Hinc Nabucdonosor apud Dani-
niem statuam proposuit populo adorandam, ideoque illam fecit auream, ut notat Hieronimus in hac verba. *Quod autem sit statua aurea, & infiniti ponderis, illud in causa est, ut res inanimata adoraretur ut Deus, dum unusquisque suam consecrat avaritiam.* Planè avari homines summa religione colunt, & adorant aurum, illud que vnum iudicant dignum altari & fano. Sic proditor ille Iudas huius idolatriae caput, quas acceperat à Sacerdotibus pecunias sacrilega poenitentia ductus, dum ad laqueum properat, in templo reliquit. Quod acutissime, & eleganter ponderat Drogo libro de Sacramento Passionis. *Retulit triginta argenteos, & protexit in templo. Vide quam magni faciebat illos, non protexit eos in sterquilino; sed in templo, nimirum talibus semper Dys templum suum deiquerat.* Huc ego reuocarim illos, qui illicitis pleni lucris post spoliatos pauperes, post vsuras, bona sua templis detinuit aedificandis, vel alijs pijs operibus, vel altaribus. Quo id vnum ostendunt, nimirum quanti pecunias suas faciunt, quam eas adorent, quandoquidem non possunt non relinquere eas inter sacra. Equidem adeò miseri mortales adorant aurum, ut praemisit à Diabolo mundi gazis, praesumeret à quolibet homine adorari.

Dan. 3.

Hieron.

Drog.

Gen. 37.

Rup.

Exod. 32.

Chris.

Textus. Tunc dicit ei Iesus. *Vade Sathana: Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.*

S. XXIII.

§. XXIII.

Verus Deus qui adorandus, non in auro; sed in arumnis, in paupertate, & in laboribus inter noscitur.

MViti Codices, & Græci, & Latini legunt supradicta Christi verba, ac si diceret, vade post me Sathana: & quidem pulcherrimè expressum est illud, post me, quasi Dæmoni ostensis mundi gazis se vsque ad deitatem extollēri iuuat Dominus, quo sit pensanda diuinitas; illique dicat. Falleris, o Sathana, si te Deum adoratione dignum ostentas ex diuitijs, ex superbis gazis, ex mundialibus thesauris; etenim minimè in istis inuenitur diuinitas. Vade post me, vestigia mea meditator in arumnis, in frigore, in nuditate, in ieiunijs, & laboribus multis; ibi tota effulget diuinitas adoranda. Lumen huic cogitationi afferro ex Daniel. 3. cap. vbi Nabucdonosor numen diuinum ostensurus ingentem ex auro solido erexit statuam adorandam, & simul vicino in loco incendi iubet fornacem, quibus excruciantur flammis, qui adorationem statux recusarent. Tres igitur strenui iuvenes statuę adorationem recusant, qui imperio feri Regis vincēti traduntur voracibus flammis. Pueros suscipiunt venerabunda flammę, illosque placido rore demulcent, & custodiunt sanos. Stupent vniuersi spectatores, ipseque Rex stupore plenus ait: Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & species quarti similis filio Dei. Acute notat D. Chrysof. homil. de tribus pueris, a quo numen filij Dei demonstratur, nimirum non ab auro statux; sed a flammis fornacis; ait enim: *Nunquid tale potuit inanis imago monstrare? Ecce Dominus non in auro lucet; sed in flammis ostenditur.* Vt numen diuinum ostenderet, ingentē vim auri in statuam conflauit; sed non in auro diuinitas inhabitat, incendit fornacem Sanctis excruciantis, & medijs in flammis filius Dei sese monstrauit, qui in paupertate & egestate, in laboribus, & arumnis libens inhabitat. No-

uit hoc illa quę dicebat: *Per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Sed qui vici, quę plateę illę, vbi inueniendus quæritur Dominus ab Amassia? An plateę, vbi ditissimi mercatores suos exponūt thesauros, vbi ementium & vendētium aperiuntur gaze? Absit. Id vnus ponderat, & exprimit D. Amb. psalm. 118. serm. 7. ver. 7. inquit: *Vbi quæsiuit, inquam? in foro, & post quæsiuit in plateis, de quibus hi qui ad patrisfamilias euangelici prandium conuenirēt, colligebantur.* Sanè apud Lucam 14. parato prandio, a quo se diuites homines excusabant, ait paterfamilias seruo suo: *Exi citò in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cecos, & claudos introduc huc.* In vicis ergo, vbi pauperes, vbi debiles, vbi afflicti & laborantes degunt, media in paupertate & afflictione se inuenire, & videre, & tenere Dominum præsumit eius Amassia. Hinc D. Paulinus epist. 12. ad Seuer. tractans illud ad Ephes. 5. *Surge qui dormis, & illuminabit te Christus.* Sic ipse vertit, & expendit locum. *Surge qui dormis, & attinges Christum, hoc est, discute carnalis inertie somnum a mortuis curis, hoc est, a conuersatione carnali eripe mentem, & attinges Christum operando præceptis eius, videbis eum in omni egeño, & tanges eum in omni paupere.* Vbi enim egestas, vbi paupertas, vbi afflictio, tam conspicuus adest Dominus, vt & oculis cerni possit, & tangi manibus.

§. XXV.

Et si Diabolus veracissimus esset in promissionibus, nobisque daret maiora ijs, quę a Deo vero speramus, adhuc illum respicere, & soli Deo seruire debemus, a quo sumus geniti.

ECce tibi, mendacem promissorē non refutat Dominus, nec agit, vt eius mendacium manifestetur. Quod notauit Euthymius his verbis: *Vidit ipsum diuinum expetere honorem, tunc illum increpauit dicens, abi Sathana: neq; sustinuit, vt mendacy argueret dicentē omnia sibi tradita esse.* Sanè potuisset

Dan. 3.

Chris.

Cant. 7.

Amb.

Luc. 14.

Paulin. Ephes. 5.

Euth.

Lib. III. Caput secundum.

mendacissimū promissorem de mendacio conuincere. Vnde ne tua hæc omnia, ò Sathana? a quo mundalia bona accepisti, qui nec in porcos ingrederis sine nutu diuino? Quando dabis omnia, qui nec panem habuisti, quem elurienti porrigeres? Non fallaces tuas promissiones: noui mendacia tua, quibus decipis hominum stultissimos. Verum neque sustinuit Dominus, ut mendacij argueret dicentem, omnia sibi tradita esse; quandoquidem etsi vera diceret, etsi promissa impleturus esset; etsi maiora, & sublimiora, & diuturniora ijs, quæ Deus promittit, donaret ille; nihilominus expuendus esset, ut vni Deo genitori exhibeatur seruitium. S. Clem. Rom. 2. lib. Recogn. sic à D. Petro interrogantem inducit Aquilam discipulū. *Quid ergo delinquunt homines, si malignus transformans se in Angelum lucis maiora repromittit hominibus, quàm ipse conditor Deus? An ne errauit quis maiora & solidiora lucra secutus? An ne peccauit qui augustiora & celsiora bona complectitur? Cui respondit Petrus Petro digna. Si filius tuus, qui à te omni diligentia eruditus est, & nutritus, atq; ad virilem perductus ætatem ingratus tibi sit: & relinquens te, ad alium, quem fortè ditiores uiderit, eat, & honorem, quem tibi debebat, illi exhibeat, ac spe maioris lucri naturam neget, & iura paterna refugiat, rectum tibi uidetur, an impium? Omnibus patet, quòd impium sit. Si ergo in hominibus hoc impium dicit, quantò magis in Deo. Quod si verè esset aliquis Deus, alienus tamen ab eo, qui nos creauerat, qui que nobis pater & conditor fuerat, rectum ne erat, relicto proprio, transire ad alienum? Absit. Itaque filiorum est, relictis alijs ditissimis & fortunatissimis, vni egenti, & pauperi genitori, & altori prorsus inferuire. Hinc maximè exaltatur Moyse, qui à captiuo & paupere parente ortus est, & postea à filia Pharaonis in filium cooptatus, in totiusque Ægypti imperium euocatus contempsit imperia: respuit oblatas delicias, ne à suo genitore decideret. Id quod expendens*

Ad Heb.
11.

D. Paulus ad Hebræos cap. 11. ait. *Moyse grandis factus negauit se esse filium*

filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem. Paulo prior Philo Iudæus hæc etiam de Moyse reliquit lib. 1. Hic euectus in summum rerum fastigiū nepos tanti Regis habitus, nec aliud quàm Rex iunior appellatus, secutus est maiorum suorum instituta gentilia, ad optuorum parentum bona, etsi splendida; tamen adulterina iudicans; è diuerso naturalium parentum etsi ad tempus, vera tamen & propria. Ad eò lumine nature insitum hominibus, quòd progenitorum adhæreant institutis; ut etsi Deus esset alius & ditior & diuinior, & maioribus cumulans glorijs seruos lues; tamen illius bona ut adulterina relinquenda essent, quantumuis magna & splendida, & ex toto corde & anima accipienda illa, quæ à progenitore nostro Deo veniunt ut vera, & magis propria nostræ naturæ. Hinc D. Athanas. serm. 3. contra Arianos concludit hominum Redemptorem non debere esse alium ab eorum progenitore. Non conueniebat per alium quempiam nostram redemptionem fieri; sed per eum, qui naturà Dominus erat, ne tametsi per filium creati essemus, alium tamen Dominum agnosceremus. Sed illi soli omne obsequium nostrum deberemus exhibere, cui debemus quòd facti & conditi sumus.

Phil.

Athan.

Textus. Tunc reliquit eum Diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

§. XXVI.

Fugit Diabolus eos expauens viros, qui viriliter primis eius conaminibus resistunt.

NIL magis gloriosum homini, quàm prima repellere diabolici furoris conamina; quo Beatus Cyprianus epistola 25. Christianos athletas maximè commendat in hæc verba. *Vos surgentes belli impetus primos*

Cypr.

imma-

improbi robore, atque inconcussa stabilitate fregistis; inde initia pugnandi orta sunt; inde vincendi auspicia ceperunt. Nil enim magis hostem confringit, nil magis fugat, quam si primus conflictibus victus eat. Antequam Iob sanctissimum aggredere-
 tur, venerunt Angeli Dei, ut assisterent coram Domino, & Diabolus venit cunctis. Sic Iob, capitulo primo, dicitur, ipse, ipse audeat accedere non vocatus, ut nutu Dei cum Iobo confugiat. Igitur certamen parat, crebroque ictu adamantinum petitus arietat; sed frustra: optimus enim athleta Iob ea armatur patientia, qua primos, eosque gravissimos hostis impetus facile retudit. Vbi tunc Sathanas? Quò abiit victus? Accipite quid post hæc de illo textus in-
 nuat capit. 2. *Venerunt Angeli Dei, ut assisterent coram Domino, & Diabolus venit, ut in medio eorum assisteret coram Domino.* Cur modò Angelorum cinctus exercitu venit Diabolus? an quia in primis victus toto celo aufugisset, ne vel videri posset? Ita planè, ait Iulianus in Cat. Græca. *Venit in medium Angelorum quasi captus, nam illum pudebat, fugamque meditabatur.* Illum sanè pudebat ab homine, vel primis conflictibus vinci, sicque illum expauerat, ut nisi captus & violenter, non amplius traheretur ad iudicium, imo Angelorum vallatus vndeque cohorte fugam meditabatur. Hinc pulchrè Nazianzenus oratione prima contra Iulianum. *Nil præclarior, aut præstantius, quàm quòd alyis scelerum fines iuxta legem vindicantibus, nos principia ipsa punimus.* Vni enim Christiani arma habent, quibus primos criminum impetus retundunt, hostemque quavis spe victoriæ priuant. Maxime enim confirmatur hostis, si vel fidelis primo in congressu titubet. Quis eo audaciæ crederet Diabolum devenisse, ut dicente Domino primis hominum parentibus. *Quacumque die comederitis ex ipso, morte moriemini, ipse sacrilego ore dicat, nequaquam moriemini.* Vnde sic audeat in creatorem creatura? Optimè Hugo Victo-

rinus libro primo Miscel. titulo 89. *Domnus affirmavit; mulier dubitavit dicens, ne fortè moriamur: Demon negavit, nequaquam moriemini. Si mulier non dubitasset; fortè Diabolus non negasset; sed dedit audaciam, quæ incubavit malitiam.* Proh dolor! Non licet titubare in belli initio ijs, qui cum Dæmone pugnant; si vel dubium pedem figas, addis animos; si imperterritus, & strenuè dimices, vehementer exterritum, & pauidum fugas. Sic de Gedeone optimè ponderat Duvius Bernardus sermone de Virginibus, quod in hora certaminis *fractis vasculis demonstrans repentinam lucem, hostes terruit, & vertit in fugam.* Expendo illud, in hora certaminis, nimirum cum primùm instavit hora, effulsit luce, quo exterritos fugavit inimicos. Hinc Cantico-
 rum 4. *Veni, coronaberis de capite Sarrana, & Seir.* Vbi expendo illud, coronaberis de capite, hæc ille, qui in initio se fortiter gessit, coronæ suæ præbuerit auspiciam. Sic Gilibertus sermone 29. *Iure caput ipsum triumphans coronatur de capite, quia & tentationum instium conterit, & tribulationum vehementiæ non cedit.* Hæc ille. Sanè Abrahamus coronam obedientiæ reportat, non in perfecta facinoris perpetratione; sed à primæ gladij strictione omnes contrarios affectus in fugam vertit. Id quod meditatus Duvius Isidorus Pelusi. inquit: *Vnde factum est, ut omnes quidem ratiocinationes humana obstupescerent, ad conspectum, congressumque viri starent, ab ipso subactæ, & magis etiam contremiscentes, quàm ad conspectum Regis solent eius stipatores.* Initiaturus certamen sic gladium arripit, ut iam tunc rebelles affectus captivi illum de reportata corona vererentur. Sic tres illi pueri conijciendū in fornacem, intrepidè se offerentes dicunt. Daniel. 3. *Ecce Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis. Quòd si noluerit, notum sit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus.* Quod intrepidum initium dum considerat Chrysostomus oratione tertia de Precibus, sic fatur.

Iob.

Iul.

Naz.

Hug.

Iud.

Be.

Cont. 4.

Gil.

.

.

.

Lib. III. Caput secundum.

Hic eis totum trophæum absolutum est; & simul atque in caminum coniecti sunt imposita corona, & ab illis verbis texti cepta etiam ante rerum euentum, quæ ad Regem ducti in medio protulere. Ecce Deus noster, &c. Et quidem primò in forti conflictu consistit certaminis victoria. De quo diximus libro primo, & alibi.

§. XXVII.

Virum tentationibus agitatum humanissimè excipiunt vniuersæ creatura.

Ecce tibi post nubilum serena iam apparet dies, & post fames, post tentationes, desertus ipse affluit delictijs, iam non duris ieiunijs, acri hoste, sed Angelicis frequens ministris nectara sudans excipit Dominum Christum. O quàm humanitatis plenæ, obsequuntur afflictis Dei durissimæ quæque creaturæ! Quid durius quercu? Sed Abraham patriæ exul, in eremo peregrinus, à Deo probatus, & tentatus, non semel apud quercum Mambræ haud ingratum inuenit suffugium. Quod ponderans Diuus Augustinus sermone 68. de tempore, ait: *Exceptit tamen Abraham peregrinum quercus arbor humana, quæ æstiuo Sole decoctum amœnitatis suæ umbraculo refoueret.* Expendo illud, quercus arbor humana: Vnde humanitatem induit quercus? Sanè Zacharias cap. 11. vt inhumanos, & immisericordes homines pungeret, sic ait: *Vlulate quercus Basam, sed dura & rigida arbor, quercus, inquam, exceptura peregrinum, & exulem Abraham lentescit, & humanitatem induit, illique humana placidum præparat hospitium.* Sed & ignis, & ipse sæuus cuiuscunque materiæ vorator Hebræos pueros post ieiunia, post tentationes acres recepturus, quàm cieur, quàm mansuetus roscida medijs flammis erigit cubacula. Ita Diuus Zeno sermone 5. *Qui pueri ubi inlæti sunt in fornacem, hoc deuotè cupidus ignis excepit: lambunt*

Gen.

Aug.

Zach. 11

Dan. 3.

Zeno.

roscidos flammæ blandientes. Quid plura? Vos omnes compello, ò Hebræi, cum post captiuitatem, & longam, & amaritudinibus plenam ad terram promissionis ascendistis, quale vos præpararunt hospitium vniuersæ creaturæ? Cœlum manna pluit: aer euomit coturnices: ignis noctu illuminat: saxa dulcissimos latices scaturiunt. Qui primùm vos videre potuit pontus, quia procellosus, quia amarus quàm celeriter fugit, qui post modum vós offendit Iordanis fluuius non refugit; sed stat, eiusque conglomerati fluctus retrò stantes vsque ad cœlum redundant. Id Psaltes quandoque cecinit. *Quid est tibi mare quòd fugisti, & tu Iordanis quòd conuersus es retrorsum?* Psal. 113 Ecce tibi mare ante Hebræos fugiens, Iordanem stagnatum crescere, & fixo pede vsque ad cœlum exundare. Quod dulci stylo expendit Ricardus de Sancto Victore, Rich. opusculo de exterminatione mali, & promotione boni, cap. 1. *Pulchrum spectaculum, satisque iocundum videre aquam maris fugientem, videre aquam Iordanis redundantem, amaritatem recedere, dulcem resuere, amaritudinem deficere, dulcedinem redundare. Quisquid hæc vides, miror, si non exclames, quid est tibi mare quòd fugisti, & tu Iordanis, quòd conuersus es retrorsum? Nunquam fieri solent huiusmodi miracula, nisi ante veros Hebræos.* Hinc ante verè Dominum Christum, qui verus Hebræus, verus peregrinus, verus exul, & verè tentatus est, tentationum amaritudines fugiunt, fugiente Diabolo, dulcedines redundant ministrantibus Angelis. O te fœlicem, qui ad tempus pro Deo nomine tentaris, tandem ante te fugient mala, & tibi nulle bonorum dulcedines vniuersæ creaturæ parient.

§. XXVIII.

S. XXIII.

Perfectis viris custodiendis vni-
uersi inuigilant Angelici,
exercitus.

Accesserunt Angeli, post fugatum
Dæmonē, & ministrabant Chri-
sto: accesserunt, inquam, non de no-
uo venerunt; sed qui omnes à primo
conflictu ipeccatores stabant cominus
accesserunt. Sed cur itarent Angeli,
pugnante Christo? Pulchrè D. Petrus
Chrysol. Chrysol. id edidit, *quamuis enim so-
lus possit obtinere victoriam, propter
nos, & propter nostram formidinem
adesse tota misit presidia de supernis.*
Item consultones suos Christus
Dominus non vni Angelorum; sed
vniuerso committit agmini celestium
exercituum Cant. 3. Septuaginta for-
tes cingunt Amalsix lectum; sed post-
quam ipsa à lecto surgens mille præ-
lia sustinuit, & pro quarendo sponso
vulnera passa fuit, iam Cant. 8. induci-
tur à mille & ducentis validissimis mi-
litibus custodita. Id quod eleganter
ponderat D. Amb. lib. 1. de Virgini-
bus in hæc verba: *Ipse pacis Dominus
postquam validioribus brachys commis-
sa sibi virgata complexus, testatur di-
cens, vinea mea in conspectu meo mille
& ducenti qui seruant fructus eius; su-
pra cap. 3. ait septuaginta potentes in cir-
cuitu propaginis eius strictis armatis te-
lis. Hic mille ducentos, creuit numerus
ubi creuit & fructus, quia quo san-
ctior, quisque eo munitior. Ab orbe
quidem condito, misit Dominus An-
gelum suum in circuitu timentium se.*
Psal. 33. ita vt singulis hominibus singu-
li Angeli assisterent, vbi nota verbū il-
lud, misit Dominus, significat e-
nim non integram expeditionē; nec
integri exercitus conflictus. Sed, vt lo-
lent duces, ante præliū fixis castris ad-
huc, iam hostiā illos mittere, qui pug-
nas aliquas cum hoste incant, sic Deus,
Dominusque exercituum, fixis in cæ-
lo celestium virtutum castris, à mūdi
principio iam hunc iam illum Angelū

immittebat, qui hominum prospice-
rent. Verūm cum homo eo sanctita-
tis deuenit, vt hypostaticè vniretur per-
sonæ diuinæ, creuit custodum nume-
rus vbi creuit & fructus: iam non viri-
tum Angeli mittuntur, sed leuatis à cæ-
lo castris totus celestium virtutum exer-
citus se se terris profudit. Id meditatatur
D. Epiphanius. orat. de laudibus Virg. *Epiph.*
Mar. sic inquit, *Deum habitantem in
caelis concepit in terra, vt hac ratione e-
xercitus Angelorum traheret ad terrā,
& versaretur cum hominibus.* Non An-
gelus vnus immittitur; sed totus exer-
citus signa mouet, vt deificorum ho-
minum saluti tutandę fortiter insidat.
Sic de ipsa purissima Virgine, cū apud
templum Hierosolymitanum allere-
tur, innumerisque Angelis stipata à
sacerdotibus crebro videretur; aiebat
Georgius Nicomediensis orat. allata
à Simeone Metaph. *Oportebat nō vnū* *Georg.*
*Mariæ seruire Angelum; sed decies mil-
le milia eam stipare, quandoquidem
ingentes virtutum eius fructus omnes
custodiarum exercitus sibi vendica-
bant.* Sic sponsæ introeunti ciuitatem,
ecce qualiter non vnus aut alter acce-
dat cultos, sed plures accurrunt custo-
dum phalanges. Ait enim Cant. 3. *In-
uenerunt me vigiles, qui custodiunt ci-
uitatem. Non casu, sed maxima con-
quisita cura, ab vniuersis ciuitatis cu-
stodibus, tandē inuenitur ab illis, quo-
rum vel multitudinē speculata, & me-
tus ponere posset, & secure quaren-
do Deo se dare.*

CAPVT III.

De modo cōuersationis Chri-
sti, de eius doctrina, rebus
gestis, & miraculis in
genere,

Adeserti ieiunijs Christus Domi-
nus, vt homines instrueret cum
hominibus cœpit conuersare. De-
cet dominum aliquando proprios in-
uisere greges, ne totum iorum
ne.

Lib. III. Caput tertium.

negotium videatur comississe famulis. Nō inaccessus solitudine, sed comes, sed facilis, sed omnibus familiaris, nō victu vestituque rigidus; sed communi civium habitu omnia omnibus factus est. Summi omnium Doctoris ac magistri munus sibi adnatum implevit, quando doctrinam suam minimē ab alio acceptam & sapiētissimus prædicavit per tres annos ē publico synagogæ suggestu: & innocentissimus & potentissimus eam quibuscumque voluit persuasit, intimisque præcordijs impressit. Divinis in communi viuēdi modo virtutibus coruscavit: discipulorum collegium adlegit, verbo potens in peccatorum barathro demersos homines ad meliorem frugem, & vita sanctos ad vitam reuocavit, innumeraque alia miracula in cælo & in terra & in mari circa infirmos & energumenos peragit, quibus peccati regnum prorsus labefactat. Quæ autem à tanto Doctore in particulari beneficia mundus acceperit in sermonibus, in doctrinis, in miraculis, non hic tomus capit, qui Angelici Doctoris stylū secutus de his modo in genere non nulla prælibavit, exactioremque singulorum tractationem longissimus alijs commentarijs, qui post hæc successiue scribentur, nullam facit.

S. I.

Christus Dominus circa victum vestitumque & modum conuersandi non austerus, & rigidus, sed ut summum Magistrum & Dominum decebat comes apparuit & facilis.

ET Dominum & Magistrum de-
cuitea se exterius viuendi forma componere & figurare, qua facilis & accessibilis & ipse & eius disciplina omnibus redderetur. Ille Deus, qui lucem habitat inaccessibilem, ut

primum Israeliticæ gentis Rectorem & præceptorē agere destinat, quos vultus estingit? quos induit mores? Id D. P. Chrysol. serm. 69. examinat factus. *Ad Moysen igneus Deus glomeratur in rubo; deinde confert faciendam seruo, exercetur varijs in Aegypto virtutibus, & patet ad nutum famuli. Ad Abraham velut hospes adueniat, inuitatus tota dignatione succedit, oblata non respuit, apposita velut esuriens & lassus assumit, & diurna collatione velut egens suscipit & accipit humana.* Nondum hominem agebat Deus, nondum sitis & fames patitur humanas; sed quia hominibus dare iura festinat, quia te Dominum & præceptorem hominum vult declarare, & hominum mensis accumbit hospes urbanus, & in accessibilem suæ deitatis ignem viridantibus rubij tollis subcingit, ut sic facile à quouis & urbano & rustico possit adiri. Sanè in orbis Imperatore hanc extollit comitatem & facilitatem Pacatus in Panegyrico de sapiente dicto Theodosio. *Creber egressu spectantibus populis te fateris; nec videri modo pateris, sed facilis adiri; è proximo accipis vota tuorum. Et nec magis communem diem atque solem quam nostrum Imperatorem videre licet. At quam alter illorum Principum mos fuit, qui maiestatem regiam imminui & vulgari putabant, nisi eus intra repositum Palatine adis inclusos tanquam aliquod vestale secretum veneratio occulta consulisset, & nisi intra domesticam umbram iuvenes solitudo prouisa & silentia late conciliata vallassent vituperandi hi solitarij & multi Principes; ille maxime laudandus, qui & videri & adiri patitur, qui è proximo suorum accipit vota. Ut præclare dicat D. Synesius lib. de reg. Quid indignius eo Imperatore quem propter solos pictores cognitum habent Imperij propugnatores? Nec magis communem diem ac solem, quam summum omnium Imperatorē Christum videre licuit. Quem non solitudo tenuit: non conciliata eremi silentia vallarunt: non horridæ pelles* Chrysol

Pacat.

Synes.

ut

Senoc.

vt fæderis arcam ab oculis mortalium arcuerunt. Is ihuus habitus, ea facilitas, vt ne inuenire asperitate fugaret, & omnes sibi comitate & iuuuitate conciliaret. Sic Ethicus ille Seneca veræ Philolophæ, hoc est, honestatis profellorem & præceptorem componebat lib. 1. epist. 5. *Asperum cultum & intonsum caput, & negligentiqrem barbam, & cubile humi positum debita. Satis ipsium nomen Philolophiæ, etiam si modestè tractetur, inuidiosum est. Quid si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere; intus omnia dissimilia sunt: frons nostra populo conueniat. Non splendeat toga, nec sordeat quidem. Non habeamus argentum; sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus, vt meliorem vitam sequamur, quam vulgus, non vt contrariam: alioqui quos emendare volumus fugamus & à nobis auertimus. Illud quoque efficimus, vt nihil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia. Temperetur vita inter bonos mores & publicos: suspiciant omnes vitam nostram sed & agnoscant.* Hactenus Gentilis Philolophus, cuius testimonium libens recitavi, vt vel inimicis iudicantibus summæ perfectionis Magistri habitum & morum facilitatem optimam omnium delinere. Enim verò adeo te omnibus accomodare studuit maximus sæculorum Dominus & Magister; adeo in conuictu in veste vulgari consuetudini inseruiuit, vt etiam quando in splendorem omnibus transmutatis, consuetudini vestium lineamenta reliquit, latentem intus diuinitatis gloriam exterius in Thabor profudit. Sic Tertul. lib. de resurr. Carn. *Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutauit; sed lineamenta Petro agnoscebilia seruaerat.* Et quidem curauit, ne cum in tantam elatus esset gloriam à populari consuetudine habitus lineamenta discederent, quin potius quandoquidem Magister orbis tunc à patre declatabatur, frons habitus populo conueniret, temperareturque vita inter diuinas virtutes & publi-

Tert.

cas, & suspiceretur ab omnibus, sed & agnosceretur. Hinc iam vita immortalis candidatus mortis expergefactus sopore Magdalenam adoraturam prohibuit dicens Ioan. 20. *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum; quasi diceret, aut Bernat. serm. 28. in Cant. Adhuc quidem tuis sensibus gero morem, formam ingerendo Ierusalem, quam de consuetudine recognoscas.* Adhuc enim Doctoris munus subibat per quadraginta dies appatens eis, & loquens de regno Dei, Act. 1. & ita etsi ab hominum conspectibus fugerat, nondum Ierusalem habitum exuerat, consuetudini hominum seruens, & conuictu & facilitate virtutum, quibus suspiceretur & agnosceretur à discipulis. De Parente suo & Episcopo sic D. Nazianz. loquitur oratione funebri. *Non enim illi in veste; sed in animi compositione humilitas sita erat. Nec ceruicis depressio aut vox ad exilitatem composita, aut faciei nutus, aut promissa barba, aut ablonga caesaries, aut certus incedendi modus humilitatem mentiebantur. Et vita maximè sublimis & animo perquam humilis erat. Cuiusque ad virtutem nemo aspirare poterat: ad eiusdem congressum cuius facilem aditum habebat. Quique ab alijs, vestitus ratione non differebat, à fastu scilicet ac sordibus aequè abhorrens, idem interno splendore multos ante cellebat. Et cum ventris morbum, auiditatemque inexplebilem comprimeret atque domaret; ita tamen in ea re se gererat, vt hoc minimè agere videretur.* Similia tu de Christo Domino diuini quodammodo meditare. Qui vt agnosceretur à suis, flammeantem diuinitatis iubar humanitatis, facilitatisque vmbra tēperauit. Quo Chrysost. in psal. 49. fatur. *Venit vt pastor qui querebat ouem, qua aberrauerat, & qui repugnantem feram venari volebat, ideo se ipsum ad vmbrauit.* Vide supra

lib. 2. c. 2.

(:)

T 5

S. II.

Ioan. 20.

Ber.

os III. E

Naz.

§. II.

Magistri spirituales, ut faciliores & humaniores, sic & cautiorese debent exhibere.

Iterum voco ad turinam verba paulo ante exhibita, quibus summus sæculorum Magister & Dominus Magdalenz obsequiū officiosum retudit. *Noli, ait, me tangere.* Quid plura? *adhuc tui sensibus gero morem formam ingerendo seruilem.* Ecce vobis, quia doctrinæ causa se se Christus facilem præbebat, quia morem gerebat sensibus popularibus, qui seruilem omnibus habitum præferbat, ideò cautiore, ne familiaritas contentum pareret, ne vel religionis ergo tangeretur fœminea manu. Tanto Magistro edoctus D. Petrus addiscentium corona circumseptus, nulli non familiaris, nulli non facilis & humanus: hoc tamen vnum cauebat, ne mens eorum recumberet: eius rei causam ipse reddit apud Clem. Rom. lib. 2. recogn. in hæc verba. *Non pro superbia, o Clemens, conuiuium non ago cum his qui nondum purificati sunt; sed vereor ne fortè mihi noceam, ipsis non profim.* Hac Magistri omnes spirituales agantur cura: his pungantur stimulis, ne comitas, ne facilitas doctrinæ necessaria, candori vitæ paret insidias. **Damia.** Hinc Petrus Damianus in Apolog. de contemptu sæculi cap. 22. pulchrè monet spirituales viros, qua cautela egrediendum illis est in exteriora proximorum exercitia. *Si occasionis articulus accidat, ut egrediendi necessitas imminere videatur, non mox ad vagandum se leuiter prorruat, non ad sæculi vanitatem affixus mundo animus concalescat; sed morosè & grauiter intra se deliberet dicens spoliaui me tunica mea quomodo induar illam? laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Hanc à se adamatam nuditatem*

& affectuum munditiem iuratâ Deo præ oculis habeat quisquis cupit condescensus & facilitatis præcavere pericula. Difficile sanè est, quod quis condescendat cum lapsis, & quod non descendat ad illorum ruinam. Vnus id periculi expendit graphicè Synæsius Episc. Ptholomaidis epist. *Synæs.* 57. *inquiens. Non condemno Episcopos, qui in rerum negotijs versantur; sed magis miror eos, qui utrumque possunt: mea facultas non est duobus dominis seruire. Si verò sunt aliqui, qui neque à condescensu laeduntur, poterunt sanè & sacerdotiò fungi, & ciuitatum præfeci esse. Radius enim solis cum stercore versabitur purus manet; non inquinatur: ego verò cum idem hoc fecero fontibus & mari opus habeo. Expendo illud, si verò sunt aliqui qui neque à condescensu laeduntur, quasi inueneret Magistrorum spiritualium periculū in eo esse, quod debeant hæc duo coniungere & condescensum & omnimodam munditiem. Quare dum condescendum est, dum morem gerere popularibus sensibus quis debet, sibi maxime timeat, mille caueat vigilijs, vbi munda figat vestigia, ne dum facilitati & consuetudini inseruit, sibi noceat; alijs non prolit. Vnus omnium magister vt verus iustitia Sol lucidissimus ipse & candidissimus, cum peccatorum tamen fœcibus versabatur, vt condescensu illos ad se traheret. De quo D. Laur. Nouat. hom. de Pœnit. ait *Manes cum publicanis, manducas cum peccatoribus, vt hac societate quasi arte eos conuertas ad salutem.**

§. III.

Vnus Dominus voce & exemplo suam doctrinam perfectissime docuit; & sic persuasit.

Tunc maximè perfecti Magistri minus adimplebis, si non è suggestu; sed in

Matth.
23. in arena simul vocis tuba præceptum intones, & manibus pugnes, vt præcepta facias. Enim vero apud Matth. 23. aiebat Dominus *super cathedram Moysis sederunt Scribæ, & Pharisei; omnia ergo quaecumque dixerint vobis seruate & facite; secundum verò opera illorum nolite facere.* Ecce pessimi præceptores super cathedras sedent, nunquam in arena præliantur. Iustior illis David, quia ingressus arenam iam percussurus gigantem, tunc primùm os aperit, vt magna Dei sui proclamet dicens *Reg. 1. c. 17. dabo cadauera Philisthym hodie volatilibus cæli, & bestys terræ, vt sciat omnis terra quia est Deus in Israel. Et nouerit uniuersa Ecclesia hæc, quia non in gladio neque in hasta saluat Dominus. Ipse est bellus, & tradet vos in manus meas.* O egregium Ecclesiastem, & in ipsa arena concionatorem! O efficacissimum concionandi modum! Pulchrè ad hæc *Theod.* Theodoretus q. 40. in 1. Reg. *prophetat autem cum esset in acie, & prædixit uniuersæ orbis terræ Dei cognitionem. Cognoset enim inquit omnis terra quod est Deus in Israel. Et os quidem fundit oracula; manus autem se fortiter gerit & lapide perimit alienigenam.* Nullus equidem suggestus splendidior, nulla cathedra clarior, neque ad docendum aptior, neque ad persuadendum effracior, quàm arena est, vbi & ore, & manu, & verbo, & opere præcepta suggerunt salutaria. Hinc 2. Reg. c. 23. *David dicitur sedens in cathedra sapientissimus.* Vbi David in Cathedra? Vbi David sapientissimus? nisi quando alioquin tacens in acie constitutus ore quidem oracula fundit, & manu fortiter se gerit. Ibi sanè perfectissimi magistri impleuit munus, ibi Doctoris apice inauguratus nomen æternat. Ibi à se nascituri Doctoris maximi, & omnium mundialium Domini felicissimū omen protendit. Nec otiose *Eccles. 1.* *Ecclesiastes filius David Regis præfigitur, imò hoc innuitur, quod Davidis æmuli sint omnes qui volunt concionari, & quod vnicus verus & perfectissimus Ecclesiastes & concionator Christus Dominus adeò in hac re patrat, vt nullo magis ostendat se esse*

illam. Dominicam deificamque prole Davidi promissam, quam dum operis exemplo suam doctrinam perluadet. Enim verò, ait D. Athan. de interp. psalm. ad Marcellinum *Ethnici legum conditores virtutem suam vsque ad verba duntaxat prorogarunt, & tantummodo eatenus placent; Dominus autem vt re vera omnium Dominus, curatorque operum suorum non solum leges verbis suis instruxit; sed & se ipsam in exemplar proposuit; vt scire qui vellet se se habere eius, quod in legibus taberetur, exequendi potestatem.* Expende illud, vt re vera omnium Dominus, quasi in nullo magis regum eius decus appareat, in nullo magis supremum tuum omnium rerum dominium incredibilemque potentiam ostendat; in nullo magis se esse curatorem illum & Saluatorem expectatum, & promissū David, & Patribus asserat, quam dum quod lege cauet, ipso confirmat opere & exemplo. Hinc *Rup. lib. 2. de Victoria Verbi Dei c. 13.* conficit necessitatem filij Dei aduētus, vt summam creaturarum acciperet potestatem, qui solus verbo & exemplo potis est suam disciplinam tradere. *Necessarium fuit, vt neque Angelus, neque homo quisquam principatus totius creaturae adipisceretur; sed solus Deus ipse qui veraciter posset dicere. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Planè & cum Angelis summum in celo, & cum Protoplastis collocaret in paradiso, illum super ceteros Angelos, istum vt humani generis esset vnus propagator: sciebat apud se neutrum posse in talis disciplina magisterio ceteris præsidere: vt diceret, discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Id extra creaturarū erat conditionem, nec poterat expectari à creatura neq; Angelica neque humana, ideo vterque & homo & Angelus à solo & magisterio fuit expulsus. Quem Dei verbū subiuit, vt qui solus potens erat dicere, discite à me, quandoquidem & verba & opera hominibus erant condicibilia. Huc spectauit Iesus Sirac apud *Nisænum in exhort. ad Ecclesiastem,* cum ait. *Omnes sermones sunt laboriosi, & non poterit vir loqui. Quasi sermo excederet potestatem & laborem hominis*

Ath.

Rup.

Eccles.

Lib III. Caput tertium.

Nissen. minis cuiuscumque: quod merito ad
stupet Nissenus, ut qui putarat, nullam
rem homini magis esse in proutu, quam
verba facere. Quid facilius homo per
agat quam loqui? quod illi membrum
aptius, quam lingua? Cur ergo sermo-
nes laborem & potestatem hominis
excedunt? *Sermones ergo sunt qui vere
sunt sermones, qui fiunt ad animarum uti-
litatem & hominibus sunt conducibiles:
hi pleni sunt sudoribus, & multos labo-
res inducunt, ut sint sermones. Ut pote
quod oporteat non verbis intelligi sermo-
nem; sed virtute, quae in operibus posita
est.* Sermones, qui non a lingua solum,
sed & a manibus sunt laborem, & po-
testatem hominis superant.

J. III.

*Miracula Christi Domini doctri-
nam confirmantia à Magorum
prodigijs distant utilitate,
& beneficentia, & an-
tiquitate.*

DOctrinam suam, & diuinitatem
suam Christus Dominus verbo-
rum efficacia, & sanctissimae vitae exē-
plis & miraculis in numeris confirmat
Sed quae miracula Christi? Et Magi, &
praesugillatores mira etiam prodigia ef-
ficiunt: & Simon ille Magus ea facie-
bat, quae prorsus excedebant huma-
nas vires. An ideo fide digni? An ideo
Simonis doctrina ebibenda? Accipite
Cle. Rom Nicetam apud Clem. Rom. in Recogn.
lib. 3. sic ad Petrum loquentem. *Et nunc
ergo quid peccant ij, qui Simoni credunt,
cum videant eum tanta facere mirabilia?
aut non est mirabile per aërem volare? ig-
ni admixtum unum corpus effici? facere
statuas ingredi? canes aëros latrare? &
alia his similia, quae utique discretionem
nescientibus satis mira sunt; sed & de lapi-
dibus visus est panes facere. Quod si pec-
cat qui signa facientibus credit; quomodo
non peccasse videbitur, & is qui Domi-
no nostro pro signis & virtutibus credit?
Ad haec diuinitissimus Petrus breuissi-
mis verbis longissima interualla inter*

Simonis, & Christi miracula insinuat.
*Ille, ait, qui à malo est, signa quae facit, nu-
lli profunt: illa vero, quae facit bonus, ho-
minibus profunt.* Sane malignus spiritus
boni inscius vanissima semper efficit
ludibria; nihil hominibus commodum
& salutare mollitur; sed ea quae velut
in theatris vulgus stupeat & rideat.
Quid volatus per aëra, statuarum gres-
sus, latratus aëri canis, ignita spectra, ni-
si temporis afferunt iacturam cum in-
genti admiratione vulgi? Verum bo-
nus Christi Domini spiritus totus uti-
lis, totus hominibus salutaris, & profi-
cuius, cuius signa super his qui infir-
mantur apparent, non statuas ambula-
re facit; sed claudos homines, non spe-
ctra ignea mollitur; sed & caecos illu-
minat, & sepultos mortis caligine re-
uocat ad lucem. Ut merito dicat Fulg.
Fulg. ad Trasimundum Regem lib. 3. ca. 15.
*Vnus atque idem Christus infirmitate hu-
mana passionem pertulit, & miracula
beneficiorum omnipotentia diuinae virtu-
tis perfecit.* Expendet illud miracula be-
neficiorum, quippe nullum à Christo Do-
mino miraculum, quod non fuerit ma-
ximum in homines beneficium. Vnde
sapienter concludit Arnobius lib. 1. ad
uersus Gent. quod Christus Dominus
Arnob. pro multis ac tam liberalibus donis quae
ab eo profecta in nos sunt, Deus dei apel-
larique deberet. Etenim solēnissimum
erat apud gentes benemeritos de Re-
publica homines Deorum instar coli,
ut meminit Aug. cap. 7. Matern. lib. ad
Constantem, & pro omnibus Cicero
Cicer. de natura Deorum sic fatetur. *Multa
alia naturae Deorum ex magnis benefi-
cijs eorum non sine causa à Graecis sapien-
tibus, & maioribus nostris constituta, &
nominata sunt.* Et post pauca. *Utilitatis
magnitudinis constituti sunt y Di, qui uti-
litates quasque gignebant.* Haec Cicero:
quibus constat quam sapienter con-
uincat Arnobius gentes de diuinitate
Christi, cuius opera & miracula sum-
mas pepererant utilitates hominibus,
cuius nulla operatio inutilis, in salu-
bris: huius rei conscientia carnifices ip-
si vix Dominum crucifixerunt, & an-
xi de eius vestibus sortem mittunt.
Quid tot carnificibus paucae, & pau-
peres vestes, eaq; deuisae? Pulchre Pro-
Procop. copius

Epiph.

copius in Gen. cap. 28. Inter se, ait, contende-
bant milites singulis cupientes, ea di-
uisa, habere partem quasi utilis foret non
ad induendum; sed quia vis quedam me-
dicata in ea esset. Sane sibi peruadebāt
nihil esse posse à Christo Iesu, quod
medicam egentibus non afferret. Et
hinc D. Epiphanius lib. 2. aduers. har-
res. argumentatur, Dominum minime
posse dici creaturam *Quid igitur crea-
tura profuerit, aut qualem utilitatem af-
fert ad nostram salutem? Quid prodest no-
bis dicere ipsum creaturam?* Itaque hæc
erit amulsis omnium quæ sunt à Chris-
to, si sint salubria, si vniuersa hominibus,
opera Christi sunt, & Christo digna;
alioquin omnino expungenda ab il-
lo. Ea enim æterna fuit cura verbo di-
uino, ut hominibus prospiceret, unde
fidelis vocat ad regnum, *preparatum
ab Origine mundi.* Quod notans D. Iri-
naus lib. 4. inquit. *Cum sit vnus & idem
Deus Pater, & Verbum eius semper assis-
tens humano generi, varijs quidem disposi-
tionibus, & multa operans, & saluans ab
initio eos qui saluantur.* Hæc ille, quibus
præter beneficentiam verbi in homi-
nes, illud etiam additur singulare: nimi-
rum quod non sit nuperus noster salua-
tor, sed antiquitus ante omnem crea-
turam studuerit hominibus saluandis.
Unde grauissime Tertul. lib. 3. in Marc.
Christi Domini signa ab antiquitate
confirmat dicens. *Iesus edicens multos
uenturos, & signa facturos, & virtutes
magnas adituros, auersionem etiam elec-
torum, nec ideo tamen admittendos; teme-
rariam signorum, & virtutum fidem of-
tendit, ut etiam apud Pseudo Christianos
facilem artem Aut quale est si inde se vo-
luit prouare, & intelligi & recipi; ex vir-
tutibus dico; unde cæteris noluit æquari
Sed quia prior eis venit, & prior vir-
tutum documenta signauit, id cir-
co quasi locum in balneis ita si-
dem occupauit, prosteris
quibusque præ-
ripuit.*

(?)

§. V.

*Christi Domini miracula ut om-
nibus utilissima sic diuina
Christi scirpis mani-
festatiua.*

Validissima ratione Christus Do-
nus sese Iudæis filium Dei mani-
festat Ioan. 10. c. fatus. *Si nõ facio opera
Patris mei, nolite credere mihi: si autẽ fa-
cio, & mihi nõ vultis credere, operib' cre-
dite, ut cognoscatis & credatis, quia in me
est Pater, & ego in Patre.* Et cur Iudæi,
nõ agnitori erāt filiū Dei, Patris sui ope-
ra facientem? An, quia inter homines
ipse versabatur? An, quia mirabili dis-
pensatione egentibus & afflictis ade-
rat? Ecce vobis Ethnicus Imperator
medijs Babylonis flammis tribus ad-
stantem pueris filium Dei recognos-
cit: ait enim Dan. 3. *Nonne tres viros
missimus in medium ignis compeditos? Ec-
ce ego video quatuor viros solutos & am-
bulantes in medio ignis, & nihil corrup-
tionis in eis est, & species quarti similis fi-
lio Dei.* Ex quibus vehementer obiur-
gat Iudæos S. Hyppolitus Martyr in
hæc verba. *Quod Iudæi filium Dei homi-
nem factum non erant agnitori nec recep-
turi; præmonstrat scriptura gentes eum
esse accepturas, quem iam Rex Babylo-
nis in fornace videns agnouit, & filium
Dei confessus est.*

Sed adhuc expendenda sunt illi
species quarti similis filio Dei: non
enim dicit, quod sit filius Dei; sed so-
lum quod filio Dei sit per quam simi-
lis. De quo elegans exurgit quæstio
pulchre exagitata à Rupert. lib. 6. de
Victoria Verbi Dei cap. 21. sub his ver-
bis. *Quis digne sufficit admirari vbi nam
viderit Rex ille filium Dei, ut in medio
ignis similitudinem eius agnosceret, dixit
enim species quarti similis filio Dei? Sane
ut similitudinem vnus ad aliud cog-
noscas, necessum tibi est & illud aliud
cognoscere; quare examinandum est
vbi viderit & nouerit filium Dei Na-
bucdonosor; quem sic etiã urget Hip-
polytus. Dic mihi Nabucdonosor vbi vi-
disti*

Ioan. 10.

Dan. 3.

Hyp.

Rup.

Lib. III. Caput tertium.

disti filium Dei? Dicis, hunc tribus pueris adstantem esse similem filio Dei, an quia filium Dei aliquando videras & noueras? Vbi ergo videras? vbi noueras?

Quibus ut satisfaciam non prouo, quod in presentu respondet Rupertus, nimirum id dictum fuisse a Rege nesciente, & ignorante quid diceret. Melius & ad rem nostram aptius responderim ego allata eiusdem Ruperti altera huic simillima quaestione. Ea est in Tobiam cap. 21. Etenim Tobiam iuniorum apud Rages ciuitatem manentem, cum inscius hospitio susciperet Raguel eius propinquus, adolescentis conspectu delectatus ait uxori suae, *quam similis est iuuenis iste consobrinus meo. Nec ipse consobrinum suum aliquando viderat nec nouerat: Vnde ergo scit illius similitudinem cum consobrinis, si nunquam hunc viderat? Sapienter respondit Rupert. Viderat ille patrem, & in filio similem aduertebat speciem. Recte quidem ex patre sibi satis noto, filij similitudinem animo delinabat.*

Ex his iam licet ad primam quaestionem grandum facere; ea erat, vbi nam viderat Rex ille filium Dei, ut in medio ignis similitudinem eius agnosceret, dicens, species quartus similis filio Dei? Equidem non viderat filium; sed multa de patre audierat & alta mente retinebat, & in filio similem aduertebat speciem. Daniels colloquijs Rex iste gaudebat, quem intra Palatium omni disciplina imbutum conseruabat, a quo sapissime magna Dei sui libens audiebat, & inter alia celebrem illam visionem, qua Moyse primo apparuit Deus medijs ardentissimis flammis, medijs quibus viridatem rubum & prorsus indemne referebat, ut se afflictorum, & humilium protectorem & seruatorē assereret. Hæc de Hebræorum Deo prænoscentis Rex Babylonius, adolescentem tribus pueris media in fornace adstantem optime, & vere iudicat per quam similem filio illius Dei, qui flammanti rubo astat, ne comburatur; in filio similem aduertens speciem Patris. Quis ergo aded mentis inops, aded cæcus non cognosceret filium Dei facientē opera Patris? Dei optimi

& maximi opus fuit, afflictis Hebræis adstare, ne absumerentur flammis captiuitatis, ab illis in Eremo, merces omnes depellere, fames, sitisque eliminare. Dei opus erat vitam mortalibus indere, quas condiderat creaturas maculis mundare, resarcire confracta. Ecce tibi Christus Dominus adeo in his patrisans, ut nullum aliud negotium agat, quam hominibus benefacere, afflictis accurrere, infirmis impertiri sanitatem, cæcis lumina, & mortuis vitam subministrare. Quid plura? Nullum cui dentius testimonium per se sit sapientia incarnata præbere suæ a beneficentissimo Deo originis, quam hæc utilitarum & beneficiorum plena miracula. Vnde petentibus Iudæis, si filius Dei est descendat de cruce, & credimus ei, merito abnuat, ut quibus euentiora iam signa denotarat. Ibi Athanas. hom. de Passi Dominus non se ipsum saluauit, si quidem nulla salute indigebat, cum esset saluator, sed ex suis in alios beneficis voluit saluator declarari. Hæc sane erant euentissima signa Saluatoris Dei, ut totus incurreret hominum sanitati, ut omnibus proficius. & beneficus esset, ut pote Dei beneficentissimi simillima imago.

Hæc modo in genere dicta sufficiat de miraculis, de doctrina, & de modo inter homines conuersandi, quem Christus Dominus habuit, quo volente, de singulis in particulari dabimus integra commentaria.

CAPVT IIII.

De Christi Domini Transfiguratione.

Discipulos de memoria Domini cæ passionis merentes consolaturus Dominus Petrum, Iacobum maiorem, & Ioannem præceteris in magistrum feruentiores seligit, & stipatus illis altissimi Taboris iuga superauit. Ibi oratione facta, cuius prætextu ascenderant, ne ceteri tenerentur inuidia, noua, & mirabili luce totus Christus radiavit. Illi enim in facie & vestibus inerat cælestis splendor, & vitæ æternæ candor, Rediuius Moyses verus & in-

Tob. 7.

Rup.

Athan.

& integer homo constans animo & carne, simul & Elias Christi Domini laterones apparent, sermones miscent de mirabili salutis humanæ per passionem arcano. Discipuli adstupent tantum gloriæ spectaculum, qua superatus Petrus inscius mysterij præ montis illi^o hautatione quicquid aliud est, misum facit. Interea nube suffunduntur radiante, à qua paterina vox Christum Dominum, & filium Altissimi declaravit, & orbi Magistrum designat, dum illum præ Moyse & Prophetis audiri mauult. Qua voce consternati discipuli humiliacebant, à Christo Domino eriguntur, confirmantur, simulque illis silentium de tanta visione indicitur, donec post resurrectione Dominicam omnia eius mysteria liceat vulgari.

Textus. Ex Matth. 17. Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem, excelsum seorsum.

J. I.

D. Petri expenduntur magnalia.

DE Discipulorum corona tres sibi seligit Dominus magis familiares, de quibus etsi aliquoties sit sermo præcipue lib. 4. & 5. tamen honestum duxi, ut qui inter omnes præcipuos à Domino consecuti sunt honores, sic à nostris præcipue celebrentur laudibus. In primis celebrandus adest maximus Ecclesie Christianæ apex D. Petrus, sic ductus non à communi petra, sed à petra illa, quæ Christus est, ut nihil esset in Petro, quod Christum non halaret. Sic Tertull. lib. 4. aduersus Marcion. Mutat & Petro nomen de Simeone; sed cur & Petrum? si ob vigorem fidei multæ materiæ solidæque nomen de suo accomodarent. An quia & petra & lapis Christus? Siquidem eum pos-

tum in lapidem offendiculi & in petram scandali. Itaque affectauit charissimo discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare; puto proprius quam de non suis. Nihil tantum Principem decebat, quod non esset desumptum de summi Imperatoris Christi magnalijs Merito Theologus Naz. in cap. 19. Matth. in immensum gloriatur de nomine Christiano aiens, cur Christiani nomen venerabile est? Nonne, quia Christus Deus? At qui Paulum honore prosequor, nec tamen Paulianus nominatus sum; non fero me ab hominibus nomen ducere, qui à Deo sum creatus. Sic Petto non tulit Deus à creaturis Christo vacuatis nomen tribuere, ut qui totus Christi diuinitatem habebat. Illud dignum erat, ut Christi Vicarius acciperet nomen, quod Christum sonaret, quo Christi & Petri germanissimam publicaret societatem

Diui Petri excellentia, quod à Deo ipso commendetur.

Quis plus de Christi præcellentijs accepit, quam Petrus? Ecce in Christo Domino solemnissimum fuit, quod vna diuinæ personæ voce posset eius magnitudo euulgari iuxta illud Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Excedunt magnalia Christi voces creatas, à solo Patre Deo digne publicantur, sic Petri perfectio maior est omni laude, nec pro dignitate exprimitur alio, quam Dei ore. Quando enim Petrus Matth. 16. diuini Verbi à Patre originem fuit attestatus, sic illi Dominus respondit. *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi; sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Pro quorum explicatione expendo vim illius coniunctionis, nimirum, *Et ego dico tibi, &c.* quæ similitudinem germanissimam exprimit in prædicando Petro, & in prædicando Christo à patre orto, quasi diceret, non caro & sanguis; sed pater reuelauit tibi, & Petri, in eum originem, sic non

Matth. 11

Matth. 26.

Tert.

Lib. III. Caput quartum.

nō caro & sanguis; sed ego vnicus pa-
tris filius exprimo & declaro tuas præ-
cellentias. Id quod grauitè innuit D.
Leo serm. 3. fatus. *Et ego, inquit Iesus,*
dico tibi, hoc est, sicut pater meus tibi ma-
nifestauit diuinitatem meam, ita & ego
tibi notam facio excellētiam tuam, quia
tu es Petrus, &c. Vnus Pater diuinus
posset filij diuinitatem notam facere,
vnus filius diuinus posset Petri excel-
lentiā euulgare, vt in hoc Petrus Chri-
stum sapiat, quòd diuino egeat prædi-
catorè, vt propria dignè publicentur
magnalia.

Petri umbra salubris quid?

Rursus Christo Domino hoc fuit
proprium diuinissimum facinus,
quòd velocius figuræ & vmbre salutē
pijs afferant & incolumitatem. Malus
ille genius, qui int' epesta nocte Egyp-
tiorum primogenia deuastabat, vt Is-
raelitarum baluas agniculi sanguine vi-
dit rubricatas, Israelitis incolumitatē
conseruabat. Quæ rei causa? Tanta ne-
vis sanguinis agniculi? quæ arceat mor-
tem, & salutem afferat? Nō equidem,
qua agni sanguis; sed quia umbra Chri-
stiferi sanguinis eam habebat efficaci-
tatē, vt bene notat Chrysost. aiens. *Ea*
noctē vmbra sanguinis mors horruit.
O verè Christi Domini singularē po-
tentiam! cuius nō solūm præsentia rea-
lis, non solūm vox salutaris sit; sed etiā
vmbre sed etiam figuræ placida sani-
tate manent. Præclare D. Leo serm. 3.
de Nat. pristinos partes à Christo Do-
mino per vmbas & figuras legis sana-
tos admirans fatur. *Hoc magnæ pietatis*
Sacramētum, quo totus iam mundus im-
pletus est, tam potens etiam in suis signi-
ficationibus fuit, vt non minus adepti
sint, qui in illum credidere promissum,
quam qui susceperè donatū. Itaque adeò
potens fuit Christiferæ pietatis Sacra-
mentum, vt ab illo nō minus accipe-
rent qui eius vmbas & figuras ob-
seruarunt, quam qui potiti sunt & rea-
lem ipsius præsentiam & contactum.
Quis huius pietatissimæ potētiae æmu-
lus nisi solus Petrus? Eius beneficentiæ
vis & potestas tanta fuit, vt nō minus

ab illo reciperent qui vel eius vn bra
gaudebant, quàm qui illius obtinebāt
contactum. Sic de illo. *Act. 5. Ita vt in*
in plateas eycerent infirmos, & ponerēt
in lectulis ac grauabatis, et veniente
Petro saltem umbra illius vmbrares
quemquam illorum, & liberarentur em-
nes ab infirmitatibus suis. Verè maxi-
mum & potentissimum pietatis sacra-
mentum, & Christianæ omnipoten-
tiæ speculum singulare.

Petrus in morte umbra Christi
Domini fuit.

Tandem primū Christo Domi-
no crux gloriosa extitit, cuius
gloriæ Petrum imaginem dicam an
vmbra? Sanè filius imago & splen-
dor est gloriæ patris; at Petrus umbra
gloriæ per crucem. Liber Exod. c. *Exo. 31,*
31. meminit magni illius Architecti
Beseleel, vbi Glossa fatur. Beseleel, qui
interpretatur in umbra Dei significat
Petrum. O quàm bene Petrus Dei vm-
bra est! umbra, inquam, Deifici cruci-
fixi. Accipite D. Ambros. in ps. n8. *Amb,*
Octo. ar. 21. dicentem. Non fuit op-
probrio Petro crux Christi, quia tantum
eius gloriæ dedit, vt inuersis Christum
honoraret vestigijs, metuens, ne si ea sp-
cie crucifixus esset, qua Dominus, affe-
ctasse Domini gloriam videretur. Vbi
illud maximè pondero, quòd crux
Christi tantum gloriæ dederit Petro,
vt inuersis Christum honoraret vesti-
gijs. Quæ hæc in Petro gloria? & car
hæc gloria refertur accepta cruci Sal-
uatoris? Vtrunque sciet, qui calluerit
id quod dicebamus, nimirum Petrum
vmbra esse crucifixi gloriosissimi.
Enum verò, quando aliquis in sublimi
vertice consistit, umbra quæ ab eius
corpore fit, cadens per decliue, inuer-
sam prorsus repræsentat figuram, in-
uersisquæ vestigijs exprimit corpus il-
lud, cuius est umbra. Itaque crux vt
Petrus accepit, tantam illi gloriam
dedit, vt esset umbra expressissima
Christi Domini, quem in vertice Cal-
uarij crucifixū, necessum erat, vt vm-
bra exprimeret, inuersis omino vesti-
gijs.

S. II.

Leo

Exo. 1.

Chrif.

Leo.

Act. 5.

Exo. 31.

Gloss.

Amb.

S. II.

D. Iacobi excellentia perstringuntur.

QUID non Martium in Iacobo? Eius nomenclatura supplantato rem sonat, quod si eiusdem nominis Hebraicæ literæ studiose transponantur, ut Georg. Venet. in Armon. transposuit, per modum anagrammatis ex Iacob legitur *galeatus*, ut sic in tanto viro nihil inuenias quod arma & bellum non spiret. Eius viuentis expeditione in Hispaniam breui tempore finita fuit, nec multum damnosa idolatriæ, à cuius perstringijs perpaucos homines in lucem Euangelij pertraxit; sed ubi functus vitæ, gladiumque Herodis pat' us, piscatorem exutus Imperatorem agit, remeansque iam mortuus in Hispaniam, ibi sepelit piscatoris cadauer, & a militari solo cõforus, miles inter milites sæpè apparet, & quos voce doctrinæ non potuit, vi & armis Christi hostes proffigauit. Hinc sibi cantatissimum apud orbem terrarum fecit nomen; nisi enim fallor vix alius in cunctis nationibus Christianorum celebrior sanctus, quàm hic est diuinus patronus Hispaniarum. Miraberis in Ecclesia Christi, ubi tormenta, ubi passio decorat & illustrat sanctos, ubi longi cacatenatique labores coronas pariunt, Iacobum gladio & armis præcellere, Martijque tumultibus in immensum decorari. Quæ rei causa? sanè quæstionem hoc fecit Ruperto, pene in simili causa, quando quidem quærebatur ex illo, cur in Ecclesia Christiana Machabæi celebrabantur, quorum gloria tota à prælijs & bellicis tumultibus clarescebat. Ad hæc ille lib. 10. de Vict. verbi Dei cap. 25. respondet. *Fuerunt isti Machabæi, qualium prælijs & victorijs non quærebatur, ut vlla fieret pressura mundi; sed ut defenderetur gens, vnde esset ventura salus mundi.* Equidem prælijs suis defendebant Israel, à quo omnium populorum oriunda erat salus, ideo ex militari

gloria eam nasciscuntur nominis claritatem, quam mille tormentis superatis, mille laboribus exantians habent sanctissimi & illustrissimi Christi martyres. Sic Iacobus prælijs & armis clauisimus factus, quia ideo militarem assumpsit baltheum, ut defenderet gentem Hispanam, vnde noui orbis parienda erat salus. Hispanis datum erat, ut totam Americam fidei luce illustrarent, ab Hispanis pendebat, quod maioris mundi idolatria exterminaretur, & ibi Christiana religio radices ageret. Vbi autem Iacobus miles factus nititur Hispaniam ab hostibus liberare, quid mirum, si inter celsissimos Christi martyres ipse celebrior & illustrior appareat? Hanc Martialem D. Iacobi gloriam meditabatur Dominus Cant. 8. cum de sponsa sua Ecclesia asserit, *si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea.* Nonne sufficeret in Christi Ecclesia murus, hoc est, sancti qui fortiter & in expugnabiliter hostium tela exciperent? Quid est cur super murum eminere oporteat propugnaculum argenteum? Nonne propugnaculum muro eminet, ut telum iaculet, ut missilibus hostem offendant? Planè ut argenteum propugnaculum super murum, sic sanctus ille, qui non solum passione, sed & bellis & victorijs, ferro & armis hostem deuastat. Huc respiciebat D. Greg. PP. fatus. *Super hunc murum propugnacula edificantur, quia ut non tantum se defendat; sed ut impugnantes prosterнат; miracula ei facere conceditur.* Alii medijs positi tormentis & expositi telis miracula patrabant, quibus irritas ostendebant tortorum machinas, seque ab illorum crudelitate defendebant, veri ex hac parte muri inexpugnabiles. Verùm Iacobus super hos totus argenteus figurat, ut sublime & conspicuum propugnaculum miraculosè inter phalanges apparet, & impugnantes miserè prosterнат ac deuastat. Quo nationum oculos ad se conuertit, & ad te adorandam vniuersorum animos trahit. Sicut propugnaculū argenteum super murum eminet, sic Iacobus

Cant. 8.

Greg.

Rap. 3

Lib. III. Caput quartum

bus super inuidiosissimos martyres
 prælijs & victorijs hostes Christi de-
 vastans claret; propugnaculum, in-
 quam, à quo in dies prosternuntur ho-
 stiles phalanges, & quo effusi totius or-
 bis populi se se recipiunt, vt sub eius
 auxilio propugnari valeant. Celebris
 fuit Plutarcho dux Timotheus, cuius
 facinora vt notarent alij, pingebant
 hominem dormientem, & ab eius ma-
 nu dependens rete, in quod propera-
 bant ingredi oppida, prouinciæ, reg-
 na: hæc ipse vigilans delectatus pictura
 ait. *Si tanta vel dormiens conficio, quid
 excitatū me faciurū putatis?* Hinc, bea-
 tissime Hispaniarum patrone, sæpissi-
 mē tuas glorias sum meditatus, te e-
 num dormientē Hispania tenet, sinu-
 que suo cubantem placide custodit;
 sed nescio quæ retia ex tanti ducis ma-
 nu pendet, in quæ effusæ nationes sin-
 gulis diebus video properare. Si tanta
 vel dormiens conficis, quid mirum
 quod vigilans aperto Marte confertis-
 simos hostium exercitus deuastes? Mi-
 raris ad Iacobū mundi nationes prope-
 rare? Igitur accipe quod in eadē re mi-
 reris magis, nimirū, quod prima om-
 niū, quæ ad Iacobum peregrinationē
 insluit, fuit creaturarū omnium Regi-
 na, Dei mater Maria. Hæc cum cæte-
 ris Apostolis agens Ierosolymis Dei
 potentia Iacobum in Hispania de gen-
 tē apud Syracusam visitauit, vt colum-
 na tēpli maximi Syracusani testatur.
 Ad Salomonem Regina Sabba quon-
 dam festinauit 3. Reg. c. 10. cuius men-
 tē insinuās D. Isidorus in allegorijs ad
 3. Reg. fatur. *Venit Regina Sabba sui
 populi oblita, in aperto peregrina; sed in
 occulto sanctorum fieri cuius exoptabat.*
 Quid plura? Regina Angelorum Dei-
 que mater dum rebellem Iudæorum
 populū obliuioni tradere decernit,
 inque Hispaniarum populo honorifi-
 cato radicare, æternūque firmare
 domicilium, venit Hispaniam inuisura
 Iacobum, in occulto quidem medi-
 tans Hispanorum fieri conciuem; at
 aperto peregrina apparet, vt doceat sub
 ditum orbem ad tantum Hispani-
 arum propugnatorem pe-
 regrinari.

Plut.

3. Reg. 10

*Iacobus doctrina & prælijs
 clarus.*

NEc non in Iacobo accidit miran-
 dum, quod vt prælijs vacet, non
 obliuiscitur Apollinici magistrum,
 imo vtrunque munus & ducis, & ma-
 gistri perfectissimè adimpleuit. Cuius
 rei gratia mihi in mentem veniunt
 laudes Anonimi ducis 2. Reg. c. 23. in
 hæc verba. *Sedens in cathedra sapientis-
 simus princeps inter tres ipse, est tanquā
 tenerrimus ligni vermiculus qui octingē-
 tos interfecit vno impetu.* Alsetior in pri-
 mis Isidoro Clario, Vatablo, & Gloss.
 interl. qui minimè putant hæc ad Da-
 uidem referri, sed ad ducem alium,
 cuius nomen ibi non exprimitur. Sed
 duci lancea, telum clypeus detur; cur
 cathedra paratur? Dicatur fortis, mag-
 nanimus, inuincibilis, cur sapientissi-
 mus dicendus? Merito huius ducis ibi
 nomen siletur, quia in Dauidicis ter-
 narijs non inueniebatur qui sic Martis,
 & Apollinis claritatem coniungeret.
 At in sacro illo ternario à Christo Do-
 mino sibi selecto inuenitur vnus Iaco-
 bus, qui ex cathedra & exercitu no-
 men sibi sempiternum acquirat. Itaq;
 Hispaniarum dux sedens in cathedra
 sapientissimus & Imperatorem egit
 & magistrum. Quam agat Imperato-
 rē nouerit ille, qui tot hostiles exerci-
 tus ab Hispania eliminatos videat. Sed
 age vis nobilem Imperatorē videre
 magistrū? cupis Iacobum non in acie,
 sed in cathedra cernere? Ecce tibi cū
 primum Spiritus sancti linguis imbu-
 tus fuit: sic explicandis scripturis &
 tradendo Euāgelio incumbit, vt vnus
 Iudæorum rabiem in se conuerterit,
 & primus pro tradita veritate vitam
 amiserit. De magno illo Elezaro, qui
 pro legibus patrijs inter Machabæos
 primus vitam finiuit, ait D. Amb. lib.
 2. de Iacob. c. 10. *In moriendo tormen-
 tis factus est ceteris magistrum perse-
 uerantiae.* Id quod de b. Iacobo dixe-
 rim, qui cum Christianam veritatē do-
 cens occiditur primus, præclarū cæte-
 ris magistrum tulit insigne. Et pōdero
 quod cum occiditur magister efficitur,
 quando cuncti mortales magiste-
 rio cum vita defunguntur, ipse ma-
 giste-

Amb.

gisteriū sibi acciscit; adeò enim acer-
rim⁹ erat veritatis doctor, vt mortuus
et. a suū pro illa magisteriū confirmet,
dum Hispaniam aillatus cathedrā fun-
dat, in qua occupantibus erroribus si-
ue Mahomæ, siue Arii vniuersam pe-
ne regionē Hispanorū, veritas Christi-
ana & Orthodoxa refulsit. Enimvero
Arianā luem sola Iraflauia D. Iacobi
cathedra in Hispania non nouit, Ma-
homæ pestē vna eiusdē cathedra vbi
corpus iacebat & reptetis & cōtudit.
Vt meritò liceat nobis ad rāti Docto-
ris templū & cathedram dicere quod
Naz. ad Maximum Constantinopoli-
tanum templum post hæreses purga-
tas edixit, nimirum. *Tu nobis fides do-
ctrinā, quæ adhuc contemptū erat, excitā-
sti. Vale in quā communis victoriæ sedes,
noua Silo, in qua primo arcam fiximus in
desertum circum aetam incertis que sedi-
bus vagantem, &c.* O egregium Chri-
stianæ fidei asylum! O templum siue
Mausoleum D. Iacobi cineribus con-
spicuum! O Iacobæam cathedram, in
qua doctrinæ radius nulla admisit nu-
bila, in qua sedes communis victoriæ
constitit! Te felicem cōpellem Hispan-
niam, quæ noua facta Silo arcam tanti
cadaueris thesauro diuitē ab Ierosoly-
mis errantem incertisque sedibus va-
gantem tandem recepisti, vt aduersus
hostes victoriarum sedes haberes, &
aduersus errores verum doctorem &
magistrū, qui sedēs in cathedra sapiē-
tissimus princeps inter tres exultet ar-
mis & rutilet doctrina.

Princeps militiæ Domini quid?

Sed cur princeps inter tres? An Pe-
tri, & Ioannis princeps? Nō te mo-
ueat, quod inter Petrum & Ioannem
dicatur Iacobus faciliè princeps, titu-
lus enim est militaris, nō dominij. Equi-
dē 1. Paralyp. c. 10. dū expugnatur le-
buseorū asylū, *ascendit primus Ioab,
& factus est princeps*, hoc est, in Davi-
dico exercitu militarem clauum obti-
nuit Iude D. Chrylost. de S. Stephano
sic loquitur. *Habeat in nomine coronam
victoriæ Stephanus; Stephanus qui bellū
in quo se exercuerat nemo, hominum vi-
ta manifestauit: qui pugnam, quam ne-
mo docuerat mundo patefecit.* Eodem

modo vbi sacerdotalem apicem Pe-
trus ex confessione habuit, Iacobus,
qui primum in arenam prosiliuit, ma-
nusque cum hoste confluit Christi-
anæ phalangis principatum sibi acqui-
siuit, sic inter tres Apostolici Senatus
apices factus est ipse princeps. Quò
respexit D. Chrylost. hom. 26. in Act. *Chryst.*
vt ostenderet, inquit, Deus in quàm
dura certamina vocaret Apostolos;
*idcirco occidi permisit ab Herode etiam
principem.* Et sanè durissimum illud
bellum est, cuius in primo conflictu
cadit militiæ princeps. Huic Iacobæo
principatui respōdet gloriosum illud
Hispanorum decus, quo vbiicumque
terrarum sceptrum Hispaniarum efful-
get, ibi simul Christi exultat vexillum.
Enimvero Ios. 5. cū Iosue ad Iericun-
tinos campos accederet, ait illi Ange-
lus Domini. *Solue calceamentum de pe-
dibus tuis, locus enim in quo stas, terra
sancta est.* Cur terra sancta dicitur quæ
vitiatorum omnium erat spelunca, quæ
idolis plena erat? Pulchrè Orig. hom. *Orig.*
6. *quia quocumque venerit princeps mili-
tiæ Domini sanctificat locum.* Hoc suffi-
ciebat, vt terra sanctitatem parturiret,
quod à principe Dominicæ familiæ
tangeretur, nescit enim talis princeps
premere solum, vnde sanctitas non ef-
fulgeat. Quò iam vides quàm se tollat
Hispanorum gloria, vbiicumque enim
Hispani figunt vestigia statim fidei san-
ctitas pullulat, quia qui Hispanorum
bellis præest Iacobus princeps militiæ
Domini quocumque venient locum
sanctificat.

S. III.

*D. Ioannes Euangelista com-
mendatur.*

I Am ales ille in sublime fertur qui
garrulas profanorū voces compri-
mat, & medullam cedri, nempe Dei
verbum plenum gratia & veritate va-
leat euulgare. Quā varij de Deo apud
Philosop hos errores? Quam diuersæ
sententiæ? tot ferè quot capita. Inter
hæc euolat occisissimus Ioannes, & è
sublimi intonuit. In principio erat Ver-
bum, &c. qua manifesta veritate silue-
runt omnia verba mendacij. Huc

Naz.

1. Par.
10.

Ioan. 1.

Lib. III. Caput quartum.

spectat D. Bas. in c. 2. Isaac fatus. *Vniuersum simul mendacium suppressum silentio est, quod iemadmodum aquila aliunde aduolante a se super conspecta fuit, garrulitati loquacium auium quam occisimè silentium induitur.* Ecce aquila & quidem velocissima Ioannes, quæ silentium indicit loquacibus aibus, quæ garrulorum hominum mendacia reuelat, & lucis filius detegit veritatem. Hinc verè aquila est qui anas Ioannes, nimirum gratia, quando quidem exuperant omne sensum gratia in illo a Domino conglomerata. Ioanni plus datum est quando in sinu Domini recubuit, quam si sedes daretur exoptata.

Ecce primam a Deo exhibitam Ioanni recolo gratiam quod nimirum in sinu Domini recubuerit in Coena: qui ambiuit aliquando sedem regni, modo veri Regis sinum ubi recubat accipit, & sanè maiori dignatione maiori gratia. Amatrix illa sponsi ut summa eius gloriam videre

Cant. 1. exoptabat, sic Cant. 1. inquit. Indica mihi, quæ diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes. Et quidem sapienter non ubi iuraret, non absoluti in creaturas imperij sedem; sed accubitum sibi mavult reuelari, gloriosius enim est cuique si in sinu Dei accubat, quam si in throno sedeat imperas orbi terrarum. Nolo vobis in presentia debere D. Ber. serm. 5. de verbis

Isai. fantem. Quid autem delectabilius & quodammodo dulcius est filio quod cum patre est, an quod cum patre omnibus preest. Parum videtur spose videre sedentem, curantem sibi si igitur indicari. Indica mihi, ait, ubi cubes in meridie. Sed & anime omni, quæ sanum sapit: dulcius sapit per omnem modum

quod Apostolus ait, qui adhaeret Deo unus spiritus est, quæ quod Apostolis dicitur, cum sederit Rex in sedem maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes, haud minus utique iactantior sessione cubatio. Hæc Ber. quibus facile percipis Ioannis immensam gratiam, qua a sede male appetita ad accubitum diuini sinus fuit reuocata, ut gloriosius & dulcius quiescere in sinu, quam regnare a sede maiestatis. D.

Amb. lib. de Isaac c. 5. ait. Lectulus sanctorum Christus est, in quo uniuersorum fessæ secularibus prealys corda requiescunt. In hoc lectulo requieuit Isaac, & benedixit filium suum, iorem discens maior seruiet minori.

In hoc lectulo recubans Jacob benedixit duodecim Patriarchas. In hoc lectulo cubans Archisynagogi filia sursum exiit a morte. In hoc lectulo iacens vidua defunctus mortis vincula, vocatus Christi voce, dissoluit. Quæ erunt Ioannis magna, dum in hoc ipse cubavit lectulo?

Ioannis merita ex Deipara custodia.

Non multum reluctabor, si quis non ad gratiam; sed ad ius Ioannis reducat, quod cruci astans sibi acquirat Domini matrem Nonne Eliseo duplicem magistrum spiritum petenti 4. Reg. 2. respondit Elias. *Si videris me, quæd stellar a te, erit tibi quod petisti?* Perseueranti enim non tam datur, quam redditur postulat. Ita Rup. lib. 5. in lib. Reg. c. 18. fatetur *Velut ex latere meritum attigit Elisei, videlicet quia perseverando cum illo quasi hereditario iure spiritum perciperet magistrum.* Expedit illud quasi hereditario iure, quippe non donum expectat ille, qui ad vitæ extremum cum magistro perseverat; sed ius hereditarium acquirit. Hinc patet Ioannis ad crucis stipitem cum Domino perseveranti iure hereditario Deiparæ custodia aduentasse. Nec alio Ioannis virtutum capacitas impleri posset nisi de custodia Dei paræ. Ipse de se ait c. 19. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* In quæ sua?

In sua sanè, in quibus ius habebat, in sua nimirum, quæ eius capacitas postularet & exquiret: quod videtur attigisse D. Amb. ps. 118. serm. 15. dum inquit distribuebatur autem unicuique prout cuique erat opus. *Intelligendum est sic distributum esse huic discipulo quod opus erat, ut illic etiam Beate Mariæ tanquam matris eius portio poneretur.* Quasi non prouisum esset Ioanni, quod ei erat opus; nisi ei Deipara Maria attribueretur, & sine Maria ieiunus & profusus vacuus maneret. Maria Ioanni opus erat, Maria inter Ioannis propria versabatur, Mariam toto animo, toto corde Ioannes esuriebat. Pro qua Ioannis excellentia liceat adducere, inter Baptistam & Euangelistam differentiam notatam a Nazianzeni fratre

Celario dialogo 3. Vbi hæc verba dedit. Ille Baptista appropinquavit matri suæ ea quæ gestabat filium sine patre, matrem reueritus genuit, ut exiliendo, ac velut imminente sibi a pregnantem periculo, non ferebat eam quæ faciem gestabat proprius accedere.

Amb. lib. de Isaac c. 5. ait. Lectulus sanctorum Christus est, in quo uniuersorum fessæ secularibus prealys corda requiescunt. In hoc lectulo requieuit Isaac, & benedixit filium suum, iorem discens maior seruiet minori.

1. Cor. 6. unus spiritus est, quæ quod Apostolis dicitur, cum sederit Rex in sedem maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes, haud minus utique iactantior sessione cubatio. Hæc Ber. quibus facile percipis Ioannis immensam gratiam, qua a sede male appetita ad accubitum diuini sinus fuit reuocata, ut gloriosius & dulcius quiescere in sinu, quam regnare a sede maiestatis. D. Amb. lib. de Isaac c. 5. ait. Lectulus sanctorum Christus est, in quo uniuersorum fessæ secularibus prealys corda requiescunt. In hoc lectulo requieuit Isaac, & benedixit filium suum, iorem discens maior seruiet minori.

4. Reg. 2

Rup.

Ioan. 19.

Amb.

Casr.

cedere. Hinc autem in eodem loco statuit
& commendat matri propria Dominus
cum tempore salutifera passionis cruci
adstantibus, intentis in Ioannem oculis
ait ecce mater tua. Itaque iuxta Cæsa-
rium Baptula nō ferens splendorem,
exiit in utero, quasi illius confortium
refugiens; verum Euangelistæ tanta
erat capacitas, ut astans cruci filij Dei
locum subiret, & gaudens sibi accipe-
ret Mariam. Denique de Ioanne sæ-
pius sermo redibit.

§. III.

Plus cæteris laborare & sudare ali-
quos in sequendo Christum particu-
laris Dei favor, & gratia est.

Diligentiores, imo & Deo cha-
tiores discipuli altissimum iubē-
tur scandere montem, cæteris inte-
rim plano & ameno loco quiescenti-
bus. Hicne diuinus & maximus fa-
vor est, quandoquidem Deo chario-
res seliguntur in maiores labores. Id
quod in Ioanne Christi Domini Præ-
cursoris celebrat Chrysost. serm. 88. his
verbis. *Beatus qui non peruenit ad gra-
tiam per labores; sed ad labores ipsius gra-
tia dignatione descendit.* Expēde ex quo
hominis beatitudinē aspicietur, nimi-
rū quod gratiæ dignatione ad labores
descēderit, quod gratia Dei sit digna-
ta illū in labores & ærumnas impelle-
re. An cōtemnēdi labores, quādo cha-
tiores Christo discipuli illis sui amoris
mercedē accipiunt? Ita D. Amb. lib. 1.
de Iacob c. 7. *Habet ergo in se remunera-
tionē suā qui sequitur Iesum, & in suo
affectu premiū, etiā si dura sustineat: bea-
tus est suis moribus, beatus ipsis periculis.*
Gratia quidē est, favor est, premiū est,
beatitudo est, quōd per abrupta mon-
tū cacumina, per aspera iuga, per syr-
tes, per in hōspitalia Iesus ducatum se-
quaris. Paul. ad Colos. 1. *Nobis, inquit,
donatū est à Deo, ut non solū in eo creda-
mus, sed etiam pro eo patiamur.* De quo
D. Chrysost. hom. super orat. Auzæ,
dicit. *Etenim gratia vere maxima, dig-
nū cenjeri propter Christū aliquid pati,
& corona vere perfecta, & martires futu-
ra retributione nō minor. Martyres cū
vocamus beatos, ex vulneribus primum*

*beatificamus & tunc ex premijs, expla-
gis & mox ex coronis repositis.* Qui pon-
dus diei & æstū portauerāt in Domi-
nica excolenda vinea indigne ferunt,
quōd qui vna solūm hora laborauerāt
par premiū a patre familias recipiant.
Proh dolor! Quāni mali æstimatores
erāt suorū laborū illi operarij, quādo-
quidē ipsi laboribus superiores erant,
cur aliā inuiderent mercedē? Pulchrē
D. Gregorius Nazianzenus oratione in ^{Naz.}
sanctū Bapt. *Illud dicā hoc ipsum impen-
sius laborasse vberioris mercedis loco ha-
bendum esse his certē qui animo sunt non
omnino illiberali & sordido.* Quæcumq;
aliā mercedē vincit qui pro Christi no-
mine subitur labor: tuc sanē puta ma-
ximo fuisse te beneficio affectū, maxi-
mum donis & munerib⁹ a Deo cumu-
larū quādo impensius laborasti, quā-
do præ alijs ad labores fuisti vocatus.
Quæ mulier vnquā magis laborauit,
quā illa inclyta Machabæorū mater,
quæ septē adolefcētes filios & pucher-
rimos nouis & inauditis tormentorū
generibus vidit excruciarī? De hac ta-
men D. Amb. lib. de Iacob 2 c. 11. ait. ^{Amb.}
*Quis hāc beatā neget, quæ quasi septē val-
lata muneribus inter corpora filiorū nul-
lū sensit mortis dolorē.* Expēde illud sep-
tē vallata munerib⁹, quot filiorū carni-
ficinas vidit, tot munera, tot beneficia
sibi recēsit, quibus beneficijs delinita
mortis amplexus intrepidā expecta-
uit. Quid plura? Vnum mihi omninō
persuadet, quā magni beneficii loco
debeā habere, si quādo ducente Chri-
sto ad sudore & labore plenas vias tue-
rim vocat⁹; quōd nimirū nullā rē aliā
nobis inuideāt Angeli nihilq; aliud ha-
beāt in optatis, quā laborāti Christo af-
simulari. At enim D. Petrus c. 1. Can. *Petri r.*
in quē desiderāt Angeli prospicere: quip *Can. 1.*
pe, ut expēdit Clem. Alex. non Angeli Clem.
apostat a, sicut quidā suspiciātur; sed quod Alex.
cerū est & diuinū Angeli qui desiderāt
profecū perfectionis illi⁹ ad: pisci. Quæ-
si dicat, hoc valde admirabile & diui-
nissimū est, quōd Angeli gloriā Chri-
sti in possessione habētes, in desiderio
habeāt illi⁹ gloriæ puluerulētās vias; &
fatiati gloria vnū litiat, vnū desiderant
Christū exēplar in laboriosis & sudore
plenis vijs habuisse. Hoc sequentium
Z 3 Chri-

Chys.

Amb.

Lib. III. Caput quartum

Christum laboris desiderio tenentur medio in voluptatis abyssu; imò ea est laborantiū & iudantium, in sequendo Christum foelicitas, vt merito putet Bernard. hanc posse desiderari in caelesti & gloriola vita. Etenim ait Ierm 68. in Cant. *Letati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti. Hoc genus laetitiae caeli nesciuerūt, nisi per Ecclesiae filios, hoc nemo vnquam letatur, qui nunquā nō letatur. Audeo dicere expertem huius beatitudinis ipsam beatam vitam, nisi se dignetur fateri, quòd per charitatē ea in me fruatur & per me. Aliquid sanē videtur perfectioni illi accessisse ex me. Quid Christianorum laboribus & sudoribus gloriosius, quando quidem ipsa aeterna gaudia incōpleta videātur, in cum laborantibus hominibus communionem habeant & aeternorum praemiorum perfectioni labores exanthlati pro Christo queāt comparari? Merito ergo Christus Dominus ad crucem suam inuitaturus id solum dicit, *qui vult venire post me tollat crucem suam & sequatur me.* Et quidē cogendi videbantur homines in crucem laboriolamq; vitam subeūdā & Christus totū mutat. Cur ita? Pulchre Ioannes Xiphilinus Antistes Constantinopol. orat. de festo Crucis apud Colleturum. *Ad bona enim voco; non ad mala, nō ad poenā, vt etiam cogere oporteat, si quidem ipsa rei natura potius est attrahere.* Adeo crucifer labor gloriosus est, vt non solum ipse hominum trahat animos; sed etiam pro singulari munere & beneficio habent quicumque ad illum teliguntur vocantur.*

S. V.

Quam longē à rerum mūdialium tumultu extollendi sunt qui Dei magnalibus potiri auent.

Celsissimum montis cacumen scā dūt Apostoli, quia Dei magnalia appatent non his, qui reptāt humi, qui delitionissima humanae vitae prata traeseutes marce sic buli florum gaudēt corona; sed his, qui disponunt ascensio-

nes in corde suo, qui iacentibus bonis conculcatis, sublimibus inhiant & aeternis. Scientiam Dei reualandam hominibus conciauit aliquando Regius Prophetes, sed a quo reuelāda erit audite, *Nox noctis indicat scientiam.* Igitur *Psal. 18.* nox est quae in vmbra mortis sedetes homines omnis boni scientiam reuelare contendit. Et quidem nocturnis tenebris edoctus ait Cyril. in Catena *Cyrl.* D. Ih. ad cap. 9. Luc *Si caelū inspicias punctatum stellis quasi infinitis luminibus, si consideres, quòd qui per diem saltant, y tunc nihil a mortuis differunt; de testaberis quemlibet ausum humanum.* Ecce tibi nocturno in silentio terrena omnia quantumuis splendida horrēt tenebrosa induta caligine, nil oculis gratum, nihil auribus dulce, nil regia palatia discrepant a sepulchris, & ferates luci, & delitiosi horti confunduntur. Vnum coelum splēdet, totumque luminibus distinctum oculos cōplet humanos, complendo allicit, & alluciendo delectat. Quisquis ergo magistrā noctem aulc uitas, miror, si terrena respicias, & mortura decora nō detesteris, si totus in caeli bona non feraris sublimis, vt sic magni Dei scientiā imbibas. Ideo oratur s hanc praescripsit Christus Dominus regulam, vt dicāt *Pater noster qui est in caelis.* Enimvero Deus cum vbique sit, terrenaq; omnia Deo plena sint, tamen à sublimi caelorum habitatione gaudet dignoscere creaturis Vt pulchre meminit Hugo de Sācto Victore, *ne inepta queritando mente vagemur, dicit, qui est in caelis, vt mente radicata quae sunt utilia queramus.* Ne humi reptem⁹ quia potius ab humi iacentibus expediti & liberi vbi Deus se prodit feramur ad subumia, vt cum Apostolis supra montium cacumina constituti scicntia imbuamur anima.

Hos Christi Domini discipulorum nocturnos ascetas, vt placet Ariano otano, explicauit Ileras c. 14. dum proprietati originali inuitamus, quae ue se habet, *ex radice colubris egreditur regulus, nuntium iuxta Chaldaū, ex radice de ulis filorum Iesie egregetur Carillus, & fructus eius serpens, natus volans.* Quid magis re pite quam respēs humi

Ber.

Xiph.

Psal. 18.

Cyrl.

Hug.

Iler. 14.

Naz.

humi cubans terrenis inhians pabulis? Quid magis sublimius, quam igneum & pennatum animal? At, ubi Christus Dominus apparuit in mundo, ecce tibi prudentissimi serpentes igniti & volantes; hoc est, terreni homines, terrenis pabulis, caliginosis terræ antris dimissis, sublimia scandunt alati, & coelestibus pabulis inhiant. Huius loci commentator accedat Nazianzenus Theologus oratione de externi hominis vilitate, sic edisserens: Corpus est terra creatum est, ob id in terram suapte natura vergit; et anima Dei spiraculum est; eoque fit, ut perpetua cupiditate ad præstantiorem illam coelestium bonorum partem aspiret. Sic nimirum formis quidem umbra prosum ac deiciuam cultum habet; ignis contra ad superiores dumtaxat partes tendit. *Quam magna est homo, quò Angelus potius dicendus: quàm homo, si serpentis in morem exuta senectute hinc sese in altum retulerit.* Explicuerat deorsum vergentem terreni corporis molem, simulq; animi igneum vigorem, quo tendit ad sublimia, & statim subdit felicissimam sortem, & Angelicam illius hominis; qui serpentis de more exuta senectute in altum migrat. Et cur serpentis de more in altum? Nonne melius de aquilæ more exuta senectute feremur in sublime? In altum ferri post senectutem exutam, aquilinum est, serpens enim senectutem exuit, sed cubat humi; sed totus reptat. Verum, merito à Theologo non homo sed Angelus dicitur ille, qui non de more aquilæ; sed serpentis de more senectam exuit; & totus igneus & pennatus sese proripit in sublimia. Etenim hoc singulare habent serpentes; quòd nocturnis tenebris de antris exeant, & de petrarum foraminibus exeuntes sub nocturna caligine via coelesti pulchritudine fruuntur, cuius recreati fulgoribus, & libilos, & volatilis exhibeant. Sicque qui magistra nocte ad diuinam scientiam cupiunt peruenire; quibus ferebantur, terrenorum pabulis relictis; noui serpentes, toti ignei, toti pennati præruptorum montium, petrarum foraminum incolæ,

sola coelestia spectent lumina, solisque oblectentur diuinis luminibus. Hunc serpentis morem docebat Dominus Moysen cupientem gloriam Dei videre. Exod. 33. Cui Dominus: *Cum transferit gloria mea, ponam te in foramine petrae.* Ad hæc Cyrillus Hierosolymitanus. *Cathech. 10. Quasi dicat, hoc faciam; sed ita ut tu capere posses, ecce ponam te in foramine petrae.* Renouatus sese aquilæ mos est medio in prælucenti aere libero intuitu Solem cernere, non id possunt qui reptant; non id capiunt homines terreni, sed serpentis de more à foramine petrae, à præruptis montibus, nocturnis tenebris, cum nihil aliud præter coelestia lumina aspiciant, tunc toti ignei, & alati serpentes sese in altum extolentes diuinæ gloriæ scientiam obtinebunt.

§. VI.

Prærupti montis ardua & difficilia cacumina, ut ascendant. Liscipuli spectaturus præit Christus.

Nil enim magis facit laborare seruum, quàm Domini intuitus.

NIL magis seruum ad labores trahit, quàm si laborantem Dominus remuneraturus aspiciat. Vnde Iacob cum primùm laboriosam, & ruminisque plenam aggreditur viam, celebri illa præmunitur visione, qua vidit scalam & arduam, & sublimem, simulque ascendentes & descendentes per illam, in qua nihil non labore & difficultate plenum vidit; nisi quòd Dominus summitati nitetur ascendentes conspexurus. Ita Diuus Hieronimus ad Iulianum epistola 34. *Qui delicatissimè à Rebeca matre fuerat educatus, lapide ad caput propulsus vitatur, vidit scalam de terra vsque ad caelum, & ascendentes per eam Angelos, & descendentes, & desuper immitentem Dominum, ut lapsis manum porrigeret, ut ascendentes suo ad laborem prouocaret*

Lib. III. Caput quartum.

aspectu. Quippe maxime ad laborandum prouocantur, qui sub remuneratoris Domini aspectu labori incumbunt. Hinc Eusebius Emiffenus summam D. Stephani in passione abacritatem, summam & indefatigabilem tanto in labore fortitudinē educit, quod ait: *Video caelos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* Quidni? *Iuste insunclanter offert sanguinem suū qui prae oculis habet Regem suum, simul- & brauium suum, & filium hominis à dextris virtutis Dei.* Vides quod spectantis intuitus armat constantiam triumphatoris. Quid mirum, si Apostoli cellissima montis scindant cacumina? si laborioso incumbant itinere? si difficiles arduasque terant semitas? si sub nimio labore gemant? Habent praecurrentem Dominum, ut ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu, Dei spectantis confirmantur intuitu. Hinc D. Gregorius Magnus in 1. Reg. cap. 16 de Christo Domino inquit. *Pulcher aspectu fuit, quia & mortales nos ex magna charitate respexit. Quasi enim aspectus sui pulchritudinem repromittit Discipulis, ait, iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum* Cur non gauderēt sub Domini aspectu in illius vinea laborantes, pondus diei portantes & æstus? O magnum laborantium solatium! O vnicum gaudium eorum, qui huius vitæ premuntur labore, qui ardua euangelij scandunt, & aspera, quod sub Domini remuneratoris oculis laborant! Sanè nos respicit omnes Deus currentes in stadio: cernimur à Domino laborare: cernimur huius vitæ molestijs insudare: quis animo cadat, cum à Domino suo cernatur? Sic dux Piria apud D. Ennodium in Paneg. Theodorici suos hortabatur milites. *Nemo absentes credat. Regis nostri oculos, pro cuius fama dimicandum est. Si caelum lancearum imber obtegeret, qui fortius zelum iecerit, non latebit.* Ad eò putabat Principis oculos conducere ad militum præclare gesta. Et quidem in Rege nostro Christo hoc verissimū est, quod eius oculi præsentissimi nobis sint, quibus præclarum vllum facinus non latebit.

Euseb.

Act. 7.

1. Reg. 16.
Gregor.

Ennod.

Textus. Et transfiguratus est ante eos.

S. VII.

Vnus homo iustus numerosissimæ multitudinis instar est Deo, pro quo Deus omnes vitæ labores non dubitaret subire.

Verbi diuini personam in proprio splendentis suæ gloriæ habitu ut ageret Dominus, tres solum Apostolos spectatores elegit: quod Angelici myriades stupefcerent spectaculum, tribus solum Discipulis gaudet representare; sed tribus solum, qui dum solum caelestia appetunt, præ numerosa multitudine Deo æstimantur. Domini potestate ut Pharaonem deterreret Dominus. Exod. 3. iubet à Moysè ante Regem vocari Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, & quid inde stupefceret Maximus Imperator? Cur Dominum trium hominū vereretur Rex tot urbium, tot prouintiarum? Sanè coram præpotenti Rege erubescendum erat Deo, quod trium hominum Deus diceretur. Verum, ut ait Paulus ad Hebræos cap. 11. de his Patribus: *Nunc autem meliorem appetunt, id est, caelestem; ideoque non confunditur Deus vocari Deus eorum:* quandoquidem tres hi homines caelestia solum appetentes, & æterna instar numerosæ multitudinis sunt Deo. Id quod expendit Chryostomus his verbis. *Deus orbis terræ non confunditur vocari trium Deus, & merito, non enim orbis terræ; sed innumerabilium eiusmodi instar sunt Sancti, melior est enim vnus faciens voluntatem Domini, quam decies mille iniqui.* Tres illi sanctissimi pueri à Rege Babylonio in fornacem immissi, dum flammis medijs existerent, grato modulamine Deum incipiunt celebrare hymnis. Ibi canunt Deo, vbi solum audiunt tres ipsi, cur non melius canerent cū audiri possint ab vniuersa multitudine? Sanctus Basilus

Ad Heb. 11.

Chris.

Dan. 3.

lius

Basil. Ilius libro de Spiritu Sancto, cap. 30. Ex incēdio medio canebant hymnos Deo; haud reputantes multitudinem aspernantium veritatem; sed sibi ipsi sufficientes cum essent tres, quare alter alteri multitudinem solus exhibebat innumerabilem, & grauissimam. Ne miremur quod Christus Dominus suae gloriae spectaculum manifestet solū tribus, quandoquidem quilibet eorum grauissimam exhibebat & innumerabilem multitudinem. Ecce vobis qualem Deus habeat aestimationem iusti & boni viri. Hæc fatus Ecclesiastes capite nono, iuxta Diui Gregorij Taurinurgi periphrasim. Sapientiam tanti facio, ut paruum ciuitatem à paucis inhabitatam ciuibus frequentem existimem, si vel pauperem sapientem habeat ciuem. Quid plura? Adeo aestimat Deus vitum rustum, ut non solūm iudicet suae gloriae spectatores tres solūm suffecisse; sed & pro quolibet eorum sudores & labores omnes vitæ suae merito subire præsumat. Sic Diuus Chrysostomus homilia de terræmotu expendens seminis diuini ruinam in parabola de seminante illo, cuius semen aliud cecidit inter spinas: aliud in petrosa, aliud secus viam. Exijt, inquit, qui seminat ad seminandum, & quadam ceciderunt secus viam, quadam super petram, quadam super spinas, quadam in terram bonam. Tres partes perierunt; & una seruata est, nec ab agricultura destitit; sed quia una conseruata est, agrum colere non cessauit. Tanti aestimat Deus viros iustos, adeo sibi complacet in hominibus studiosis, sanctitatis, ut spectantibus solis tribus; omnes gloriae suae pandat thesauros, imo vnus gratia manum toties mittat ad aratrum, immentosque ad labores præparet animum.

S. VIII.

Mille verbum diuinum formas subit, ut in hominibus Dei imaginem reformet.

QUAS Dominus non induit figuras, ut nos in corpus claritatis suae transfiguret? Quas non subit formas, ut in nobis imaginem Dei perditam reformet? Aiebat quondam Moyses. Exod. 15. *Sanctuarium tuum, Domine, quod firmauerunt manus tuae.* Ad hæc Origenes homilia septima. Hoc non dicit manu hominis factum; sed Dei. Quid ergo? propter te Deus & plantat, & ædificat, agricola efficitur, structor efficitur, ne tibi aliquid desit. Vnus Deo scopus est totius suae economiae, ut hominem reformet ac figuret, ut illi antiquam Dei imaginem indat, cuius gratia mille ipse induit formas & figuras. Suffragatur Diuus Cyrillus Hierosolymitanus *Catheches. 10. Vnicuique inueniens, varius fit Saluator ad utilitatem. Qui enim indigent recreatione & latitia, illi fit vinea. Qui opus habent ut ingrediantur, his constituitur ostium: & qui cuperent offerre orationes, illis fit mediator, summusque Sacerdos. Rursus habentibus peccata fit ovis, ut pro ipsis maeretur. Et omnibus fit omnia, ipse idem natura permanens qui est. Tandem seruili forma dissimulata filij Dei imaginem splendens externis corporis lineamentis ante Discipulos in Thabor subit, ut transfiguratus ipse nos homines in filios Dei formet & transfiguret. Etenim cum esse Christi Domini scopum in omnibus suis operationibus, testatur D. Paulin. epist. 4. dum inquit. *Ita se immiscet nobis, ac nos sibi conserit, ut quod ipse accepit, nobis proficere faciat. Sic & honori suo implicans suos, prope omnia nobis etiã nomina sua communicauit. Ut virtus Dei dicitur; ita & nobis virtus esse dignatur, Dominus enim refugium nostrum & virtus. Et sicut ipse de se ait, ego sum lux mundi; ita & ad suos inquit, vos estis lux.**

Exod. 15

Orig.

Cyri.

Paulin.

Hæcine est Christi Domini operatio nos sibi conferere, & conserptos à seruilis forma in filiorum Dei formam transfigurare? Quod Christo Domino acceptum referebat Paulus ad Philippenses; *fatus. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum* (sive ut Ambrosio placet *transfiguratum corpori claritatis suæ*). Quæ verba sic Anselmus expendit, ita reformabit illud, ad eam pristinam ei formam ita gloriosam restituet, ut sit configuratum corpori claritatis suæ, id est, assimilatum corpori suo clarissimo. Iam finiat Irineus varias verbi figuras notans; ut nos transferat in paternam figuram. *Item ait lib. 4. cap. 37. Et ipse uirginis Dei, utpote diues & multus existens, non in una figura, neque in uno charactere uidebatur uidentibus eum, sed secundam dispensationis eius causas & efficaciam, sicut in Dansele scriptum est. Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Missael, uidebatur assistens eis in fornace ignis. Et uisio, inquit, quarti similis filio Dei. Aliquando autem lapsus à monte abscissus sine manibus, & percutiens temporalia regna, & ipse replens uniuersam terram. Rursum uidebitur ut filius hominis in nubibus cæli ueniens ad ueterem diuinitatem, & sumens ab eo uniuersam potestatem & gloriam.*

S. VIII.

Notitia sui homo redit ad pristinam figuram, qua Deo similis conditus fuit in paradiso.

Coelestem ex Patre originem, ut ait D. Ephrem, ostendens Dominus, simul & ex Maria matre referens naturam, sese ante Discipulos transfiguratur, quasi eos alliciens, ut ex coelestis & terrenæ originis notitia, pristinæ Dei imaginis amissæ nitantur recuperare figuram. Nil enim magis homines transfiguratur in formam filiorum Dei, in abolitam in paradiso si-

guram, quam si crebro habeant ob oculos diuinam animæ suæ & terrenam corporis originem. Id dyslico edocuit Theologus Nazianzenus.

Te noscās, & quæ tibi sit coelestis origo, Sic facilis uenies ad decus archetypum.

Quod illius Scholiastes S. Cyrus sic explicatus expendit, nimirum *noscās te mortalem esse, ut qui carne quidem à terra sumptus sis; spiritu autem diuinitus insufflatus*. Itaque duplicem quibus homo habet originem, ex coelesti Dei halitu, & ex limo terræ, hæc sibi sepius præferat, hæc alta mentem reponat, & ad pristinæ figuræ & imaginis decus facilis transeendet. Hanc uim se transfigurandi per nouitiam sui hominibus inditam, noui ex Ruperto libro 2. de Trinitate cap. 2. ubi explicans illud Geneseos: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; quali dixisset, ait Rupertus, *Faciamus hominem, qui trine operationis nostræ in semetipso habeat euidentiã, ac si in eo consisteret imago Dei homini indita, quod homo trinitatis operationes, quas Theologi uocant operationes ad intra, æmularetur. Et quidem Deus Pater se iatimè & perfectissimè cognoscens, suæque perfectionis abyssum penetrans, ex hac sui cognitione & comprehensione operatur in se, & generat uerbum, quod est splendor Patris, & figura substantiæ eius. Cuius triados in operatione homo Deo similis eam uim habet, qua etiam se cognoscens, suæque substantiæ originem penetrans similem Deo in se figuram, & perfectam Dei imaginem, qualem à primordio sortitus est, facile exprimat. Accinit non inelegans Clem. Alexandr. 3. Pædag. cap. 3. ubi inquit: *Si quis se ipsum norit, Deum noscit; quod si Deum noscit, ei assimilabitur, non aurum gestans, nec talarum uestem gerens; sed benefaciens, & quod paucissimis fieri potest indigens*. Ecce tibi quicumque homo sis, qualiter ex perfecta tuæ coelestis terrenæque originis manifestatione & notitia te iuxta primæ deificæ imaginis exemplar transfigures. Vnde D. Amb. ps. 118. serm. 10.*

Cognosce

Amb. Cognosce te anima, quia non de terra, non de iuto es, quia iustificauit in te Deus, & fecit animam uiuentem, opus es magnificentum Dei generatione inspiratum. Secularia te non moueant, & mundana non teneant, terrena non morentur; ad illum tota intentione festina, ex cuius inspiratione consistis. Hac ille: nec aliud efficacax medium inueniri potest, quo te quis transfiguret in filium lucis, quam si se, suaque penitus inspiciat. Ficiat rē

Seneca.

Seneca epist. 6. ubi inquit: *Lucis non emendari me tantum; sed transfigurari; nec hoc promitto iam ut spero, nisi in me superesse, quod mutandum sit. Quidni multa habeam quae debeant corrigi, quae extenuari, quae attingi? Et hoc ipsum argumentum est in melius translatis animi, quod vitia sua, quae adhuc ignorabat, videt. Porro ea res maxime homines confirmat, ad perfectionemque ducit, quae propriam uirorum infirmitatem ob oculos proponit continē Paulo datus est Angelus Satanae, qui cum colaphizet. 2. ad Corinth. 12. a quo se petit licerari uir sanctus, neque obtinet, datus enim illi erat ad laudem, quia uirtus in infirmitate perficitur. Quando namque natura infirmitas ob oculos uertitur, maxima est accessio uirtuti.*

Iren.

Ab hoc itat D. Irenaeus libr. 5. dicens. *Voluit ergo Dominus Apostolum suum sic colaphizari? Et talem sustineri infirmitatem? Etiam ait uerbum, uirtus enim in infirmitate perficitur, meliorem efficiens hunc, qui per suam infirmitatem cognoscit uirtutem Dei. Suam enim infirmitatem discere per sustentiam, nihil est malum, magis autem bonum est non aberrare in natura sua. Hoc bonum, & maxime cuique conueniens, quod in natura sua non erret, quod ob oculos habeat, cuius sit natura propria infirmitatis. Necnon & naturae excellentia in diuino origine fundata maxime etiam arceat hominem a uitijs. Ideo Petrus. 1. Can. uocat oues tuas, gētem sanctam, regale sacerdotium. Sed cur ad id illustribus titulis populum condecoras, o Petre? iam ipse respondit, apud S. Sixtum epist. de malis doctor. ubi facit. *Ego bis & generositate sua nobilitatem ante oculos posui, & quod genus electum, sacerdotale, regale, gens san-**

Sixt.

Etia, populus acquisitionis essent, indefinenter ostendi. Ego etiam quod diuina essent naturae consortes edocui, credens eos ad custodiendam iustitiam promptiores fore, si stirpis suae speciem agnoscerent, ita mirabilem. Ad id uel diuina stirpis, uel infirmitatis humanae notitia ualeat ad componendos animos humanos.

J. X.

Quo quis certius caelestem induit figuram, Deique imaginem in se portat, eo cautius ab omnium oculis se submoueat, hominumque fugiat conspectum.

NON sine nostra doctrina Christus Dominus secretum altissimi montis perit, ut a multitudinis oculis suae deitatis figuram, & imaginem custoditam submoueat. Eo enim imaginem uirtutis Dei certius nostris animis inherere confidimus, quod magis eius splendores & profluentes radios ab oculis mortalium arceamus. In dubium reuocat D. Zeno, apud Lippomani Catenam, quod homini in principio indita sit imago & figura Dei. *Zeno.* *Qua in parte hominis, ait, est haec imago? Quis illam unquam cernere potuit? An, quia illam uelimus, quia nunquam uidimus, ideo eam non habemus? Habemus plane, & quidem manifestam ex eo ipso quod non est portantibus nota. Incomprehensibilis Dei imago, inuisibilis sit necessi est. Denique oculis non est subiecta mortalibus. O quam misere falluntur illi, qui in conspectu omnium ambiunt transfigurari! Qui imaginis Dei splendores, nempe uirtutes, aut extasim oculis multitudinis committunt! Proh dolor! non haec est figura Dei inuisibilis, quae omnium oculis passim cernitur, qui uere transfiguratus est, qui non ad umbratam, sed solidam ueramque Dei imaginem & figuram subit, secretum amat, non frequentes populi plateas; sed desertos montes quatit, illamque ab oculis mul-*

titudinis arceat. Non enim qui in manifesto Iudaeus est; sed qui in abscondito Iudaeus est, aiebat quondam Paulus ad Roman. cap. 2. Quo circa arguta satis quaestio apud D. Hieron. Epist. ad Tharasiam, cur Deus sui populi signum non constituerit ea corporis parte, qua palam & perspicue ab omnibus cerneretur, nempe aut in fronte, aut in manu? Imo potius signum illud iussit inuri ea in parte, quam natura ipsa occultare, & contegere nititur. *Ne iustitiam nostram* (respondet Hieronymus) *coram hominibus faceremus; sed in occulto & coram eo solo, cui soli nihil est occultum, & quem solum remuneratorem bonorum nouimus effectorem.* Unde ne in carne palam, sed in occulto cordis Iudaei esse debemus. Adeo Dei sigillum homini impressum occultari amat, ut Deo probetur, adeo occultanda est Dei imago, & figura, ut vel ex illius secreto, quo sese hominum oculis eripit, clarissimum sui praebeat argumentum. Quo usus fuit Bachiarius Epist. ad Ianuariu, ut extolleret Salomonis poenitentiam. Etenim Ianuarius poenitentiam tanti Regis negat, eo quod nulla illius mentio in scripturis, in antiquis authoribus inueniri queat. Cui ille. *Audi ergo frater, poenitentia eius qua non scribitur publicis legibus fortasse a Deo acceptabilior ut dicatur, qui non ad faciem populi; sed in secreto conscientiae teste Deo poenituit.* Non enim facile adducar, ut credam hominem in melius transfiguratum & mutatum esse, quando & frequenter amat conueniri, & passim suas virtutes prodit populorum conspectibus & multitudinis. Abrahamus litaturus filium, nil magis studet, quam tantum facinus vel ipsis famulis celare; & ideo illos iubens manere ait Gen. 22. *Sedete vos hic; ego vero & puer pertransiuius usque illuc & cum adorauerimus reuertemur ad vos.* Vbi notanter D. Chrysost. *Filium tuum, ait, maclaturus pergis, & ais reuertemur? Dum pueros studet celare, propheta efficitur.* Adeo gratus est Deo, qui suas virtutes, ab hominum oculis celare procurat. Vtina haec omnibus fuisset innata cura, ut ad eas plus affecti essent virtutes quae magis spectantium oculos fugiunt. Nisi

vitae illi a Iona cap. 3 correpti, *Predicauerunt ieiunium & vestiti sunt saccis.* Vbi eleganter D. Hieron. *Ante ieiunium & sic saccus: ante quod occultum est & postea quod palam: etsi duobus necessarijs vnum est detrahendum, magis ieiunium absque sacco quam saccum eligam absque ieiunio.* Securior enim est, & firmior virtus illa quae abscondi potest, quam illa quae nequit non esse in spectantium oculis.

XI.

Sic se companionere homo debet, & etiam in loco solitario, in deserto agro, ubi a nemine videtur virtutum intimarum effulgeat radijs.

Medio in secretissimo monte dilectissimis sibi discipulis illatus, ubi alij relaxandi animum gratia vis se a saltu, a ludo, a cursu continere possunt, Saluator noster totius intimarum virtutum fulgoribus irradiatur. Sepe homines virtutum studiosi agrorum secrete meditantur, ubi laxatis parum per habenis honestis exercitijs recreantur Quos ut cautos media in solitudine reddat Magister omnium & Saluator, sic in secreto montis interiorum virtutum habenas relaxat, ut totus lucidus, totus in splendorem transfiguratus apparet. O foelix illa animi relaxatio, qua totus homo exterior intimarum virtutum radijs illuminatur: sane latet anguis in herba, & saepe in agro, in solitudine, quo minus sibi homines cauent, eo facilius hostem incurrunt manus. Scite Psaltes. *Quomodo dicitis anime mea transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intendunt arcum, ut sagittent in obscuro rectos corde.* Ibi in secreto motum, ubi compressae diu habenae, solent relaxari, in sidias hostis agit, latet occultus anguis. Hinc totum huius damnatum D. Greg. Taumt. term. de Annuntiat auspiciatur. *Virgo Eua sola in paradiso chorum agens atque tripudians, relaxata mente per*

Psal. 10.

per incuriam ab auctore omnis mali ser-
pente verbum suscepit, & sic sensu men-
tis corrupta est. O quantum detrimen-
tota fuit nobis ista Euz animi relaxa-
tio! Cum se in agro vidit nihil timens
totam se fundit in gaudia, & relaxata
mente, lethali vulnere exhibuit adi-
tum. Iam sibi omnes caueant etiam
in agro, etiam in solitudine, etiam
in inedia relaxatione animi sic se
componant, vt tunc maxime elu-
ceant, & splendeant intrinsece virtutes
quas habent. Ecce vobis Rebecca in
domo parentum circumspeta chent-
um turba, interrogata, an ad virum
ire velit, non moratur, vt virginem
decebat, responsum, sed statim alacri
& gaudente animo respondit, vadam
Genes. 24. Hecine est Rebecca virgi-
nalis pudor? Hecine est illa virgo ho-
nestissima & sanctissima? Vbi pudor,
quando tam festinus inconiugiu ausus?
Vbi virginis decor, quando sic sese
offert amplexui maritali? Sane maxi-
mus erat pudor, maximus virgineus
decor animo puellae sanctissimae la-
tens, & adeo maximus, vt in solitudi-
ne, vt in agro, vbi licentia maior, & oc-
caso vehementior, ibi sese ostenderit,
clarissimisque se prodiderit radijs. Ete-
nim cum in agro esset Rebecca, noto
a longe sponso Isaac, qui exierat ad
meditandum in agro, illa tollens cito
pallium suum operuit se. Ad huc eleganter
Rup. lib. 6. cap. 45. Non ergo cum di-
teret, vadam, concupiscet aut concupiscere
ardebat, que tanta festinatione pulchritu-
dinem suam operiebat, viso Isaac. Non
utique sed superno potius nutu praeventa
peregrinari cum fide Abraham & Isaac,
& futuram inquirere civitatem male-
bat. O quam euidens testimonium
praebuit solitudo & ager puellae pudo-
ri virginali! Ecce quam in agro, in
solitudine viso sponso, ad quem alacris
se curam promissit, internae eius virtu-
tes fulgarunt. Sane non lasciviae ta-
dis, sed fidei luminibus intus concre-
mata dicebat vadam, quando in agro,
in deserto loco sola cum petito sponso
pudoris splendet sub radijs. Sic nos in
tristecus componamus, vt dum ager-
dum solitudo relaxandi animum, &
sensus licentiam propinat & securita-

Gen. 24.

Rup.

tem, tunc praecipue quae intus sunt vir-
tutum lumina foris irradiant.

Textus. Et resplenduit facies
eius, sicut Sol.

Jo. XII.

Strenue, & intrepide subeunda:

mors ab ijs, qui velint mori

tem superare.

Moriturus Christus Dominus hanc
suae in Thabor gloriae praemissae
manifestationem, de ex infirmitate vi-
deretur succubille qui tantae virtutis
radijs coruscavit. Itaque ad mortales
tenebras subeundas hanc sibi facem
praetulit claritatis. Sed cur inlat solis
se ad mortem paravit? Accipite Di-
tionem hom. de Resurrect. sic de solis
philosophantem. Sol quotidie nascitur
eademque die, qua nascitur emittitur, tamen
instantis finis sorte terretur, et
suos retardet cursus, sed fidelis semper in-
trepidus ad sepulchrum noctis contendit
scitis in ipso se habere quod vivat. Igitur
Christus Dominus moriturus, prius to-
tus splendet vt sol inueniens quam im-
perterritus, quam intrepidus ad sepul-
chrum mortis festinat, & quo citus se
met quod vivat. Tibi veniat in men-
tem Rex ille alioquin fortis Ezechias,
incidit in lectulum, morti appropin-
quat, & vel mortis odore perterritus
reversus ad parietem fletu & lachry-
mis deprecatur vitam. Additi sunt illi
ex Isaiae oraculo anni quindecim, pro
eius rei signo Sol ab occasu in Orientem
retrocedit decem lines. Quis nun-
quam Solem ab occasu retroceden-
tem vidit? Sane, quando maximus Re-
gum Christus in cruce occubuit, mini-
me retrocessit Sol; sed praeproperum
sibi induit nocturnum luctum. Quae
ratio discriminis, quod qui retroces-
sit in Ezechias, in Christo Domino obs-
curari festinet? Eleganter D. Cyrill. Hie-
rosol. Catech. 2. Tunc, ait, propter Ezechiam
Sol reuersus est, propter Christum autem
Sol obscuratus est non retrocedens, sed de-
ficiens.

Zeno.

1. Reg. 20

Ciri. Hie

Lib. III. Caput quartum.

*sciens. Atque per hoc utriusque differentiam & Ezechia, & Iesu demonstravit. Etenim Ezechias mortis aspectum paueat, quam nititur aliquandiu fugere, quod retrocedente sole innuitur. At ubi actus est inuisissimum Regem Christum non retrocedit, imo mortis caligine obscurari festinat, ut qui vidit iustitiae solem imperterritum & impavidum cum morte conflagrare crucis ligno suffixum, unde nouit se habere quod uiuat. Accinit pulcherrime Eucherius in 4. Reg. cap. 14. sic cum Elia rapto ne moreretur, componens morientem Christum. *Elias mortem distulit, non euasit, Redemptor autem noster, quia non distulit superauit, eamque resurgendo consumpsit.* An tu qui id curas, ut mortem differas, ut pigrescas in vita, ideo euades? ideo eius amarissimos felles fugies? imo semper amariores gustabis; siquidem moriendum omnibus est. O vos felices qui animose mortem appetitis, qui festinanti libentes, & imperterriti occurritis, mortem sine dubio superabitis, & inde amplissimam ebibitis vitam. Gloriosae & immarcescibilis uitae illius, quae post mortem superest, ut exemplum exponat Tertull. lib. de carn. resurrect. ait. *Accipite plenissimum huius spei specimen, illum Orientis alitem de singulari arte famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum libenter funerans renouat natali sine discedens* Expendo illud semetipsum libenter funerans. Quid si inueniat natalem finem solaris ales, qui libens, & intrepide suo ipse funeri occurrat? Et sole & solari aue praestantior Christus Dominus non mortem refugit, non mortem reformidat & differet, sed intrepide libenti animo uenienti occurrat, congregientem expectat fixo pede crucis in ligno. Quod pulchre Athan. hom. de Pass. ponderat, dum inquit. *Neque de cruce descendendo uoluit filius Dei agnosci, sed ex eo quod cruce permaneret. Certe pendente in cruce Domino, monumenta aperiebantur, & qui ibi sepulti iacebant uiuificabantur.* O uerum diuinitatis iubar fulgentissimum! O iustitiae unicus Sol eo magis splendentis solis aspectum subis, quoad mortem impavidus ruis, quo mi-*

nus expanes mortis calignem! quo magis irreuocabili gresu mortali umbra obscurari festinas! Iam te solem experietur obscura regio, cum te accedente habent cuncti mortui quo uiuant.

S. XIII.

Christi Domini fulgentissima caro tenebrosos hominum mores condemnabit.

Vbi Christum solem aspicias, memento quod Malachias addit, ni mirum iustitiae solem; solis induit radios, ut omnia lustret humana, ut futuri iudicis exhibeat faciem. Id D. Basil. Seleuciae antistes notauit. *O miraculum Basili. ex humana forma mittebantur radij diuinis operationibus solis instar perstringens oculos significauit orbis terra futurum Iudicem.* Vix hominibus, qui caecantur sub tenebris peccati, qui caliginosis insudant laboribus! qui tenebrarum Principi famulantur! Quomodo solis tutrinam sustinebunt? Quomodo ad radiantem iudicis faciem itabunt? Facies iudicis humana est, fateor, oculi illius carni, unde necesse est, ut suae carnis, & humanitatis cogenere misceretur. Et quidem miserebitur cogenere suae carnis, hoc est carnis fulgentissime participantis, qui in carne ambulantes caelestis luminis radijs apparebant signati. Id praecauit Cle. Alex in adhortatoria fatus. *Ve germani lucis filij intueamur lucem, sursum aspiciamus, ne nos esse adulterinos deprehendat Dominus, quemadmodum sol Aquilas.* Non quod ore & plumis genus refectat, ideo legitima & germana censeatur Aquila, necessarium est quod examen sustineat solis radiantis? Quod si ad solis tutrinam caecunt aliquando, ut degener & adulterinus excutitur ales. Itaque parum est, quod homines ore solum Christo cogenere nos exhibeamus, ad fulgentissimae eius carnis tutrinam accedere debemus, si caro nostra caelesti lumine consignata irradiat, si operibus exclusi tenebrarum lucida progenies sursum aspirant, ut legitima & Christi carnis germana probatur:

Euch.

Tert.

Cle. Ale

batur: si verum caligat, si solis faciem exhibenti car. u. composita caro hominis nigricat aliquanto, v. e. miseræ, quia protinus vt degener, & adulterinus filius à confortio fulgentissimi hominis Chrita exhibabitur. Nigricantem carnem peccato vna condemnabit filij hominis fulgentissima caro Vnde D. Zenon serm. 3. de Nat. ait. *Dei filius ideo carnem est dignatus assumere, ut nemo possit se per carnem, cum iudicij dies venerit, excusare.* Sane potuisset quis nigricantes peccati maculas, vt carni proprias & congenitas, vt lunæ sunt congenitæ maculæ apud iudicem spiritum excusare. Quid te, o Iudex, maculæ offendet? Siccine est itulta hominis caro quæ vt luna mutatur, & lunæ instar quamuis millies nitro lauetur, semper præfert has nigricantes maculas? Sed pro dolor! Inepta ista excusatio apparet, vbi iudex caro est, & caro non lunæ; sed solis tota fulgentissima sub radijs. Quid iam respondebit nigricans caro, vbi caro in splendoribus sanctorum interrogabit? Vbi caro lucidissimi solis faciem præferens iudicabit? Videre cupis seuerissimum istius sanctissimæ carnis iudicium in homines? Aspice illam cruci suffixam, vbi totas misericordie habenas laxavit, vbi radiantem faciem obtexit vique ad similitudinem carnis peccati, vbi fletu & lachryis inimicis suis veniam deprecatur. Quid plura? ibi illam iudicantem expauesco, ibi è duobus suplicij locus irreparabiliter condemnat alterum. Id ponderat August. serm. 45. *Positus in patibulo verus arbiter in medio damnatorum negantem latronem repulit; suscepit confitentem: hunc deputat regnum, illum relinquit inferno. Per hæc ergo credamus in maiestate iudicaturum quem iam in cruce, & misericordiam videmus exercere & iudicium.* Sed quale ibi iudicium exercuit? Quomodo approuandum examinavit? Sane quemadmodum sol Aquilas ex vitis percipuitate, & claritate. Sic Chrylost. in Catech. de latrone bono. *Videt quidem apparens opprobrii, n. s. d. intuetur latens regnum.* Igitur & nos hæc exteriores tenebras spures latentia colorum regna exquiramus, iugum rectorum tenebrarum ha-

rum à ceuicib⁹ excutiamus. lucida & æterna bona aude quæramus, ne nos adulterinos, & degenetes iudex inueniat quemadmodum sol Aquilas.

§. XIII.

Nulla bona permanentia & duratura possunt haberi, nisi in Christo & per Christum.

Cvm sole permansura bona extra Christum, nemo quærat, obtinuit nemo vsque adhuc. Considerate Salomonis gloriã, quis Salomone ditior? quis pulchritudine & sapientia præstantior? quis omnium bonorum cumulo beuor? Sed quam euidentem gloriã labilis? quàm horaria? nec lilium, nec flos campi illa fugatior. Quid mirum? omnia illi bona donantur, non sole radiante; sed nocte & tenebris dominantibus. Ita D. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 2. *Greg.* *Hinc est, quod Salomon, qui sapientiam non perseueraturus accepit, in somnijs hanc & nocte accepisse describitur.* Omnia labilia, & horaria ad lunæ tenebrosam regum spectant, quicquid perpetuum est, quicquid æternum duraturum id diuini Solis accipitur sub radijs. Magnus ille Iacob visus est tanquam sol Iosephum adorare Genes. 37. sed & Es- *Gen. 37.* *thet dicitur fons parus in solem conuersus.* An ideo soles ambo, quia ille terrenis bonis ditissimus apparuit, hæc regio in culmine coruscavit? Absit; peritura enim bona nunquam solari lumine radiant. Equidem ait Rup. lib. 7. *Rup.* *de Victoria Verbi Dei c. 26. Cæcèdèdū est, quod nullū gaudiū trāsitorij meretur nūcupari sol, aut compari sol, cuius lux non mutatur vt luna; sed plene perseuerat.* Igitur neq; Iacob neq; Es- *thet* propter suam personã soli assimilata est, sed propter Christum solem iustitiæ, unum & solum tam ille, quàm hæc per solem signatus est. Ille, quia iam Christum habebat in promissione, hæc quia Christi gen⁹ vnde nasceretur reseruat. Quicquid extra hunc diuinum Solem habent caducū est, periturum est, sub vno Christo, & ab illo habent; quod cum solis luce sint

Zeno.

Aug.

Lib III. Caput quartum.

sint eternandi. Insufflauit quondam Deus homini spiraculum vitæ, vitæ, inquam naturalis, & supernaturalis, mille virtutibus, mille gratijs cumulans animam. Sed eu quàm labilis in homine diuinus halitus, penè præterijt cum ipso spiramine. Quid tunc? Homini in vmbra mortis sedenti Sol diuinus Christus præparatur, qui animorum æternæ vitam, qui diuinum halitū subsidere & permanere faciat nostris animis. De illo aiebat Baptista apud Ioan. c. 1. *Qui post me venit, ante me factus est, de cuius plenitudine nos omnes accepimus.* Ad quæ verba Leontius ait: *Causam reddit eius quod dixit, ante me factus est, quia prior me erat: subiungendo, quod ex eius plenitudine nos omnes accepimus. Quomodo enim non antè erat prior ipse qui implet ipsos qui de plenitudine acceperunt? Plenitudinem autem ipsius vocat inspirationem, qua fuit in Adam, quam & dedit Apostolus post resurrectionem, nempe Spiritum sanctū. Pro gratis enim Adæ concessa, à qua excidimus, ditiorē Christus donauit nobis per lauacrum Spiritus sancti inhabitationem.* Expēdo illud, quod pro gratia Adæ ditiorē Christus donauit Spiritus Sancti inhabitationem: quippe Spiritus permanentia, omnisque boni duratio & perseueratio nō nisi à Christo Domino est expectāda. Qui instar Solis perseueranter, & æternū duraturas diuitias per homines spargit.

Text. Et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix.

S. XV.

Vera hominum species & nobilitas non quæ ab extrinseco; sed quæ ab intimis animi virtutibus splendet.

O Vanas hominum curas! O inanes glorias mortalium! Nobiles esse volunt & speciosi; sed intrinsecū animi splendorem & nobilitatem despicientes, ab alijs externis emendicant, quo fulgeant in auro. Christu autē Do-

mini gloria, & nobilitatis splendor nō ab externis, sed ab intimis animi virtutibus rutilauit. Sic D. Ephrem dixit, facta sunt vestimenta eius alba. Etenim ostendit, quod ex toto eius corpore eius gloria scaturijt, & tota eius carne resplenduit eius facies, & ex totis eius membris resplenduerunt radij. *Non enim sicut Moyse eius facies resplenduit extrinsecus; sed ex ipso scaturiebat eius gloria, & in eo manebat. Ex ipso oriebatur lux eius, nō venit ex alio obliquo, & eum exornauit.* Tota vestimentorum gloria, tota nobilitatis splendentis species non ab externo; sed ab intimis effusa oculos perstringebat mortales. Huc spectēt qui vera nobilitate & speciositate ambiunt in mundo radiare. Huc crediderim spectasse Naz. orat. 28. de reditu, in qua vt verè sic rectè fastidit manes multorum gloriolas & nobilitates. *Quartū, ait, illud nobilitatis genus, quod in Principum diplomatibus & edictis consistit, tunc villo in pretio habebō, cum pietatē pulchritudinem laudandam duxero, simiamq; ob id venerari cœpero, quò leo esse iussa sit.* Planè rideres, & maximè irrideres, si simia superbū leonis nomen præseferens in auro fulgeret, sibiq; blandiretur de nobilitate, quod ab hero iussa fuerit leo esse. Si intrinsecus simia sis, si vilis & obscurus, quid, quod ab auro fulgorem capias? quid, quod scriptis tabellis præferas nobilitatem? Pulchrè Regius Vates naturæ humanæ splendorem effingit & nobilitatē. ps. 44. *Omnia gloria eius filie Regis ab intus in sinibry aureis, circumamicta varietate: quali diceret, Regia hominis natura fulgeat, licet amictu aureo, vestimentisque artificiosa depictis acu: tota verò eius gloria, integra nobilitas ab intus sit, à primis animi virtutibus, ex quibus ad vestimēta vsque dilabatur.* Vnus sit huius loci commentator D. Gregor. Magn. in 1. Reg. lib. 6. c. 15. vbi de virginali honore hæc verba facit. *Quid est, quod dicitur omnia gloria filie Regum ab intus, si foris esse gloria vestitus aurei predicatur? Si enim foris est aliqua magna aurei vestitus gloria, intus omnia gloria videri non potest. Quid ergo est, quod omnia gloria intus esse perhibetur, nisi quia & illa quæ*

Ioan. 1.

Leont.

Ephr.

Naz.

Psal. 44

Greg.

qua foris est gloria, cum alijs innumeris intus esse cognoscitur? Aurea enim uirginitas non est, si foris est, & intus non est. Quia ergo intus & foris est, quia eadem splendet in corpore, eadem fulget in mente, omnis gloria intus esse sentiri conuenienter potest. Quid pulchrius dici poruit? Solum id age quod Sanctus de uirginitatis honore, id tu de quacumque alia naturæ humanæ gloria, speciositate, nobilitate dictum habe. Etenim & omnis regalis naturæ nobilitas ab intus esse perhibetur, & simul in extrinsecis simbrijs aureis, vestituque variegato. Cur ergo omnis ab intus dicitur, si foris manet uelut splendor aureus? Equidem totus intus est splendor ueræ gloriæ & nobilitatis, quando qui extrinsecè apparet splendor ornamentorum, cum intrinsecis conuenit uirtutibus animi. Quia ergo intus & foris est, quia eadem gloria, eadem speciositas, eadem nobilitas fulget in mente, eadem splendet extrinsecus in corporeis ornamentis, omnis gloria intus esse, sentiri conuenienter potest. Per hanc intrinsecam gloriam meriebatur Diuus Ennodius regium splendorem in Panegyri. Theodorici dicens: *Quid cultu laborent, qui cupiunt peregrinam oblinere pulchritudinem? Italia. Rector in ira sine comparatione fulmineus; in letitia sine nube formosus. Feriato ore Legatis gentium, aut pacem blanda promittit effigies, aut bella terribilis. Et sanè regius solum est splendor, qui ab intrinsecò est; adeò ut de sanctissima Helena Constantini matre, in regium sublata torum, hanc reddat rationem Berengosius, libro primo de inuentione Crucis, capite secundo, fatus: Quoniam interna pietatis, & externa pulchritudinis ista instructa est norma, ut & Deo placeret in anima, & Constantio in forma.*

Ennod.

S. XVI.

Christus Dominus in Thabor quasi nobilis tyro uestem accepit albam, quam ipse rebus egregiè factis purpurascenti exornet textura.

TRitus Romanorum mos nobiliter iuuenes ut ad bellum initaret, alba tunica & simplici induebat, ut illam postea rebus egregiè factis, gestis strenuissimis, nobilioribus fulgentioris purpuræ radijs illustrarent ipsi, atque depingerent. Hanc in Thabor adolescens secundus Christus albamque niueamque uestem induit, quam purpurascens in bello, auro obregat, & gemmis nitidissimis illuminet. Igitur quam fuerit hæc alba, & simplex uelut illuminata à Christo suis strenuissimis gestis, ponderat Augustinus, sermone 178. de tempore. *Ascendebat enim cruoris rubore perfusus à trophæis uictoricibus laureatus. Viderunt cœlites cuncti speciosum uulneribus Christum, spolia castris tyrannicis reportata, & admirantes fulgentia diuina uirtutis vexilla, talibus concrepant hymnis, deducuntque letantes; Quis est iste Rex gloriæ? Quam citò nobilis adolescens Christus albâ exornauit uestem, illamque adeò fecit purpurascere, ut regium præferret decus cœlestibus ciuibus! Merito Diuus Gregorius Nazianzenus oratione 2. in Pascha, unam hanc uestem contendit exhiberi, quam uarentur cœlites cuncti; sic enim loquitur: *Stolla corporis passi pulchritudinem ex aduerso profer, quod per passionem exornatum, ac per diuinitatem, qua nihil pulchrius exornatum est. Una in strenuo & nobili adolescenti uelut spectanda, dum niuea est, nihil præter spem ostendit, cum purpureis iam rutilat maculis, cum intertextis effulget mæandris,**

August.

Naz.

Aa

nil

Lib III. Caput quartum.

nil adoleſcēt glorioſius, nil pulchrius. Nobilem quam in Thabor accepisti, ò Chrīste, vestem, niuea erat, & simplex tela, vnica spes orbis terrarum, prudenter illam in secreto montis induisti, quasi tuam virtutem dedecet vellis adhuc alba. Sed cūm Caluarie montem pertransis, ne abscondas, sed vel cælo spectanti, stolæ corporis passi profer pulchritudinem, egregie purpurascenti passione contextam, & ambitiose exornatam Sane vt Nazianzeni Scholiastes Nicetas explicat, *formosa est ipsius stola, hoc est, perpeſsum ipsius corpus, partim ob passionem, per quam glorificata est, partim ob diuinitatem, per quam illustrata est.* Et diuinitatis aurum, & passionis purpura verè gloriosam &, illustrem fecerunt stolam, qua indutus Christus Dominus triumphauit. Hinc Abulens. in Matth. cap. 17. quæll. 10. ait. *Christus non transfiguratus est ad habendum in se veritatem gloriæ corporis; sed ad ostendendam imaginem gloriæ.* Etenim tunc solum vestem induit albam, & quasi fundamentum, seu primum stamen, aut simplicem telam ostendit, in eaque gloriæ delineationem, & quasi adumbrationem quādam, quam postmodum nobilioribus fulgentioris purpuræ radijs illustratam, & verè gloriosam efficeret profuso sanguine. Hancque mirantes Angeli præ stupore dicunt. Isai. 63. *Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis sue? Sic ex stolæ purpura multitudinem virtutis eius admirantur.*

S. XVII.

*Vnus Christus è sublimi potestatis
& domini culmine totus elucet & irradiat.*

QUIS non in sublimi constitutus labat? Quis nitido potestatis solio etiam Sole pulchrior non eclipsim patitur? Et verè, & prudenter Diuus

Bernardus in proœmio ad vitam Sancti Malachæ ait. *Quem mihi ostendas vel de illorum numero qui videntur dati in lucem gentium non magis de sublimi fumarum, quam flammam emi? Vnus Christus in sublimi omnium creaturarum imperio totus illuxit animo & corpore, facie & vellibus, sine fumo flammavit, rutilauit. Quæuis alia creatura in sublimi potestate constituta quantumuis illuminata, etsi mille fulgoribus conuicta, aut corrupta, & euanida, aut saltem fumabit. De re nota nolim longa texere commentaria, id dixerim quod inquit Rupertus libro secundo de victoria verbi Dei, in titulo capituli 13. *Nouerat Deus, non posse principatum creaturarum humiliter sustineri, nisi à verbo incarnato.* Vnus Christus Dominus in sublimi creaturarum imperio nec labauit, nec fumavit, nec euauit. Id quod, vt experientia ipsa doceret, nobilissimum coelestium spiritum Luciferum præfecit Angelis, Adamum hominem Dei manibus fabricatum hominibus. Quid plura? Rupertus capit. 12. *Illum in apice celsitudinis Angelicæ constituit: istum patrem multitudinis hominum, multitudinis Sanctorum, & Dei filiorum esse voluit, & in paradiso collocauit. Nimirum magna utrisque celsitudo, illius in principatu Angelico, istius in propagandæ genere humano. Neuter pondus tantæ honoris humiliter ferre potuit, utpotè uterque creatura.* O quot humi clari & prælucentes viri, dum in sublimi potestatis sederunt loco, euauerunt vt fumus! Ideo Dei verbum carnem subit, quia soli illi debebatur creaturarum imperium, in quo lucidissimo ac fulgentissimo Sole tabernaculum fixit suum vniuersa creatura. Patriaui sanè Iesus etiam in Imperio creaturarum, vt Deus de Deo, & lux en videretur de lumine. Alter ille de quo dicitur. 1. Reg. 13. *Filius vnus anni erat Saul Vbi Pet. Damian. epist. 41. Quis tunc erat ex humilitate filius, postmodum per superbiam factus est seruus.* At Iesus in quouis Imperio manet ex humilitate Dei filius.*

S. XVII.

S. XVIII.

Ignis Prælatorum zelus, ut pietate temperandus.

IS est aliquando zelus legis, quo Principes, & Prælati inflammati vehementer exardescant in subditos; at quisquis sapiens, sic zelo inflammatus, ut zeli ardorem, de niueo pietatis thesauro nouerit temperare. Non enim vanè flammanti de Solis radijs, faciei Domini, additur vetus ut nix candida, nisi ut discant Prælati, quod inter radios, & niues temperandus sit zelus eorum, qui velint homines gubernare. Quis Elia ardentior? Quis flammantior? Sanè zelo accensus nubes clausit, ut negata pluuia, vniuersi perirent fame; neque illum ab hoc consilio, ingens populi strages reuocauit. Tandem *3.Re.17.* 3. Regum, capitulo 17. pauperulæ viduæ voce commotus, sese flectit ad misericordiam, viduam & filium fatrans. Quo circa Diuus Ephrem *D.Ephr.* oratione in sanctum Eliam, sic fatur. Respice, ac vide Elia, quanta hominum multitudo interierit, senum ac iuuenum, infantium simul & matrum. Cerne lachrimas totius terrarum orbis: quo pacto lugentes concidant piumiam deprecantes. *Propter unam solam mulierem lacrimantem, ob causam filij sui, videris velle esse misericors: mundus verò lugens ac morrens lacrimatur: tu id cernis, & omnia pateris interire. Noui quòd zelo accensus, disciplinam intuleris, scio, Elia, non esse tui similem. Vbi gubernatoris disciplinam tradit, & niues, & ignes ostendit. Ad genitus pereuntis populi non flectitur; ecce ignes, quibus ardet: ad pauperulæ vocem totus abit in misericordiam, ecce niues, quibus ardorem temperat zeli. Non placent flammantes vultus, sine niue vestimentorum: immense flammabant illi, de quibus Threnor. 3. dicitur; Manus mulierum per misericor-*

diam coxerunt filios suos. Quæ verba sic explicat Diuus Pascaſius libro quarto. Pascaſ. *Illi quasi per misericordiam filios decoquunt suos, qui culmine regiminis sublimati, zeli flamma vrunt animas natorum, dum nimis iusti ipsi videri cupiunt; & dum per tyrannicam potestatem eos excruciant, quasi per misericordiam eos zeli flamma decoquunt. Tyrannidi proximus zelus est, qui pietatis niue necit tepescere, imò retrigescere aliquando. Apud Lucam capite 16. villicus Luc.16* *ille à domino laudatus, non sine dominicæ facultatis iactura, debita largè agricolis remittebat, cuius æltum tractans Theophilus Antioch. libro 3. Theoph. Antioch.* *commentar. in Euangel. ait. Hanc comparisonem Saluator villico iustitiæ, id est, Episcopis dedit, ut quomodo domino suo fraudem fecit, ut haberet unde post ea viueret; ita Episcopi non omnia peccata vlisci debeant, sed locum pœnitentiæ reseruare eos conueniat, cum præsertim ipse Dominus dixerit; nolo mortem peccatoris; sed ut conuertatur à vita sua, & uiuat. Ideò autem laudauit Dominus fraudatorem domini sui, ut eius sequentes exemplum, non omnia debita exigamus. Sanè Sol minutissima quæque manifestat, nix etiam magna operit stercora. Sic ergo se componat Prælati, ut inter niues & soles incedat, sic zelo accendatur, ut sciat aliquando frigescere. Sic Deus post vindictam diluuij fatur. Genes. 8. Nequaquam ultra Gen.8* *maledicam terra propter homines. De quo Diuus Ambros. lib. de Noe cap. Amb.* *22. ait. Vindicauit semel ad timorem, pepercit in reliquum, ne dominaretur semper amaritudo peccati: simulque si quis peccata cupiat sapius vindicare, asper magis quàm censorius habetur.*

S. XIX.

Vestimentorum mollicies fugienda his qui Christo nomen dederunt.

Vestimenta non corceo fulgida, non picturis elaborata, sed alba
Aa 2 sicut

Lib. III. Caput quartum.

sicut nix dicuntur, nec flammanti Saluatoris formæ, aptiores adhiberi possent vestes, quam dum niuæ adhibentur. Radiat Christi facies, ardentissimosque vndeque radios fulgurat. O! fugiat qui non habeat vestes niuæ. Ita meditabatur Diuus Isidorus Pelusius libro 1. epistola 74. dicens. *Eos qui multa indumenta gerunt, in Regum domibus versari docet Lucas. At huiusmodi vestimenta spiritali illo thalamo, fulguris in modum rutilante, minime digna sunt. Quamobrem si huius desiderio teneris, vilem Dei nostri Iesu vestitum imitare. Nam mollicies presentis lasciuia est, non cælestis splendoris. Apposite ad cælestium splendoris sustinendos, niuis inuenitur ornari vestibus, hoc est, vilibus & duris amiciri, si Christi Domini coronas æmulari volumus. Nul- li non sunt damnozæ præciosæ vestes: quod animaduertit Diuus Synesius libro de Regno, fatetur. Ita ergo sentio: nihil olim aliud tantam Romano imperio perniciem attulisse, quantum in Imperatore prope scæuus ornatus, cultusque corporis. Quod si in domibus Regum exitialis fuit vestium cultus, quis est seruis Christi præiudicat securus gloriosè vestiri? De hoc latius libro 4. capite 3. paragrapho 20.*

Isid.
Pel.

Synes.

Textus. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes.

§. XX.

Concordia & vnio inter antiquos & recentes Dei Ministros maximum emolumentum parit Reipublicæ fidelium, & sibi ipsis.

Diuinissimè, & sapientissimè Dei verbum hominum illustraturus

animos doctrinæ suæ radijs, vetustissimos, & principes diuinæ legis Ministros, cum nuperis & recentibus Apostolis in Thabor coniunxit, & adunauit. O quanto mundi bono antiqui, & recentes Dei Ministri conueniunt inter se, mutuaque charitate & communionem copulantur. Hoc præuidens Regius Vates aiebat: *Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit.* Etenim nubes quandoque cocunt, & maxime inter sese densantur, tunc incensura mundum fulmina iaculant. Accipite Origenem homilia 5. in Hieremiam, capite 10. pulchrè hæc Psalms verba ponderantem. Aiunt naturalium scrutatores, quia fulgura ex nubium collisione generantur, in morem silicium duorum, quos cum comploferis sibi, medius ex his elabatur ignis; atque ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruo scilicet sonitum indicante concussum, & fulgure excussum luminis claritatem. *Si intellexistis exemplum, considerate nunc nubes rationales, Moyses nubes erat, Iesus Naue nubes erat, isti si secum loquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias, & Baruch nubes erant, sermociuntur inuicem, & videbitis rutilare fulgura. Paulus, & Siluanus duæ nubes in vnum conuenerunt, & ecce totum mundum epistole eorum fulgore illuminant.* Inter se conueniant, conglomerentur nubes euangelicæ, & vniuersam terram lumine rigabunt. Qui principem, & excelsum in prædicatione locum antiquitus tenent, conueniant in vnum cum nuperis & recentibus, sermones inter sese concordati & vnanimi conferant studio, & mille lumina parient, quibus totus ardeat orbis terrarum. Acutiùs adhuc Diuus Augustinus examinat illud Psalms 71. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Expende discrimen, montes iubentur pacem vt populo perutilem ad amare, colles iustitiam. Quare ergo, ait Augustinus, montes pacem, & colles iustitiæ? An fortè nihil interellet, etiam si ita diceretur, *suscipiant montes iustitiam populo,*

Psal. 71

Orig.

Psa. 134

August.

populo, & colles pacem? An potius cum distinctione non continenda intelligendum est quod ait montes pacem, & colles iuluriam? *Excellentes quippe in Ecclesia pacem debent vigilantis intentione consulere, ne propter suos honores superbe agendo schismata faciant unitatis compage disrupta. Ideo dictum est, suscipiant montes pacem populo Dicant quidem, numquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Illi quoque non dicant, ego sum Pauli; ego autem Apollos; ego verò Cepha; sed omnes dicant, ego sum Christi.* Hoc ab Ecclesie ministris vnicè exigitur, ab illis, inquam, qui celliorem & illustriorem locum tenent, ut pacem almam, & concordiam colant. Nil populo magis utile, quam pacem inter sese prestare possunt principes verbi Dei ministri. Honorem, dignitatē, & omnia paci postponere iubentur, & summa inuigilare cura, ne cuius preteritu in popularium animis diuisio fiat: omnes Christi sint, siquidem pro omnibus mortuus fuit vnus Christus, non Petrus, non Paulus, non Benedictus, non Augustinus, non Dominicus, non Franciscus, non Ignatius. Quam pacem & unitatem ministrorum adeò celauit Rex omnium Christus, ut inter rabidas Pharisæorum iras, inter furentes carnificum manus maximè hoc vnum caueret, ut corpus suum maneret omni ex parte integrum, ne membra mystica sua diuisionis alicuius pretextum sumerent. Id quod notauit D. Athanasius de incarnatione verbi, inquit: *Quocirca neque Ioannis mortem Dominus sustinuit, capitis truncatu, neque sicut Isaias ferra dissectus est, ut & in morte sine mutilatione integrum corpus seruaret, & causa subderetur ijs, qui Ecclesiam in partes cupiunt discindere.* Nulla causa, nullus pretextus manet, quoniam membrorum Dei sit diuisio; sed summa potius illorum vnio & concordia, qua benefici erunt in vniuersum mundum, sibi que maximum emolumentum acquirunt. Etenim de tribus illis pueris in caminum ignis à Rege Babylonie coniectis. Daniel. 3. pul-

Athan.

chrè ait Diuus Zeno sermone 4. *Im. Zeno; missis camino ignis exarsuans detulit, ut eos vnus virtutis esse presensit.* O quantum honoris euangelicis ministris deferent mortales, dum vnus virtutis nos esse presentiant: dū vna nos videant ardere charitate: dum vnanimos & conformes nos cernant proficere in Christi arcam.

J. XXI,

Nulla re magis de morte triumphabimus, quam si inter gaudia & delicias de illa sermones habeamus.

Christum Regem gloria perfusum video, iuxta quem Moyses & Eliam simul & Apostolos tres contemplor incredibili affectos gaudio, & loquentes inter se contemplor: quid medijs his delitijs loquebantur? Qui inter gaudia & delicias tantas sermones erunt? Eos explicatius Matthæus enarrat: *Loquebantur, ait, de excessu, nimirum de morte à Christo Domino subeunda medio in Hierosolymitano agro.* Proh Deus immortalis! Onerosi consolatores sunt isti, sicine interrumpenda gaudia sermone tristi? Sicine pungendus Domini animus ea hora, quam suæ gloriæ ostentandæ deputauit? Sanè nullum tunc sermonem Heros inuictissimus acciperet gratius, nihil magis nos faciet de morte triumphare, quàm si inter gaudia de illa sermonem miscemus. Ut celestis sponsus pulcherrimæ anaxiæ nobis præficeret imaginem, sic ait. Canticorum 1. *Equitatus meo assimilauit te.* Deus bone, quid cum equo commune haberet delicatissima sponsa? qualis est hæc pulcherrimæ virginis, & equi comparatio? Eius vim & elegantiam ut exponeret Diuus Gregorius Nissænus, alia continuo addita verba sponsi examinat, nimirum, *collum tuum sicut monile,*

Aa 3 nile,

Handwritten notes and signatures:
 N
 Celi
 Maria
 Joseph
 J. Ant.
 De Padua
 Tuo
 S
 Niclaus
 Nissen
 De
 Ferrino

Lib. III. Caput quartum.

nile, & hæc cum primis componens ait. *Nomine mouilis orbis notatur, cuius figura, in equi generosi ceruicem pulchre incuruatis, collo commonstrata equi speciosionem reddit. Et dum equus ceruicem sic molliter flectit, pedum incessum aspiciet, qua ratione consequitur, ut sine offensione, & tuto figat, vestigia, currat, & saltet.* Hoc generosis equis sollemnissimum est, & maxime singulare, quod ubi speciosiores exultant, ubi elegantiam & pulchritudinem suam ambrosiosius præferunt, ubi gloriosius agunt, rotata crine, conuerloque ad pedus ore, præ oculis puluerulentum pedum incessum habent, quo sine offensionis metu, tuto & fortiter cursu transigunt. Hæc item diuinę sponse laus maxima, quod ubi delitiosius agit, ubi maiori exsuperat gaudio, inter exultandum, inter glorias præ oculis temper mortalibus vitę exitum habeat; quo fiet, ut tuto & intrepidę ipsius mortis præcipuum transeat. Rursus de equis in certamina edomandis ait *Aelianus lib. 16. de animalibus, cap. 25. Ne armorum fremitum, & gladiatorum ad clypeos resonantium crepitum equi extimescant, eos ad strepitum & sonitum assuescere cogunt, armataque cadaverum simulæ sub ipsorum sanum subijciunt, ut casorum in bello conspectum ferre consuescant, ne terribilium metum affecti ad rem militarem inutiles fiant.* Cur equus quantumuis generosus cęta & sanguine taboque manantia cadavera non expauesceret? Cur horribilium adeo rerum conspectum non fugeret? Sed omnis hic metus & horror procul aberit, dum inter ipsos cibos similia spectra, sanguineque madentes galeas subijcias. O quam ad equorum morem sese edomare debet quisquis horrenda mortis spectra contemnere cupiat. Fac, ut inter cibos, inter gaudia, medijs in vitę glorijs & lætitijs præ oculis habeas mortale spectrum, voracissimos vermes, frigidos cineres, nigrum sepulchrum, seuerum iudicium, æternum ignem, tormentorum cumulum, quo vitę curricula tutissimus & animosus conficies. Merito exclamat *D. Chrysostomus homil. 31. in epist. ad Rom.*

Aelian.

Chris.

*Vtinam in prandijs & balneis, in d. & ubique de gebenna dissipatum esset, neque enim mœrare affecti essen usan vitæ huius malis, neque in bonis illis delictati, latetque fuisse us. Continuos itaque sermones de futuris malis versen. us, non enim finet in gebennam incidere, gebenna meminisse. Nullus sanè inter gaudia vtilior & gratior sermo, quam si de mortis excessu loquamur, ut hinc possimus strenuè & generosè mortem cingere. Nulla res sic beat humana gaudia, mundales delicias; nihil sic frenat & honestat voluptates, ne noceant, quam vel memoria mortis, vel elaboratum medijs illis sepulchrum. *Isaias cap. 1. sic nocuas hortorum delicias carpit: Isai. Erubescant super hortis suis, quos concupierunt tu hortu, eu florida nemora, eu paradisi terreni, quot laqueos, quot mortes hominibus propinastis! Nihilominus piissimus religiosissimusque Ecclesiasticus sibi de pulcherrimis hortis gratulatur, dicens: Feci mihi hortos & paradisos. Quis hoc crederet? Quis ad laudem religiosi viri deliciosa nemora, paradisos pulcherrimas traheret? Unde laus è delicijs? Id exprimit *Diuus Basilus ad data Isaie verba, Basil. afferens modò dicta Ecclesiasticus, factus. Proinde benedicitur hortus, in quo monumentum est, quod temporariam excepit dispensationem mortis in corpore Domini. Sit tibi inter paradisos, inter delicias, inter voluptatum illices, infixum sepulchrum, infixum mortui monumentum, & nullum timebis in ipsis paradisi delicijs nocumentum, nec maledictum. Accinit eleganter Petrus Damianus epistola 114. in qua versatur mente sepulchrum. Quippe ad expugnandum totum huiusmodi principatum, seu tyrannidem adeo valet mortis memoria, ut aduersus voluptatum idolum vnico ceteret Dominus Moysis sepulchro. Deut. 34. de Moysis sepultura dicitur: Sepeliuit eum Deut. 34 in valle Moab contra Phogor. Nonne Phogor, Priapus est Hebræis? Equidẽ Priapus est libidinum pater, contra quem vnus Moysis sepulchrum obijcitur, teste Hier. lib. 1. in Iouin. dicente Sepul.***

Isai.

Basil.

Pet. Da

Deut. 34

Sepul.

*Sepulchrum eius positum in valle deseri-
bitur contra domum idoli quod proprie
libidini consecratur. Quasi vel sepul-
chri aspectus valeat, scaturientes om-
nes voluptates frenare. Ideo recte pro-
vidit Deus quod homo qui nudus &
inermis nascitur, sine unguibus, sine
dentibus, non nasceretur sine capillis.
Quid capilli proficiunt? Nissen. de
vita Moyii ait. Pili mortem ostendant.
Ergo ubi omnia arma negantur in-
fanti & ungues & dentes, pro om-
nibus capilli adnascuntur qui mor-
tem objicientes fastus ex tunc huma-
nos possint frenare. Do D. Synesium
in encom. Calvini sic dicentem. Ne
bono arrogantius insolesceret si nulla
ei esset cum perituris rebus societas, ali-
quot sui partibus pilos habet. Vita si-
quidem caret hy. & viventibus vita
expertes adnascuntur. Ne ante sugga-
mus vitam, quam mortis memoriam.*

Text. Respondens autem Pe-
trus dixit ad Iesum, Do-
mine, bonum est nos
hic esse.

§. XXII.

*Propter exigua & valde parva
bona aeternorum bonorum in-
gentem magnitudinem
linguimus.*

NON solida Christi gloria; sed
gloriae gustus Petri animam sic
adimplet, ut pro hoc presenti gustu
immenfas caelestium glorias vel linquat
vel non meminerit Proh mortalis ho-
mo! quibus micis impletis caelestis
mensae dapes fastidis. Ecce tibi rusticus
ille apud Lucam c. 14. quo se a caelestium
arceat conuiuio. *Iuxta bonum, ait,
emi, & eo probare illa.* Pulchre Aug.
serm. de verbis Dom. expendit illud
eo probare, non ait pascere, sed probare.
Nihil est in cunctis mundi bonis; nisi
boni gustus, & pro vnius boni gustu

dapifera caelium mensa a mortalibus
linquitur. Miseri plangebant ille terre-
norum hominum Princeps Cui se praesentis
vitae usura caruit. *Omnes qui
inuenerit me occidet me, quod si hac te-
rurae & tunc permitteretur aliquandiu
vita ducere, de aeterna & foetissima
vita beatorum nihil curat. Hinc D. Ber-
terni. super Ecce nos. Occidendum se se
causabatur in caelis tanquam pro magno
beneficio habiturus, si prohiberetur occi-
di, quod & factum est. Consolationem mi-
seram obtinuit, quam querebat, & oblitus
est consolationis maxime, pro qua mul-
to studio suo supplicare oportebat. Ecce
tibi quam tenui & fragili consolatione
impletus aeternarum consolationum
cumulata sit. Vereor, ne ab intio
& rudi Petro similis affectus scaturiat
dum gloriola corporeae gustu ebrius
pro illa nihil aliud curat. Quid ais, Pe-
tre, bonum est hic esse? Cur implearis
adeo tenui cibo? Hic vere non est aliud,
nisi solum Dei gustus, ita & tu aliquan-
do fateberis, si tamen gustastis, quoniam
dulcis est Dominus. Ecce suum Dei
bonum dum in terra communicatur
solum tibi conceditur ut gustes. De
aeterna civitate longe aliter promitti-
tur, ut enim loquitur D. Cypr. serm. de
Ascens. Ibi non gustabunt quam suavis
sit Dominus; sed implebuntur & satia-
buntur dulcedine. In caelis, qui guttulis
his terrenorum bonorum captus, tor-
tentem illum summam voluptatis, quo
impleri & satiare solet, oblitiscitur. Et
quidem male petis o Petre, dum diui-
na bona tibi hic dari procuras, non ea
est magnitudo caelestium bonorum, quae
hic sustineri possit, ideo melius reser-
tur in futurum. Ingensium bonorum
promissionem factam patribus,
inde exaggerat D. Paul. ad Hebr. c. 10.
quod minime hic data sit illis. Quando
ait. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti,
non acceptis re promissionibus, sed a lon-
ge eas aspicientes & salutantes. Ecce ti-
bi commendat Paulus sanctissimorum
Patrum testes, quod excelsit non
accipientes hic re promissionem. Sed
cur commendabile est quod non ac-
ciperet re promissionem? non ne me-
lius esset, si accepissent? Plaque parva
sunt quaecunque hic accipi possunt,**

1. Pet. 2.

Cypr.

Lib. III. Caput quartum.

vnde, quibus parantur, imo debentur magna & ingentia non hic datur sed futura in secula differuntur. Qui in humanis studiis victor est simul primum accipit & fert secum, quando nimirum primum, vel anuli circulo clauditur, vel aliquod vas est parvi ponderis: quod si accideret primum esse ingens aliquod pondus auri vel argenti, quod ab vno homine ferri non possit, nisi binis vel ternis bovis iugis adhibitis, tunc non statim ferretur, sed abiret victor vacuus ut post aliquod tempus, domi primum accipiat. Vides ut magnitudo premij, necessarian dilationem inferat? Recte ergo Paulus gratulatur his qui hic non potuerunt recipere repromissiones, quando dilatio hanc premij magnitudinem indicat infinitam. Iam in presenti adducendus est D. Chryso. qui orat. in S. Julian. ait. *Cur externis quidem ac prophanis athleticis simul obveniunt & victoria & coronae; pietatis autem athleticis non simul & victoria & coronae, sed tantum post temporis intervallum? Quod maioribus eos ornare honoribus vellet, munus distulit: non enim vite presentis natura magnitudinem honoris illius capit; caducum est praesens tempus ac breue: infinitum illud immortale & aeternum.* Male ergo nouit magnitudinem coelestium bonorum, qui illa modo in presenti obtinere amat; sed longe peius agit qui praeter illis caelestibus de his quae in terra haberi possunt, procurat impleri paruitatibus. Quam paruis poculis plenus Petrus dicebat bonum est nos hic esse, cuius imperfectionis reus ille etiam erat mendicus apud Luc. 16. *Cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis.* Expedito id de quo saturari cupiebat, videlicet de micis. Quis sanus de micis expectasset saturitatem? Sane iuste famescit, qui solum micas nouit desiderare. Pulchre D. Petrus Dam. ser. de S. Alex. ob hoc medicum pungit aiens. *Lazarus non modo paruum quid accipere, sed & saturari, sicut veritas perhibet, cupiebat; cui tamen alimenta nemo misericorditer indulgebat.* Sic fame pereant necessum est, qui dimissis caelestibus, his micis inhiant bonorum temporalium.

S. XXII.

Quicquid deprauata voluntas ex se petit excidium est, ruina est.

Spectum nobis sit quicquid creata voluntas sibi, proprio iudicio nitens, praesumit; nunquam enim aliud quærere sciuit, quam sui ipsius ruinam & excidium. Accipite Petrum in Christi edoctum disciplina ad Apostolatus culmen euocatum, is splendentis gloriolae captus inquit: bonum est nos hic esse. Ad haec B. Ephrem orat. de Trinitate fig. inducit respondentem Christum. *Si hic manserimus quae dixi tibi quomodo fient? Quem ligabis? quem soluos? cessabunt omnia.* Haecine est creaturae voluntatis petitio & appetitio, nullum creaturae maius excidium fieri potest, quam si id quod ipsa sibi petit fiat. Lucifer ille qui mane oriebatur, qui creatus erat in delitijs Dei sui, qui summum Angelorum culmen attigerat, cum suae commisit voluntati, quid desiderat? Isaias c. 14. *Dicebas corde tuo, in caelum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis.* Ad haec ut acutè sic verè D. Bern. illud in lateribus Aquilonis expendit serm. 17. in Cant. *Tu tibi miser sedem collocas in Aquilone plaga nebulosa & frigida.* Quasi diceret, vide miser quid petas, animaduerte quod appetit voluntas tua, in splendoribus sanctorum à Deo constitutus es, inaccessibili diuinitatis lumini proximior crearis: & tu dignam sanè tui sedem petis nebulosam & caligine plenam Aquilonis plagam. Omnis tua ruina, omne excidium & damnum tuum nullum est aliud; nisi quod petitionem tuam & desiderium tuum impletum habes. Post hunc me summè concutit excidium illud Hierosolymitarum, non quod Romano militi succumbuerit illa florentissima & inuictissima ciuitas: sed quod tanto milite cinctam extrinsecus & durissimo crebroque ariete impugnatam; intrinsecus domestici sedi-

Ephr.

Isai. c. 14.

Bern.

S. XXIII.

*Ne Dominum voluntati nostrae
seruire velimus, sed nos potius
eius subdamus voluntati, si-
cutò & securè viam facere
exoptamus.*

AUDIO Petrum dicentem, *Domine, bonum est nos hic esse, & non me contineo, quin referam illud acumen Augustinianum, quo alias Petrus punctus est. Etenim Christo Domino de sua morte verba facienti Matth. 16. statim ipse obiicit. Absit à te, Domine, non erit tibi hoc! Cui pulchrè Aug. ps. 55. dicit absit, & dicit Domine! utique si Dominus est potestate facit. Domino leges seruus minime præscribere debet; sed expectare quid Dominus velit facere. Sic in præsentibus dicis Domine, & dicit bonum est nos hic esse? Utique si Dominus est ipse quod bonum erit in oculis suis faciat. Sanè errat seruus, qui suo arbitrio Diuinum præsumit gubernare: sapientior ille qui dicebat *Deduc me Domine in viam iustificationum tuarum & exquiram eam semper*, ps. 118. Non ipse locum, quo velit duci Domino præfixit; sed à Domino potius exorat locum & viam, per quam tutò & securè ambulet. Quod adhuc magis explicatur apud D. Amb. ibi serm. 5. dum legit. *Deduc me Domine in viam tuorum decretorum, ut eam retineam usq; in finem.* Enim verò, ut Theologice loquar, Deus Optimus Maximus ab æterno innumeras vitæ semitas præiudicauit, quibus homines vel perueniebant ad patriam, vel lamètabili præcipitio descēdebāt ad barathra. Notauit item quibus gratiæ suæ auxilijs per singulas vitæ semitas singuli efficaciter beabātur. Quibus præiudicatis statim decreuit de singulis in particulari v.g. decreuit Petro in hac vitæ semita auxilia efficaciora, quibus saluus fiat, præstare; in illa Paulo; tota ergo sollicitas hominis erit si viā illā terat, in qua Deus illi decreuit auxilia dare; quib' perueniat efficaciter ad patriā. Cui' rei sollicit' David vertitur sibi viā præscribere sed à Deo sūmo Imperatōre cōtēdit deduci in viā quam*

seditioni illā penitus dissiparent. Quid mirum? obtinuit quod ipsa postulabat: hæc fuerat eius voluntas, hæc ardens ipsius postulatio cum reiecta Christi Domini pace, seditionum authorum Barrabam sibi petiuerunt dari. Ita Rup lib. 1. in Hierem. cap. 28. proprijs seditionibus diuisos inseruire permisit eos, & meritò quia data sibi optione seditionis authorem dimitti sibi petierunt, Regem autem suum pacificum occiderunt. Sibi Regem pacis habebant oblatum; at illi proprio rapto desiderio seditiosum & homicidam virum exoptularunt, & ideo iuxta voluntatis suæ petentium seditionibus dilaniantur. Accinit D. Athanasius de pass. aicens. *Ignorabant in exoptando Barabbam, & in occidendo Dominum, quod ipsi vitam Barabba acturi essent; futurumque esse, ut cades ac seditiones inter ipsos magis, ac magis increuescerent. Quis maius excidium miseræ ciuitati potuisset cogitare, quàm hoc quod ipsa sua sibi præoptauit voluntate? Eiusmodi sunt bona cuncta quæ appetunt voluntates creatæ, quæ cum habeant miserè perimantur. Pro filijs suis Zebedæorum mater à Christo Domino enixè contendebat Matth. 20. *dis ut sedeant duo filij mei, vnus ad dexteram; & vnus ad sinistram in regno tuo.* Quid petis mulier? Sinistram Dei charissimo pignori exoptas? Pulchrè D. Chrysost. Christum adducit respondētē. *Nescitis quid petatis: ego vos vocaus ad partem dextram de sinistra; & vos vestro consilio curritis ad sinistram.* Adeò in sui perniciem grauitant & propendent ex se voluntates creatæ. Hinc vide, quàm meritò à Marco, & Luca ignorantiz Petrus in præsentibus accusatur, quandoquidem ad culmen Apostolicum vocatus proprio consilio in vocationis suæ detrimentum grauitat dicens bonum est nos hic esse, quod si obtinuisset, maximum inde damnum repotta*

Rup.

Ath.

Matth. 20

Chrysos.

Matth. 16

Aug.

Ps. 118

Amb.

flet.

quam suis decretis ipse Deus man-
 dit & confirmavit. Id pulchro exem-
 plo expedit. D. Amb. fatus. Miles, qui
 ingreditur iter, vian-
 di ordinem non ipse
 disponit sibi, nec pro suo arbitrio viam car-
 pit; nec voluntaria carpit compendia, ne
 recedat à signis; sed itinerarium accipit ab
 Imperatore, & custodit illud: prescrip-
 to incedit ordine, cum armis suis ambulat,
 rectaque via conficit iter, ut inueniat
 commeantium parata sibi subsidia, si alio
 ambulauerit itinere annonam non acci-
 pit; mansionem paratam non inuenit, quia
 Imperator ijs iubet parari omnia hæc, qui
 sequuntur, nec dextra nec sinistra decli-
 nant, meritoque non deficit qui Impera-
 torem sequitur suum. Quid pulchrius?
 Quid elegantius? Quid etiam magis
 formidandum ijs, qui suo arbitrio viu-
 di viam capiunt? qui eo tendunt quo
 feruntur à sua voluntate & voluptate?
 Sane stultissimi militis, imò amentis
 proorsus esset, qui compendat ab Im-
 peratoris subsidijs, relictis illius signis
 alio dixerat, quo necesse est omni ca-
 tere Imperatoris subsidio & auxilio.
 Non enim Imperator tenetur omni-
 bus vijs à singulis militibus sibi præ-
 scriptis commeantium subsidia para-
 re: sufficere, si parata sint omnia his,
 qui Imperatoris sequuntur prescrip-
 tum itinerarium, qui voluntaria non
 captant compendia, qui se omnino
 committunt Imperatoris voluntati.
 Hanc, fuit Amb. Legem viandi, Christo
 ducente, sanctis commeantibus prescrip-
 tam velim. Ille solus inueniet omnia di-
 uina auxilia parata & preparata, incur-
 sus mali Angeli eliminatos, praua fa-
 cta in directa, & aspera in vias planas:
 qui non sua fertur voluntate, nec sibi
 ipse compendia captat, mansiones ef-
 fingit, sed totum se arbitrio summi sui
 Imperatoris tradit. O quam tuto, o quam
 secure is viam aget! o quam certo perue-
 niet in patriam! Aiebat Dominus Ioan. 6.

Ioan. 6. Eum, qui venit ad me non eyciam foras,
 quia de caelo descendi, non ut faciam volun-
 tate meam: sed eius, qui misit me Ad que
 verba acutissime Eucherius in lib. 1.
 Reg. c. 15. ait, pondera id quod deo
 dicat Dominus, se neque in foras eie-
 cturum, quia non venit facere volun-
 tatem suam. Quid enim si suam face-

ret eos qui ad eum veniunt repulisset?
 Quis autem nesciat, quod voluntas filij
 a patris voluntate non discrepat? Sed quo-
 niam primus homo, qui suam facere vo-
 luntatem voluit à paradisi gaudio exi-
 uit: secundus homo ad redemptionem ho-
 minum veniens, cum voluntatem se pa-
 tris, & non suam facere ostendit, per-
 manere nos intus docuit: quia dum exem-
 plo suo nos obsecantia subdit, viam nobis
 egressoris claudit Enim verò, si qua in
 hac caliginosa vita potest terri via in
 cælum recta & cuiusvis ruinae secura
 ea est, qua quis non suam; sed Dei per
 obedientiam exequitur voluntatem.
 Merito enim Eucherius pro exitu s
 & egressoris à paradiso ait clausas esse
 omnes vias ijs, qui voluntate propria
 dimissa totos se se committunt vo-
 luntati diuinæ. Hanc pensat D. Cæsa-
 rius Arelat. hom. 4. de Pass. Israclis om-
 nimodam felicitatem. Lux, inquit,
 erat eis Beatus Moyses, sed eos in colum-
 na nubis, & lucis Fuitus, & Spiritus san-
 ctus precedebat Hoc loco agnoscamus in
 primis, quod plebs, qua Prepositos suos
 studet audire, Deum sequitur, & per
 Deum hominem peruenit ad salutem.
 Hæc ille.

Cesar.
Arel.

Text. Si vis faciamus hic tria
 tabernacula, tibi vnū, & Moy-
 si vnum, & Eliæ vnum.

J. XXV.

Errat quisquis ultra propriam spha-
 ram proficere vult.

Vndenam Petrus faber, qui fac-
 dis tabernaculis operam pronat
 tit suam? Ipse piscator erat, ad homi-
 nesque expiscandos à Deo vocatus,
 & tamen oblitus retia ad tabernacu-
 lorum constructionem ignoranter pro-
 silijt. Et quam ignoranter? Audite Chri-
 stum Dominum apud Timotheum
 Antiochenum oratione de Cruce &
 Transfigur. Quid ait, tibi in mentem ve-
 nit Petre? que non didicisti facere ag-
 grederis? retia dedicisti contexere num
 etiam

Thim.
Anti.

in tabernaculo aedificari? Tibi ne parabo an mundum saluabo? Huc me maneam? Quis mundum redimet? Tu nisi solius curam geris, an non totius mundi? O quam errabit quisquis sutor ultra crepidam! Prudens tunc illud antiquus decantatum conuilium.

Ouid.

*Bene qui latuit bene dixit, & intra fortunam debet quisque manere sua. Vtique nil magis perniciosum creaturae, quam extra propriam sphaeram proficere, & sui muneris terminos excedere, adeo, ut huc referat D. Petrus apud Clem. Rom. lib. 3. Recognitionum, diaboli regni ruinam & perniciem. Enim vero spiritus malignus pro innata malitia sua nihil non perniciosum molitur, nec aliquando sciuit beneficium lignum praestare hominibus. At in extremis temporibus a se ipso delatitans aliqua praestabit signa salutaria & commoda, quo sui imperij accelerabit ruinam. Sic ille ait, *Ista signa, quae ad salutem hominum profunt, & aliquid boni bonis conferunt, malignus facere non potest; nisi in fine mundi tantum. Tunc enim aduersus se ei conceditur aliqua etiam de dextris signis, id est, ut vel Demones fuget, vel aegritudines sanet, & propter hoc tantam quam qui excesserit terminos suos, destruetur. Vbi bona operas extra sphaeram & facultatem suam a primis vnguiculis exercitae diabolus exilire vult nil aliud lucratur, quam sui imperij perniciem. Quid plura? Nec Angelo licet ultra propriam sphaeram volare sine periculo.**

Clem. Rom.

D. Paul. ad Galat. c. 1. Si nos, aut Angelus de caelo euangelizauerit vobis praeter id quod accepistis, anathema sit. Proh Deus immortalis! Cur in Angelos audet homo? Merito inquit S. Proclus epist. de recta fide ad Armen. Ministrare namque praecipuum est Angelo, non dogma componere. Et periculosum nimis est singulis non in his quibus ordinati sunt permanere sed appetere velle supra mensuram, quae minime natura concessa sunt. Quam etiam perniciem Christiano imperio etsi incivis moliebatur Petrus, dum piscatoris munere relicto ad fabrilis opera cupit transire. Sapientior ille lauro, qui cum nihil tota vita edisceret praeter larrociniam, ut Christi regnum acquire-

Ad Gal.

ret, intra furandi arte se se committit. Pulchre id notat D. Greg. Nilianus orat. de sanctis 40. Mart. inquit. Quamquam non sponte sua laqueo ad crucem accessit; sed postquam prope salutem fuit, animadvertit acutus & ingeniosus fur thesaurum, & naevius occasionem vitam rapuit arte facinas pulchra & solerter abusus. O quam in sui salutem ingenio latronis. expleuit munus, non quidem ad ignota vocum transire officia; sed intra notissimas artis regulas se se continens non praetermissa occasione totum sibi rapuit paradium. Ut merito de illo dicat Aug. serm. 119. quod ad huc in latronis partibus inuisibilem Deum. Augustinus iuven. etiam videt. Equidem profuit illi non relinquere vitam suam, ut abusus quum thesaurum reperiret. Nec aliter praudent illa peccatrix Magdalena, quae tota insudauerat torquendis colendisq; criminibus, vnguentis conficiendis, quibus volantes animas alliceret, & attonis toris amplexibus & osculis iniret, iam melior facta pulcherrimum adolescentem Christum Dominum ut sibi sponsum alliceret, pristina amoris immemor; sed memor officij adstricta & vnguenta & secula recurrens, & oculis, vnguentis; & cruce quasi aliter ne sciret, sibi copulat Christum. Quod in se habuit oblectamenta, tot in se inuenit holocausta, dixit D. Greg. Maga. in Cat. non enim ignota & aliena praesumpsit officia; sed ex notissimis & assuetis, quibus voluptati seruerat, placitura nititur seruire Christo.

Procl.

Proclus epist. de recta fide ad Armen. Ministrare namque praecipuum est Angelo, non dogma componere. Et periculosum nimis est singulis non in his quibus ordinati sunt permanere sed appetere velle supra mensuram, quae minime natura concessa sunt. Quam etiam perniciem Christiano imperio etsi incivis moliebatur Petrus, dum piscatoris munere relicto ad fabrilis opera cupit transire. Sapientior ille lauro, qui cum nihil tota vita edisceret praeter larrociniam, ut Christi regnum acquire-

ret, intra furandi arte se se committit. Pulchre id notat D. Greg. Nilianus orat. de sanctis 40. Mart. inquit. Quamquam non sponte sua laqueo ad crucem accessit; sed postquam prope salutem fuit, animadvertit acutus & ingeniosus fur thesaurum, & naevius occasionem vitam rapuit arte facinas pulchra & solerter abusus. O quam in sui salutem ingenio latronis. expleuit munus, non quidem ad ignota vocum transire officia; sed intra notissimas artis regulas se se continens non praetermissa occasione totum sibi rapuit paradium. Ut merito de illo dicat Aug. serm. 119. quod ad huc in latronis partibus inuisibilem Deum. Augustinus iuven. etiam videt. Equidem profuit illi non relinquere vitam suam, ut abusus quum thesaurum reperiret. Nec aliter praudent illa peccatrix Magdalena, quae tota insudauerat torquendis colendisq; criminibus, vnguentis conficiendis, quibus volantes animas alliceret, & attonis toris amplexibus & osculis iniret, iam melior facta pulcherrimum adolescentem Christum Dominum ut sibi sponsum alliceret, pristina amoris immemor; sed memor officij adstricta & vnguenta & secula recurrens, & oculis, vnguentis; & cruce quasi aliter ne sciret, sibi copulat Christum. Quod in se habuit oblectamenta, tot in se inuenit holocausta, dixit D. Greg. Maga. in Cat. non enim ignota & aliena praesumpsit officia; sed ex notissimis & assuetis, quibus voluptati seruerat, placitura nititur seruire Christo.

Niss.

Aug.

Greg.

d. XXVI.

Miserum est a Deo deficere, ut laboribus incumbas.

Faciamus, ait Petrus, tria tabernacula, vide qua se mercede diuinis bonis & caelestibus gaudijs priuet, ut operetur, ut laboret, ut plena dolore & anxietate opera tractet. Siccine stultissimi homines a Deo deficiunt, & iucundissimo caelorum consortio se elongant, non ut placida fruatur quiete, ut

Lib. III. Caput quartum.

Luc. 15. vt continuo perfundantur gaudios; sed vt summis laboribus operam nant. Perdita illa ovis, & pene iam deplorata Luc. 15. ab Angelorum grege cœlestes pascente paradisos sese eripit & vastissimum mundi eremum suu ris effecta inambulat. Proh dolor? Quo te prompis stulta ouicula? Siquidem cœlo libero gaudes, & voluptati indulges omnia pertransiens delitiosa prata, & vna omnes florentis ætatis voluptates capis, quam tam dulcis erroris mercedem consequeris? Prætende voluptuosæ viæ fructus, recense quæstus an non viribus vales omni labore vacua, tota florida, tota delicijs affluens? Imo illam inuenit Pastor omni labore contractam & pene enectam. Id ponderat acutissime Tertull. lib. de poenitentia fatuus. *Vna ovis requiritur, vna pro omnibus desideratur, & tandem inuenitur, & humeris Pastoris ipsius fertur, multum enim errando laborauerat.* Nec gradum ipsa poterat facere adeo fracta, vt humeros requireret portantis quia multum errando laborauerat. Non vt delitiaretur, à recta in cœlum via aberrauit, sed vt laboribus maximis insudaret, hac se mercede errori condixit, vt enixe laboraret, vt improbose labore conficeret. Huic similis ille alius apud *Luc. 12.* ditissimus omnibus fortunæ bonis cum noctu quiescendum illi esset, ingentem & prope infinitam suarum frugum copiam recordatus statim de labore & operæ à se impendenda cœpit agere. *Destruam, ait, horrea mea, & maiora edificabo.* Cui D. Bas. *At si hoc impleberis, numquid destrues illud? Quid stultius quam infinitum laborare.* Sane nil magis stultum & execrandum est, quam quod homo à Deo deficiat, à beatitudinis patria sese arceat, vt peregrinis laboribus incumbat, vt prope infinitis curis, & ærumnis angatur. *Exo. 12.* sic diuina iussio cauet. *Omnis qui manducauerit fermentum à primo die vsque in septimum diem disperiet anima eius ex Israel.* Ad hæc insultat Marcion; & audet Deum crudelitatis vitio obstringere, quando pro re adeo leui, nempe quod vescatur homo fermentato, morte velit transgressorem mulctari. Sed hæreticum os claudit

D. Gaud. tract. 7 in Exod. sic fatuus. *Si fermentum fieri iussisset, diligentia illic necessaria fuerat, ne deesset: quod iussit desidia est, non laboris. Negligentiam iubet, vt obedientiam probet, & non vis, vt damnet illam animam quæ diligentiam commodaouerit, vt contemnat? Sane quæuis pœna fit reus homo ille, qui operi & labori dat operam, vt à Deo se arceat.*

S. XXVII.

Generosi & deuoti animi est laborari non parcere vt Christi lucrum faciat.

Non possumus non recognoscere strenuitatem animi, & magnitudinem in Petro, dum etsi ignoranter; tamen animosè labori sese offert, vt Christi lucrum faciat. Ita D. Ambr. *Amb.* meditatur in cap. 9. *Luc. Ad ex edificanda tabernacula tria impiger operarius communis obsequy ministerium pollicetur. Et quanuis nesciret quid diceret: tamen pollicebatur officium, in quo non inconsulta petulantia, sed præmatura deuotio fructum pietatis accumulatur.* O quàm optabat lucrari sibi Christum, qui sic maturat omnis laboris prætio stimare illum! O quàm strenue & generose amabat qui nulli parcat labori, vt Christum acquirat. Componite modò ardentem Petri affectum erga Deum ipsum. Petrus sponte sua cuiuscumque laboris prætium exhibet, vt Deum habeat: mundiales homines & lacefsiti, & post præconia mille vix audent aliquid pro Deo summo promittere. *Guil.* Grauter id lamētatur Guilielmus Paris. tract. de virtutibus, dum inquit. *Quidam Deum diligunt pro modico, & quasi vile mancipium illum taxantes, & quod deterius est quantum pro minori possunt ipsum habere cupientes, semper multo cariorem reputantes de pretio pro quo eis offertur totis viribus minuere conantes, ac si periculum immineret in emptione ipsius, ne forte valeat tantum quatum pro eo ab his exigitur.* Et qui per omne nefas voluptates emunt, & honorum vētos

ros sudoribus mille, & cruore ipso, quādo de habendo Deo paciscendum est illis, toti sunt in pretio minuendo, quanto pro minori potunt volentes illum, quasi taxarent vile & inutile mancipiū. *Hi stultissimi atque insensissimi mercatores nescientes, quia quanto carius Deus venditur, tantum maius lucrum ex eius emptione reportatur.* Quid plura? vanos & meticulosos illos negatioses magnanimus & generosus Petrus confundit, cum ipse ingentes quæstus meditato nulli parcendum labori putat, ut vnum secum habeat Christum. Hanc Petri generositatem & deuotionem imitatae sunt feminae illæ, quæ *Matth. 26. emerunt aromata, ut ungerent Iesum* quod factū ponderans *D. Bern. serm. 12. in Cant. ait, emunt non unguentum; sed aromata, & unctio in obsequium Domini non facta assumitur; sed noua conficitur.* Sane potuissent vnguenta docte iam condita emere, ne operam & laborem impenderent ipsæ conficiendis illis: at deuotissimæ & nobilissimæ feminae optant non labori parcere, sed omnem suam operam & studium offerre Christo, & ideo simplicia aromata emunt, ut habeant quod amplius e laborent & efficiant.

*Matth. 26
Bern.*

Textus. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida abumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.

S. XXVIII.

Non est humani laboris gloriosum tabernaculum facere, sed illud absque labore suo, non absque opere, homo à Deo accipit.

Efficiendo à se tabernaculo facultatem dum Petrus postularet, ecce nubes lucida illos obumbrabit, quasi inde responsum Petr^o acciperet, quod

non laboribus humanis comparari possit cœleste & gloriosum tabernaculum, sed omnino gratis. Etenim nolo vocare laborē & sudorem, id quod momentaneum est & leue tribulationis nostræ, & iuxta Apost. immensum pond^o gloriæ operatur in nobis. Quod gloriæ pondus sic facit Christianos labores in cœlum leuitare, ut in hoc sensu dicam quod sine labore euolamus in cœlum. Hoc in præsentī meditat^{ur} *D. Ephrem. Ecce, ait, lucida nubes eos obumbrabit. Vides Simon tabernaculum sine labore, tabernaculum quod arcet aestū, & non habet tenebras?* Non enim est laboris humani tantum elaborare tabernaculum, quantum hominibus Deus in gloria paratum habet. De quo Deo gratias referens *Moyse Exod. 15. ait, Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis sue firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.* Quæ verba iuxta Septuagintæ versionem, sic exp^odit *Origines hom. 7. In preparata habitatione tua, quam preparasti, Domine Vide clementis Domini bonitatem; non vult te inducere ad laborem; non vult, ut ipse tibi facias habitaculū; iam te ad preparatam ducit habitationem Audi Deum dicentem in Euang. Ioan. cap. 4. alij laborauerunt; vos in labores eorum introestis. Laborent, student alij; nos quos Deus bonus amauit, nullo labore; nulla nostra difficultate elaboratū & preparatū à Deo habemus in cœlis tabernaculum. Non cupit nos Domin^o operi insudantes, ut diuinam habitationē laborib^o & sudoribus efficiam^o, adeo nobis bon^o est, ut omni labore leuatos ad preparatū regnum nos transferat. De felici illo mendico dicitur *Luc. 16. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis infanum Abrahæ. Vbi acute ponderat D. Chrysost. in Cat. illud & portaretur ab Angelis. Ne saltem ambulans laboraret, portabatur ab Angelis. Adeo sine labore nostro ducimur & reducimur ad patriam, ut eo etiam labore paruo, quo afficeremur ambulantes, à Domino releuemur. Post diluuij excidium virens oliuz ramus à columba portatur in arcam; vnde iusti viri meditato felicitatem August. tract. 6. in Ioann. fat^{ur}**

Ephr.

Exo. 15.

Orig.

Luc. 16.

Chrysost.

Lib. III. Caput quartum.

Luc. 2.

fatur. Ramus ille & folia, & fructus habebat. Non sint in te sola verba: non sint in te sola folia, sit & fructus & redis ad arcam non per te ipsum, columba te reuocat. Sic ille. Addā illud quod à Luc. dicitur de parentibus Baptistæ c. 2. nimirū. *Ambo iusti apud Deum.* Ne enim mireris duos præmississe iustos, facilitatem rei commendans, dixit, apud Deum, quod apud homines iustum esse tanti laboris sit, ut vix vnum inueniretur, apud Deum autem iustum esse, adeo facile est, ut iustorum inueniantur patria. Huc accedit Chrysol. serm. 89. factus. *Placere iudicijs humanis, coram hominibus esse iustum, est virtutis humanae maximi est laboris; ante Deum qui scrutatur corda esse iustum humani laboris non est, muneris est diuini.*

§. XXIX.

Vnus Christus Iesus fuit qui nullum laborem Deo intulit, sed totus gaudium, totus quies vere filius Patris.

Rup.

Radiante nube, splendenti monte, totus lucidus apparet Christus Dominus idē à Patre cōmendatus, quod in illo vno & plenum gaudium & placidam quietem habuisset. Vnde merito Rup. colligit Christum Dominū esse illum septimum diem, in quo post exanthlatos labores mundi dicitur Deus requieuisse. *Deus, ait, in illo sic requiescit, ut tamen nunquam laborauerit, in homine & in Angelo requiescit Deus post laborem, ut ita dixerim: nullus enim Angelorum aut hominum aliter, nisi per operosam gratiam Dei habitationi & requiei Domini sit idoneus. Operatur namque Deus in illis, & ante quam domus vel mansio perficiatur quasi laborat, unde ait laboraui sustinens. At in filio suo benedicto sicut non creauit; sed genuit; ita nec accidentali dono bonum fecit; sed essentiali bonitate bonum semper habuit. In cæteris laborauit; in isto solo nihil umquam fuit, quod resisteret ei. Igitur hic vnus est, in quo Deus requieuit. In quo semper se Pater complacuit, &*

cum peccatores laborare & seruire Deum faciebant in desiderijs suis, quasi laboris pertectus ad hunc se recipiebat diem Iesum, in quo omnia placida omnia quæta, iucunda omnia potiebatur. Vnde apud D. Amb. Psalm. 40. dicit ei *Pater filius meus es tu, ego hodie genui te, hoc est generationis meæ in te priuilegium recognosco, quem nulla macula potuit inquinare peccati, hodie genui te, in quo lucem immaculatæ proles agnosco, heri mihi & hodie ipse es, & in seculum. Nox in te nulla est, quia totus es dies.* O quam filius correspondebat Patri! O quam dies dici verbum eructabat! & lumine coruscabat. Reuertenti filio pater optimus occurrit Luc. 15. sed mutus de filij nuditate primum seruis ait. *Cito proferte ei stolam primam.* Non sic in hoc filio Christo Iesu obmutescit Pater, sed ut omnia in illo integra, omnia lucida, ut prima immaculati luminis stola conspicit conuestitum, sic relictus seruis vni filio verba facit hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, in quo vno ab omni labore, & cura liber quiesco. Optime de illo Isaias 11. & *requiescet super eum spiritus Domini* Ad quæ verba pulchre Rup. lib. 12. de vict. Verbi Dei cap. 30. *Itaque super hunc florem Iesum requiescet spiritus Domini, id est propter Christum mitigabis Deus omnem iram tuam, & auerteres ab ira indignationis tuæ. Nunquā enim te inquietauit flos iste; mitis enim est humilis corde.* Hæc sufficiant de munditie Christi adeo conspicua.

Luc. 15.

Rup. Isai. 11.

§. XXX.

Vt summa bonitatis est, quod filius à Patre agnoscatur, sic summa malitiæ, quod filius à Patre condemnetur.

Quid diuinius, quàm quod filius Dei Christus à Patre agnoscitur? Quam quod post aduentum in terrā longinquā paternis oculis expositus nihil degenerū; sed omnia integra exhibeat, ut Pater dicat. *Hodie genui te, in quo lucem immaculatæ proles agnosco?* Non

Textus. Ipsum audite.

S. XXXI.

*Et si cuius Prelato & patri spiri-
tuali intima cordis tui secreta de-
bes aperire, num tamen ab
omnibus audire debes
quid agas?*

Nil magis commendatum homi-
ni virtutis studio, quam quod
Prelato tuo, parenti suo spirituali vere
& sincere animum suum & studium
in virtutes adipiscendas & peccata de-
uitanda pandat. *Leuit. 23. cauebat lex*
Feretis manipulos spicarum primitias
messis vestre ad sacerdotem. Cur mani-
pulos spicarum? Nonne melius esset sa-
cerdoti offerre ipsa iam munda, & si-
ne paleis tritici grana? Abbas Cellens.
lib. de panio. cap. 7. Manipulos spicarum
ad sacerdotem deferimus, cum plana, &
eiusdem confessione grana simul cum aris-
tis & stipula Prelatis nostris humiliter
pandimus. Igitur qui saluti suae spiritali
dat operam, hanc legem sibi putet ma-
xime obseruandam, quod parenti spi-
rituali suarum virtutum grana simul &
vitiorum stipulas & aristas pandat. Ve-
rum non à quouis, qui em clare nos-
cat spiritualis doctrinae ignarum, di-
rectionem suae vite audiat: id quod
egregie effecit illa ardentissima Dei
amatric Cant. 3. Vbi ait, per vicus, &
plateas querau quem diligit anima mea
quaesivi illum, & non inueni, inuenerunt
me vigiles & qui custodiunt ciuitatem,
nunquid quem diligit anima mea vidi-
stis? paululum cum pertransissem eos, in-
ueni, &c. Ecce tibi custodibus & prae-
positis se prodit Dei sponsa, ex illisque
querit de amato, curam suam illis ma-
nifestans, & tamen non eos audit,
imo nec auscultatur, sed nullo expecta-
to responso protinus abit, & spon-
sum inuenit. Pulchre Gillibert secun-
dus post Bernard. commentator ser-
mone 6. in Cant. ait. Videte humilem
prudenciam. Nescit custodes contemnere
nec

Non sic impij, non sic; sed quod sum-
ma maluar est, à Patre degeneres, à
Patre ipso damnationis sententiam
accipiunt. Purputatus ille cum esset in
tormentis Luc. 16. eleuatis oculis sur-
sum aiebat. *Pater Abraham, miserere*
mei. O gregium crudelissimi filij ad
misericordiae Patrem confugium! A-
cute D. P. Chrysol. ser. 3. ait. Modo cog-
noscis patrem, & modo tibi patrem se es-
se nescit. In faelix, quam sic ipsa origo ar-
guit. in faelix, cui in iudicio pro magnitu-
dine criminis non misereri genitor, non
pater ignoscere non affectu potuit subue-
nire. Quid homini miserius euenire po-
terat? eo deduxit materiam malitia sua,
vt inuocantem patrem, pater illum ig-
nores, vt clamantem ad Patrem pater
illum damnet & degenerem arguat,
neque sciat, nec possit subuenire. Sa-
ne nihil mauiosius ex cogitare potuit
D. Paulinus in illo Pharisaeo, qui ad
praedictum Christum vocauerat, quam
quod ab Abrahamide hospicio fie-
ret adeò inhospitalis. Mensam pararat
ille, verum oculi & lauacri obse-
quium numime pararat, hiccine filius
Abrahæ? hiccine dicet de genere tu-
mens nos habemus patrem Abra-
ham? Quippe ait Paulinus Epistol. 4.
desine parentem Abrahamum iacta-
re, i quote degenerem etiam ista inhu-
manitas arguit, qua dedignatus es lauare
pedes Domini, cum & Abraham Ange-
lorum, & etiam Christi pedes lauerit,
quem vnum de tribus adorauit. Cur se
miser iactaret, quem genus ipsum, &
patris mores vehementer arguebant
condemnabant? Has procul dubio
proles lamentabatur parens omnium
Deus apud Isaiam cap. 1. fatus, Filios
enutriui & exaltaui; ipsi autem spreue-
runt me. Ad quæ verba. D. Zeno. ser.
3. de Isaiâ sic exclamat. Detestabilis
certe filius, quem pater ipse pius, quem
pater damnat inuitus. Quis miserebitur
illius quem pater ipse codemnat? quis
illum non abominabitur, qui paren-
tum virtutibus vehementer ac-
culatus adhuc degeneres
suos mores non ex-
pauet,
(i)

Luc. 16.

Chrysol.

Paulin.

Isai. 1.

Leuit. 23

Cell.

Cant. 3.

Gillib.

Lib. III. Caput quartum.

nec enim tutū arbitratur in consultos preterire, quos scit Dominici & cōscios secreti & nuntios mandati. Quid tamen sibi vult hæc interrogatio sub ambiguo posita? An in hoc te admonere volens, ut non credas omni spiritui, sed probes, si ex Deo sit? Deniq; non omniū est certū spōse prestare iudicium, qui custodis officium vel susceperūt, vel arripuerūt. Multi enim sunt, quorū est ocul⁹ in uniuersa terra. Satis quidē fideles sunt & seduli, sed buc vsq; ut terrena coaceruēt & terrena seruent. Propterea terrenis incrassata curis mens, & illius mensa seruiens qui peris cibo, cœlestis epuli nescit dispensare viaticum, & de supernis theoyis aliquid serenum dispensare subiectis. Ab his etū Prælati sunt, et si custodum locum obtineant, nihil necesse est audire, imò cum illis humili confessione & euidenter mentem aperueris tuā, aures obtunde, & nullo expectato responso quem audias, quem tutò & securè auscultes, cura inuenire Christum. Etenim vnus est Christus Dominus, qui meritò debeat ab omnibus audiri nobis à patre donatum, ut audiamus illum. De quo elegāter Clem. Alex. lib. i. pedag. c. ii. hæc inquit *Fidedignus est Dominus tribus pulcherrimis rebus ornatus, scientia, beneuolentia, dicendi libertate: scientia quidē quoniam est paterna sapientia: dicendi autē fiducia, quoniam Deus est opifex: beneuolentia, quoniam solus pro nobis se ipsum hostiam tradit.*

Clem.
Alex.

S. XXXII.

Doctor, qui nunquam suam, sed semper aliorum sapientiam ostendit, an suspectus sit?

Primo ex capite probat Clem. Alex. nuper citatus Christum Dominum esse fidedignum, quòd non ab alijs sapientiam emendicet; sed suā ipse habeat, qui sit ipsa scaturiens & perennis sapientia Patris. Etenim hæc prima sapientie extra ædificatam domum manifestatio quod, *misit ancillas*

suas que vocarent ad arcem. Prouer. 9. non à vicinis commodatas, non ab alijs petitas; sed ipsa suas protulit veritates. Eleganter aiebat Seneca epist. 33 *Turpe est seni, aut prospicienti senectutem ex commentario sapere.* Hoc Zeno dixit, tu quid? Hoc Cleanthes, tu quid? Quousque sub alio moueris? & impera & disc quod memoria tradatur aliquid & de tuo profer. Omnes itaque istos nunquam authores, semper interpretes, nunquam ausos aliquando facere quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt. Aliud est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoria custodire. At contra scire est & sua facere, nec toties ad magistrum respicere. Hoc dicit Zeno, & dicit Cleanthes, *aliquid inter sit inter te, & librum.* Hæc ille ut acutè & verè, ex quibus illud notatum aliquid inter sit inter te, & librum, quandoquidem Doctoris non est aliorum solum notas prætere, hoc facit liber, hoc facit membrana; sed & ipse suam faciat sapientiam, quam viuida vena in alios instilet. Cum Ioannes Doctor Euangelicus initiaretur Apoc. 10. iuberetur manducare librum *accipe librū, & deuora illum.* Cur deuoraret librū? Magistro & Doctori nonne sufficeret habere secum librum quē legat, quē consulat? Sanè necessum est, ut aliquid intersit inter Doctorem, & librum, liber aliorum referat doctrinam, Doctor vescatur libro, nimirum faciat sua. Indignum docendi munere putauit D. Amb. illum, qui alienis totus gubernatur præscriptis. Is erat sacerdos quidā siue Episcopus, qui malè ab alijs persuasus iudicauit virginem debere inspicere. Cui D. Amb. epist. 64. *Iam illud præclarū quod scripsisti insinuat tibi à quibusdam, quod nequam tibi communicarent si eam sine virginis inspectione suscipendam crederes Ergo iudicandi accepisti formulā. Quales illi qui volunt prescribere sacerdotibus quid sequi debeamus? liberauimus itaque te à cognitionis grauissima necessitate, ne necesse haberes formulam mandatam exequi.* Ecce tibi meritò à munere ius dicendi illum separat, qui aliorum placitis & sententijs imbutus

Prou. 9.

Sen. 33.

Apoc. 10

Amb.

S. XXXII.

Infirmum & suspectum debet haberi consilium illius, qui à te dependet, & ambit tua.

INde secundò colligit Clem Alex. in Christo Domino eam esse dicendi fiduciam, qua possit & debeat ab omnibus turò audiri, quia est Deus & opifex. Etenim vnus ille habebit fiduciam dicendi & libertatē qui omnino independens est, nulliusq; egens. Quod præcauit ipse Deus Exod. 7. cū Moysen mittit ad Pharaonē, & ait illi, *Exod. 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Quasi innueret, quòd nisi deitatem induat priuatus homo, minime nuntiabit dura & acerba Principi, ex quo sperare posset & timere multa. Hinc Moyses postmodum Exod. 32. castigaturus vituli aurei idolatriam Leuitis dicit. *Exo. 32. & redite de porta ad portam per medietatem castrorum, & occidat vnusquisq; fratrem & amicum, & proximum suum.* Cur ad munus adeò durum & acerbum selegit Moyses Leuitas? Præclare causam attigit D. Amb. Epist. 56. *Sanctiora ceteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus. Nesciunt enim parcere suis, qui nihil suum norunt, quoniam sanctis omnia Deus est.* Quippe Leuitæ nullam possessionem, nullam hæreditatem in terra habere poterant; sed eorum portio & hæreditas vnus Deus erat, ideo Leuitæ soli eliguntur, vt dura & acerba inferant parentibus, & populi Principibus, & amicis. Etenim nullus fenerus esset in homines quorum egeret opibus, quorum depēderet à conuidu. Hinc egregiè notat Alcuinus quibus se titulus exornet Salomon in libris, quos scribit, quippe in prouerbij adnotatur. *Prouerbia Salomonis filij Dauid Regis Israel: in Ecclesiaste vero verba Ecclesiastis filij Dauid Regis Hierusalem: in Cantico Canticorum nec filius Dauid, nec Rex Israel aut Hierusalem præscribitur; sed tantum Canticum Canticorum Salomonis.* Cur hic solum Salomon, & alibi & filius Dauid, & Rex? An quia in prouerbij &

Bb

Eccle-

tus nil suum efficit; sed omnia iuxta aliorum regulas metitur. Hinc iubemur Prou. 2. quasi thesauros effodere illā, nimirum sapientiam. Non equidem sufficit ad sapientiam, quòd ab alijs emendices, quòd inuentas aliorum veritates fugas; sed id agere debes, vt in te latentem thesaurum effodias, vt effossa cupiditatum humo, inte apparere facias sapientiam ipsam tuam. Id quod in se effectū gloriatur Paul. epist. ad Galat. c. 1. *Cum autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris mee, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizem illum gentibus.* Equidem, vt à gentibus Paulus audiretur, necessum fuit, quòd Deus in Paulo reuelaret verbum suū, hoc est quod in illo existentem sapientie thesaurum effoderet, & fecerit apparere. Sic pulchrè meditatur D. Hieron. *Non est autem ipsum reuelare filium suum in me quòd si diceret reuelaret filium suum mihi. Cui enim quid reuelatur huic illud potest reuelari, quòd antea in eo non erat: in quo verò reuelatur illud reuelatur quòd prius fuit in eo, & postea reuelatum est. Simile est illud Euang. Medius in vobis stat quem vos nescitis. Ex quo fit natura omnibus Dei inesse notitiam, nec quemquam sine Christo nasci, & habere semina in se sapientie & iustitie.* Itaque insita erat Christi sapientia in Paulo, sed occulta, sed operata caligine vt thesaur⁹ operitur humo: vbi autē gentibus proponendus erat qui audiretur, non aliorū emēdicauit sapientiam; sed quasi effossa humo errorum latens in eo thesaurus reuelatur, & viua sapientie vena protinus scaturijt. Sic cum omnium mentibus sapientie verbum insitum sit, curet quisque omni studio & conamine suam in opere & sermone reuelare sapientiam, suspectus aliquin erit ille, qui cum aliena crebrius effluit, nihil vnquam præmonstret

Ad Gal. 1.

Hiero.

Ioann. 1.

Exod. 7.

Exo. 32.

Amb.

sum.

(:)

Lib. III. Caput quartum

§. XXXIII.

Quam libenter accipiuntur præcepta illa, quæ à benefactore mandantur quantumvis sint dura.

Tandē subdit Clem. Alex. Christi Domini in homines benevolentia, qua se usque ad mortem dimisit, ut nos vivere possimus. Quis ergo tanti benefactoris non stabit dictis? Sanè ea est humana natura, quæ ut dum & seueri Domini madata etsi facilia odit fugit, sic à benefico dura etiã & molesta arripit consilia. A primordio itatus Deus hominũ & creaturarum generi metuendus imperat, gladiũ igneũ vibras è regione paradisi, Quid plura? Statim cõtemnitur à creaturis, quæ tonãtis & fulgurãtis Dei immemores se fictilibus idolis immittunt. Hæc pulchre expendit Chrysol. serm. 147. *Obsederat pavor omnia, timor soluerat vniuersa, cuncta cõcusserat terror, in celo diuinus splendor prostrauerat Angelos, in terra tonitrua & fulmina mortalium corda quassabant. Sic nimis Dei pavor amorẽ dominantis exclusit, Angelos fugauit ad terras, homines traxit ad idola, mundum vanis erroribus occupauit; fecit omnes creatorẽ fugere, colere creaturas. Mũdus perire maluit, quã timere, pauore mors ipsa leuior. Deniq; Cain vbi parricidali cõcepit terrore vexari, mortem petijt, reque credit si periret. Elias ille vbi sensit toto se timore aspergi; repetebat quam fugerat mortẽ, melius existimans mortẽ succubere, quã timori Petrus quoq; Dominica virtutis timore turbatus. Christũ, ut à se discederet, supplicabat. Discede à me, inquit, quia homo peccator sum. Hoc dicebat, quia quicquid erat amoris & fidei pũdus pavoris excluserat: sic timor, nisi amore fuerit deperatus quãuis deuotã seruitutẽ offisit contumaci.* Hæc sunt seueri & rigidi Domini facinora, qui quo magis timendus exhibetur, eo citius relinquatur & cõtemnitur; & tũc præcipue diabolus sperat de quouis homine triumphum, quando illi pertuadet, non à benefico amatore, sed à se uero ultore confundi. Sic Matth. 4. *Dominum in deserto famelicum, & afflictum exagitauit illis crebrò iube-*

Chrysol.

Matth. 4

Ecclesiasti dura populis erat annuntiaturus nudas de humanæ naturæ vitia te veritates, Principũ & potẽtium vitia, impiorum præcipitia dicturus? Sanè ait Alcuinus in Ecclesiastẽ c. 1. *Ad incipientes & proficiẽtes & paterna dignitas, & regni proprii meritõ indicatur auctoritas: ad perfectos vero vbi non timore eruditur discipulus, sed amore, proprium nomen sufficit, & equalis magister est, nescit se esse Regem.* Expende illud vbi nõ timore eruditur discipulus nescit se esse Regẽ; verum vbi timenda proponit, vbi lingue vitur flagello, vbi corripit & castigat potẽtium mores, noucrit se regia dignitate florere, nõ ab alijs dependere, nec quicquam egere, ut pote diuisissimus Rex & omnium superior. Sic diuissimus Daniela Balthare muneribus delibutus, ut sibi aperiret diuinum & expauendũ ænigma ait c. 5 iuxta D. Hieron. translationem. *Munera tua tibi sunt Rex; & interpretationẽ eius ostendam tibi:* quasi ad durissimã sententiã explanationem nõ esset aditus illi, qui prospectat munerera. Corruptis sanè seuerum iudicẽ munus & ambitiosa expectatio inebriat omnes etiã cordatissimos. Pinctura illi Pharaonis prospera prædicebat Ioseph in carcere, & simul petebat, ut sui meminisset. Ad quæ D. Amb. *obtusas iam habebat aures fastu vicinæ potentie.* Vtrique obtũdunt sensus prosperitates vicinæ, & quale iudicium fidet ab obtuso? Suspectum ergo tibi sit consilium illius, qui à te dependet & ambit tua; nunquam enim tali consiliario tuta conscientia poteris, tu, quando quidem tui fauoris indigus non habebit dicendi fiduciam. Qualiter enim muneribus inescatus animus rectũ proterat habere iudicium? Apud lib. 1. Reg. c. 3. de filijs Samuel dicitur. *Acceperunt munera peruerterunt iudiciũ.* Vbi Petrus Dam epist. 2. dicit. *Notandum quia oĩ ast, acceperunt munera protinus intulit, peruerterunt iudiciam. Vicinum quippe est atq; contiguũ ut post munus acceptum peruertatur, etiam corrupto censori iudicium.* Mumerosanum est iudicium accipiendis muneribus inelcatum, insanus est qui similibus vitur consiliarijs.

Dan. 5.

Amb.

iectis verbis, *si filius Dei es*, ut suspectum & odiosum faceret Patrem, e quo egens filius nullū reciperet auxiliū; sed ponens, vidente patre, fame enc

Chrysof. Cuius periret. Hæc fuit D. Chrysof. ex-cogitatio in præsentis hom. 1. sic dis-se-rens. *Cur ad singula tentamēta proponit ac dicit si filius Dei es? Id ipsum etiā nūc facit, quod fecit in primis, sicut etiā tunc de Deo detrahens ait scit Deus, quia quacumque hora māducaueritis aperientur oculi vestri per hoc ostendere volens illos circumuentos esse à Deo atque deceptos, nulloq. ab eo beneficiū consequutos. Ita hic quoq. id ipsum profectō significat quo dāmodo dicens; frustra te nominavit filiū suū, taliq. donatōne decepit. Vna equidē erat diabolici furoris mēs, qua persuaderet cuiuslibet Deum nō beneficū; sed rigidum punitorem etenim post hæc facile persuaderet à Deo ipso defectionē & fugā. Hinc Christū Dominū vrgebat dicitis, si filius Dei es, quasi filio afflicto & famescēti paternæ crudelitatis & rigoris vellet notā infingere. Mallent homines perire, quā metuerē, & ut metuendū fugiūt omnino; sic beneficū Dominum etiā dura præcipientē amplectūtur. Id notat D. Amb. lib. 1. officior. c. 34. *Simul aduertimus etiā correptiones in amicitia gratas esse, quæ aculeos habent, dolorem non habent. Compungimur enim cōsorys sermonibus, sed beneuolentiæ delectamur sedulitate. Quis nō credat amico? Quis non audiat libētissimo animo illū, à quo mille se videt illigari beneficijs? Videte Dauidē prudentissimū virū in capitis discrimine vnus adolescentis Ionathæ stare dicitis, adeo ut si Ionathas iubeat delitescat Dauid & fugiat, & etiā securo animo appareat Regi infestissimo, si vn⁹ Ionathas suggerat. Quæ rei causa? sola adolescentis Principis in Dauid beneuolētia illū sibi potuit subdere. Ita D. Amb. vbi supra c. 32. *Beneuolentia manet cōmunis quedā parēs omnīū, quæ in consilijs fidelis, ut vnusquisque beneuolentis se magis, quā in sapientis credat cōsilio, ut Dauid cum esset prudentior, Ionathæ tamē iunioris cōsilijs acquiescebat. Hinc cœlestis Hierusalē plenas bello, & sagittis turre vberibus inseruit: ait enim Cant. 8. Ego murus, & vbera mea***

turret. Audiuntur planē libēter etiam tonitrua bellica, imò & fulgura iaculata & iactus ipsi placidē excipiuntur, dum ab vberibus ab amoris sede à benefico animo nouerimus deriuata. Nūquā id mihi magis pertuatum fuit, quā ex cap. 17. Num. vbi volens Deus sanctū haberi à populo Aaronis sacerdotiū, minime id obtinuit mille immisissis in rebelles supplicijs. Ecce tibi cōtradicūt Aaronico sacerdocio Dathan & sui, & vitore Deo, viui à terra glutuntur. Nec tāto supplicio affecti desistūt populares murmurare cōtra Aaron, ex quibus Chore cœlesti igne correptus interijt. Sed adhuc murmur in Aaron perseuerat. Quid plura? volēs tandē Deus Aaronē recipi à populo, fecit quod Aaronis virga nō ferret, sed floreret, sed fructificaret, dulcissimosq. præberet populo fructus. Quo viso statim populus acquieuit, & Aaronē suscepit. Rē ita expendit Iosephus lib. 4. c. 4. *Inquies. Videbāt ex virga Aaronis & ramos & germina esse exorta, & quod magis mirū amygdala matura. Hæc nouitate spectaculi vulgus attonitū, ommissis odijs quibus tū Moysen, quā Aaronē prosequēbātur, totū in admirationem diuini iudicij versum, amplius Deo repugnare desijt. Suppliciorū rigori respondebant rebelliones, at floridis muneribus cōtinuo obedientes extiterāt.*

Text. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde.

S. XXXIII.

Non est humanarum viriū præmeritam gloriam nobis à Deo paratam sustinere.

Immensum pōdus gloriæ in nobis operatum quis sustinebit? Nullo in homine vires sunt quæ possint à Deo paratam gloriam sustinere, quam vel in imagine videntes Apostoli tā boni impares cadūt in faciē. Sic D. Greg. *Greg.* Magn. in 1. Reg. c. 16. *Videbat Petrus, & quia videndo cadebat, significat,*

Lib. III. Caput quartum.

quod ad id nō poterat attingere quod me-
rebatur videre . Excevit magnitudo
præmij vires humanas, non est vir qui
gloriæ illā pene immentam nō olē, quā
Deus fidentibus teruis parat, sustinere
valeat. Vnde Naz in Apolog. fœlices
hominū animos memorans à corpo-
reo puluere excultos ad cœlestē patriā
remēates ait, quos spiritus armat in glo-
riā pulchrē inuēs munus diuini spiri-
tus erga beandos homines, nimirū qui
illos armat, vt immēsum gloriæ pondus
queāt sustētare. Adeo enim mag-
num est gloriæ pōdus, quod in nobis
mentanea patiētia operatur, vt spiritus
suscepturos cōfirmet, eisq; induat ar-
mis, quibus cōfirmati & fulti torrenti
immergātur voluptatū. Hinc maximē
cōmēdat D. Chrys. in 1. ad Cor. hom.
Eucharistici viatici necessitatē & vtili-
tatē; si hinc, ait, sacrificio munus migra-
bimus, sanctū ascēdimus vestibulū tāquā
aureis quibusdā armis vndiq; cōtecti. Sa-
ne arma requiruntur in stadio, vbi ho-
stes lacesunt, inimici insidiātur, peri-
cula metūntur: at in regno pacis, in cœ-
lesti Hierusalē, vbi omnia pacata & a-
mica, vbi regnat pax alma, quorsum
arma? Quorsum hæc sollicitudo, vt ar-
mas vndiq; cōtecti & cōfirmati sacro
sanctū cœlorum cubile scādamus; nisi
ob gloriā immensam, ob magnitudi-
nē præmij, quā vt sustineas necessū est
armari & roborari? Huc spectabat il-
lud Sap. 4. Videbunt sinē sapientis, & nō
intelligēt quid cogitauerit de illo Deus,
& quare munierit illū. Non intelligēt,
quare munierit Deus sapientē à vita
discedentē, quia non norunt magnitu-
dinem & immensitatem gloriæ, ad
quam migrat, quam vt sustineat, robo-
ratur à Deo & valde munitur. Vbi in-
telliges, quā ineptē Lyra & Catecu-
zenus legant non munierit; sed minue-
rit, vtpotē ignorantes quanto muni-
mine & robore egeāt beati; vt gloriæ
suz immensitatem sustineant.

Text. Et accessit Iesus, & teti-
git eos, dixitque eis surgite,
nolite timere.

§. XXXV.

Dei voce conseruati perijsemus
hominēs, nī ab incarnato verbo
fulcremur in vitam.

ECce loquente Deo prosternūtur
Apol. q. 1; sed Iesu auxilio confir-
mati erigūtur. Quod animaduertit D.
Ephreni inquit Quomodo vox Patris
eos deiecit, sic etiā vox filij in virtute sue
diuinitatis eos fecit surgere, Quis homi-
nū ad nudā diuinitatis vocem staret?
Deut. 4. Quia est omnis caro, vel quis au-
diuit vocē Dei viuētis de medio ignis, &
viuet? Vtq; ad Ionū diuini gressus per
terrefacti primi homines fugā occisi-
mi arripiunt, ait enim Gen. 3. Et cū au-
dissent vocē Domini Dei deambulātis in
paradiso ad aurā p̄c̄ti meridie abscondit
se Adā, &c. Quid tunc? Dei filius homi-
nis naturam assumpsit, & factus homo
prostratos erigit, allicit & recreat fugi-
tios. Vtrumq; attingit D. Cyril. Hiero-
sol. catech. 12. acutē vt asiolet, & in
primis accipite Daniel. c. 10. diuina ap-
paritione perterritū humi prostratū
viribus metu consumptis, tunc, ait, &
audiuī vocē sermonū eius, & audiens iacob
hā conseruatus super faciē meā, & vul-
tus meus harebat terra. Et ecce manus
tetigit me, & erexit me super genua; &
dixit ad me mōi metuere Daniel; cumq;
loqueretur mihi huiuscemodi verbis, de-
ieci vultū meū ad terrā, & tacui; & ecce
quasi similitudo filij hominis tetigit labia
mea, & aperies os meū loquutus sū, &c.
In quibus pōderandū est, quā proster-
natur, & penē enecetur Daniel Dei vi-
sione & loquutione, donec similitudi-
ne filij hominis subleuatur. Sic Cyril. Hieros.
Neque respondit, donec tetigit ipsum si-
militudo manus hominis, & quando mu-
tatus est in similitudinem filij hominis il-
le qui apparuerat, tunc dixit Daniel,
&c. Multa fecerat Dominus antea,
vt Prophetā recrearet & à terra leua-
ret, manu illū propria crexerat, metū
ponere iusserat; sed nihil cum homine
profecit, donec factus homo humanas
immisit manus, vt hominē releuaret.
Sic quem prosternebat Dei sonitus,
filij

Naz.

Chrysos.

Sap. 4.

Ephr.

Gen.

Dan. 10.

Cyrl.

Hieros.

S. XXXVI.

*Felicitissimi illi qui unum Iesum
habent intuentium, quando ca-
tera fugiunt creata.*

NON possum non iuvidere Apo-
stolis hanc Thaboris felicitatem,
quod ad terram prostrati unum
Iesum liberatorem respiciunt. Ne-
minem viderunt, nisi solū Iesum, ut
quid videant alium prostratum? Et
quis alius aderit prostratus? Dauidi
& Regi & potentissimo omnia crepta
sunt, sed ideo felix, quia deficientibus
cunctis alijs unum Iesum habuit quē
respiceret. Sic ponderat D. Cyril. Hieros.
cathec. 2. Porro cum Absalon aduersus
Dauid arma cepit, quāuis multa illi
via ad fugam suppetere; per montes
tamen oliuarem maluit fugere, firma
inuoens mente liberatorem illum,
qui isthinc caelos erat ascensurus.
Quae maior Dauidis felicitas potuit
excogitari? quando illum relinquebant
sui, quādo à filijs à domo ipsa fugaba-
tur, illum desolationis suae locū inuenit,
vbi Iesus saluator & liberator cerneba-
tur, in quem vnus posset tūc respicere.
Nec non ille strenuus luctator Iacob,
vehementissimus Rachelis amator, vbi
tantae dilectae morte afficiendus erat,
primum nascituri Iesu locū permittitur
tangere. Dicit enim Gen. 35. *Morta
est ergo Rachel, & sepulta est in via
qua ducit Ephratā, haec est Bethleem.*
Quādo generosus Athleta tāto amore or-
batus vnū iam haberet videre Christū,
Huc refero D. Hieronimū lib. 1. aduers.
Iouin. vbi loquitur. *Ille quondam dile-
cta coniux pro qua seruierat, iuxta Bethle-
em, in qua erat virginis precō dominus
nasciturus, a filio doloris occiditur. Qui-
ppe ibi occidit Iacobi amores, vbi vni-
ce amandus iam apparet Christus, nec an-
tea fugiunt humanae deliciae, quā se se
offert cōpiciendus Christus. Ut meri-
to in summa Lazari penuria dicat D.
Fulg. epist. ad Gal. *Attēde Lazarum in
vulneribus sanū & quidā sine domo, sed nō
sine domino, sine cibo, sed nō sine Christo.*
Feliciter illi quibus in vniuersali bonorū
decessu, vnus offertur habendus & in-
spiciendus Christus. Non adeo felix
purpuratus alius apud Luc. 16.*

Cyrl.

filijs hominis erigitur & suscipitur ma-
nu & qui Deum occisimē fugiebat
impar tantae maiestatis, cuius timore
soluebatur, filium hominis lætāter
suscipit & sustentat, ad cuius praesentiam
omni metu leuatur. Nonne mare &
Iordanis quondam à Deo fugiebant?
Psal. sic Plaltes, *quid est tibi mare quod fugi-
sti, & tu Iordanis conuersus es retror-
sum?* Nunc ecce tibi mare filii hominis
vestigijs exaratum, & Iordanem eius-
dem praesentia nobilitatum, & vtrum-
que metu posito, videns filium homi-
nis exhilaratur. Sic Cyril. vbi supra.
Cyrl. *Quoniam ante carnis assumptionem ma-
re vidit illum, & fugit, Iordanis conuer-
sus est retrorsum, assumpsit corpus Domi-
nus, ut mare videns sustineret, & Iorda-
nis illum sine timore susciperet.* Procul
dubio vniuersi perissemus nudae diui-
nitatis sub indicijs, nec vocē Dei, nec
sonū gressus eius posset sustinere crea-
tura; nisi homo factus humanas exhi-
beret manus, & humanis graderetur
vestigijs. Recte Baptista Ioan. 1. ex-
pauens caelestem maiestatem dicebat, *cu-
ius non sum dignus corrigiam calceamen-
torum soluere.* Non vir, non praecursor
Ioannes solutis humanis calceis susti-
neret Dei vestigia. Ita D. Gaudēt. tract.
5. in Exod. *Christus nō propter se calcia-
tus est; sed propter nos, quoniam terra su-
stinere non poterat maiestatis eius nuda
vestigia.* Igitur vt à deitatis voce pro-
stratos erigeret homines, induit ho-
minis naturam filius Dei, humanasque
nobis obtulit manus, quibus recreati
vitalibus frueremur auxijs. Hunc Rup.
ponderans illud, *non videbit me homo,
& uiuet, ascendam ad eum homo factus
inter homines, ut in me reuiuiscat homo;*
*nam si ascendero Deus manifestus, cru-
cis utilitas impeditur, & homo non ui-
uet.* Non iam vocē Dei expauescimus,
non tonum gressus eius contremischi-
mus, non nuda fugimus Dei vestigia,
quando quidē Deus homo factus hu-
manas porrigit manus plenas salute,
plenas vita,

Text. Leuantes autem oculos
suos neminem viderunt,
nisi solum Iesum.

Luc. 16.
Chryf.

imò iste derelictus à suis, omnibus mū
di bonis spoliatus, cum nudus esset in
tormentis, eleuatis oculis, Abrahamū,
& Lazarum vidit, cui ait, *Pater Abra-
hā miserere mei.* Ad hæc D. Chrysof.
in Cat. *Creator creature miseretur sua:
vnus venit medicus, qui sanat morbos,
aly sanare nō possunt, erras miser* Quid
miserius, quā ab omnibus derelictus
adhuc creaturarum valuas instanter
percutere? Vnus est medicus Iesus,
vnus liberator & saluator. O te infæli-
cem qui ab omni exutus creato bo-
no adhuc respicis creaturas. Sic apud
Iob c. 34. Multantur quicumque im-
misericordes viri, de quibus lectio 70.
ait, *vana eis erudient clamasse & orare
virum; abusi sunt enim ex honoratis infir-
mis.* Ad hæc Aug. in annotationib. in
Iob, *abusi sunt iniquè, cum excluderen-
tur infirmi, malè vsi sunt exclusione sua,
ex hoc illis vanè venit, vt in necessitati-
bus suis clament & rogent hominem, cū
Deum rogare debuerant.* O misera ho-
minis conditio; à quo fugientes crea-
turæ manēt adhuc illi ab oculos quas
respiciat, labuntur ex manibus, & hæ-
rent pupillis, vt deludant rogantem.
Feliciores illi, à quibus cū fugiunt res
creaturæ, vnus Iesus apparet, vt potè vni-
cus illorum liberator & saluator, in-
quæta vtrum respicientes salui fiant,

J. XXXVII.

*Christus Dominus dimissis Prophe-
tis damnat principes viros, qui
secum Apostolicos circumfe-
runt homines ob inanem
gloriam.*

Confecto transfigurationis myste-
rio quā breuissimè Moysen, &
Eliam continuò dimisit Dominus, &
mansit solus, nec sic erubuit solus & in
comitatus apparere discipulis, iam ex-
tunc condemnans morem illorū Prin-
cipum, qui Apostolicos viros, qui-
bus spiritualia sua negotia comittant
secum ad maiorem comitatus de-
corem vndeque circumferunt. Hinc malè audiuit apud Dominū Re-
gis Sauls penitentia; is namque cum

acriter à Samuele argueretur, eo quod
mandatis diuinis non paruisset, ait *Pec-
caui, quia prauaricatus sum sermonē Do-
mini, & verba tua; sed nunc porta quæ so-
peccatum meum, & reuertere mecum, vt
adorem Dominum.* Ecce tibi quam ma-
lè pœniteat Saul, compunctus vide-
tur, cum ait peccauit, & simul peccata
sua fatetur grauias, veniāque petit. Vn-
de quæso hæc Sauls penitentia clau-
dicat? An, quia tota illa confessio ideò
agebatur, vt Prophetam secum addu-
ceret & circumferret regio in comi-
tatu? Ita sanè Rup. de viēt. Verbi Dei
lib. 4. c. 16 fatus. *Homo quippe secula-
ris animi, totusque deditus ambitioni etiā
ad adorandum Dominum pompaticè so-
litus ingredi, hoc dolebat, si in tempore ta-
li, in tanti triumphi festiuitate tantus
Propheta se se subtraheret eius comita-
tui, & idcirco semel & iterum dicebat
peccauit.* Metuo, ne multorum Prin-
cipum confessiones & penitentia ideò
sint Deo abominabiles, quia ob secula-
rem splendorem circumferretur Pro-
pheta in comitatu. Et magis vercor,
ne aliqui dicant peccauit, & confitean-
tur delicta, ne eorum comitatu pom-
patico Propheta subtrahatur.

CAPVT V.

Triumphalis Christi Domini
ingressus in ciuitatem Hie-
rosolymitanam.

Instante morte Christus Dominus
Herosolyman ingressurus trium-
phalem Deoque dignum ingressum
sibi parat: Etenim assello vectus in se-
populares animos sic mouet, vt turmas
egressi ex vrbe homines obuiam
Iesu procedant, regiam in eo Davidis
stirpem, & populorum salutem con-
clamantes. Resonant nouis & inaudi-
tis clamoribus siue cantibus montes
seinduntur palmarum tami: operiun-
tur semitæ vestimentis stratis, & Dau-
dis æmuli mille ante Christum nudan-
tur, vt festiua choreas agant. Sic Hie-
rosolymis excipitur Christus Domi-
nus, qui postmodum moribundus mit-
tetur extra ciuitatem.

Ex

Ex Matth. cap. 21.

Textus. Cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti; tunc Iesus misit duos Discipulos; dicens eis. Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi.

§. I.

Miseram, & duram seruitutem patitur homo à vitijs, & inferorum tyrannis, qui vnum curant, ut vinciant suos, & fortiter alligent.

Quid miser homo à demonibus haberet, nisi laqueos? Quid post miseram seruitutem exhibitam prope infinitis dominis maneret misero peccatori nisi vinculum, nisi restes, nisi laqueus? Inuenietis, ait, asinam alligatam: hoc vnum tenebrarum Principes, quibus peccator seruit, meditantur, ut sua mancipia mille constringant laqueis. De Iuda proditore dicit Matthæus, cap. 27. Et abiens laqueo se suspendit. Quod expendens Drogo libro primo de Sacramentis Passionis, ait: Iam diu erat quidem quod à Christo discesserat, & auaritia laqueo se suspenderat; sed quod fecerat in occulto, palam omnibus innotuit. Quasi diceret, non nouus erat hic in Iuda laqueus, quo apparuit strangulatus: ab eo die, quo Christi iugum excusserat, seque cupiditatum & demonum dominio tradidit: fortiter illaqueatus est: dura vincula passus, tantum non videbatur; sed illo moriente laqueus qui la-

tebat, ap paruit. Nullus equidem elegantior, quam Diuus Athanasius, qui expendit id à Diuo Luca exatatum capite 19. nempe quod Discipuli Christi Domini mandatum exequentes, asinam, & pullum solvere nituntur; sed tunc, dixerant dominus eius ad Discipulos. Ad hæc pulchre Athanasius ponderat illud, dixerant dominus. Qualis igitur est hic puer, qui non unum dominum bibit, sed plures? Nonne si mente pradius esset, sufficeret ei seruas dominus asideret? Nunc autem complures sunt eius domini, & nullus eorum negotia obit, nemo eorum abscedit; imò nullum illi aliud opus in manibus; omnes pariter non in aliud occupati sunt, quoniam ut asinum in bivio alligent? Asinus interea præsepe non habet, nec foramen non habet, non est qui in foramen descendat, in tantum modo agitur, ut pullus vincatur. Hæc Athanasius & pulchre, & verè meditatatur de misera hominis seruitute sub potestate tenebrarum. His dum seruit asinino supore correptus peccator; nil à penè innumeris dominis habet, quam vincula, quam laqueos, audis asinam inueniendam, ligatam, non passam, cum vinculis, non cum præsepe, crudelibus oblitam dominis, sed qui nihil curent, nihil spectent aliud, quam quod duris prematur laqueis peccator. De illo prodigio dicit Lucas capit. 15. Cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Ad hæc argute Chrysologus sermone 4. Quam crudele ministerium, quis usque conuenit porcis, qui viuunt porcis? Et adhuc crudelius quid ab illis dominis expectat D. Paulinus, quoniam in Sansone vicem cuiusque peccatoris lamentatur epistola 4. Stat in via peccatorum compeditus vinculis cupiditatum, & ipse sibi carcer, est obsessus tenebris erroris sui in semetipso pristini ergastulum portat farinam hostibus suis de corrupta anima sua fruge conficiens. Parum est, quod crudeles domini pascendi asini immemores, illum inuoluant laqueis; ideo ligant, ideo illi vincula neclunt, ut ad pistrini ergastulum vincum &

Bb 4 alli-

Mat. 27.
Drogo.

Luc. 15.

Chrysol:

Paulin.

Lib III. Caput quintum.

alligatum trahant, & eius ruina & excidio pascantur. Sed & in vinculis his est etiam aliquid expauendum maxime; adeo enim fortia & indissolubilia sunt, ut etiam dominorum excussu iugo, & erutus homo à misera seruitute Diaboli adhuc laqueos in se istos experiatur. Id quod insinuat Ioannes cap. 11. in resurgente à sepulchro Lazaro, qui etsi mortis excusserat iugum; tamen exiit *ligatus pedes, & manus in stris*. Ad quæ Diuus Augustin. libro 83. questionum, questione 63. ait. *Quod uerò exiuit in stris obuolutus, hoc est, quod etiam à carnalibus recedentes, adhuc tamen in corpore constituti, alieni à carnalibus molestus esse non possunt*. Hicque sunt laquei, quibus miserè sub potestate tenebrarum illigamur, quos vix excutere possumus etiam in libertatem filiorum Dei redacti.

Ioan. 11.

Aug.

Calamitas, & afflictio peccatorum eos reddit Deo conspicabilem.

Quam sibi affellum afferri iubet Dominus, notanter meminit ligaminum illius, *Inuenietis asinam ligatam*: ea enim sunt, quæ maxime hominem Deo commendant, nimirum vincula, calamitates, afflictiones, misera seruitus. Ecce vobis superbissimum illum Regem Babylonis Nabucodonosor, quem superbia sua in bruti similitudinem conuertit adeo, ut pulsus Regno in agro cum feris versaretur, ut meminit Daniel capit. 4. *Ex hominibus abiectus est, & fenum ut bos comedit*. Quid plura? hæc illum poena dignum fecit, qui à Domino suspiceretur. Ita Diuus Pacianus in Parænesi ad poenitentiam. *Rege ille Babylonius exomologesim desertus operatur, & septeni squalore decoquitur. Hæc tamen illum poena Deo commendat, & in sua*

Dan. 4.

Pacian.

quondam regna restituit: quem horrebant homines, Deus respiciet ipsa illa mala tractationis calamitate felicem. Quis iam contemnet calamitates? Quis afflictiones pauebit? quæ etiam in peccatoribus diuinos oculos trahunt, & replent suauitate. Qui alioquin mille tenebrosus erroribus, & idolatria abominandus, vna calamitate & afflictione cum acquirit decorem, quo Dei oculos oblectet, & capiat. Hinc Iachrymabundus Hieremias ait: *Recordare paupertatis, & transgressionis mee, absinthij, & fellis*. Quæ verba pulchrè examinat Diuus Paschasius libro tertio in Threnos, littera Zain. Vbi expendens illud, recordare transgressionis mee, sic addubitat. *Querendum, cur transgressionis eius recordari petat, cum non rectè transgressionem suam aliquis offert iudici, quæ puniatur, imò rogat cum Dauid, auerte faciem tuam à peccatis meis? Iustus nollet à Deo videri peccata sua, & Hierusalem peccatrix, & abominabilis facta petit à Deo, quod recordetur suarum transgressionum: Cur non magis, quod obliuiscatur? Cur vellet delicta sua ob oculos Deo versari? Non dixit simpliciter, recordare transgressionis, sed addidit, absinthij, & fellis, non quod à Domino transgressionis sue recordari vellet, sed laborum, & certaminum, quæ pro eis tolerat, id est, absinthij, & fellis*. Hæc Paschasius: quippe sic decorent etiam nocentes afflictiones, ærumnæ, calamitates, sic hæc miseræ oculos diuinos capiunt, ut afflitus quisque peccator possit presumere se Deo ob oculos versari. Prodigum illum filium misera calamitate iactatum, fame enectum pulsat memoria patris. Lucæ capite decimo quinto. *Quanti mercenarij sunt in domo patris mei, qui abundant panibus, ego hic fame pereo*. Equidem afflicti filij, & calamitosi memoriam subit cœlestis Pater, ut illum ad se traheret. Sic Diuus Chrysologus sermone secundo. *Fames reuocat, quem saturnitas exularat: fames illi patrem dedit sapere. Etsi tantum prestitit vel inuita*

Thren. 3.

Pasc.

Psal. 50.

Luc. 15.

Chrysol.

Ind. 16. inuita fames, probate quid voluntarum posset conferre ieiunium. Proh Deus immortalis! Quis fanis, quis vinculorum, quis arunarum bona valeat numerare? Iudicum capite 16. dicitur de Sansone: *Et ipse vespuit, quod Dominus ab eo recesserat.* Et quidem Deus omnino à Sansone recesserat? Sanè ubi video Sansonem inermem, ad molam religarum, miserè affluctum, non facile adducor ut credam Deum ab illo omnino, & longè recessisse. Ait Theod. *Non eum omnino reliquit benignus & clemens Deus; sed cum eum vidisset probris affectum & contumelijs, & precantem exaudiuit.* Equidem maximè gaudet Dominus de consortio afflictorum, eosque sibi in societatem acquirit, qui sciuerunt afflictiones, & fames tolerare. Nonne meministi Dominum in Thaboris gloria radiasse medium inter Moysen, & Eliam? O bone, nonne tu es, qui sedes super Cherubim? Qui Seraphinis cinctus versaris? Cur dimissis cœlestibus lateronibus, Moysen, & Eliam adducis in gloriam ostendendam? Iam respondet Hieronimus, libro secundo aduersus Iovinianum, inquit: *Ob ieiuniorum consortia Moysen, & Eliam transfuratus in monte secum ostendit in gloria.* Quasi chariores illi essent afflictiones, quasi ad gloriam magis conducerent ostendendam. Vide lib. 2. cap. 10. paragraph. 1. & alibi.

§. III.

Paruuli, & minimi summo studio à Deo requiruntur, ex quorum cura fidelissimi Dei Ministrari, quibus suum Deus Imperium committat, denotantur: ubi aliqua de Societate Iesu.

NON asinam iubet solùm Dominus afferri sibi; sed & pullum eius cum ea. Curat equidem Deus ma-

ximè paruulos, quos requirere cupit. Sic Diuus Pacianus in Parznesi notat. *Neminem nostrum perire vult, etiam modici, etiam minimi requiruntur.* *Ecce in Euangelio drachmè requiritur, & vicinis inuenta monstratur.* Contemptibilis res est apud homines infantia; at Deo minimè contemptibilis; sed valde amabilis, vtpotè qui paruulos summo & studio requirat, & requisitos commendat Discipulis. Sanè Luc. cap. 15. è duobus filijs adolescentior petijt à patre partem substantiæ, & pater etiam petente adolescentiore, diuisit illis substantiam. Vbi præclare mouet Ambrosius. *Vide, quod diuinum patrimonium petentibus datur; nec putes culpam Patris, quod adolescentiori dedit, nulla Dei Regno infirmitas.* *Atque utinam ille non recessisset à patre, impedimentum nescisset etatis.* Imò & recedentem requirit, & sibi afferri iubet illum benignus pater, nil magis Deo cordi est, quam quòd paruuli recedentes per vniuersos vicos requirantur, & despecti, & desolati aur-siti pereant, aut dispereant fame. Hinc illos, qui Deo placere ambiunt, Hieremias docet, Threnorum capite secundo, inquit: *Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame, & siti in capite omnium compitorum.* Eu quòt verbi diuini fame pereunt vsque ad hæc tempora per omnium platearum capita, & quæ pauci sunt, qui misereantur. Scitent triuix famefcentibus. Utinam sint qui afferant remedium. Quæ verba & affert, & expendit Diuus Paschasius libro 2. in Thren. littera Coph, sic inquit. *Ne sola Dei dilectio sufficere videatur sine dilectione proximi, leuande sunt manus, & cura impendenda pro paruulis, & ijs qui fame verbi periclitantur in capite omnium compitorum.* Alioquin nisi in vijs, & in capite compitorum exissent, non fame, vel siti laborassent. *Reuocandi sunt ergo de triuix, & platearum exitibus ex capite omnium compitorum ad conuiuium, & prandium Domini, ne fame vsque ad finem perisitentur inedia: Enim verò ut*

Pacian.

Luc. 15.

Amb.

Hieron.

Thren. 2.

Paschas.

EX

Lib. III. Caput quintum.

ex vico afferri pullum sibi Christus Dominus iubet, sic docet Ministros suos qua cura, quo studio ex vicis & compitis requirendi paruuli quique, ne dispercant fame. Quo maxime illustratur mos ille virorum e Societate Iesu, quando pro paruulis, & cum paruulis in compitorum capite, in vicis & plateis verbi Dei cibo insudant communicando. Atque a compitis & vicis summa diligentia accipiunt paruulos, quibus vincula eripiunt, & satiant doctrinae coelestis pabulo. Anastasius Sinaita libro quarto Exameron. fornacis Babylonicæ ignem asserit omnium manifestissime filij Dei nobis, representasse imaginem. Quidni? Ignis diuinæ virtutis æmulus asseritur a Diuo Dionysio in plus quam quadraginta proprietatibus. At non ignis quilibet; sed ignis, qui a Rege Babylonio accensus est, vt contemptores suæ statuae consumeret, ille ignis iuxta Sinaitam singularissime filij Dei exprimebat imaginem. Quid plura? *Est ille ignis, ait, cognatus huius Solis, siquidem ille corporalis vim habet vrendi, & pueros custodiendi, Solis qui in nobis est, nempe Christi præfigurabat imaginem.* Ecce tibi iussu superbi Regis tres pueros Hebræos pedibus manibusque ligatis. Daniel. 3. coniciuntur in flammam, de quibus eleganter Diuus Chrysostomus ait. *Pueri ergo iactantur in flammam, ibat circa innocuos pedes nouo libramine temperatus artifex ignis, & tot circumuolans passus sola consumere vincula laborabat.* Pueros in se ignis accipit, acceptos dum custodit, de vinculis consumendis laborat, quibus consumptis expediti paruuli Dei magnalia cantant. In quo ignis ille diuini Solis, qui Christus est, præfigurabat imaginem; singulariter enim Christo Domino assimilantur, qui & puerorum curam suscipiunt, & vinculis illorum rumpendis operam nauant. Hi sunt viri e Societate Iesu, quibus rudes pueri, & elingues commendantur, ique ligatus pedibus & manibus; sed Christiferi, & veri Iesuitæ Ignatij flammis igniti pueros accipiunt, quorum

dum vitam informant, vincula arumpere indefesse laborant. Et quo alligatos & inutos recepere, breuis tempore reddunt Domino & expeditos, & cantu coelestis doctrinae sonoros. Hoc studio & labore circa pueros Iesuitæ adeo Deo placent, vt crediderim ideo illis concessum esse hunc maximum splendorem, quo lucent per vniuersas orbis nationes, & quo in maiori hæreticorum potentia ipsi penè soli Iesuitæ orthodoxam fidem integram, inuiolatamque propugnent, & custodiant. Sapissime animo meditatus sum, cur Deus Regnum suum ab Israelitis, & Iudæorum potentia ablatum Romano crediderit Imperio. Et dum recolo vltimos Iudæorum Reges, in quibus Dei Regnum stetit, & translatum est ad Romanos; & primum Imperatorem, qui accepit Ecclesie tutelam, incidi. in Herodem, & Constantinum: ille sic sæuus in pueros, vt nec proprio filio parceret, dum cum innumeris infantibus iugulet deificum puerum. Hic adeo in pueros benignus, vt mallet lepra consumi, quam vel vnus pueri fœdari necesse, sicque quos ad mortem alligatos vidit, solui præcepit, matribusque cum muneribus reddi. Quid plura? Puerorum osori, & interneçtori eripuit Deus Ecclesie Regnum, & illud credidit Romanorum Imperatori, vtpotè in pueros benefico. Accinit Berengius Abbas libro tertio de Inuentione Crucis, capite quinto, sic fatuus. *Herodes sempiterni Regis ortum molitus extinguere, in ceruices infantium gladium suum solebat cruentando distinguere. Constantinus verò mitiorem se illis volens ostendere, mucronem suum à ceruicibus infantium pia coepit deuotione suspendere. Herodes saluti suæ malè consuluit, & malè prouidit, dum pro occisione vnus pueri multos pueros occidit. Constantinus verò saluti suæ meliùs prouidere solebat, dum plurimorum saluti salutem vnus præferre nolebat.* Sic Iesuitæ, dum nec labori, nec sudori, nec saluti, nec vitæ parcunt, vt pueros confirmet, & expeditos Christo

Sinait.

*Dan. 3.
Chrysost.*

Bereng.

Christo Domino reddant, ideo ab eo eliguntur, quibus medios inter hæreticorum exercitus fidem suam credat, & illos cum Imperio Christiano faciat florere. Alius dicit, hunc Iesuitarum laborem præfiguratum in duobus his Discipulis, quibus Dominus iubet sibi pullum afferri, quorum nomina non exprimuntur, utique qui illos significabant, qui non aliud nomen habebant, nisi nomen Iesu, a quo mittendi erant. Quibus ego dicarem canticum illud quo se filius Dei exultat, psalm. 8. *nimirum Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem tuam.* Vel ut alius transfert. *Ex ore infantium, & lactentium fundasti fortitudinem.* Quasi hoc habeat singulare Societas Iesu, quod eius robur & potentia ab infantium, & lactentium instructo ore præfulgeat. Hic præclare addubitat D. Chrysof. *Chrysof.* dicens. *Quam ob causam alijs prætermisissis miraculis, mortuorum resurrectione, demonum expulsionem, nunc puerorum miraculi meminit? Quoniam illa quidem etiam antè facta sunt, & aliquid inter se commune habuerunt. Suscitatus est enim mortuus sub Eliseo, & demon per David expulsus est. Chorus autem infantium, & lactentium nunc primùm locutus est. Et quidè miracula alia & clarissima, communia sunt omnibus sacris ordinibus, at quod lactentium chorus salubriter loquatur, id singulare est & novum scolis debitum Societatis in id incubentis ex proprio instituto, ideoque tota eius fortitudo, omnis alijs, in eo fundatur & stabilitur.*

Text. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

§. III.

Qui Dominum præ se ferunt, facili negotio ad se omnes creaturas trahunt.

OS I nos soli & increato Domino penitus traderemur, si huius præ-

potentis Domini nutui obsecundaremus! Sanè sub tanti Domini signo cunctas res creatas ad nos aduolare fecissemus. Vidisti aliquando sapientes veneficos, qui vel verbulo facto segetes per aera trahunt, flumina ab alveis eliminant, lapides, domosque ad te festinare faciunt? Sic illa apud Virgilium *Virg.* egloga 8. inmensum gloriatur.

Carmine vel caelo passum deducere Lunam.

His ego sæpè lupum fieri, & se condere Jylus

Mærum, sæpè animas imis exire sepulchris,

Atque satas aliò vidè traducere menses.

Monstruosa hæc & mendacia, sed quæ diuini carminis præoperatricem virtutem manifestant. Hoc est illud, dicite, quia Dominus his opus habet. Sub tanti enim Domini signo confestim omnia parent. Fœlix ille, & beatissimus incantator, qui iuxta Christum in ligno pendeat, hoc vnum ore resonat verbum dicam? an carmen? nimirum: *Domine memento mei dum fueris in regnum tuum.* Et ecce tibi confestim adueniēs illi totus paradysus apparuit, *Hodie tecum eras in paradiso.* Quid plura? Accipite D. Athanas. orat. in Parasceue sic exclamantem. *O latro, mirum incantamentum, tibi ad thesaurum hunc mirum conciliandam exogitasti.* Dum euocas Dominum, dum sub Domini signo efflagitas, ea conficis carmina, quæ animam à peccati barathro extrahant, quæ te de lupo agnum faciunt, quæ tibi æternas gloriæ segetes, spirantesque vitam paradysos confestim, nulla interposita mora, trahant. Non aliter dux ille Israelitarum felicissimus & sanctissimus Iesus Nate autus est æternas Solis, & Lunæ leges obliterare, & concitatissimos cœlorum axes figere. Sed vide quo carmine id faciat *Iosue 10.* *Tunc loquutus est Iosue Domino in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis. Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Ailon, steteruntque Sol & Luna.* Itaque dum Domino loquitur, dum sub Domini signo agit, potens est Solem, Lunamque deducere cœlo, astris imperare, cui

Athanas.

Iosue 10.

Lib. III. Caput quintum.

Caiet. cui omnia statim sine mora famulantur. Sic Caietanus ait. *Iunge prudens le-
tor duo hic scripta videlicet, quod tunc
loquutus est Iosue Domino, & quod im-
mo dū imperantis direxerit sermonem suum
ad Solem, & Lunam.* Ideo Petrus, qui
vane tota nocte piscibus capiendis in-
uc. 5. sudauerat Luc. 5. viso Domino ait, *In
verbo tuo laxabo retia.* Quid tunc Diu.
Amb. *Amb O non vacua presumptio! o humili-
tas fructuosa! Qui nihil ante ceperant,
magnam in verbo Domini, concludunt
piscium multitudinem.* Vtinam hoc
nobis carmen alta mente maneret in-
fixum: vtinam hoc incantamentum
nostra semper lingua resonaret, & ni-
hil præter Dominum loqueremur, &
gregatum omnia ad nos videremus
festinare. Pulchre Romanus Centurio
Mat. 8. Matth. 8. sic ad Christum fatur. *Dom-
ne, non sum dignus, sed tantum dic verbo,
& sanabitur puer meus.* Ad hæc Chry-
Chryso. sol. serm. 5. *Et sine verbo quid dicitur?
sed iste postulat verbum non de loquendi
usu; sed de virtute faciendi; verbum de
quo dictum est, misit verbum suum, & sa-
navit eos. Quia iste credidit in verbo om-
nes manere virtutes? Ecce ille, cui hoc
Domini committitur verbū, sub quo
facillime cuncta suo subiugavit impe-
rio ad seque trahet creaturas vniuer-
sas.*

§. V.

*Christus Dominus in egenis egens
in laborantibus laborans amat
quam citissime subueniri,*

Non solum misericordia in ege-
nos Deo maxime probatur ex
virtutis ipsius pulchritudine sed exce-
leritate. Etenim ideo dicitur ipse cum
egenis egere, & cum laborantibus la-
borare, vt quā primum optet subleua-
ri, quando quidem ait dicite, quia *Do-
minus his opus habet, & confestim dimit-
tet eos.* Quis indigenti Domino opem
ferre non festinavit? Quis laboranti Do-
mino auxilium quā primum nega-
uit? Plane, vt ait D. Cæsari. Arel. hom.
Cesar. 1 §. *Hoc ipsum quod Christus in pauperi-*

bus esurit; nobis proficit. Proficit, inquā,
quia celeritimos auxiliares & excita-
uit & muneravit Ecce tibi sepulto Do-
mino deuotissimas mulieres diuinum
cadauer vngere festinant, de quibus
Marc. 26. *Maria Magdalene, & Maria Mar. 26.
Iacobi, & Salomē emerunt aromata, vt
venientes vngerent Iesum. Et valde ma-
ne vna sabbatorum veniunt ad monumen-
tum orto iam sole.* Quis diligentiora
quis festinior? Verum festinatum san-
ctarum mulierum obsequium præue-
niens Dominus resurrectionem suam
maturarat, ne adeo festinum obsequiū
exhiberetur corpori non egenti; sed
egenis & adhuc laborantibus membris
reseruaret Audite dulcissimum Bern.
Bern. serm. 12. in Cant. *Dominus Iesus para-
tam sibi confectioem expendi noluit in
suo corpore mortuo, vt seruaret viuū. Vi-
nit enim Ecclesia que manducat panem
vium, qui de cælo descendit. Ipsi ergo pre-
tiosa vnguenta retinuit, quā anticipans
horam, & accelerans gloriam, mulierum
deuotionem non elusit, sed instruxit, non
recusans obsequium, sed reseruans profi-
cium.* Expendo illud deuotionem nō
elusit, & instruxit, instruxit, in quam,
dum tam festinum obsequium ve-
tat exhiberi alij, quam egenti & laboran-
ti membro Christi. Adeo cum inegen-
nis eget, & in laborantibus laborat, a-
mat confestim, & sine mora Dominus
subueniri, vt sibi obsequium non exhi-
beri dissimulet, dum egentibus & labo-
rantibus sine mora subuenitur. Id quod
maxime elucet in Iosue c. 10. Hic nam-
que inclytus dux numquam, inconsul-
Ios. 10. *to Domino, arma capere consueue-
rat, verum cum laborantibus Gabaon-
itis subueniendum fuit, non moram
facit, vt Dominum consulat; sed con-
festim castra mouit.* Sic ait textus. *Habi-
tatores Gabaon urbis obfessa miserunt ad
Iosue: & dixerunt ei, ne retrahas manus
tuas ab auxilio seruatorum tuorum, acce-
de cito, & libera nos.* Quid tunc? Con-
sultant Iosue Dominum de more? Expe-
ctauit ne diuinum responsum? obtulit
oblationes & holocausta? Immo statim
sine mora, in consulto Domino, ascen-
dit *Iosue de Galgalis, & omnis exercitus
bellatorum cum eo.* Quod aded accidit
gratum Deo, vt proficiscenti Iosue vi-
uo

pro, & non vocatus Deus appareret, certioreque illum fecerit de victoria: dixitque Dominus ad Iosue. *Ne timeas eos; in manus enim tuas tradidi illos.* Ad hæc August. quæst. 14. *Vbi neque consultus est Dominus, utrum eunam ad eos esset, sed ultro suis recte subuenire volentibus futuram victoriam pronuntiavit.* Sic erga se dissimulat Dominus obsequiū, ut mitruat & muneret eos, qui egentibus & laborantibus citra moram subueniūt. Hanc ille prudens Abrahami seruus, placituram Domino suo æstimauit puellam Gen. 24. *Puella, cum ego dixerem milina hydriam tuam ut bibat & illa responderit bibe, quia & camelis tuis potum dabo, ipsa est, quam preparasti seruo tuo Isaac.* Ad quæ eleganter notat Thomas Anglus, ut hominem liberet a nota leuitissimi animi, quod nimium, discreta illa fuit oratio, siquidem conditionem posuit rationabiliter indicationem strenuæ indolis puellæ, ut pote actū promptæ, piæ & largæ liberalitatis. Et vix est indicium manifestus animæ à Deo preparatæ in sponsam filii, quam pronitū & festinum obsequium, quo egenos & laborantes quis nititur subleuare. Hoc maxime Deus amat, in hoc adeo sibi complacet, ut maluerit in egenis egere & laborare sperans confestim & sine mora subueniri & adiuari.

S. VI.

Christus Dominus egenus fit, quia maxime sibi complacet festinis, & citissimis suorum obsequiis.

Non dubitat Christus Dominus se indigum & egenum appellare & ostendere, vbi citato curtu, & festino obsequio sperat ab homine subueniri. *Dicite, ait, quia Dominus his opus habet.* Cur te indigentem iubes predicari, o Christe, cum sis Dominus omnium? Decet ne Dominum egenorum demere, diuitum fores pulsare? hominum bona emendicare? Sed vide quo præmio Deus emendicet, con-

festim dimittet eas, vbi citissimos videt auxiliares, vbi homines nouit absque mora egenos & indigentes subleuare, ipse Dominus gauet egere, & laborare & ohiatim emendicare. Ecce tibi Dominum Cant. 5. ad amantissimum pulcherrimum & clamantem: *aperi mihi foros meos, columba mea foros mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis nocturni.* Proh Deus immortalis! hominum fores pulsat Dominus pauper & indigus factus, quam præmittens causam, quia cincinnos guttis nocturni, & rore plenos habet. Quibus est hæc causa diuinæ egestatis, & asumptæ indigentia? Equidem cincinni capitis Christi pauperes sunt, & cuncti letitia & matutina pauperum recreatio. Sicut enim aurora præteritos assus prope ante solem placidis guttis irrorare & recreare: sic multi fideles matutini & citissimi miseratores præproperis auxilijs festinat subleuare. Pulchre & vere id docens D. Paulinus Epist. 4. pergit gaudentem Dominum ad sponsæ fores celebrare sic latus. *Guttis noctis nostra crines suas gaudet esse perfusos, quia ipsius refrigerium & refectio est illa fidelium operatio, qua vel fratres iuuantur, vel mores refouentur.* Hæc in sunt Christi Domini gaudia, hæc sunt illius letitia singulares, quod inopes præproperis fouentur auxilijs, quod roscidis auroræ guttis quam primum egenorum lites expleantur. Tota ergo asumptæ à Deo indigentia causa est, quia gaudet & letatur in egenis à fidelibus citissime subleuatis: tota ratio, obquam Deus factus indigus fores pulsat amantissimè, hominum terit inuas, quia inquit caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis nocturni nimirum, quia summe recreatur illa operatione fidelium, qua inopes perniciose propero refouentur auxilio. Hinc licet æstimare diuersum illum fauorem exhibitum duobus hospitalissimis viris Abrahamo, & Lot Genes. 18. & 19. Et enim Abrahami hospitium latentes ingrediuntur, & sine cunctatione tres peregrini, in quibus filius Dei sub peregrini habitu apparuisse dicitur siue vere, siue representatiue, ut fert communior Patrum sententia. Verum Loti hospiti-

Aug.

Gen. 24.

Tho. An.

Cant. 5.

Paulin.

Gen. 18.

& 19.

hospiti

Lib. III. Caput quintum.

Aug. hospitium duo solum Angeli, & hi cū
 Etabundi, & renitentes aliquanto pe-
 tunt. Ad hæc August. serm. 79. de tem-
 pore: attendite, fratres, qualiter Deus ap-
 paruit Abrahamo, & qualiter apparuit
 Lot: ad Abraham tres veniunt, & stant
 super eum; ad Lot duo veniunt, & sedent
 in platea. Cur ad Abraham vnus è tri-
 bus filius Dei accedit, eiusque hospicij
 indigus lctatur? Ad Lot decedente
 Deo, soli duo Angeli migrant? Abra-
 ham, inquit Augustinus, occurrit quib-
 iam eis, totus festinus adfuit, ait enim
 text. cap. 18. Quos cum vidisset cucurrit
 in occursum eorum. De Lot autem cap.
 19. ait. Iuit obuiam eis. Quod Augusti-
 no breuius ponderat D. Amb. lib. 1. c.
 6. fatuus. *Amb.* Perfectior cucurrit obuiam; iste
 exsurrexit, iuit, & adorauit in faciem.
 Non ergo Dominus peregrinus & hos-
 pitij indigus apud Lot; sed apud Abra-
 hamum, à quo præpropere cursu, per-
 nicissimo volatili gradu, festinissimo
 obsequio subleuatur. Ibi lætus indiget
 Dominus, ibi solum gaudet indigen-
 tiam præferre, vbi nouit celeritum
 & volatile iuuamen, vbi celerem, & ci-
 tum hospitatorum habet Deus ipse
 gaudet hospitium emendicare & indi-
 gere, vbi hilarem & præpropere da-
 torem habet.

J. VII.

*Valde Dominus irascitur in eos,
 qui tardant subuenire indigen-
 tibus & laborantibus.*

Mat. 21. **I**ndigenti Domino periculose sub-
 uenire tardas Matth. 21. esuriit Chri-
 stus, cucurrit ad ficum; illa vero t per
 tempus licebat folia obtulit exhibitu-
 ra suo tempore fructus. Vç arbori non
 enim Dominus indigus nouit expecta-
 re tardantes: qua propter iratus male-
 dicta congescit in arborem. Quid pec-
 cavit ficus, si quouis tempore ficos
 non habeat? Quæ arbor tale posset?
Paulin. Pulchre D. Paulinus. Epist. 33. Numquid
 de arboribus cura est Deo? Propter nos
 utique scriptum est, in quibus escam suam
 semper vult Deus inuenire. Sane non fi-

cus peccauit; sed hominès à Deo male
 dicuntur, qui non præmanibus habent
 quod statim offertà Domino laboranti.
 Metuo, ne corruant, qui nihil dāt ege-
 nis, nisi certis & statis temporibus, nisi
 determinatis diebus aut hebdomadis
 trāfactis. Nisi forte hoc fiat ex alia ius-
 ta causa, & vtiliori communi bono,
 vt quando annuæ elargitiones fundan-
 tur. iam hunc male audit apud Deum
 primus hominum filius Cain, qui ter-
 rz fructus post plurimos expectauit of-
 ferre dies. Ait enim Genes. 4. *Gen. 24*
est post multos dies obtulit Cain. Vbi D.
Amb. Duplex culpa, vna quod post dies
 obtulit. Nescio an hostia Deo grata sit
 quæ post multos dies differtur, & hoc
 etiam si Deus illa non eget. Verum
 quando Deus eget, quando laborat,
 non dubito quin differentem leuamē
 respuat, abominetur. Tota illa virginū
 parabola Matth. 25. de elemosyna est,
 vt inquit Theophilatus, & alij, vbi
 quinque fatuæ virgines elemosynæ
 immemores misericordiæ oleum nō
 secum sumere O fatuitas Deum ex-
 pectare, & secum non afferre materiā
 miserendi, si interim Deus accedit in-
 egenis quid tibi futurum speras? Ille
 quasi famis, & indigentia impatiens
 non statim subuenienti iratus illum
 maledictis prosequitur. Ibo, ais, etiam
 & dabo: sic virgines illæ prudētes mo-
 nebant, ite potius ad vendentes. Hoc
 est, inquit D. Hilarius, D. Chrysof. &
 Hieron. ite ad pauperes, ite ad indigen-
 tes: dum autem irent emere venit spon-
 sus, & clausa est ianua, & illæ exclusæ
 māsērunt. O vtinā secum misericor-
 diæ oleum habuissent; sed quia secum
 non habent, etiam dum eunt ad affe-
 rendum, tantisper tardant misericor-
 diam, & maledictis subiacent Domi-
 ni abominantis tardum leuamen indi-
 gentia. Vnde merito S. Cyril. Hieros.
 catech. 15. expendens illam Domini
 aduersus inimicordes querimo-
 niam. Esuriui, & non dedistis mihi mā-
 ducare, ait *Cyri.* Iam igitur hæc operari inci-
 pe, ne sicut stultæ virgines emturus oleū
 excludaris: quasi quæuis mora in elec-
 mosynis largiendis esset nocua. Noue-
 rat hoc oculatissimus Abraham, &
 maledictum à Domino districtum
 in eos,

ineos, qui non statim suos discipulos recipiebant praesentens illud nimirum
Mat. 10. Matth. 10. quicumque non receperit vos
excuntes foras de domo, excutite puluerem
de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilis
erit terra Sodomorum in die iudicij. Hoc, inquam, puluerulentum ma-
ledictum Abraham praesentens peregrinanti Domino occurrit celer, &
totus festinus vrget parari prandium, stimulat uxorem, & seruos, & in tanta
festinatione adhuc de mota suspectus cadens ad pedes Domini suis ipse ma-
nibus & lauat & tergit. Sed cur pedes ipse lauat? sane sicut oculi ancillae in
manibus dominae suae, vt percussuram manum teneant, & ictum effugiant;
sic Abrahamum, etsi festinissimus ad huc demora timidus pedes Domini
tenet, vnde praesentis in inhospitales viros maledictum ei aculandum pulue-
rulentum. Sic eleganter D. Aug. serm. 69 de tempore. Lauate peregrinantium
pedes, ne forte in illis remaneat puluis, quem adiudicium vestrum possint de pe-
dis suis excutere. Sic enim in Euangelio dixit, qui non exceperint vos excun-
tes excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilis erit terra
Sodomorum in die iudicij. Hoc ergo praevi debat Abraham, & ideo volebat praue-
ni re & lauare pedes, ne quid forte pulueris resideret, &c. A deo sanctissimus vir
Domini seueritatem nouerat in castigandis illis, qui tarde & morose egentibus
subueniunt, vt in summa festinatione adhuc sibi ab hospite metuens, quasi
supplicij instrumenta teneret, lauabat a puluere pedes. Hinc totam calamitatem
Regis Aegypti D. Ambr. aestimat lib. 1. de Abel, & Cam cap. 9. Etenim vniuersi
Aegyptij summis in dies plagis afflicti, & pleni miserijs enixe a tantis malis liberari
contendebant. Adelt mitissimus Moyses Regi, & ait Exod. 8. Constitue mihi diem,
quando pro te orem, & pro famulis tuis, & pro populo tuo. Cui Rex barbarus, crastina die,
pulchre D. Amb. Ociosus & negligens, mora poenam, Aegypti soluturus excidio.
Sic Deus irascitur in eos, qui leuamen afflictis & egenis tardant, sic seram misericordiam fastidit, sic morosum datorem indignatur.

S. VIII.

Iustissime petit sibi munera a subditis Princeps, quando linguae addit ora vulnerum & laborum pro illis.

MEmini D. Zenonis acumen, qui sermonem integrum conficiens de illa virtute, quae est propria Principum, nempe iustitia sic fatetur *Est autem iustitia in publicum tota promixens atq; diffusa, sic tamen, vt sentiri se magis, quam videri cupiat. Quod ego etiam in exigendis muneribus verissimum puto, etenim iustissima erit exatio illa cuius iustitia non tam audiat, quam sentiat, non tam percipiatur ex longa peroratione Rethorum, quam expulere, ex laboribus ex angustijs subeundis a Principe pro subditis. Pulchre notat Rupert. quando iubeatur Dominus omnium Caritas postulare, nempe Psal. 2. vbi dicitur, postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Sed vide quali tunc in discrimine constitutus sit Dominus, qui totus in se mundum insurgentem conspicatus inquit. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt in inia? Astiterunt Reges terra: & Principes conuenerunt id vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Quasi diceret, cunctae in me rebellant furiae: milite multo cingor, in arenam descendi pugnaturus, totus canus puluere, quo medio audio patrem dicentem mihi. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, tunc medio in puluere iam iam debellaturus hostem eodem deducta re, vt mori & vincere deceat, tunc postulare iubeor. Quid plura? Audito verbo, inquit Rup. postula a me modum postulationis debemus nosse. Quomodo nisi moriendo postulauit? Humilitas eius passionis postulatio fuit. Est igitur sensus. Idcirco quando fremuerunt gentes, quando astiterunt Reges terra, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, idcirco tacui, & semper filii, quia Dominus pater dixit ad me, postula a me, & dabo tibi*

Lib. III. Caput quintum.

sibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Expendo idcirco tacui, quia Pater dixit, postulas imò tunc debebat clausa ora aperire, imò tunc magis loquendum erat illi, siquidem postulandi, & ex postulandi copiam acciperet. Sed qui dominiū vniuersi accipiebat, qui mundialium omnium regnum tenebat, non ore linguæ; sed ore vulnerum pro subditis postulat. *Quomodo nisi moriendo postulauit? humilitas eius passionis postulatio fuit.* Hæc est digna tanto Principe postulatio, quæ ore vulnerum fit, quæ petitur non tam linguæ clamoribus, quàm laborum, quàm pulueris, quàm indigentia pro subditis accepta. Itaque Dominus omnium, & Rex Christus tunc postulat sibi asinam dari, quando necessitas fundendi sanguinem pro mūdo vrget: quando festinat ad arenam dæmonum tyrannidem debellaturus; quando properat se in mortem dare, tum laborum, pulueris, indigentia ore postulat & exigit munus à subditis. O exactio digna diuino Principe! O exactio, qua minime subditi grauātur, imò potius quam festinatissime, & cum magno sui discrimine persolueret procurabunt. Quæ durior res à Rege expectari posset, quàm aqua illa à Dauid expectata. 2. Reg. 23. Infinitus penè hostium exercitus tenebat Bethlechem campos, quorum vires experturus erat quicumque ad cisternarum oppidi accederet aquas. Nihilominus Dauid media in acie sitibundus, medio è puluere belli ad suos clamat. *Quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlechem? Quis subditus audire posset tam durum sui Regis mandatum? Vbi securas aquas haberet è propria domo, exigit ex medijs hostibus sibi aquas portari? & quia Regis pugnantis, & puluerulenti exactio fuit, adeò grata extitit subditis, vt non dubitarent se in periculum dare, & afferre aquam.* Sic expendit Sophonius homilia de Christi Natiuitate. *Tres fortissimi pugnatores Regis desiderio comperto, ipsumque non sine aquis causa dicere audientes, quis daret mihi potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlechem, rati aqua, quæ*

2. Reg. 23

Sophon.

sensu percipitur, desiderio illum teneri, in manifestum vite periculum proruerunt, eximiam, & admiratione dignam in Principem benevolentiam, inusitamque erga salutarem eius sermonem, studium & ardorem demonstrare instituerunt. Petant ergo Reges non tam ore, quàm sudore, quàm labore pro subditis exhibito, si velint etiam durissimas quatuor exactiones à subditis ad mari Nihil graue est subdito pro Domino, quem sui causa videt laborantem, & vel sanguine suo regiam sitim sui occasione tuendi acceptam gaudens leuabit.

Textus. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.

S. IX.

Solus Christus verus Rex, qui nihil sibi, sed omnia recepit suis.

HOC maxime regium est, vt Rex non sibi, sed suis viuat, non suas sed subditorum negotia peragat. Hinc Diuus Basilus ponderans illud Ecclesiastes, *Salomonis Regis, ait, hoc differt Tyrannus à Rege, quòd ille sua commoda, quomodocumque, & vnde cumque respicit: hic subditis consulere tantum querit.* Sed quis ita regius inuenitur, qui non sua querat? Quis adeo subditorum salutem iudat, vt nihil expectet? Sanè Tertullianus, forenibus negotijs demissis, vni sibi vacans, hoc usurpabat vulgò dictatum libr. de pallio. *Erat olim ista sententia: Nemo aly nascitur moriturus sibi. Quasi hoc sit omnibus insitum moriturus, quòd sibi*

Basil.

Tertu.

Niss.

sibi nascantur, quòd sibi vivant. Unde ceteris animalibus imperatura natura hominis cum à Deo conditur, simulque inauguratur, ut acutè notat D. Gregor Nisigen. lib. de creation. homin. cap. 4. *Pro purpureo velamine vestita virtus est, quæ omnibus regalibus ornamentis pretiosior approbatur: pro sceptro vero beatitudine & immortalitate sustollitur.* Etenim regium sceptum, quod totum ad alios est, non rectè fundatur in morituris manibus, sed, ut cum homo perdit immortalitatem, ex templo etiam perdidit regnum animalium, quippe nemo alij nascitur moriturus sibi. Vnus ergo Christus Dominus verus, & solus omnium Rex, qui nec sibi nascitur, nec sibi moritur; sed etiam moribundus venit suis. Idèd notanter dictum credendum in præfenti, ecce Rex tuus venit tibi, quando Hierosolymus occidendus accedit, quando inimicorum sese offert intidijs, quando se nefarijs tradit iudicijs non sibi mortem timet; sed nobis mortem proficuum assumit. Hinc delipientes Phariseos, qui dicunt, *Si Rex Israel est, descendat de cruce* Matth. 24. eleganter pungit Bernard serm. de Pat. Imò verò, ait, *quia Rex Israel est, titulum Regni non deleat, virgam Imperij non imponat.* Quidni? Adeo regium est mori? Cur mors regni titulus dicetur? Quàdo ad regium culmen mors ibit? Servi moriuntur, mancipia intereunt, & mors erit regni titulus? Equidem servi moriuntur sibi, ut qui sibi etiam vivunt; verùm Christus Rex omnium, & Saluator nihil accipit sibi, etiam nobis moritur. Quocirca noluit descendere de cruce Pulchrè Ambros. lib. 10. in Lucam. *Noluit descendere, ne descenderet sibi, sed moreretur mihi.* O vnicus Rex Israel, & verus Rex vniuersæ creaturæ, qui nihil sibi accipit, nihil sibi præsumit, & mori, & vivere donatus. Ad hæc scitè D. Athanasius de Pass. & Cruc. ait. *Omnia Diabolus movebat, & quidem præter animi sententiam promittebat, modò efficere posset, ne Christus Dominus moreretur, & ad inferos descenderet. Denuò igitur Iudæis*

*author fuit, ut dicerent, si Rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei. Dominus autem re vera Seruator, qui non sua; sed nostra quæreret, non in se saluando, sed in creatura redimenda. Saluatorem se esse imotescere volebat. Non item Sol suum subar in se contrahens pro lumine agnosceretur, nisi etiam orbi terrarum suos radios experrigat, & tenebras illuminet. Hinc æstimandum est decus regium, quòd Rex non sua quærat; sed subditorum, quod nihil sibi accipiat; sed omnia, & vitam, & mortem donet suis. Hinc Christus Rex, & Dominus omnium verus, & vnicus ceteri voluit, sese totum tradens subditis, nihil enim magis regium est, & imperatorum, Id quod in Davidis Regis vñctione notat D. Gregorius in 1. Reg. cap. 16. vbi dicitur, quòd Samuel vnxit eum in medio fratrum suorum. Ad hæc Gregorius *In medio vngitur, ut se privato amore non diligat; sed ex omni, quod præeminet, lucra aliorum quærat. Vnde & Saul solus in extrema parte ciuitatis vnctus fuisse perhibetur. Quid est ergo, quòd solus à solo inungitur; nisi quia de culminis potestate per amorem priuatum debebat intumescere. Hæc ille, boni, & mali Regis insinuans discrimen.**

1. Reg. 16

Greg.

Mat. 24
Bern.

Amb.

Athanas.

S. X.

*Regia sublimitas, & firmitudo
in eo consistit, quòd Rex
subditorum periculis
accurrat.*

Solemnissimum Regibus, imò & notissimum cognomen, quòd bases Republicæ dicantur, eaque firmissime, quibus tota nitatur moles politici ædificij. Quid basibus magis detrimentosum, quàm mobilitas? Quid Regibus periculiosius, quàm huc illucque decurrere? Et ecce ait, *Rex tuus venit tibi* Nonne magis regium esset, si non ipse veniret? si domi in motu quiesceret? Vbi firmitudo, & regia

Cc stabi.

Lib. III. Caput quintum.

Stabilitas in Rege huc illucque discurren-
 te? & quidem nil magis in Regibus
 & Principibus firmum & stabile,
 quam periculis subditorum occur-
 rere. Huc spectat Theologus Nazian-
 zeni us epistola 92. factus. *Et firma res*
est multis beneficere, etiam si non sis lo-
co firmiter affixus. Nisi etiam Solem ac-
cuset, quod radium spargens circumcur-
rit, & omnia cuiusvis itaque accedit. Aut
stellas non errantes laudet; planetae
vero & stuperet, quorum etiam error con-
cinnus est. Etenim regalis firmitas &
 stabilitas non in eo sita est, quod Rex
 vno fixus loco grauedinem potius
 marmoream praeferat, quam impe-
 ratoriam maiestatem ostendat; sed
 potius, quod Solis instar occisimo
 volatu omnia benefacendo lustrat.
 Ecce tibi regnantis Dei effigiem Eze-
 chielii representatam, ut multi do-
 cent Doctores, teste Origene, & Di-
 uo Hieronimo, in ea erant in primis
 quatuor perniciosissima, & alata anima-
 lia, quae perpeti volatu quocumque
 discurrunt, omniaque mundialia in-
 tar fulguris lustrant. Deinde quatuor
 volubiles rotae, quae non tam raptan-
 tur, quam ipsae vitali motu occisimae
 post animam gradiuntur. Insuper &
 animalia, & rotae quietis expertes,
 nullibi sistant; sed huc illucque inde-
 ficienter discurrunt. Quid plura? *Et*
similitudo super capita animalium, fir-
mamenti. Et super firmamentum, quod
erat imminens capiti eorum, quasi aspe-
ctus lapidis saphyri similitudo throni, &
super similitudinem throni similitudo
quasi aspectus hominis desuper. Nihil in
 tota hac celebri visione, & represen-
 tatione mihi magis accidit admira-
 culum, quam quod discurrentibus
 animalibus rapidissimis rotis super
 thronum sedentis, & regnantis fir-
 mamentum insideat. Id quod notan-
 ter exhibuit Diuus Hieronimus, dum
 inquit: *Videtur super quatuor anima-*
lia, & rotas totidem similitudo firma-
menti. Et qualiter in rotis volubilibus,
 in euolantibus animalibus firmamen-
 tum, & id firmamentum, cui firmus
 thronus regnantis insideat? Equidem
 quia regnans firmamentum est, non

quam firmum & stabile, nisi cum ra-
 pidissimo volatu occurrit singulis, &
 sese facilem praebet unicuique. Ete-
 nim *firma res est multis bene facere,*
etiam si non sis loco firmiter affixus. Id
 quod in Panegyrico de sapiente lau-
 dauit Pacatus in Theodosio Impera-
 tore Maximo verbis aubi dictis. Cre-
 ber, ait, *egressu expectantibus populis*
te fateris: nec videri modo pateris; sed
facilis adiri e proximo accipis vota tuo-
rum. Quasi nihil regalius inueniret in
 Principe, quam quod ipse exeat ad
 suos, quorum labris, ut Sol praes-
 to sit, illosque bonis impleat. Quod
 in se ad regum culmen videtur acsi-
 derat Salomon. 3. Regum 3. quan-
 do sic ad Deum est locutus. *Et nunc*
Domine Deus, tu regnare fecisti ser-
uum tuum pro Dauid patre meo: ego
autem sum puer paruulus: ignorans egres-
sum, & introitum meum. Quis Rex
 ignoret egredi ad tuos? quis neiciat
 subditos conuenire? Porro omnium
 Dominus & Rex Christus, ipse om-
 nibus adest, singulis occurrit, vniuer-
 sosque laborantes viuat, ut ad salu-
 tem perducatur.

Naz.

Orig.
Hieron.

Ezech.

Hieron.

Pacat.

3. Reg. 3.

S. XI.

Magna Christianorum est glo-
ria, quod Regis Christi
serui nominemur, &
simus.

Mirum alicui videbitur, quod iu-
 beamur in praesenti exultare,
 cum tantu Regis dominatum subi-
 mus. ait enim Zacharias cap. 9. *Exul-*
ta satis filia Sion, iubila filia Hierusa-
lem, quia Rex tuus venit tibi. Cur exul-
 temus sub Rege? Cur iubilemus facti
 serui sub tributo? An seruitus potuit
 vquam homini afferre laetitiam? Sa-
 ne Regi Deo seruire latissimum, &
 gloriosissimum est cunctis homini-
 bus Dauidem Dominus exultare cu-
 piens, & sibi maximis beneficijs de-
 uincere

2. Reg. 7. uincire, dixit Natan. 2. Regum cap. 7. *Vade, & loquere ad seruum meum David* Quæ examinans verba Theodoretus quaest. 22 ait: *Primum quidem cum del-nyr appellatione seruitutis: Dic, inquit, Dauid seruo meo; est autem summus honor appellari seruum Dei* Expende illud, cum del-nyr appellatione seruitutis, cum, inquam, qui Regni tenebat clauum, qui gloriam præferrebat militarem, qui promissionem acceperat se fore patrem Verbi diuini nascituri. An non gratus Dauidi existeret, quod à Deo pater vocaretur? An non acceptius, si diceret, dic parenti meo Dauid? Non equidem sic Dauidis deliniret animū appellatio parentis, quam appellatio seruitutis: summus est honor appellari seruum Dei. Hinc ille Christi Domini consanguineus Iudas Thadæus se te maximè extollens, consanguinitatis diuinæ in memor, hanc meminit sui ad Dominum seruitutem. *Iudas, inquit, Iesu Christi seruus, frater autem Iacob.* Vbi Clemens Alexandrinus pulchrè notat. *Cum sciret propinquitatem Domini, non tamen dixit fratrem eius esse; sed quid dixit? Iudas seruus Iesu Christi, utpotè Domini.* Quid fratrem memoret, vbi Dominum sciuit? nouerat quidem cum Christo eam se habere necessitudinem, sanguinisque coniunctionem, qua posset frater eius vocari; sed beatus, & gloriosius sibi putauit futurum, si tanto Domino suam præferret seruitutem, non frater, sed Iesu Christi seruus exhibitus. Hinc Maria in Dei matrem assumpta se te profert ancillam. Luc. 1. *Ecce ancilla Domini.* Vbi eleganter Ambrosius. *Ecce ancilla Domini, apparatus officij est, quali diceret, ne in ancillæ cognomine vilitatem aliquā, & exinanitionem autuines; sed maximum & gloriosum apparatus, quo officiosa Maria Deo obuiam currit.* Vnde Diuus Epiphanius ait: *Virgo sublimior Angelis facta est, superior ipsi Cherubim, placens Christo Regi, a Deo in honore habita tanquam ancilla digna: quasi omnes Marianas glorias, & excellencias, quibus se super Cherubim*

extollit, hoc vno Regis Christi ancillæ cognomine estimauisset. Huius nobilissimæ seruitutis gloriam præsentit ille Babylonius Rex, quando seruatorum ab igne suo puerorum miraculo attonitus; sic humilis eos compellabat. Daniel. cap. 3. *Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei altissimi, egredimini, & venite.* Expende illa, serui Dei, quæ ita perstringit Diuus Chrysostomus, homilia 8. ad Ephesios. *Suauiissima voce illos appellauit. hoc ipso illos blandiendo veneratus est. Nam non ita gauisi fuissent, si vel Reges eos, vel orbis Dominos vocasset, atque quò dixit, serui Dei.* Hinc Diuus Cyrillus Alexandrinus, de Incarnatione. Vnigenit. cap. 3. Christianorum glorias ponderat, quòd populus Israëliticus sub Moysè seruilem habitum induerent, nos Christiani sub vno Rege, & Salvatore Christo. *Dicet aliquis, ad quid Moysi dictus est populus Israel? Ab hoc dicimus, quòd Dei quidem populus nominatus sit; verum quoniam ad defectiōnem deductus est, & vitulam fecit, in honoratus est à Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur; sed eum iam homini destinauit. At nos non ita; nos autem populus eius, & quies pascuæ eius. Quo extollimur gloria, & honore summo. Sanè ad summam Moysis commendationem dicitur. Deuter. cap. vlt. *Mortuus est Moyses seruus Domini.* Quæ verba expendens Diuus Gregor. Nissæ. ait. *Quid igitur historia nos hinc admonet? ad vnum esse nobis finem in hac vita respiciendum, ut serui Dei nomen assequamur. Finem autem dico, cuius gratia cetera sunt. Nam ut agricultura finis est, frugum perceptio, edificationis adsum est habitatio, certaminis corona; sic virtuosæ vite finis est, ut seruus Dei sis, & vociteris.**

Hæc ille.

Cc

§. XII.

Lib III. Caput quintum.

S. XII.

Nullomagis omnium sibi animos debellat, & deuincit Princeps, quàm mansuetudine.

Q V E M non expugnabit Rex Christus, Rex, inquam, nullo alio superbiens titulo; nisi eo, quem accipit à mansuetudine? Rex tuus venit tibi mansuetus, ex tunc nulli scerit, qui non abeat post Christum.

Ioan. 1. Præcursor ille diuinus, Ioann. capit. 1. vt homines ad Regem Christum traheret, magnalia referebat de Christo, diuinum eius genus, sublimitatem vitæ, excellentiam personæ, magnitudinem muneris: & his omnibus pronũciebat nihil. Tandem quadam die videns Ielum, solum dixit, *Ecce Agnus Dei: & audierunt duo Discipuli dicentem, & secuti sunt Iesum.* Et quidem dum Agnus proponitur Christus, dum à mansuetudine commendatur Princeps, tunc omnium sibi allicit animos, & deuincit. Id quod in præsentì ponderauit Diuus Chrysostomus. *Intuere, ait, hoc loco, quòd neque cum dixit, post me venturus est, qui ante me factus est, neque cum non sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti, quemquam lucratus est. Verùm cum de Christi generatione verba habere, & in humiliorem sermonem descendere cepit, nempe ecce Agnus Dei, tunc secuti sunt Discipuli.* Et quis resisteret mansuetissimo Principi? Quem Rex mansuetus suo non subiugaret imperio? sibi non traheret, & deuincieret? Pulchrè Diuus Bernardus sermone primo de Resurrectione, Agni mansuetissimi fortitudinem & potentiam expendit, illud Apocal. cap. 5. adducens, quando flentem Ioannem solatur vnus de Senioribus, & ait: *Ne fleueris, ecce vici Leo de Tribu Iuda, radix Daud, & vidi, & ecce in medio throni Agnum*

Chrysof. *Intuere, ait, hoc loco, quòd neque cum dixit, post me venturus est, qui ante me factus est, neque cum non sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti, quemquam lucratus est. Verùm cum de Christi generatione verba habere, & in humiliorem sermonem descendere cepit, nempe ecce Agnus Dei, tunc secuti sunt Discipuli.*

Apoc. 5.

*stantem tanquam occisum, & veniens accepit librum de dextera sedentis in throno, & aperuit librum. Quem nec in cælo, nec in terra fuit, qui posset aperire, vnus Agnus aperuit; sed quid non aperiret Agnus? quid non solueret Agnus? quid non posset Agnus? Leonem Ioannes audierat, inquit Bernardus, & Agnum vidi, Agnus accepit librum, Agnus aperuit, & apparuit Leo. Denique dignus est, (aiunt Seniores) Agnus qui occisus est, accipere fortitudinem, non mansuetudinem. in amittere; sed accipere fortitudinem, vt & Agnus maneat, & Leo sit. Quippe tunc Leo, tunc omnium fortissimus ad vincendos, & deuincendos animos litteratorum, quando Agnus mitissimus apparuit, cum Agni mansuetudinem præ se tulit, validissimum robur, incredibilem accepit, & mouit fortitudinem, qua vniuersum mundum expugnauit. De potentissimo hoc Agno occiso dicebat Abacuc cap. 3. *Cornua in manibus eius, ibi absconata est fortitudo eius.* Ad hæc Drogo libro de Sacramento Passionis *Qua est autem fortitudo tua; nisi mansuetudo tua? Hæc fortissimorum impetum fortior ipsa sustinet, hæc robora aduersaria emollit ac delinit, hæc serpentes farores incantat, hæc præcinctus Dominus omnia ad se traxit, huius vi & potentia rebelles animos principes viri detriumphabunt. Inde factum est, vt in Iordane declarandus Dominus, & quasi creaturarum Princeps inaugurandus, supra caput suum columbam à cælo dilaptam ostentaret. Cuius rei mysterium sic euocet Diuus Anselmus in Lucam cap. 3. his verbis *Reciè sicut columba spiritus in eum descendit, vt eius mansuetudinem nobis intimaret, ipse enim Iudex est generis humani; sed quis eius ferret iustitiam, si prius quam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum reuerentis examinare voluisset? Homo ergo pro hominibus factus, mitem se bonis præbuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit per mansuetudinem colligere, vt haberet quos postmodum***

Bern.

Abac. 3.

Drog.

Ansel.

postmodum in iudicio saluaret. Etenim ad trahendum & colligendum est efficacissima mansuetudo. Psalm. 48. sic ad vniuersas nationes prædicatur. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram.* Postquam enim Dominus exercituum ad humanitatem sese inclinavit, iam Israelitici populi angustias pertessus, ad vniuersas gentes expiscandas euolauit. Sed quibus hamis id faciet? Sanè mansuetudinis hamo; ita eleganter Theodoretus in Isaia oration. fatur. *Lex in litteris instruebat solum Israel secundum carnem: Dominus autem noster Iesus Christus cum mansuetudinis rete explicasset, totam piscatus est terram, quæ sub caelo est.*

§. XIII.

Dei sedes nullibi gratior, quam in afflictis & laborantibus paratur.

Ezec. 27

Quis brutescentem naturam hominis hic non lachrymatur? Sanè duo hæc bruta Christo Domino allata duo populi sunt sacris Doctoribus, nempe Gentilis, & Iudæus; duo, inquam, populi sunt peccatorum sarcina graues, laboribus & ærumnis contriti, misera seruitute exagitati. His tamen insidet Dominus, cui in laborantibus & afflictis gratissima sedes paratur. Accipite Ezechielem cap. 27. opulentissimam Tyri urbem ad nomenclaturam nauis efformantem; vbi vrbis non vrbis dicitur; sed nauis, turres, non turres; sed puppes vocantur, sapientes, gubernatores dicuntur, siue remiges, siue nauæ, lineæ merces, sericæ vestes appellantur vela. Quid plura? Inter alia ait: *Transstra tua fecerunt tibi ex ebore Indico.* Quæ verba explanans Hector Pintus, putat transstra nauis esse sedes remigum, quas Hispani dicunt, *bancos de cruçia*, vbi flagellum resonat, vbi gemunt serui coacti, vbi nocentes improbo plestantur labore. Hæc sunt

nauis transstra; sed quæ ciuitatis pars transitorum nomine designatur? eam attigit Theodoretus, qui legit: *Templa tua ex ebore.* Quid mirabilis, quæ quod templa dicantur transstranauis? Quid templum commune habet cum transstris? Multum, & per omnem modum: quippe templum sedes Dei est, vbi singulari quodam modo quasi in propria sede adest Deus, vt clamantes; & orantes audiat. Rectè igitur nauis transstra ad templum transferuntur significandum, quando quidem in transstris, vbi miseri vapulant, vbi degunt laborantes, afflicti, ærumnosi, ibi medius insidet Deus, ibi diuinæ sedes est maiestatis. Sedes Dei est, templum Dei est afflictorum & laborantium hominum animus. Huc spectat D. Fulg. libro 2. ad Trasimundum Regem, cap. 17. sic fatus. *Solus non est, cui Christus in fuga comes est: solus non est, qui templum Dei seruat, ubicumque fuerit, sine Domino non est.* His solatur Fulgentius eos, qui persecutionem patiuntur, qui afflicti sunt in solitudinibus errantes, quibus adest fidelis comes Christus in laboribus; in afflictione, quibus Deus insidet, adeo, vt meritò sedes Dei, & templum intus habere dicantur in animis. Audito captiuo, & afflicti Danielis responso, cap. 2. *Rex Nabucodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei.* Cur hanc amentiam exhibet Rex, vt captiuum, & afflictum hominem adoraret? Et cur non adoraret captiuum, quando captiuus & seruus templum Dei est? Ita Richard. Victorin. de eruditione interior. homin. part. 1 cap. 36. dicens. *Illum quia verè Dei templum esse deprehendit, tali honore dignum iudicauit.* Et prius templi sedem deseret Deus, quam deserat laborantium & afflictorum sedes, vnde dum Hierosolymorum templum adirent parentes Iesu, Iesum puerum amittunt, quem anxij requirentes, tandem in templo ipsum inueniunt, cui sedulam inquisitionem obijcentes dicunt: *Eecce pater tuus, & ego dolentes querebamus te.* Ad hæc Iesus apud Timotheum

Fulg.

Dan. 2.

Luc. 2.

Thimot.

Hierosol.

Lib. III. Caput quintum.

Hierosolymitanum, oratione de Sancto Simeone. *Vt quia me querebatis? Sed & ubi me querebatis? In caelum non ascendistis, ad infernum non descendistis, in ceto Iona non habitastis.* Ecce tibi quasi sedes designat, in quibus, quando in alijs omnibus non inueniatur, sine dubio posset inueniri. Nimirum in caelis, ubi glorificas beatos adest; in inferno, ubi mulctat nocentes, & in ceto Iona, hoc est, ubi cunque aliquis afflicus & laborans sit, etsi a malis & calamitatibus deuoratus esse videatur. Ibi sedes certissima Dei, ibi Deum assidentem inuenies, quando vel in templo amiseris, vel nec in altariillum inuenire valeas.

Text. Euntes autem Discipuli fecerunt sicut praecipit illis Iesus: & adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerant vestimenta sua in via: alij autem caedebant ramos de arboribus, & sternebant in via, turbae autem, quae praecedebant, & quae sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio David.

S. XIII.

Diui Parentis mandatis obedienti merito adest regius comitatus, & regia acclamatio.

Parenti Deo obediens usque ad mortem factus Christus Iesus, dum aetate, & pullo eius humilis & abiectus insidet, regiam inuenit acclamationem, & comitatum. Quid mirum? hoc est eorum qui parenti-

bus obediunt, praemium singulare. Equidem primus Israelitarum Rex Saul. 1. Regum. 9. parenti suo obediens, asinas amissas quaeriturus cum vanè agros lustrasset, ad Samuelem Dei Prophetam peruenit. Porro, *cum aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.* Eleganter Nazianzenus oratione in laudem Basilij *Qui patris asinas querens, Regnum inuenit.* Ab asinis ad regium festinavit currum, sed ea est merces illorum, qui parentibus etiam in viliis obediunt, qui parentum exequuntur mandata, hi asinus operam nauantes, regium adipiscuntur decus. Sic Christus Iesus de Patris obedientia asinus insidens, Rex compellatur, excipiturque comitatu regio. Insuper post Saulem reprobatum Rex Dauid stetit, cuius Regnum parentum etiam munerauit obedientiam. Sic Iudas ille Patriarcha Iudae tribus fundator & erectior caput suo testamento, quod habetur tom. 5. Biblioth. *Regnum Iudae mibi dedit Dominus in obedientia patris mei. Nunquam contristavi verbum patris mei Iacob, semper obediui ei: Abraham benedixit mibi, & Isaac, ex me stabit Regnum.* Merito inclytus vir a sua in patrem obedientia sumit auspiciam felicissimi Regni, debebatur sane tribui Iuda Regnum ex obedientia Iudae exhibita parenti, solum fuit debitum hoc in Dauid Rege, & reliquis eiusdem tribus Regibus, qui omnes ex Iudae obedientia, & meritis regnarunt. Tandem translatum fuit imperium ad Christum, qui ut omnium obedientissimus Patri, sic ipse per se regio decore dignissimus. Etenim ait. Genesis. 39. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Sed dices, Christus Rex de Tribu Iuda natus est, ergo etiam regnante Christo, Iuda regnat. Verum cum Regnum obedientia parentibus exhibita natus, quando ob Iudae obedientiam datum est Regnum, regnabat Iudas. At in Christo nobilissimus inueniens obedientiae fundamentum, non Iudae; sed Christi est Regnum, Christi, inquam, qui

1. Reg 9

Naz.

Gen 39

qui

qui omnes longè superat obedientia Patri exhibenda, qui obedientissimus omnium, qui Patri vique ad mortem crucis obediat. Cur non illi regnum? Cur non illi obedienti comitatus & occurtus regius? Sane Gen. 32. de Iacob ad suos reuertenti dicitur *Iacob quoque abijt itinere, quo cœperat; fueruntque obviam ei Angeli Dei.* Quæ verba expendens Rup. lib 8. in Gen. c. 2 multis ponderat quam magnifica exceptione obedientem virum Angeli munerarunt. *Non dictum est, ait, quia apparuit ei Angelus, quod & multis accit; sed dictum est, quia fuerunt ei obviam Angeli Dei, quod insigne sonat Victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa cœlestis obviam procedens festina exceptione letum obsequium præbuerit. Et rectè talem habuit occursum, qui sub obedientia patris sui militauerit.* Itaque dum Christus Dominus sub Patris obedientia Hierosolymam adire festinat, ei regia pompa obviam procedit, festiuissimaque exceptione obsequuntur ciues Hierosolymitani. Hinc ducuntur ramis ornant viam, illi erectis palmis, io clamant, omnes gaudio exultantes canunt Hosanna filio David. Et rectè talem habuit occursum nimirum regium, qui sub obedientia Patris sui militauerat.

S. XV.

Nemo in Christo Domino potest triumphare spretis misericordie operibus.

Quicumque triumphis Christi Domini interesse cupis, eiusque de Principibus tenebrarum triumphare victorijs, operibus misericordie dato operâ, tunc enim Christo triumphas, quando indigentibus præstas operâ. Sic in presenti Domini triumphali comitatu movet Drogo lib de Sacram. Pass. *Sterne in vira ramos oliuarum & opera misericordie pedibus accommoda. Accipe frondes palmarum, ut triumphes de Principibus tenebrarum. Nihil ante resideat quod in occursum Iesu non progce-*

dit, quia non ungula in Aegypto Pharaoni relinquenda est. Etenim cum nulla arbor Palæsthis, & Hierosolymitanis frequentior esset, quàm oliua & palma, credibile satis est ab oliuis & palmis excissos ramos ab eis, qui Christi Domini triumphum celebrabant. Vnde rectè Drogo Christianorum triumphum exornat oliuis & palmis, adeo, ut spretis oliuis, nimirum misericordie operibus nullam Deo putet placituram victoriam: *Sterne ait, oliuarum ramos, opera misericordie Accipe frondes palmarum, ut triumphes de Principibus tenebrarum, spreta oliua, palma sumenda non est, nec elemosina abiecta, decantanda victoria. Victoriotas diuinæ amariæ cogitationes ut celebraret spòlus Cant. 5. 5. ait, Coma eius sicut elata palmarum nigra quasi coruus. Ecce vobis totam palmatam mentem, ecce vobis animam, quæ victricibus operibus placeat Domino. Sed quid tibi vult illa palmarum crinis commendatio, nimirum nigra quasi coruus? Pulchrè D. Paulinus epist. 4. *Bonus iste coruus, nec ille ad arcam reuertens immemor; sed ille pascendi Prophetæ memor.* Sane famelicum Eliam quotidie coruus pascibat, quo opere pascendi famelicos commendantur victrices Christianorum mentes. Nulla palma nobis erit, quæ repulsa oliua veniat, nulla victoria, quæ pascens corui studium emulari contemnat. Id quod in omnium virtutum & victoriarum seminatio ieiunio ponderat D. P. Chrysol. term. *Est ieiunium castitatis murus, pudicitie propugnaculum, ciuitas sanctitatis. Est ieiunium musculus Christiana milita principatus. Sed in his virtutibus ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce misericordie pugnat. Nullam habet virtus aliqua triumphum sine misericordia, hæc in triumphis, in victorijs splendet, sine qua sordent palmarum: imò quando palmarum omnium triumphus agitur, gloria explicabitur, una omnium misericordia celebrabitur. Sic pulchrè notat Petrus Rauenn. mens: *ibi regno cœlorum coram omnibus Angelis in conuentu resurgentium quod Abel passus sit,***

Lib. III. Caput quintum

fit, quod seruat mundum Noe, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus super onus Ecclesia ascendit, Deus tacebit, & clamabit, quod comedit pauper. Ecce tibi quot martyrij, quot fidei, quod virtutum excellentium palmæ sub vna misericordie virtute notantur. Sanè palmas oliua commendat, victores triumphatoresque extollit misericordia in pauperes: hæc triumphos ornat: hæc victorum omnia trophæa æternat & facinora exaltat. Nonne victores facinoribus suis columnas sacrant? Sic magnus ille Simeon 1. Machab. 13. *Circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam.* Sic Apoc. 3. dicitur, *qui viderit faciam illum columnam in templo Dei mei.* Hæcine sunt victorum ornamentum? hæc triumphorū gloriæ columnis conspiciuntur exaltatæ: sed quæ palmas conspicuas reddit misericordia in pauperes, similiter & victorum facit columnas immortales. Ita D. Cyril. Hierol. catech. 3. *Corneliuse rat vir iustus, & Angelorum visione dignus habitus, cum tanquam columnam bellam in celo coram Deo suas orationes & elemosynas construxisset.* Nullus triumphantium virtutum trophæus poterit sprete misericordia venire; si columnæ erigendæ sunt, columna est & bella coram Deo misericordia, si palmarum assumendi tibi sunt rami, oleam debes inferere palmis, vt de misericordie colore Deo placeas, & triumphū agas. Pro coronide astat Petrus Damianus qui serm. de sancto Bonif. inquit. *Perpendite quanta Imperatrici misericordie sit mascula. Nonni hæc videtur velut prepotens regina inter ceteras eminere virtutes, quæ nimirum de communi plebe homines, alium ad prophetia prouehit gratiam, alij martyrij dat coronam: illi dat vt Ecclesiam Christi celestis oraculi dapibus pascat: isti prebet vt ad supernæ gloriæ nuptiale conuiuium, post victoria palmam feliciter epulaturus accedat.* Sic ille victoriæ palmas in misericordie constituit arbitratu.

S. XVI.

Sub tanto Domino Christo Iesu nihil sibi timent serui, omnia in tuto habent.

M Iraris turbas, quæ certatim vestes in via sternunt, vt Domino viam parent. Cur non vestes deponant, cur non se se nudent, qui tanti Domini præsentia gaudent? Nil magis solemne apud Ethnicos, quam quod sacrificiū se se amicerent, ne ab hostibus noti inter aras occumberent. Quo spectat illud Æneidos.

Purpureo velare comas ad opertus Virg. amictu

Neque inter sanctos ignes, in honore Deorum

Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

Vnde inoleuit mos ille, quo capita nudemus ad illustrium virorum præsentiam quasi proficētes, Plutarcho teste, nos ad illorum præsentiam nihil timere, hostiles omnes insidias facile contemneret. Hoc eodem Sacramento ingredienti Hierosolymas Domino turbæ vestes substernunt, seseque penitus nudant, vt ostendant, quam longè metus omnis absit sub tanto Domino: quæ secuta & in tuto sint omnia sua, quam certi sint, à nemine posse lædi nec vulnerari. Quando Israelitæ in Ægypto Phasæ Domini celebrabant, iubentur præcincti & calceati manducare Pascha; postmodum vero Iosue terram promissionis calcans iubetur nudare pedes cap. 5. *Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Sic similiter iussus fuit Moyses ad præsentiam rubi flammantis. Quæ huius rei ratio? Cur in Ægypto cum calceis, & nudis pedibus alibi? D. Gaudentius tract. 5. de Exodo ait. *Ostenditur terra Ægypti sancta non esse, & ideo ibi habenda mandantur calceamenta; in sancta autem terra decernuntur esse soluenda.* Vbi quid metuant sibi Israelitæ habent & calceis & amictu operiantur, verum vbi Deus terram

Iosue 5;

Causa;

san-

sanctificavit, nil quod metuant habent, & nudis pedibus sine offensione poterunt ambulare. Cur ergo, quando terram vident à Christi Domini ingressu sanctificari non se se nudent turbæ securi à nemine iam posse vulnerari? Pulchrè D. Bern. super ps. Qui habitat; expendit aselli Dominum portantis felicitatem fatus. *Asello Christum portare maximus honor est. At quam erit sine metu luporum? quam non timebit periculum, aut præcipitum sub tanto rectore?* Nullus hostis, nullum malum audet, ubi tantus Dominus adest, omnis malorum metus quam longissimè abest. O quam securus Adamus, quæ metus dedit, potest ficus vestimèta deponere! quam tutus è latebris exire, obviamque Domino procedere cuius sub aspectu nil quod timeat habet. Quid plura? Audisti ab arboribus excisos ramos, quibus turbæ in præsentì Dominum acclamarunt? Hi erant rami palmarum, quæ dum Domino obsequuntur suis ramis, eam obtinuerunt ab uniuersis malis securitatè, qua medio in Hierosolymitano excidio, quando arserunt campi, illæ incolumes securæque perseverarunt. Ita D. Cyril. Hierosol. cathec. 10. ait. *Palma que est in valle testatur (nempe Domini diuinitatem) que exhibuit ramos his, qui tunc benedixerunt Christo. Igitur si asellus, si arbor sub tanto Domino malorum omnium incolumitatem capiunt, cur timeant homines? Cur turbæ non nudentur ante Dominum nullum inde sibi metuentes malum? De Moysè Deut. vlt. dicitur. Mortuus est Moyses seruus Domini, nec ullus nouit sepulchrum eius, nec oculi eius caligauerunt, nec facies eius corrupta est. Vbi maximè ponderandum est, quam integra sint omnia Moyse etiã in mortis potestate. Vnde mortuum Moysen corruptio veretur? Vnde vermes non nocent? An quia mortuus est seruus Domini? Ita planè D. Greg. Nisæen. de vita Moyse. Huius diuine seruitutis fontem historia tradit, nec enim oculus caligabit, nec facies serui Dei corrumpetur. Adeo in tuto sunt ii, qui sub tanto viuunt Domino. Tres illos pueros in fornace coniectos Dan. 3. & me*

dijs flammis conseruatos alloquitur Tyrannus his verbis: *Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei altissimi egredimini, & venite. Circundati cum essent flammis iubentur egredi; sed quomodo per flammam venient? Pulchrè D. Chrysof. hom. 8. ad Ephes. ait. Quomodo egredientur, o Rex? vnctos in ignem abiecisti, quomodo eos vocas? Iam præueniens dixi, serui Dei altissimi: seruis enim Dei omnia possibilia sunt. Nam si hominem serui in rebus ipsorum non parum possunt, dominantur, & disponunt, multo magis serui Dei. Hæc ille.*

Chrysof.

Text. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

J. XVII.

Deplorati animi est tanti Domini aduentu non latari.

NIL magis sibi & omnibus lætum auspiciatus David pœnitentiæ lachrymis adhuc madidus, quam tanti Domini aduentum sic Psalm. 4. Psalm. 4. fatur. *Annuntient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Hierusalem. Et quidem quid reo lætius, quam Domini sui aduentus? Quomodo Dominus suis non parcat qui si cadunt Domino cadunt? Hinc D. Grego. Magn. hom. in dictum Psalm. ait. Quid aliud est nomen Domini annuntiare; nisi Dei misericordiam prædicare? Dominorum enim est misereri. Hinc namque de Christo dicitur Benedictus qui venit in nomine Domini. Qui si venisset in nomine iudicis, nemo profecto foret, qui pœnã æternæ euaderet damnationis. Venit ergo in nomine Domini, qui venit, ut peccata dimitteret, non ut peccatores damnaret. Igitur nõ iudicis personã acturus venit Deus; sed Domini sibi subditos prouidentis,*

Grego.

Cc 5 non

Ber.

Cyril.
Hierosol.Sic legit
Niss.

Niss.

Dm 3.

non ut perdat, sed ut regnū acquirat. Daniel c. 3. sic deprecatur. *Ne tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. Sed ad quod Dei nomē liberandus cōfugit? An ad domini nomē? Ita Theodoretus inquit orat 3 Multa tue bonitatis pignora habemus, primū ipsum tuū nomen, quo te dominū vocamus. Domini enim est misereri semper & suis parere. Ut bene inquit Didymus lib. 3. de Spir. san. fatus Vnde dictū est, non legatus neq; Angelus sed ipse dominus saluauit eos. Non propter aliud quid, sed propter id quod diligeret eos, & parceret eis Parcere autem dicitur quasi creaturis suis. Quapropter summi excipiens est gaudijs, omnia mira per fundūtur letitia Psal. 67. *Currus Dei decē milibus multiplex, millia letantiū, Dominus in eis Vbi ut piē & verē D. Aug.**

Psal. 67. mirificē cū dixisset millia letantiū, continuo subiecit Dominus in eis, ne miremur quod letetur, Dominus in illis. Quis ueniente Domino nō letabitur? Quis in nomine Domini nō exultet? Quis amabile hoc nomen Domini sui naturalis letis uocibus non exaltet? Sanē perditissimi hominis & deplorati signū est, qui ad sui Domini nomen non exultat, qui vel Domini sui uocabulum nō excipiat amanter. Dicente Christo Domino discipulis Matth. 26 Vnus uestrū me traditurus est, pauci illi ad nomen Domini confugiunt, numquid ego sum Domine? Vel huius nominis uocabulo se se in tali tristitia recreātes. Vnus Iudas ait, numquid ego sum Rabbi? Id quod notat acui ē Rup. lib. 7. in Matth. ad cap. 8. Iudas impius sic appellat, ut cæteris sigillatim dicentibus, numquid ego sum Domine? ille, ut erat cordis perfidus, diceret numquid ego sum Rabbi? Et quidem bonum & suaue est dicere utriūque Magister, & Domine, unde & dicitur ipse. Vos uocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis. Sed solum hoc dicere Magister, cordis est longē remoti à familiaritate dilectionis. Hoc in rebeli populo queribundus lamentabatur Dominus, quod cum ipse & beneficentissima in suos charitate, & incredibili amore se se ab iniuriā illorū ostēderet Dominum: ipsi uel Dominum ignorarent cognomē, Aut enim apud Ila-

Aug.

Matt. 26 *Rup.* *Isai.*

iam. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui; Israel autem me non cognouit. Quando populus hic brutorum more solis terrenis inhiaret, quādo nil aliud curaret, quam hae bona bestijs communia, saltem ob horum cumulum à me acceptum, inquit Deus, me Dominum debebant agnoscere, si quidem bruta animalia ob etearum cumulū Domini sui praesepe recognoscunt. Verum Israel nimirum populus rationalis, populus uides Deum, diuinis imbutus legibus nec nouit nomen Domini. Pulchre id exegerat Clem. Alex. in Adhortat. *quomodo non est indignum si qui nouit Deum, non noscat Dominum? Sanē indignum est, horrendum est, & perditissimi iudicium hominis**

Clem. Alex.

S. XVIII.

Qui Deo implentur terrena fastidientes caelestia anxie procurant, de solis solliciti aeternis.

Nonne uides turbas ad Dominū prohibere? nonne uides se se nudantes homines, & uestimenta solo stercerentes? Nonne audis clamantes Hofanna in excelsis? Expende illud excelsis, hoc est quasi dicerent teite Lyra, *salue salute excelsa & aeterna*. Merito homines qui Deo pleni exultant, nihil faciūt omnia caduca, etiam uestimenta, quibus tegantur fastidiunt; & pro aeternis & excelsis suspirant. De inclyto Martyrum duce Stephano dicitur Act. 7. *Cum autem esset plenus Spiritu sancto intendens in caelum, &c.* Ad quae uerba Petrus Damianus serm. de illius martyrio ait; *simul signanter intellige consequutionem uerborum. Plenus est Spiritu, & sic intendit in caelum, quia qui spiritu diuinitatis astantur à conculcatis terrestribus, caelestibus inbiant & aeternis. O quam tollit hominum animos diuinitatis conscientia! Quam fastidit has mundi gloriolas, qui uel sibilu tenuissimae aurae adueniens Dei afflatur! Diuinus legislator Moyses cum iam promissa telluris fines attingeret, mori-*

Act. 7.

Damian.

Deut.
ult.

moriturus ascendit in montem. Sic enim habetur Deut. ult. *Ascendit ergo Moyses de caepe stribus Moab super montem Nebo. Quæ puichre expendit.*

Niss.

Greg. Niss. in eius vita factus. *Post hæc omnia (nōpe Moysis relata facinora) ascendit in montem requietis, non descendit ad inferiores terras, quo turba populi ex proxijsione respiciebat, nec enim illicitur terrenis qui cœlestibus inuisant. Vana sunt, inuila sunt omnia terrena oculis, vel à longè Deum suspicantibus, qui diuinitatis præsensit plenitudinem, qui vigili mer te quæ à Deo reposita sunt nobis, penetrant, facile se huc caducis expedit, nec alia, quàm cœlestia nouit desiderare. Fortissimus ille latro terrenorum bonorum etiam cum discrimine vitæ audissimus, ut primum crucifixi virtutem tenuit, omnia terrena fastidens de æternis sollicitus inquit. *Domine memento mei, dum fueris in regnum tuum* Posset equidem salutem corporis & incolumitatem petere ab eo, qui quatuordecim restituit vitæ, vel saltem posset sperare mitigationem acerbissimi doloris; sed nihil horum meminit solum de excelsa & æterna salute cum saluatore agit.*

Aug.

Eleganter D. Aug. serm. 119. de Tēp. *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum, non dixit, si Deus es, de presenti supplicio eripe me; sed magis, quia verè Deus est de futuro iudicio libera me. Quam citò repleuit eum Spiritus sancti eruditio, per quam futuri examinis diè cogitans, etsi intolerabile probat esse quod sentit, grauius tamen intelligit esse quod metuit.* Hoc norunt qui Dei spiritu implentur, nimirum nihil quod non sit æternum amandum aut timendum, omnia debere contemni caduca & terrena, siue bona, siue mala sint. Quibus contentus & dimissis solum æternam salutem & excelsam in futuræ æternitatis sanitati inhiant, illique comparandæ vtiliter insudant. In hocque maxime claret, quorum in animis Dei fides insiderit. Mirabar ego aliquando Adamum medio in paradiso creatū, inter delicias, inter satientes voluptates; inter odores flores, inter suauissimos fructus. Ipse tamen à tot illicitis sollicitatus diu hæsit,

quin vel manu prenderet minutissimum arborum folium. Quomodo hoc fieri potuit? Admirationem tollit Damasc. lib. 2. c. 11. dicens. *Nam corpore, in hoc diuino & plusquam pulchro loco, manens, anima in loco incomparabiliter superiori, & pulchriori conuersabatur, Deum habens domesticum & inhabitantem qui & gloriosum illi erat indumentum, solo suæ contemplationis dulcissime fructu delectante.* Quid mirum, si Deum domesticum habebat, si diuinas diuitias contēplabatur, quod fastidiret & respiceret omnes paradisi creatas voluptates?

CAPVT VI.

De Cœna vltima legali à Christo Domino celebrata.

Postquam Christus Dominus Hierosolymam ingressus fuit, tres aut quatuor dies sequentes ita disposuit, ut interdum intra civitatem & templū manens docendis turbis scripturæque explicandæ vacaret; & noctu Bethaniam peteret, vbi apud sorores Lazari hospitabatur. Tandem decima quarta die Lunæ deficiente, si legalem cœlum spectes, iam decimæ quintæ festo inchoato, nempe in primo ipsius vesperes, si verò naturalem solis diem attendas, ut crebrò pagina sacra attendit ante diem festum Paschæ, discipulis omnibus comitatus ascendit Iesus cenaculum ambituosè stratum, ibique de Hebræorum more & Paschalem agnum edit, & post hunc communibus discipulos impleuit dapibus.

Ex Matth. cap. 26. Text. *Vespere autem facto discumbebat cum duodecim Discipulis suis, & edentibus illis*

dixit, &c.

§. 1.

S. I.

*Inter tribulationes & preſuras,
etiam ſanctiſſimos viros leua-
men aliquod ſumere decet.*

Hostili proximus cuspide Christus Dominus, & pene iam iam rabidissima inimicorum cohorte appropinquante, effugij a se ipso interclusa via pransurus cum discipulis ascendit cenaculum. Qui alias discipulos mittebat sine pera, & sine sacco, modo inter hostiles impetus, inter mortistrutias ad preparatas eos adducit dapes. Nunquam sane magis leuamen deget viros sanctos, quam inter preſuras, inter hostium crudelissimorum factus. Sanctissimus ille Daniel in Babylonis regia educatus, & ieiunijs magis, quam cibis nutritus, tandem ob Magnatum inuidiam mittitur in Leonum lacum. Ibi inter Leones famelicentes erat vir Dei: & ecce tibi Abacuc, allatus ab Angelo ingreditur lacum, & Danieli obtulit pradium; *Dan. 13 surgensque Daniel comedit.* Ad haec pulchre D. Zeno. serm. de timore ait. *Leonibus obiectus Daniel, & in periculo constitutus prandet qui solet extra periculum ieiunare.* Ecce vobis medijs in regiae delictis ieiunatoreni, ipse in periculo constitutus prandet, qui inter dapes, inter vina, inter lautissima conuiuia impransus veſabatur, rugientibus obiectus leonibus tunc cibum capit. Et quidem vtrumque sanctissimi & fortissimi viri argumentum insigne; quomodo non sanctus qui in regia nouerit ieiunare? quomodo non sanctus & fortis, qui hostilibus pene oppressus furoribus sibi leuamen cibi intrepidus meditatatur? Abiectissimus ille Achab. 3. Reg. 23. a deo vna denegata sibi vinea percussus, ut dicatur de illo. *Turbatus est spiritus eius, & dormiuit in lecto suo, & velaui faciem suam, & non manducauit panem.* Sic homines, qui prosternuntur in conflictu; sic quouis aduersante exanimantur, ut toti pauidi nec manducant. Qui vero virtuti obtinendae viriliter iudant, abas inefficaci ieiuna-

tores, cum in arena sunt, cum inter confertissimos hostes agunt, cum vndique telis petuntur, tunc sibi leuamen aliquod vel excibo sumere exquisitissimo iudicio existimant. Alioquin cur non riderem inuidiosissimi Davidis siue gulam siue animi leuitatem, quando quidem Philistorum sanguine madidus hostium ferocissimorum cuneis cinctus 2. Reg. 23. leuanda sitis meminerit? Ait enim. *Quis mihi daret potum aque de cisterna, que est in Bethlehem iuxta portam?* Siccine fortissimus dux sitis impatiens erit? Siccine inter hostes dulcissimos cisternae potus meditabitur? Idque a Davide peractum, ait Sophronius de Christi Nat. non sine exquisita causa. Quae attingit D. Ambr. in Apologia cap. 7. *fatus. Sitiens cum esset in bello quis mihi daret, inquit, potum aque?* Non enim abas, sed cum esset in bello, cum hoste esset cinctus vnde quaque tunc sitiens meditatur leuamen aquae. Et merito qui in regia cinerem tanquam panem manducabat, & potum cum metu miscebat, & in bello, inter hostes dulcis potus refrigerium captat. Multis est Hieronym. lib. 1. ad vers. Iovinian. in explicandi condescensibus & permissionibus quas sanctissimi viri accipiebant. Inter durissimas leges crebrosque sudores constituti. Sic tandem finit. *Si autem duas bigas uxorum & concubinarum habuit Iacob, & non vult aduersarius quiescere, sciat eo tempore, hoc fecisse Iacob quando erat inter Assyrios, & in Mesopotamia Laban durissimo domino seruebat. Quid loquar de Abraham, ut ipse asserit, trigamino, qui signum fidei in circumcisione suscepit? Si imitatur uxorum eius numerum imitemur & circumcisionem.* Honestum quippe est his qui duras subeunt leges arumarum, aliquam permissionis & condescensus leuamine uti. Similiter Paulo ante dicebat ipse notans duriciem temporum quando carnis carnis fuit permissus: *Post diluuium autem cum daretur legis, quam nullus implere possit carnes ingestae sunt aduiscendum.* Nunquam enim non gratum fuit Deo leuamen aliquale exhibendum inter laborum duricies & asperitates. Imo aude rem dicere, quod illorum, qui in certa

2. Reg. 23

Amb. 3

3. Reg. 23

mne

4 Reg. 21

mine sunt, qui hostiles excipiunt istus, ipsa appetentia leuaminis Deo accipit maxime grata. Sane author h. storix Schol. 4. Reg. 21. de sanctissimo Isaia inquit, quod a carnificibus adductus in supplicij locum, & iam ad carnificinã, & laniationẽ paratus expectauit aquam, illamq; alta voce petijt sibi dare. Quia a carnificibus negata, tunc Dominus de sublimi misit aquam in os eius. Adeo æquum est & Deo gratum, vt qui in agone sunt, qui duris certaminibus sunt parati, dum vniuersis affliguntur, sic alacres pugnam adeant. vt non fastidiant aliquo tibi refrigerium & leuamen parare. Alioquin riuiculum esset, vt qui ferreæ terræ dentes expectabat aqua potus meminisset, & qui paratus erat ad sui corporis laniationem succundam, tunc non sustineret solum aquæ. Sed voluit hoc exemplo monstrare, quã n sit gratum Deo ipsum leuamen eorum qui in hostium sunt constituti certamine.

Textus. Vnus vestrum me traditurus est. Et contristati valde cœperunt singuli dicere. Nunquid ego sum.

Domine?

§. II.

Ne statim traducas, & publices, quem corrigere amas.

Quibus cura est hominum mandata, huc veniant, & à summo Principe discant in errantes subditos non statim scandalosum, non publicare peccantes à forte de sceleris secreto medellam sibi afferant. Sæpe qui se proditum non nouit, & manifestum, impudenter sit, & effrenior qui alioquin caueret pudorem, sceleris dum putat calari. Accipite in presenti D. Chrysost. sic antea Christus predicabat, quod eum latere non poterat proditurus, sed nec aperte cum omnibus publicabat ne impudenter faceret, & ideo frequenti ad monitione clamabat, vnus ex vobis tradet me.

IIII

Equidem nouerat Dominus proditorem iurum, & saepe de nefario proditoris crimine verba facit nũquã tamẽ proditorẽ tradit, nũquã publicat, ne publicat fieret intolentior, sed potius dum latere adhuc putat, correctior e capiat. Christiano tunc spiritu agebatur Moyses cum Israelitas in bonam frugem matur renocare. Hij Moabitarum puellarum fornica decepti Num. 25. Inuitati sunt Beelphegor, propterea in eos animaduertens Moyses, nullum nominatum accusat, etsi sciret, qui se nefario scelere macularat, sed in conuuium vniuersum populum caligat. Quid nisi Satius ne esset, si principiales nominatum publicatos duris afficeret? Cur horrendi sceleris duces ex crimine minime notat? Re in attingit Ioseph. lib. 4. de Antiquit, cap. 6. tatus *Advocata concione, neminem quidem nominatum accusauit, nolens in desperationem adducere eos qui tantisper dum latere se putant, ad sanitatem reduci poterant. Culpa enim non dum publicata faciliore inuenit ad correctionem additum.* Hac prudentia Petrus Act. 1. pretium à ludæis exhibitum Iudæ memorans silentio præterijt eos a quibus pretium fuerit acceptum, aut namque. *Hic quidẽ possedit agrum de mercede iniquitatis.* Cur Petre scelestos mercatores non nominas? Pulchre Chrysost. ibi. *Latenter crimen aperit, quod ita conducat ad correptionem.* Salutatis illa correptione est quæ, animum pungens, vultus pudori parcat.

§. III.

Suspecti tibi sint, & minime in virtuti securi quicumque pessimis hominibus sociantur.

Cur proditore dissimulato voluit Christus Dominus discipulos omnes suos de proditoris crimine contristari? Cur detertere voluit eos, qui nulla tanti facinoris conscientia grauabantur? Vnus, ait, vestrum me traditurus est. Quo omnes sibi ipsis de crimine suspectos reddidit & valde perterrefecit. Sane vbi vnus focij crimen, & scelus

Lib. III. Caput sextum.

Gen. 23.
Amb.
Mat. 24.
Hil.
 lus instabat, merito omnibus incutiebatur metus, merito omnes eiusdem criminis suspitio debebat angere, ne si mul eadem lues omnes contaminaret, Genes. 13. dicitur. *Lot, qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium.* Vbi eleganter D. Ambr lib. 2. de Abraham cap. 6. expendit illud: *Lot qui ambulabat cum Abraham, quasi alter Lot qui non ambulabat cum eo. Sūt neduo Lot alter qui ambulabat cum Abraham, alter qui non ambulabat cum eo? Aut cur de vno sic loquitur scriptura, quasi etiam de altero? Bene dixit, Lot qui ambulabat cum Abraham, quia adhuc non elegerat Sodomam, non habitabat cum flagitiorū authoribus. Postea cepit habitare cum Sodomis, adeoq; quasi a se ipso mutatus velut alter accipitur non solum à iusto viro; sed à se ipso desciscens.* Proh quam valida ad perdendos iustos malorum societas & habitatio! qui sanctissimus est vbi cum scelerum authore coepit habitare, suspectus sibi ipse debet esse, maximoque intimore versari, ne fiat alter, ne à se ipso penitus desiscat Matth. 24. de vltimis Antichristi erroribus Dominus suos commonefaciens ait *Cum videritis abominationem stantem in loco sancto, tunc qui in Iudæa est fugiat in montes.* Expende, quod hi maxime sibi cauere iubentur qui in Iudæa sunt: at persecutio illa non perueniet orbem terrarum? Nonne vbi que terrarum error ille diseminabitur & excruciantur sancti? Cur de his qui in Iudæa erunt curam tantū modo Dominus habet? Cur illos solum monet & perterrefacit? Pulchre id perdocet D. Hilarius. *Quia proprius, ait, iste Iudæa erit error, ut qui veritatem respuerunt, suscipiant falsitatem, Iudæam deserri monet, & transfugere in montes, ne admistione plebis illius Antichristo creditura visa, ut contagio efferatur; sed omnibus qui tunc fideles erunt tutiora futura sint deserta loca montium quam frequentata Iudæa.* Efferuescente Anuchristi furore qui timeant; nisi qui vna cum tanti sceleris authoribus Iudæis habitant? Nullus quantumcumque fidelis securus de se sit, nemo tutus, nemo se immunem reputet à contagio etsi nulla criminis conscientia, se tamen sus-

pectum habeat, dum Iudæis permissus habitat. Quare bonus Dominus Iesus, alijs relictis, illos merito deterret, & quasi omnes periclitarentur, omnes de imminente periculo voluit contristari, neminemque securum & sine metu esse voluit, cui socij erant aded nefandi, cui proditor Iudas comes ad erat. Nec hoc contentus fuit Dominus; sed adhuc de suis sollicitus nil magis curauit, quam quod tantum scelus exsufflaretur ab Apostolorū area. Nam, vt recte monuit B. Isaias Abbas orat. 22. quæ dicitur de operibus hominis noui. *Nec Dominus Iesus prius ascendit in crucem, quam Iudam expulsisset è medio discipulorum.* Quasi omnes perditioni obnoxios videret, dū erant tanto proditore associati, nec aliter securi remanere possent, ne à se ipsis desiscerent, nisi Iuda exsufflato,

S. III.

Nullus alius suspectus est viro iusto, nisi ipse sibi, quod firmitatis est iudicium singulare.

Discipulorum Domini imitare virtutem singularem; vbi audiunt inter se habere proditorem nullus de alio tam immane scelus suspicatus, nemo alium reum fore putat, vni sibi timet vnusquisque de se sollicitus agit, quasi se solum inter omnes suspectum habeat, de cuius firmitate & perseuerantia posset dubitari. Etenim ait quisque, *Numquid ego sum Domine?* Ipse primus est sibi suspectus, ipse in primis sibi omnium scelestissimus apparet & ptoressus labilis. Sanctissimorum horum vestigijs inhærebat ille apud Hierem. Thren. cap 3. Vbi, ait. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius: me minauit, & adduxit in tenebras & non in lucem. Tantum in me vertit, & conuertit manum suam.* Quibus verbis vt lucem præferat D. Hieron. expendit duo illa, *vertit & conuertit*, quasi ibi crebra foelicitis & miseris status intermissio insinuetur, qua quis modo ad supplicium trahitur, modo ad ve-

ad veniam felicemque fortunam cōuertitur, sed nullibi fix², nullibi manet non labilis. Quo posito mirare modo iustitiam moderationem animi, qui inter perditissimorum hominum phalanges unam suam videt paupertatem vnus ipse sibi miser & labilis apparet. *Tantum, ait, in me vertit & cōuertit manum suam* Ac li dicat, tantum ego mutationi subiaceo, tantum ego elabar ē manibus. Pulchr. Rup. lib. de operibus Trinit. i. cap. 59 *Tantum, ait in me vertit & conuertit manum suam. Quid dicā de mea causa propria, de propria conscientie miseria ceteri uiuunt, ceteri quos video homines sunt. Et quisquid de illis sit, tantum de me scio. Igitur quod satis est, quod instabile foret dicere maluit. Ego videns paupertatem meam. Vnum se inter omnes reputat vir iustus pauperē, & labilem, ceteros quosque vel non respicit, vel fortes & stabiles credit, de propria conscientie miseria dubitat, cui vni nec fidit nec se credit. O si hęc fugeremus omnes virtutem, imo excellentiam animi! hęc satis erat quæ nos de iustitia commendaret, in illaq; stabiliret & confirmaret. O vtinam huic semper Petrus in hæreret, nullis mihi crede machinis valisset perturbari. Verum qui modo timet sibi proditoris periculum, paulo post præcimente Domino omnium Apostolorum scandalum ipse ait. *Et si omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor.* Ad hęc accurissime Diu. Chrysof. in Cat. *Quid ais, o Petre? Quando dixit vnus ex vobis me traditurus est, timebas ne tu esses traditor, quamuis nihil tale conscius eras, nunc autem manifeste eo dicente quia omnes scandalizabimini, contradicis?* Sed quanto discrimine? Equidem cum de te solo præsumebas traditionem, tunc securissimus à tali crimine eras; cum autem de te plusquam de ceteris sperasti, factus es Domini negator, vnde Orig. *Aly discipuli scandalizati sunt in Iesu; Petrus autem non solum scandalizatur, sed abundantius relinquitur, vt ter negaret.* Quare rectissime commonemur à D. Bern. ser. 37. in Cant. ne vel in minimo nos super alios erigamus. Quemadmodum si per ostium trāscas, cuius superlimina-*

re nimium basum sit, non nocet quantumcumque te iuclinaberis, nocet autem si vel transuersi digiti spatio plusquam ostii patitur mentura, te crexeris, ita vt impingas, & capite qualato collidaris. *Sic in anima non est plane timenda quanta sibi humilitatio; horrenda autē nimiumque pauenda vel minima temerè præsumpta erectio.* Quam obrem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Te omnium minimum noscas, nulli minus fidas, quam tibi, quod satis est, vt firmissime in iustitia, stabiliaris. Etenim D. Chrysof. in Cat. cap. Luc. 18 fatur. *Simile feras in conscientia fœces reatum, & hoc solum de te credas, quod es infimus omnium multam obtinebis ante Deum fiduciam.* Hęc ille.

S. V.

Is ad alios regendos aptatur, qui vni sibi nouit attendere; non qui alios carpere.

SVnt qui gubernatorum ingenium a primis puerorum vnguiculis augurantur, ex eo quod videant eos in aliorum erroribus exardescere zelo; aliorum gressus egregie notare, aliorum que profectibus invigilare. O erroris plenum præfagium! videant isti, quam aliter à Christo Domino gubernatores sui informantur, qui vt proditorem indagent, Rhinocerotis naso minime aliorum mores scrutantur; sed sibi vn^o quisque attentus se vnum optat tanti criminis immunè conseruare. Et ideo ait ceteris prætermisus, *nūquid ego sum Domine?* Cui non videretur optimi gubernatoris ingenium scintillare ille sanctissimus zelus, quo iuuenis Moyses rixantes Israelitas Exod. 2. notauit? *Dixitque ei qui faciebat iniuriam quare percussis proximum tuum?* At male ex hoc acceptus, suis etiam exosus, & ab Aegypto Rege ad mortem petitus fugit hominum conspectum, & diu in solitudine moratus aliorum oblitus, vni sibi vacauit. Quo nunquam regno visus fuit aptior, Deoque grauior, vt tantum po-

Rup.

Chryf.

Orig.⁷

Bern.

Exo. 2.

Niss.

ti populi acciperet gubernacula. Id eleganter notat D Greg Niss. in eius vita fatus. Videmus enim Moysen, antea quã profectiore se virtute firmaverit, duos inter se contendentes homines conciliare nequivisset, postea verò cum sibi ipsi longo tēporum spatio vacauerit, à multis hominū millibus facile in protectorem recipi. Ecce tibi quam malè audiat præmaturus ille zelus, qui totus poditur in alijs corrigendis, sputur is vir ab hominibus, nec ad duorum gubernationē videtur aptus, nec Deo acceptus, donec longe & diuturno silentio castigatus sibi vni vacet, cæteros obliuiscatur. Huic etiam excogitationi lucē addit magnus ille Ioseph, qui puer virtutis zelo fratrum scelera minimè patitur; sed ea confestim reuelat patri. Sic enim ait

Gen. 39. *suos apud patrē crimine pessimo. Sed ex tunc fraternū in se odium concitavit, qui illius regnū exhorrentes illū venderunt Ismaelitis, à quibus in Ægyptū asportatur, vbi secūdo venditus tandē ob adulteri, falsam accusationē truditur in carcerē. Ibi tacitus sibi vacās ad aliorum crimina didicit nō respicere, quo se in regnū maximè præparavit. Etenim posset facile ex Ægypto fratres suos apud patrem etiã accusare de vēditionis scelere; sed tacuit, ait Hon-*

Hon. c.

cala, ne patrem certiore faceret, à fratribus suis se fuisse crudeliter distractū, & ut exitum somniorum expectaret. Se ad regni culmen ascēsurum puer somnauerat, & dum fratrum mores & scelera carpit, miseram inde seruitutē venatur. Iam seruitute pressus didicit se inspicere, non alios, didicit sibi vacare, non fratrum accusationē agere, ut exitum somniorum, nimirum regiam dignitatē expectaret: quasi didicerit, quod nō is, qui fratrum momordit errores, sed is qui sibi vacat, & tacēs aliorum scelera obliuiscitur, regno suscipiēdo aptatur. Nō ex accusatione fratrum; sed ex patientia & tolerātia defectuum aliorum subitur regni clauus. Id quod videtur attigisse D Zeno serm. de pat. cum ait. Ioseph patiens inuenitur, cum à fratribus rapitur, patiens, cum in puteum dimittitur, patiens, dura cum bastis distractitur, patiens in carcere, & pa-

Zeno.

tientior in regno. Quasi idem fuisset in viro sancto patientiē culmen attigisse tacendo de iniurijs & sceleribus fratrum, & promissi regni culmen intrare. Itaque dum delicta aliorum respexit, illorumque fit accusator seruitutē incurrit, & cum patienter aliorum tolerat crimina vni sibi vacās ad regni culmen pertingit. Hinc argutè D. Ansel. in præfat. ad Matth. expendens quid singuli Euangelistæ de Christo Domino prædicarent, ait, Intentio Marci circa regnum Christi versatur, unde inchoat Euangelium suum à voce clamātis in deserto. Quasi nullius vox melius regnantis ingenium exprimeret, quam vox illius, qui omnium mores obliuiscens in solitudine & deserto sibi viueret.

Ansel.

Text. Qui intingit mecū manum in paropside, hic me tradet. Filius quidē hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

S. VI.

Quæ iustis viris magis videntur obesse & contrariari, ea illis famulantur, ut citius ad sibi præfinitos fines vadant.

Nonne proditoris scopus is erat, ut Christiferum nomen penitus ab hominū memoria eraderet? Nonne ideo Dominum crudelibus hostibus tradidit, ut eorum rabie decerp-tus infamæ æternæ læcbris maneret obscuratus? Sed vide quid ex his factum est, & filius, ait, hominis vadit, sicut scriptum est de eo, non sanè obfuit pro-

Iona. proditoris infânia; sed seruiuit Domini vsq; & inter inimicorū rabies contrariantes viam inuenit, qua citius pertingeret gloriã præparatam. Quis non crediderit, tunc Ionam penitus à Ninive via deflexisse, quando à nauis inhiatu ceto factus traditus? Sed tunc de illo pulchre D Zeno notauit serui de Timore. *Zeno.* Ionas timens Dominū spontaneè non timet nauis fragum, ceto inhianti miserabilis sepelitur, quã præcipit ar, & ta nen littus, quo tendebat inuenit, antequam in videat, felix magis sepulchro quã nauis. Quid pulchrius? Ionas à mari, à ceto voratus, viuido belluæ ventre sepultus adhuc ad mandatum sibi portū vadit. Qui pãlis velis, pernici nauis à Ninive fugiebat se se gurgiti tradidit vorandum. sic Ninive littus, quo Dei ferebatur imperio appulit. Nulla sanè vis, nulla oppositio, nulla ad eò est cõtraria potestas quæ iustis vis non seruiat, vt iuxta præscripti à Deo finis viã vadant. Regnum Iosepho præscriptū vt elimnarent fratres, Iosephū vendunt, & Ismaelitaru serui faciunt. Quid Regi cõtrarius, quã serui & cõditio & habitus? Attamen quando ad seruitutem, tunc ad regnum abiit. Sic D Greg. hom. 21. *Greg.* Ezechiel. quia mutari Dei consiliū non valet, quem ideo vendiderant, ne adorarent, adorauerūt, quia vendiderunt. Quicquid in contrariu moliant, resistente licet vniuersi creatura, pugnantibus tenebrarū potestatibus, per eas ipsas cõtrarietas iustus vir vadit secundum quod scriptū est de eo. Nec villa est rerū contrarietas, quã sibi seruire diuina sapiëntia nō faciat. De maximo omnium aduertatorū diabolo sic apud Iob sapientia diuina gloriatur c. 40. *Iob.* Numquid seruet tecū pactum, & accipies eum seruiū sempiternū? quasi ipsa sola aduertatorū machinas sibi faciat prorsus in seruire. Id quod expendit Rup lib. 2. de Oper. Spiritus sancti lib. 1. de sap. c. 25. ponderans quam seruiret diabolus Christi Domini ad gloriã itineribus, dum post multa fatur. *Rup.* Intendebat Dominus facere irritam venditionem, quã semetipsum primus homo vendiderat, adiuuit & hanc intentionem bonam seruus nequam faciendo, vt venderet hunc hominem traditor. Intendebat diuinitas

hunc homini dare regnum, & subicere potestati eius omnia regna mundi, adiuuit & in hoc seruus iste agendo, vt per furiosum iocum purpura vestiretur, sceptro, id est calamo donaretur, coronaretur, & regio nomine salutaretur. Et quia cogitauerat Dominus ponere in eo (nempe Christo) iniquitates omnium nostrorum, spinea erat corona, ne posset negare seruus illud, quia iste Dominus omnium spinas portauerit peccatorum nostrorum. Sic inseruente contrario, ministrantibus ipsis contradictionibus filius hominis vadit, imo volat in sibi præfinitam & præordinatam gloriã. Respice iterum Ionam illum qui vt à Dei fugeret obedientia, quot se contrariis commisit? Mittebatur in Niueem, ipse vero se nauis dedit, insuper furenti mari committitur, rursus à ceto voratur, quo poenitus à via madata videbatur impeditus. Tamē hæc omnia impedimēta illū licet ignorantē deducūt in Ninuē. Itã D. Greg. PP. lib. 5. Moral. c. 22. inquit. Ecce fugitiuū Dei, tēpestas inuenit, fors ligat, mare suscipit, bellua includit, & quia auctori suo obedire renittitur, ad locū quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Sic cõtraria, & impedimenta Deo seruiunt, in deducendis suis placitis ad finem.

S. VII.

Iustorum ærumne potiores, quã tyrannorum splendidissima gloria.

Nonne vides iustū ærumnis confectum papilionis more ad flammam euolare? Nonne vides tyrannos auro gemmisq; effulgentes, delictis effluere? Quid tunc? Sanè potior conditio est iusti ad mortem flammæque volantis, quã tyranni inter ipsas diuitias triumphantis. Huc spectat illa Christi Domini cū proditore suo compositio. *Iustus hominis vadit, sicut scriptum est de illo, vã autem homini illi, per quem tradetur.* Ille ad voluntariam ruit mortem; hic argento æternat vitam: ille amarissimos expertus fluetus

Lib. III. Caput sextum.

Cbrys.
 Aus terræ visceribus se se inseret; hic principum gratiam nactus cuscera- bit terram aureas venas potitus: sed quid proderit misero ista vana felici- tas: Ille æternum gloriosus existet; hunc æterna calamitas excruciat. Pul- chre D. Chrysol. id attingit hom. de cæconato componens idolorum au- rea templa cum petoribus pleno car- cete Martyrum. *Quid profuit idolis etiam eorum qui non sunt adoratio, tem- plorum inquam, amplitudo? Quid verò Martyribus obfuit vilitas sepulchro- rum? Nonne dedecus inustum est erro- ri in amplitudine & in humilitate res Martyrum sunt exaltatae?* Fuit gen- tium splendor, fuit ingens idolorum gloria, splenduerunt aureæ illorum sta- tuæ, at nunc quid fœtidius? Viliora sanè ipso stercore, per sterquilinia ro- tantur. Quando res Martyrum au- reis templis coruscant, immortalem- que gloriam spirant vndequaque. Huc conuertant animos quicumque spe- ctaculorum vanitate gaudent: huc res- piciant qui fabularum varietates mi- rantur, quid mirabilius quam iusto- rum, & tyrannorum mutatio, Deo de vtrisque iudicante? Pulchre Tertul. huc refert spectaculorum specta- tores: ait enim in libri calce. *Supersunt alia spectacula, ille ultimus & perpe- tuus iudicij dies, ille nationibus inspe- ratas, ille derisus, cum tanta seculi ve- tustas uno igne haurietur. Quæ tunc spectaculi latitudo? Quid admirer? quid rideam? ubi gaudeam? ubi exultem spe- ctans tot ac tantos Reges qui in cælo re- cepti nuntiabantur cum ipso Ioue in imis tenebris congemiscantes? Quos præterea sapientes coram discipulis suis vna con- flagrantibus erubescences? Caterum qualia illa sunt (nimirum iustorum præmia). quæ nec auris audiuit, neque oculus vidit, nec in cor hominis ascen- derunt. Siccine finienda est vniuersi mundi fabula, vadunt iusti ærumno- si, squalentes, iniurijs onusti, degunt tyranni fulgidi in auro, saturi inter da- pes, triumphus pleni; sed illi in sem- piternam ascendunt felicitatem; hi descendunt subito in miseriarum ba- rathrum Sic in purpurato diuite, & paupere Lazaro ostendit D. Lucas*

Tert.

Luc. 15.

Cbrys.
 cap. 15. *Mortuus est diues, & sepul- tus est inferno; & vidit Abraham de longe, & Lazarum in sinu eius. Ad hæc D. Chrysol. serm. 124. Immuta- tio quanta rerum, quo descendet diues? quo pauper ascendit? Respicit ibi sur- sum, quæ despexerat hic deorsum. Quid plura? Non fortunæ alea; sed iusti- tiz decreto iusti current ad palmam; tyranni ad supplicia: illi æternus gau- dijs; hi nunquam morituris insident flammis. Hinc apud Ioan. 16. Do- minus suos monet, mundus gaudebit; vos autem contristabimini; sed tristi- tia vestra vertetur in gaudium. Vbi eleganter Tertul. lib. de spectaculis ait, vicibus disposita res est. Nunc illi letantur; nos constitemur, secu- lum, inquit, gaudebit; vos tristes eri- tis. Lugeamus ergo, dum Ethnicus gau- dent, ut cum lugere cœperint gaudeamus. Vnde merito D. Paulus epist. Paulin. 4. lugenti Magdalenz ad pedes Chri- sti inuidet, eique assolari ardentius exoptat, quam Pharisæo inter vina gaudenti, imo inuitanti Christum. Ait enim loquens ad Pharisæum *Interim malo peccatrici, & pauperis no- stre diuitias in lachrymis & affectu, quam tuas in impietate & litera. Il- lius ieiunium, quam tuum conuiuium. Malo inter capillos illius Christi pedi- bus illigari, quam inter dapes tuas se- cum iuxta Christum sine Christo dis- cumbere. Sic lachrymas, sic ieiunia, sic paupertatem æstimat præ gaudijs Christum inuitantis, quid ni æstima- ret præ lætitia Christum vendentis?**

S. VIII.

Horroris & timoris plena est vox Christi Domini aliquem damnantis.

P
 Erditissimi Iudz damnationem prolaturus Dominus, quanto id precordiorum suspirio facit? Ait nam- que væ homini illi quasi nõ aliter tãti iudicis vox queat audiri; nisi inter ge- mitus, inter lameta, inter æternum de- fluentes lachrymas. Et quãdo damnatis Domi-

Cypr.

Domini vox tonabit sine ingenti orbis pauore, sine lamento, sine horribilium stridore cruciatuum? De fulminata in reprobos sententia sic D. Cypr. serm. de Ascens. adstrupens fatetur. *Quanta illud edictum sequentur lamenta! illius ultima tuba clamor quam horribilis erit! Continuus erit & superfluus lachrymarum decursus, incendia nudum corpus allambent, in proprii adipe fixae libidines ebullient, & inter sartagineas flammis misera corpora cremabuntur: non miserebitur ultra Deus, nullum ibi refrigerium nullum remedium* Quis tam seueram vocem non expaueat? Quis vel primum eius sibilu potest sustinere? Quicquid sonat est vox & lamentationes, quicquid stridet flagellum est, ignis est, ardentque in aeternum vorago, & non timebit creatura? Sane Ioel cap. 3. inquit Sol, & Luna obtenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorem suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mouebuntur caeli & terra. Ad tremendam iudicantis vocem creatura omnis etiam caelestis, etiam instar solis fulgens tremere ingenti nutabit, quod ponderans D. Zeno serm. 4. de Isaia inquit. *Hinc estimare licet quid sit eis reseruatam, quorum in causa funerei luctus poena pertulit natura supplicium.* Quando natura etiam caelestis sine tanta sui alteratione, sine tam ingenti luctu, sine tam acri supplicio vocem iudicantis Dei non exaudit, quid reus ipse patiarur? Quae reorum poena, quando solum exauditam sententiae vocem caelestia omnia pauent, & se se tristi fragore quatiunt, vel nigris tenebris abdunt? Quid plura? ipsissima Dei hominis caro exhorruit, vbi Christi Domini voce manifestanda fuit proditoris damnatio. Sic Ioannes 13. ait. *Cum haec dixisset Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet.* Expende illud quod dicturus prodicionem proditorem manifestaturus, turbatus est spiritu. Cur turbatus Christusfera caro? An quia incipit manifesta voce proditorem damnare? Ita profus D. Cyril. Alex lib. 9. in Ioann.

Ioel. 3.

Zeno.

Ioan. 13.

Cyrl.

Verosimile mihi videtur, non potuisse carnem Christi motum, quo iam expressus atque manifestus discipulos prodicionis odium offerebatur, ita sufferre, ut aliquantisper non exhorruerit. Quando ergo ipsa Dei caro non potuit sine horrore sufferre vocem hominis damnati manifestatiuam, quomodo sufferret damnationem in se districtam damnatus? Hinc estimare licet damnatorum pene immensam calamitatem, tremendam Dei damnantis vocem, cuius vel halitum Christusfera caro exhorret & lamentatur.

Text. Respondens autem Iudas qui tradidit eum. Numquid ego sum

Rabbi?

S. IX.

Deplorati animi est, vbi vniuersi de tuo delicto timent, quod tu impavidus agas quasi ambulabis lateat.

DE proditoris crimine omnes discipuli iacent consternati, ad eius damnationem exhorret ipsa Dei caro, vnus proditor impavidus & securus agit, adeo, vt de se interroget, & de Domini disco praesumat intratum panem. Id in impudentissimo proditore damnat D. Leo serm. 7. de Pass. factus. *Tu autem in hac trepidatione sanctorum abuteris Domini patientiae, & abscondi te tua credis audacia* Proh nefas! trepidant vniuersi, tuum peccatum eunctos perterrefacit, & tu securus gaudes, quod lateas. Vbi coelum & terra, vbi creaturae insensibiles tuam timent & praedicant calamitatem, tu solus impavidus, ab omnibus quia credis ignorari, audes letari. Sic primus ille reproborum pater Cain letabatur, de quo eleganter D. Zeno serm. de ti-

Leo.

Zeno

Dd 2

more

Note ait. *Miratur orbis vacuus se duobus angustum, mirantur elementa hominem, qui factus sit ad imaginem Dei posse iugulari & hoc à fratre. Erubescit terra rudis pio sanguine impiata; solus Cain exultat infelix, quòd teste careat, putat se caruisse facinore quem Deus videt, quem conscientia coarguit, quem fratris sanguis accusat. Siccine trepidantibus cunctis creaturis, & expaudentibus scelus, sceleris auctores triumphant securi & impauidi, quasi eorum flagitia omnibus lateat. Sed hoc faciet Cain, aut Iudas, aut eorum sati, qui delictorum æmuli, etiam in impudenti securitate patriabunt. Dum Christus Dominus apud Matth. cap. 24. memorat Iub. crudelissima persecutione trementem orbem terrarum, cunctos pauentes homines, statim subdit, *Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato.* Cur non in Sabbato? Pulchrè D. Athanas. q. 83. ait. *Hyemem peccata vocat, & sabbatum securitatem: dicit ergo vae anime in peccato securitate, vel securia constituta. Et merito vae indicitur à Deo illi, qui ubi omnia timore plena sunt, ubi etiam cardines cœli timor quatit, ubi maximam vniuersæ res tribulationem patiuntur, ipse in peccatis securus agit, & festos sibi dies parat. Hinc merito Aug. serm. 120. in Phaulzos exultantes, cum vniuersæ creaturæ in morte Domini tremunt, his verbis indignatur. *In media pastione Domini cœlestia, & terrestria turbantur, lux cum nocte miscetur, elementa quatuntur. terra ipsa concussa à fundamentis suis tanquam ad scelus proprium contremiscit. Et qua duritia cordis humani? Vae eis qui inter ista non credunt; imò cum ipsi sceleris auctores sint, tremantibus alijs ipsi sibi plaudunt omnimoda securitate.***

Matt. 24

Ath.

Aug.

S. X.

Interna cordis malitia difficile potest non extrinsecus reuelari.

Difficillimum sanè est, reconditâ peccatore malitiâ nõ euulgarî: ecce præconceptum à Iuda Christi Dñi vilipendiû, qualiter vel ipsius verbis se prodar. Domini enim appellationem, qua cæteri vsi sunt, indignâs, subfanâdo ait, nunquid ego sum Rabbi? Vnde cum maximè volebat proditiõnẽ suã dissimulare, superbia sua prodere cogitur dũ Christũ minus quã cæteri honorificè cõpellat. Plenè nunquã se nõ uuit occultare malitia, si semel intus præ cordis insederit euulgabitur vel terenuente. Iã Israëlitæ Ægypto exierãt, iã totum mare transierant, iam palmarũ fructibus saturi Moysis impetro libertatẽ patriã potiebãtur, à Deoque orbis cõditote legẽ sibi dari expectabãt. Sed quo id animo? an ab Ægyptiorũ vitis purificata mente? Proh dolor! Tardante Moyse, cõflari sibi idolũ expolcunt, offerũt aurea decora, constatorio inuicunt, quibus iniectis inopinatus ex illis vitulus profilit, qui ante eorũ ocuos stetit. Quæ prodigij ratio? Vnde cõflatorius ignis accepit, ut vitulũ obijceret? Pulchrè Tertul. aduersus Gnost. *Sapiens ignis effigie vituli diffudit illis, sugillãs tibi cor habetes apud Ægyptiũ vobis cuiusdã consecratricẽ.* Nõ corũ mentes deseruerat Ægyptius error, adhuc intus præ cordis insederat Ægyptus, & quantũuis ipsi dissimulare tẽtẽt, necessũ est, ut tanta illorũ malitia euulgetur. Et si totis viribus præconceptã malitiã celare intendas, ipsa tua verba, ipsa tua opera illam facient manifestã. Perfidus ille Balaã à Deo iussus, ne maledicta iaceret in Israel, sic se facturum decreuerat, & licet inuitus à maledicẽdo populo abstinebat. Num. 22. Tandem accedunt regij nuntij pleni muneribus, quibus illũ trahere nitentur, ut maledicta congereret. Ipse vero iuxta præceptũ Domini renuit affirmãs se à Deo nunquam defecturum, nihilo minus, ait, *obsecro vos, ut hic maneat etiam hac nocte, ut scire queam quid mihi rursus respondeat Dominus.* Libentissimũ cum illi remaneret, Dominum

Exo. 32.

Tert.

Num. 22

minum iterum consulit Balaam, à quo tale responsum accepit. *Surge vade cum eis, ac si diceret, fac ut libuerit, quo accepto, statim est profectus.* Ad hæc D.

*Aug. q. 47. quærit, cur post ista permissionem Domini iterum nõ consuluit, sicut post illam prohibitionem? Etenim cum prohibitus fuisset Dei oraculo adhuc instat, & iterum consulit, & cum facultatem accepit, statim sine noua consultatione, nullo alio expectato oraculo arripuit viam. Quæ rei causa? quia cupiditas ei apparebat, quæ metu premebatur. Sanè prohibente Deo, non expulerat vitiosam cupiditatẽ a mente; sed solũ Dei metu coercita manebat adhuc intimis præcordijs sedens. Quapropter fieri non potuit, vt diu ibi lateret, quin statim proderetur. Quã dissimulauerat Achab scelus in iustissimũ virũ Naboth perpetratũ, eius interfectionem fleuerat, nairoq; luctu prosequutus fuerat. Tamẽ illius vineã accipiens, cũ lætãter ad domũ reuerteret, mediavia appareret illi Elias, & corã ei flagitiũ aperuit, terribile inde supplicium illi imminere professus. Cui perterritus Rex impius inquit 3. Reg. 21. num inuenisti me in muce mi? Ad hæc Amb. ponderat lib. de Nabuth. c. 12. quã facillè prodatur impius. *Inuentus est Adam cùm lateret, Moysi autẽ nequaquã inuenta est sepultura. inuentus est Achab, nõ inuentus est Elias, culpa igitur auctorẽ suum prodit. Vnde Iesbite ait, inueni quoniã fecisti malũ in conspectu Domini. Vanè latere præsumit qui intimè habet præconceptã malitiam, quantumuis dissimulare velis, ipsa ipsa malitia te prodet, quæ nequit non euulgari & foras profluere.**

CAPVT VII.

De his quæ post legalẽ coenã, nimirum de pedum ablu-tione.

Cœnatus Dominus legali & communi mēsa, quod serui efficere solebāt, id ipse discipulis suis voluit efficere; & aqua adhibita se ad discipulorũ pedes prouoluit, vt eos lauaret. Expauit Petrus profundã humilitatẽ Dei filij, cui aliquãdiu resistẽs tandẽ acquie-

uit, & se permisit lauari; à quo singulis deinde idẽ obsequiũ Dominus exhibuit. Igitur magnũ Dei Patris incrementũ. Christus, stupẽtibus Angelis, eisdem manibus lauit discipulorum pedes, quibus postmodũ lauaturus erat pretioso sanguine totius mundi crimina. Lauit, inquã, & lotos instruit, qua alacritate inter se debeant Christiani similia exhibere ofñcia, nullum obsequium vile & abiectũ reputantes, quod præstut suis omnium Dominus & Magister.

Ex Ioan. 13. Text. Ante diem festum Paschæ sciẽs Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum

dilexisset suos, qui erant in

hoc mundo, in finem dilexit eos?

I.
Festinior Dominus Iesus curret ad mortem, quam ipsa paratur per hostes insensissimos.

QVI scire cupit, quo desiderio feratur Domini in mortẽ qua exæstuet cupiditate fundẽdi sanguinẽ pro hominib; expẽdat illud, sciẽtia vt venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo. Veniẽte horã, ipse trãit, quasi pignitates carnifices ipse occisim trãleat. Sic D. Ambros. meditatũ & tardã hominũ cupiditatẽ & festinatissimũ Dei veniẽtis ardorẽ. Ait enim terin 6. in Psal. 118. *Ego suscitari mihi ebaritasẽ cupro, & ad me plus ebaritas ipsa festinat, ego dixi veni, ille salit, & transiit.* Quibus modo volatilẽ Dei amorẽ in mortem meditator, carnifices cupiunt lanare Christiũ, & Christus plus ad lanienã festinat, sollicitantibus crudelibus hostib; mortis hora venit; Dominus autẽ ad illã velocissimũ trãsit, carnifices præcurrit, hostiũ perniciosissimã crudelitã trãsit, adeo, vt tardãtib; illis ipse se se mysticẽ laniet. Huc spectat D. Gregorius Nissenus homil. 5. de Resurrect. expendens, quod Dominus se se

Lib. III. Caput septimum.

in presenti edendum dederit sub specie maclatae hostiae in sanguine diuisa à carne, cur hoc fecit? Qui omnia pro dominica potestate & auctoritate administrat, non expectat Pilati iudicium sed per ineffabilem & arcanum sacrificij modum sua dispositione & administratione praecipit impetum violentum, ac se se in oblationem & victimam offert, pro nobis sacerdos simul & Agnus Dei. Adeo ad mortem eurrebat, sic anxius erat de effundendo sanguine, ut non sustinens Pilati & hostium tarditatem adiuuenerit modum, quo illorum rabiem praeveniens se se maclaret, dum sanguinis poculum, & suae carnis essum praepararet. Hinc ortum habuit citissima illius in Cruce iam suffixi mors: etenim qui cruce multabantur non antea exhalabant animam, quam à carnificibus eorum frangeretur crura; verum Christus Dominus non expectavit carnifices, ut animam efflaret. Id quod notat Tertulianus aduersus Gentes ait *Spiritum cum verbo dimisit, praevento carnificis officio*. Sanè, quod clamans exspirasset, satis ostendit non ex potestatis defectu morti occubere; sed ex ardentissimo desiderio moriendi, quo pigros estimans carnifices, festinior currit ad mortem, quam ipsi traherent. Sic ipse ad mortem eurrebat, & praecurrebat omnes, ut festinantes hostes tardos reputaret, & occisimos adhuc stimularer. Unde de illo ad mortem eunte pulchre meditatur D. Athanasius de passionibus. *Resumpsit autem simul cum trophaeo vestimenta sua ab illis, absturus ad mortem, ut ea simul cum morte exueret, fecitque eos accelerare qui ipsum ducebant*. Omnibus inferentibus mortem festinior Dominus illam bibit, festinabant hostes, festinabant carnifices, festinabat pater ipse caelestis ut videret maclatum illum agnum, quo abolerentur peccata mundi, sed festinior omnibus ipse, omnes accelerare iubet & cunctantes impellit, donec sanguinem fundat. Accipite illustrissimum leprose proles testimonium ab Ambrosio lib. 3. Officiorum c. 12. decantissimum. Hae iugulanda à patre duorum mensium petijt inducias, quibus transactis, eadem hora currit ad victimam. Tunc sic Ambrosius. *Nec fletus equalium movit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardavit, nec dies*

praeterijt, nec fefellit horam, redijt ad patrem quasi ad votum redires, & voluntate propria cunctantem impulit. Quid apertius Christo, quem nullus discipulorum gemitus, nulla matris maestitudo festinantem retardavit, nec negotijs saeculorum acceptatus dies praeterijt, nec fefellit hora; sed sciens quia ista venit, festinior illa cucurrit ad victimam, & carnifices fecit accelerare, & cunctantem patrem impulit.

S. II.

Ingentem tormentorum, & cruciatuum molem quasi breuem horarium ducit dolorem humane salutis amator Dominus.

Vnus Rachelis amor sic Iacobum delinibat vel inebriabat, ut quatuordecim illi laborum anni viderentur pauci, dummodo optato potiretur coniugio. Sic Iacobus proles Christus Dominus pro humanae salutis amore longissimus cruciatuum fluxus quasi horarium laborem reputabat, de quo dicitur *scitis Iesus quia venit hora eius*, quasi tota illa cruciatuum leges, longissimum illud tormentorum tempus illi solum brevissimum videretur & horarium. Hinc D. Paulus ad Hebraeos c. 2. ait. *Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus lessum propter passionem mortis gloriae & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem*. Vbi maxime expendendum est, quam parvum reputet felleum illud tormentorum poculum quod non potum, sed potus gustum assimilat, adeo, ut gustare mortem, brevissimam, & quasi momentaneam mortis passionem hic reputent Chrysostomus, & Eucumenus. Illis arguitur D. Augustinus ait, *Dico, quia minoratus est, & hoc ideo, ut gustaret mortem, id est, horarium & non longam quasi aliquid gustando transiret pro omnibus*. Quid nisi Cruciatuum illa infinita cogeries, mille illae nocendi artes, flagellorum myriades, Pontificum nocturnae irrisiones, iudiciorum actus, non multum temporis consumserunt? Equidem longissimum tormentorum fuit tempus patienti, sed breve, sed horarium amant. O quam amabat illa in Canticis! quae dicebat, *in lectulo per noctes quasi sui quem diligit anima mea*

Tert.

Athan.

Iud.

Amb.

Ad Heb.

Aunsel.

Cant. 3.

anima mea. Ecce tibi plures tribulationum noctes, plures patiendi necessitates, vnus lectulus videntur amarae Sic expendit Gillib. serm 2 in Cant. Multa noctes, sed vnus lectulus. Multa enim tribulationes iustorum; sed tamen quasi non sentientes, nec respicientes, vno dormiunt, & requiescunt in lectulo: ac si dicat, quod ingentem tribulationum multitudinem quasi non sentientes, vno, coque breuissimo somno componant amantes. Verè nos Christus amat, cui longissimae tormentorum noctes vnus lectulus, vnus somnus breuissimus sunt, cui tormentorum dilata & proluxa passio breuis fit & horaria. Nullus (si meminimus) Propheta, nullus canonicus scriptor de passionis dominicae acerbitate egit, qui eam vel valissimum mare, vel caliginosam tempestatem non appellaret. Quo spectat illud Hieremiae: Magna est velut mare contritio tua, & Dauidicum aliud: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Vnus ipse Christus passurus intra calicis poculum totam hanc amaritudinem angustauit, alijs valissimum mare, ingens tempestas visa est; vni Christo Domino nunquam mare, nunquam tempestas, semper calix, semper poculum apparuit. Pulchre Theophylact Matt. 20. ait Poculum dicit Dominus suam mortem, simul ostendens quod leue sit, & declarans, quod ipse iuuauerit accedere ad mortem. O maximus Christi amor! sic in hominum utilitatem caecutiens, vt felleum dolorum mare reputet quasi potus calicem. Miratus Isaias, cap. 40. Dei penè incredibilem potentiam, ait: Quis mensus est pugillo aquas? nimirum iuxta Foronum, vna est, & sola diuina potentia, cui tota aquarum moles collata tam parua est, vt sunt aquae, quas nos vasa, seu fouea manus continere, seu mensurare possumus. Huic par immensa vis amoris Christi Domini, cui opposita vastissima dolorum & cruciatuum maria tam parua apparent, vt sunt aquae, quae nunimo sufficerent poculo, aut manuali continerentur calice. Adeo breues, adeo paruae omnes passionis tribulationes visae sunt Domino, vt liceat illas pro minimo aestimare. Etenim sic ait.

Gillib.

Theoph.

Isai. 40.

Matt. 5.

Matt. 5. Qui ergo soluerit vnum de man-

dati istis minimis, nec aliud reputat minimum mandatum; nisi id quod de mortis, & de crucis supplicio habet. Ita D. Hilar. Minimum est omnium Domini passio, & crucis mors. Proh Deus immortalis! Proh ingens Dei in nos charitas! Siccine, o Christe, viles creaturas amas, vt pro minimo ducas te morti dare, & immentos crucis subire cruciatus?

Hilar.

§. III.

Christi Domini amor in homines non finem; sed verticem & coronidem habuit.

CVM Christus Dominus dilexisset suos, ait Ioannes, in finem dilexit eos, sed quid est, in finem dilexit eos? an finem fecit amoris? an ingens ab incubulis amor morte finitus est? Absit, imò nunquam pulchrius eluxit diuinus amor, quam media in mortis falce. Ita que moriens Dominus dilexit in finem, quatenus non simplicem finem; sed pulcherrimam fecit amoris sui coronidem, Moysis miratissimas virtutes, quae in eius morte splenduerunt, miratus D. Gregor. Niss. ait. *Vt peritissimus statuaris tota vasa sua diligenter conficta statua, non finem in extremo fictionis termino; sed verticem imposuit.* Haec summa perfectissimi operis gloria, si non simpliciter finiat; sed pulchra & elaborata exurgat coronide. Haec prima Christi Domini amatis gloria, qui non finem in extremo; sed verticem, sed pulcherrimam coronidem imposuit. His amoris flammis exarsit, ea propositi charitatis miracula, quae pro vertice seu coronide perfectissimi, & diuini amatoris spectantium Seraphim oculos in admirationem raperent. Huc spectauit lex illa Exod. 12. de agno igni ardente immolando, etenim mysterio rubet, quod agnus affandus, esset masculus anniculus. Cur anniculus? Iam explicat Psal. 64. dicens, *Benedices corone anni benignitatis tuae: quasi perfectus annus beneficentissimae Dei bonitatis verticem & coronidem exaltet.* Ita in agno anniculo, cuius sanguis exterminatorem ab Israelitarum domibus

Niss.

Exod. 12

Psal. 64.

Lib. III. Caput septimum.

§. III.

Christianum non agit, qui mortis
venientis conspectu ad feruen-
tiora non se erigit opera.

Ecce ipse Filius Dei instantem iam
meditatus mortem amoris erga
suos opera excitavit, & auxit, *Sciens
quia venit hora eius, cum dilexisset suos,
in finem dilexit eos.* Quis inde Christia-
nus vel mortis conspectu sese avidius
virtuti non tradet? Quis studiosius ani-
mi sui salutem non queret? Dicā unde
reprobis Iudas malè audit apud D.
Chrysoft. nimirum irascentes Discipu-
los in Magdalenam, quòd Saluatoris
caput unguento pretioso rigaret, se-
dans Dominus Matth. 26. inquit, ut
quid molesti estis huic mulieri? bonum
opus operata est in me, ad sepulturam
meam hoc fecit. Tunc profectus unus ex
duodecim, qui dicebatur Iudas, &c. Ex-
pendite modò sacri textus pòderatio-
nem & notam: Tunc, inquit, profectus
est Iudas, quando dicente Domino, ad
sepulturam meam hoc fecit, tunc Iudas
in prodicionem profectus est. Elegan-
ter D. Chrysoft. hom. 2. Tunc istud ad
quod tempus relatum est? quando ista lo-
cutus esset, quando ad sepulturam dixit,
atq; neque hinc compunctus est. O per-
ditissimi hominis argumentum singu-
lare! mortem audit, sepulturam perci-
pit, & non compungitur, & ad salutis
montem non aduolat? & idem, & sui
similis in prodicione persistit! Vnus id
Iudas faceret, & qui eius perditissi-
mos, & deploratos mores imitantur.
Equidem amantissimus hominū Deus
ab initio volens Iudam à præcipicio
custodire, hoc illi frænum iniecit, nimi-
rum memoriam mortis, quam ipsius
nomini indidit. Schariothis idem est,
ac memorans mortem, ut iam imme-
dicabilem eius videas animum, quan-
do tanto fræno rupto, sese voluit in
præcipitium agere. Ita D. Paschal. lib in
Mat. 6. inquit. Porro Scariotis, memoria
mortis sonat, ut sit inexcusabilis, quod nō
casu, sed ex meditatione mortis, Dominū
prodiderit. Sic prisca Iudæi deliciosis-
mi hostilibus cincti Assyriorum pha-
langibus, cum nullum esset euadendi
suffu.

Mat. 26.

Chrysoft.

bus arcuit, Dei Optimi Maximi be-
nignitatis in suos vertex & coronis
claruit. Vnde à Theologo Nazianze-
no orat. 2. Paschæ dicitur Christus Do-
minus Agnus anniculus, ut Sol iustitie,
atque item ut benignitatis corona bene-
dicta. Ecce tibi diuini amoris & benigni-
tatis verticem & coronidem. Ecce
tibi Christum Dominum Agnum an-
niculum, qui pene in mortis acie suo-
rū amore totus sui immemor sic suos
armavit, sic suos, qui erāt in hoc mun-
do, qui adhuc delicijs sæculi incubab-
bant, & coelestia respuebant, sic, inquā,
eos muniuit, ut à nullo exterminatore
possent expugnari. Hæc fuit supremi
amatoris, & benignissimi Dei vertex
& coronis, quò legalis agni virtutem
longè superauit. Id attingit D. Cyprian-
serm. de passion. fatus: *Sanguis Christi
efficacius, quàm sanguis agni illius, quem
in Aegypto Israel immolauit, contrarias
abigit potestates, cuius hodie tanta est
authoritas & potestas, ut non solum Is-
raelitica lmina munit; sed etiam ab his
qui Israeliticè non viuunt, solum Sacra-
menti signum repellat demonia.* Expēde
illud, etiam ab his qui Israeliticè non vi-
uunt, expellat demonia. Namque san-
guis legalis Agni benignitatis Dei in
Hebræos imposuit coronidem, eos,
qui ritè immolabant, ab exterminato-
re defendens, verum sanguis veri, &
anniculi Agni Christi eò se extulit, ut
pro summæ benignitatis vertice & co-
ronide etiam suos, qui erant in hoc
mundo, qui adhuc sæculo vivebant,
qui nondum se ad bonam frugem re-
ceperant, à dæmonum tyrannide, &
exterminatione defersabat. Sic Chris-
tus Dominus in extremo vitæ termi-
no non finem; sed amoris sui verticē,
sed pulcherrimam egit benignitatis in
homines coronidem. Hinc sapiēs illa
Domini dilectrix ut summum Christi
amorem expiscaretur, sese ad eius pe-
des proiecit. Cur ad pedes? Pulchrè D.
Paulinus epist. 4. *In extremo licet Sal-
uatoris vestigio caput sue salutis inuenit,
quasi nouerit, quòd diuini amatoris in
extremis benignitatis erat coronis &
vertex, ad eius sese proiecit extrema,
ubi foelix summæ benignitatis offen-
dit caput, & verticem.*

Naz.

Cypr.

Paulin.

Handwritten notes in Latin script at the bottom of the page, including phrases like "In extremo licet Saluatoris vestigio caput sue salutis inuenit" and "quasi nouerit, quòd diuini amatoris in extremis benignitatis erat coronis & vertex".

Isai. 22. suffugium, cum nihil viderent præter arma mortem hallantia, sic apud Isaiã c. 22. loquuntur. *Comedamus, & bibamus; cras enim moriemur* Hoc ellicit ex conspectu mortis perditissimus animus, ut plus inhæreat voluptati, ut securius delicijs vacet. Pulchrè D. Cyril.

Cyril. Alexand. ibi. *Impendens sibi conspiciat periculum crudelitate Assyriorum, delicias consecrati sunt, desperato, agresti, & securo animo sibi mutud acclamando, comedamus, & bibamus.* Et meritò desperati, & agrestis animi esse perhibentur, qui vel ad mortis conspectum non sapiunt, qui vel audita morte in se signa salutis excitare negligunt. Huiusmodi

Gen. 11. erant notæ Gigantes illi primæui, qui post diluuiũ sese adhortantur. Gen. 11. *Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, & celebremus nomen nostrum antiquam diuidamur.* Apud Philonem leguntur hæc verba, celebremus nomẽ nostrum, antequam dissipemur, quasi ex præterita clade iã suæ cladis sumpsissent augurium, & se consumptũ, dissipatumq; iri præuiderint, tamen perditissimi adhuc in peccatis persistunt.

Phil. Vnde Philo: *Sunt etiam hodie qui valde sibi talibus rebus placeant, putantes inde se præclaram apud homines estimationẽ acquirere, sed hi quamuis improbissimi, vlttricem tamen scelerum suorum Des iustitiam præfagientes, dicunt, prius quam dissipemur Cur igitur peccatis, si vestra consilia & sonatus dissipatum iri scitis? Mortem nosti, & peccas? necẽ audis, & expectas, & vitæ æternæ prospicere non curas? Nullum salutis signum animotuo mors ipsa aduētans imprimit? Insanus es, desperatus es, Christianus non es, cum ipse Christus mortem suam in proximo esse prænosens, maiores sui amoris & virtutum radios faciat conspicuos. Ea est equidem memoria mortis, quæ vel demoniaca pectora valeat cicurare. Superbissimus ille Sathan in Eremo vidit Iesum, & audet dicere: *Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.* Proh temerariam demonis audaciam! Moderatior aliquãdo demoniacus apud Marc. c. 5. *Vidit Iesum à lōge, cucurrit, & adorauit eum.* Vnde hæc tibi humilitas, superbissime omnium? Quæ res tibi hanc mo-*

derationem ingessit? Nescio an id ostendat Marc. aiens: *Et semper die ac nocte in monumentis erat.* Quasi cū mortuis habitatio potuisset & cicurare, & moderare demoniacum animũ. Huc refero Chrisol. ser. 17. *Quid est, Diabole, quem promissione regni, ut te adoraret, subdolu, ambiebas, nunc tremens prolaberis, & adoras? Ecce qui honores omnes regni promittebat, & gloria, habitare foetidus, corruptione cadauerum, reperitur in tumultis.* Quid mirum si adoret Dominum, qui habitationem habebat iuxta mortem.

S. V.

Christi Domini amor in homines efficacior ex parte mediatorum, quàm Trinitatis homines in paradyso creantis.

Immortali vita potiturũ hominem icõdidit ad sui imaginẽ beata Trias in paradyso: condidit, inquam, illũ, ut perfunctus omnium animalium imperio, immortalitate candidatus gloriosa cœlestis hæreditatis occuparet ledilia. Sed proh dolor! vno serpentis sibilio tam sublimi homo deuauit à fine; hinc hominis reformator Christus proficiens in mundum sic hominẽ ad paradysum regenerat, ut resistentibus ac reis potestatibus, tamen hominem ducat in exoptatum finem; cum enim dilexisset suos, in finem dilexit eos. Huc referam illud Prou. 30. *Tria sunt quæ bene graduntur, & quartum quod incedit feliciter.* Quod si explicatiũs adhuc vis nosse quartum quod incedit feliciter, is est paulò infra, ut rectè Iansen. dicit, *Rex cui resisti non potest.* Quid plura? Bene cum homine actum fuit, quàm illum beata Trias in paradyso condidit, quum illum sic amauit, ut gloriose hæreditatis possessorem describeret, ut supernorum bonorum hæredem diceret. Sed inefficax ex defectu voluntatis humanæ, fuit iste beatae Triados in homines amor, cui resistit serpens, & praua hominis voluntas. Vnde quartus aduenit Christus homo Deus, quartus, inquam, quia in eo præter personarum diuinarum ternarium adhuc quartum quid, nimirũ in

Dd 5 secunda

Handwritten notes and signatures at the bottom of the page, including names like 'Cyril', 'Phil', and 'Marc', and various scribbles.

Lib. III. Caput septimum.

secunda persona naturam hominis in-
 venio: quartus item, quia iuxta Lippo-
 mani ab Hebræis iūptam supputatio-
 nem, natus est 4. annorum millenario:
 quartum & Rex qui incedit fœliciter,
 cui resisti non potest, qui sic homines
 dilexit, ut fœlicissimo gressu vsque in
 suæ dilectionis fines perducatur. Non iã
 huic nouo dilectori hominum resistet
 potestas vlla; qui quos amauit ad glo-
 riam, contractis renitentium potesta-
 tum viribus, fœlicissimum faciet vide-
 re finem. Id quod crediderim à Pro-
 pheta Abacuc mirificè decantatum,
 quum ait: *Splendor eius ut lux erit, cor-
 nua in manibus eius, ibi abscondita est for-
 titudo eius.* Quasi diceret: Ecce tibi for-
 tissimum, illustrissimum triumphato-
 rem, cuius splendor lucidissimos sy-
 derum superat radios, cuius stemmata
 nobilissima, vbi fortia & gloriosa eius
 facinora conspicua latent, in eius iunt
 manibus Sic Hieron. August. Euseb.
 Expêdo tamen, quòd pro facinorum
 stemmatibus sint cornua in manibus
 eius, nec vllum aptius excogitari pos-
 sit stemma, ut Christi Domini trium-
 phatoris exprimeret fœlicitatem. Ete-
 nim solemnissimum fuit apud Impera-
 tores maximos, ad ostendendam sui
 imperij fœlicitatem pro stemmate A-
 malthææ cornu vsurpare. Sic in aureis
 Antonini Pij nummis, & Lucij Septi-
 mij Getæ, & Vespasiani excusis Amal-
 thææ cornibus hæc affulget subscrip-
 tio, nimirum fœlicitas, vel fœlicitas tē-
 porum, vel fœlicitas publica. Ergo fœ-
 licissimi Regis Christi nullum melius
 stemma, quã cornua in manibus eius,
 vbi qua fœlicitate omnia à tanto Rege
 sint peracta, notantur; vbi florentes co-
 rollæ pullulant quæ fiant hominum
 certamina, vbi fructus cernuntur, qui
 cum immortalis stola resutuant homi-
 ni, nullo resistente, Dei imaginem, vbi
 fortissimi & efficacissimi amoris efful-
 geat valor. Sic pulchrè D. Cyprian. lib.
 2. contra Iudæos hæc eadem verba
 facit. *Cornua in manibus eius, ibi consti-
 bilita est virtus gloriæ eius, & constituit
 dilectionem validam.* Enimverò dile-
 cto, quæ apparuit in manibus Trini-
 tatis creatis hominem originali de-
 core exornatum, ut cœlesti potiretur

Abac. 3.

Cypr.

regno, dilectio fuit sufficiens quidem;
 sed ex defectu voluntatis humanæ mi-
 nimè eò attingit fœlicitatis, ut acquire-
 ret finem exoptatum in homine. Ve-
 rùm in fortissimis Saluatoris manibus
 ibi tota & integra fœlicitas apparuit
 humana, ibi cõstabilita est virtus glo-
 riæ eius, ibi constituta dilectio valida,
 dilectio quæ nesciat carere fine, dile-
 cto, quam aquæ multæ nequeant ex-
 tinguere, dilectio efficax, quæ debellet
 contrarias potestates, & sine potiatur.
 Ecce tibi noui regnatoris & dilectoris
 fœlicissimos progressus, cuius species
 apud Daniele cap. 3. medijs Babylo-
 nijs flammis tres pueros illasos con-
 seruans vilebatur, vbi dicitur, *Species*
quartus similis filio Dei. Ad hæc Macha-
 rius Chrysocephalus Episcopus Phi-
 ladelphiz, oratione de Cruce. *Quartus*
*quoq; qui apparuit, quadripartitam cru-
 cem eius per vniuersum orbem potentia*
significauit. O quàm valida dilectio
 illa, quæ renitentem orbem subiecit!
 O quàm præpotens quartus huius ap-
 parentis robur, quod in contrariū ver-
 gentem mundū ad exoptatum finem
 reduxit, traxit Meritò D. August. serm.
 114. de tempore, ait: *Hinc intelliga-
 mus quantum hominē diligeret ante cul-
 pam, quem sic diligit post ruinam,* nimi-
 rum quo hominē in sublime leuitan-
 tem subleuaret noui huius dilectoris
 efficacia, quem in profundum graui-
 tantem fœlicissimo gressu constituit
 in Regno immortalitatis. Huic amo-
 ris Christi in homines fœlicitati auspi-
 cium dedit assumptio illa nominis Te-
 tragrammati, quo Deus accessit olim
 ad hominem creandum. Enim verò
 qui cœlum, & terrā, & alia creans tan-
 tum dicitur Elohim, ut acutè notauit
 Venetus Armon. ton. 5. cant. 1. cap. 17.
 creaturus hominem addit cognomen
 Tetragrammaton, siue quadrilitterū,
 dicitur namque, *Et formauit Iehoua*
Elohim hominem puluerē de terra Quæ
 rei causa? quid additio quadrilittero
 minis protendebat? Sanè, ait Venetus,
Quaternarius hic illius Tetragrammi, aut
quadrilitteri dū adest, omnia fœlicè sortē
consequitur. Quasi iam inde notaretur
 fœlicitas humana ex nomine dilectoris
 noui, ex quadrilittero Iesu esse futura.
 Non

Mach.

Venet.

Non ab amore solo qui à triade; sed ab amore qui à quarto hoc nempe Christo Iesu est, homines perducendi erant in suæ felicitatis finem. Cui videtur consonare apud D. Cyrill. de adoratione in spiritu lib 8 illud Leuit. 19. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino, quasi salutis fructus, & hominum perseverans sanctificatio, ex quarti efficacia conquirit laudem. His adde Davidicum cantui Psalm. 44 inquit: *Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Quod si scire cupis, quale sit hoc fortissimum Dei præcinctum, consulte Ioannem cap 21 ubi significans Dominus Petro, qua morte eum clarificaturus esset, ait. *Cum senueris, alius cinget te, & ducet te quò tu non vis.* Itaque mortis, crucisque præcinctum fortissimum induit Dominus, quo inimicos debellavit, totumque orbem terrarum æternum confirmavit. Ab hac stat sententia Chrysoit. hom in Gen. 2. quæ habetur 6. tom. aiens. *Per corpus, corporis expertes, & malignos demones debellavit: & per crucem de adversarijs potestatibus triumphavit Merito dixit, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Et quid est quod mox inducitur? Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur. Quoniam ergo peccatum concusserat primum orbem terrarum, cum venisset Saluator, fixit crucem, & stabilivit uniuersitatē Ecce ut Christus stabiluit dilectionem validam.*

S. VI.

Christus Dominus amator eximius in summa hominum malitia & improbitate id solum respicit, quod sui amoris flammæ elliciat, & nihil aliud gaudet respici à fratribus.

Magnū diuinæ pietatis argumentum est, quòd talia ac tanta ab hominibus, & hominum causa passurus Dominus, omne genus hominum non abominetur, sed adhuc homines

diligat, & dirigat in gloriæ promissæ finem. Mentò D. August. serm. 120. de temp. miratus à crucifixo Domino paradysum latroni politeri, ait. *Credamus Deum vel ex sola virtute patientiæ, qui datus ab homine crucis neci traditur, sic quoq; homini gloriã pollicetur. Quid diuinius? Quòd tunc pietatis indicium clarius ab hominibus trucidari, & adhuc homines amare? Sanè non crimina, non scelera hominum respicit vis amoris; sed id solum, quo homines valeant amari. Non videt delicta & rabiem; sed videt opus suum, videt suos, & cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Cur Publicanum lueris mihi aem Christus Dominus non respiceret? Cur peccatorem pecuniæ deditum, nummis incubantē non abominaretur ille, qui à pecuniarum mancipio tradendus erat? id pulchrè insinuat Marthaus ipse cap. 9. *Præteriens Iesus vidit hominem sedentem in Telonio. Quod acutè expendens Chrysol. serm 39. ait. Vidit hominem, ut peccata hominis non videret, vidit opus suum, ut despiceret opera peccatorum.* Non ad scelera; sed ad id quod suum erat, respexit Dominus, ut posset inde amare; non contemnere. Ita prima Martyrum fax Stephanus rabidissimos inter hostes positus aiebat. Act. 7. *Viri fratres, & patres audite. Quæ pulchrè expendit Eusebius Emisen dum dicit: Ecce Martyr quo femuniat, ut amet persecutores. Memor fratrum; immemor persecutorum, recordans de qua radice processerit. Sanè docuerat illum Christus Dominus, dū in nefarijs hominibus genus suum respicit, non delicta, ne mulctare queat; sed munerare. Vere in hoc & pater, & filius Davidis, qui mittens armatos duces in parricidam Absalonem, ait illis. 2. Reg. c. 8. *Parcite filio meo Absalon, non proditorem, non parricidam commemorat; sed filium vocat, ut venia & amore dignus existimetur.* Ita Ambrosius in Psalm. 118. serm 14 vers. 4. *Tacebat improbitatis scelus, pietatis autē gradum, & nomē necessitudinis præferbat, ut pugnaturi non aduersarium Regis; sed filium cogitantes, dolorem lesæ pietatis inbiberent.* Sic Dominus oculos ab hominum deicidio auertit, & pietatis gradum,**

August.

Cyrl.

Psalm. 44

Ioan 21

Chrysoit

Matth. 9

Chrysol.

Act. 7. Euseb.

2. Reg. 8.

Amb.

Lib. II. Caput septimum

gradū & nomē necessitudinis præfert suos vocans, opus suum memorans, ut sine fine diligeret quos diuinis suis manibus nouit esse profectos. Equidē amator hominum Deus in suis nihil aliud gaudet videre præter id quod amare pessit, quod ardentioris amoris sit incitamentum. Id quod bene caluerat Sponsa, Cant. 5. Vbi ait. *Adiuro vos*

Cant. 5. filia Hierusalem, si inuenistis dilectum, ut annuncietis ei quia amore langueo. Expendo illud adiuro vos; quasi metum incutiat, si aliud quid de illa enunciant, præter id quod bonum & iustum

Gilib. in ipsa est. Vbi eleganter Gilib. serm. 46. in Cant. Quid tu? Quid fratrum manus vitia numerare quam virtutes, damna quam dona, condemnare, quam condonare? Si te ad commendationem adiuratū non sentias, non iam filia Hierusalem, sed filia Babylonis, filia Babylonis misera quis retribuet tibi retributionem? De sisse in sanctis magis numerare detrimenta quam lucra. Noli foris nuntiare, noli prædicare sodalibus tuis; nam sodales sponsi aures non accomodant, si deroges sponsæ. Ipse sponsus agrè audit iniurias dilectæ cuiuscumque dicis illi dicis; aures enim zeli audit omnia. Temerarium est dilectam condemnare dilecto; bona sibi vult nuntiare de sponsa & commendationi promptius aures præbet. Nouit hoc sponsa ideo dicit adiuro vos, si inuenistis dilectum, ut annuncietis ei quia amore langueo. Id solū in dilectis hominibus patitur Christus Dominus videre, & sibi nuntari, idque nititur mentibus nostris imprimere, ut videamus & noscamus in fratribus, nimirum quod nostrum & Dei amorem conciliat, quod ad commendationem faciat & laudem. Verum errores, scelera, delicta à nemine vult Dominus videri; immo vehementer odit eos qui fratrum solum noscunt vitas accusare, nihilque notant, nisi id quod, odium gignit, & supplicium affert. Videant isti quam longe à Christi moribus ab sint. Vide lib 5. cap.

9. 9. 4.

(1)

Textus. Et coena facta cum diabolo iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes

S. VII.

Is reprobis apparet, cuius cor patet diabolo possessori.

Immminentis iam mortis tempus prædictum à Domino confirmat Ioannes aduentare ex impœnitentis & reprobi hominis audacia, qui ita sese proditori faciente aptauit, ut vix vltus expectandi in illo pœnitentiam locus maneat. Id quod eleganter crediderim insinuat illis verbis. *Cum diabolus iam misisset in cor*, pulchra similitudine sumpta ab ijs, qui se possessores ostendunt alicuius agri in illum mittentes & intrantes absque vlla resistentia. Etenim tunc dicitur domus seu ager alicui tanquam possessori patere, quādo is à nemine impeditus in illam mittit sua. Itaque eo deuenerat impœnitentia & reprobationis Iudas, ut in eius cor diabolus sine resistentia mittens, inibi ut possessor & Dominus sibi sedem pararet. Quam ex cogitationem refero D. Gregor. cap. 1. lib. 2. vbi *Greg. sic. Reprobi quidem corda sua non habent, quia ea diabolus possidet. Vnde & de proditore dicitur, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, si enim Iudas, & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum, quam diabolus malum poneret. O miseram & deploratam conditionem illius, cuius cor diabolo occupanti tuæque prohibito immittenti patet! Vt tibi homo, vbi diabolo hec sine resistentia in tuū cor sua nefaria mittere, vbi tuo corde nocentissimas suas cogitationes reponit securas! Quandoquidem id argumentum est reprobatæ mentis, & cordis prorsus possessi à diabolo. Sane reproborum est non habere corda, vbi bonum reponant quæ sibi possessor diabolus immisissis malis persuasio*
nibus

nibus præoccupat. Huc refert Diu. P. Chrysol.ulum diuitem auarum repro-
 batum hominis exemplar singulare, apud
Luc. 12. Luc. cap. 12. erat is ea segetum multitu-
 dine plenus, quas non caperent horrea
 fabricata: quapropter animo anxius,
 cum nocte solus ellet, sic agit. *Quid fa-*
ciam? quod non habeo quo congregem &c.
Chrysol. Ad hæc pulchre Chrysol. serm. 104.
Quid faciam? interrogantis vox est: &
quem putas interrogabat iste? Erat in il-
lo alter, quia ad ei² penetrata tam diabo-
lus possessor ir sederat. & qui intrauerat
in cor Iuda mentis eius tenebat arca-
num. Non habebat miser quo bona
 congregaret, quia cor eius possessori
 patebat diabolo, si cor suum posside-
 ret & non diabolus, in eo bona quam
 diabolus mala poneret. Sed cor eius
 non ipsi; sed alteri, quia ad eius pene-
 trata diabolus possessor insederat.
 Quid plura? pereant quasi necessum est
 qui alienato a se corde non habent
 quo bona congregent, cum tanquam
 possessioni lux illi sine resistentia im-
 mittat diabolus mala. Hæc tota repro-
 bationis causa in Ephraim insinuat
Oseas 7. apud Oseam cap. 7. *Factus est Ephraim*
quasi columba seducta non habens cor. E-
 nim vero cum columba dicitur, qua-
 si pœnitens & gembundus profer-
 tur, quis enim à columba gemitum
 pœnitentis, non speraret? Tamen despe-
 rata istius salus est, quia est columba
 non habens cor, vbi bonos reponat
 gemitus, & ex quo illos educat. Vnde
Rup. Ruper. *Columba esse debuit manendo in*
simplicitate paternæ fides; sed seducente
diabolo recessit in inopia cordis. Quid ge-
 mitus proderunt illi qui cordis laborat
 inopia? qui cor non habet, vt bonum
 in illo reponat; sed magis illud diabo-
 lus possidet. Plane nõ defuerunt Iudæ
 gemitus cum pœnitentia ductus retu-
 lit argenteos dicens. Peccaui; sed sedu-
 cente, immo ducente diabolo recessit
 ad laqueum in inopia cordis. Væ il-
 lis, qui ad eò cor suum permit-
 tunt possideri à diabolo, vt
 ipsi ex cordes prorsus
 mancant.

§. VIII.
Calamitosum maxime homini, cuius
in corde altas agit radi-
ces peccatum.

Cum diabolus iam misisset in cor,
 ait magna ponderatione Euange-
 lista, quasi hoc ad Iudæ calamitatem
 & obduratum animum innecem Sal-
 uatoris innueret, quod diabolus in ei²
 corde miserit radices. Sed & illud ma-
 xime in presenti notandum est nimi-
 rum, vt reliquas imminentis mortis
 circumstantias Euangelista diceret de
 singulis ait, sciens Iesus quia venit ho-
 ra eius. sciens quia omnia dedit Pater
 in manus. At Iudæ proditiõnem men-
 te conceptam cum notat solum dicit.
 Cum diabolus iam misisset in cor. Cur
 non dicit. Sciens Iesus, quia diabolus
 iam misisset in cor? Sane non multum
 hoc præscientiam Domini commen-
 daret: peccatum enim corde insitum
 nemini licet occultari, omnibus vul-
 gatissimum est. Vt quæuis planta quo
 altius mittit radices, eo manifestius
 profert extrinsecus ramos: ita peccatū
 vt radices agit, sic sese extrinsecus pro-
 dit & vulgatur. Quam optime diuinus
 Medicus cauit. *Sol non occidat super*
iracundiam vestram: de quo Theodo-
retus ait, veretur enim ne noctu quiescēs
cogitatio morbū augeat: nouit nãq; diabo-
li machinas. Sane Iemel adani² in cor-
 de diabolus, nec continuo exufflatus
 eas radices agit, quibus vix queat eradi-
 cari. Nolo vobis in præenti debere
 Bachanum Epistola de recipien. ap-
 vbi quam difficile in veteratum eradi-
 cetur peccatum ponderat his verbis.
Aspice quod nusquam in sacrificiis peco-
ra senio confecta iugulantur, sed ubique
aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut ba-
das immolatur, id est tenera adhuc. & par-
ua vel modica peccata. In vno tamen loco
Heliam, bobem legimus obtulisse sed hoc
semel tantum. Hoc vni licuit Saluatori
qui in veterata totius populi iugulauit.
 Vbi peccata recentia sunt, nec altas ad-
 huc radices in animo egerunt, haud
 diffi-

Theod.
 Bacha.

Lib. III. Caput septimum.

difficile per Dei auxilia hordinaria tolluntur, eorumque vulnera reparantur. Væ autem illi cui⁹ in corde peccatum consennit, hoc vt tollatur, absoluta saluatoris potestate plusquam hordinaria opus habet. Ad Apostolos suos dicebat Dominus Matth 5. *Vos estis sal terra*, quippe sal non medetur putridis & corruptis iam rebus. Sic peccatum præ senio putridum in hominis mente fugit hordinariam hominum medelam, Ita D. Chrysof. hom. 15. in Matth fatuus. *Vos estis sal terra. Quid igitur? Ipsine putrefacta medicati sunt? Nequaquam: neque enim fieri potest, vt ea que iam corrupta sunt salis perfricatione reparentur. Non ergo hoc fecerunt sed ante renouata, sibi que tradita atque ab illa iam putredine liberata absperebant sale & in ea nouitate conseruabant quam à Domino susceperant. Liberare quippe à putredine peccatorum, Christi virtus est. Equidem si peccasti, statim auola vt medelam capias, præsentissimum enim est apud Apostolicos Sacerdotes recētum peccatorum remedium. Caue ne in pectore consenscat peccatum, ne putrescat, & putridum foetat, periculum tunc erit salutis pene desperatæ. Vna enim est potentia Saluatoris eaque maxima, & quo nolit passim exerceri, in vetustis & putridis peccatis curandis.*

S. IX.

Summa Dei ira est, quod homo scelera meditetur impune.

Conceptā in discipuli animo prodicionem vidit Dominus & nullo illum flagel^o castigat; sed quasi non videret ad pedes tuorum lauandos se se parat. O indignationis diuinæ argumentum singulare! Proximi sui in agrum volantes aues, & semina pascetes si videat quis, & non dilapidet agrum, sed prætereat, inimicus est, aut hostili indignatione possessus. Quam igitur inimicitiam, quam indignationem in proditorem haberet Dei iustitia, quandoquidem illius cordi inhæ-

rentem prospicit funestam inferorum alitem; nec verberare fugat; sed despicens se ad lauandos discipulos parat. Nil sane terribilius peccatori, quam nullo verberare tangi, quam impune manere sub peccato. *Leuit. 24. hæc lex firmatur. Si homo maledixerit Deum peccatum accipiet; qui autem nominat nomē Domini morte moriatur. Quis non muretur huius legis sententiam? eum qui vane assumit nomen Domini morte perimit & blasphemum iubet tantum manere sub peccato. Puichre ad illam D. Cyril. Alex. lib 14. ait Quid est quod qui maledixerit Deum non habet pœnam mortis; sed qui nominauerit nomen Domini? Nonne multo grauius est maledicere Deum, quam nominare, quamuis in vanam nominasse dicatur? In quem ergo iustus mitteretur mors, quam in tantæ blasphemie authorem? Quem dignius vorarent flammæ, quam illum, qui audet Deum maledicere? Et tamē huic nulla pœna decernitur alia, præterquam quod habeat & accipiat peccatum. Quæ hæc pœna? Sane multo est grauius accipere peccatum & habere se scē quam morte mulctari. Mors purgatio est peccati ipsius, pro quo iubetur inferri. Vbi vero quis accipit peccatum & per manet cum ipso, nec aliquo supplicio pœnaque diluitur, transit cum ipso etiam post mortē & quia temporalia hic non persoluit, ibi expendit æterna supplicia. Non fauor misericordie; sed summus rigor est iustitiæ, quod peccator impune accipiat peccatum & sub illo maneat. Ita est hæc summa Dei digne eiaculata in peccatores maximos; cuius ad aspectū pauent & perimescunt Angeli. Hinc apud Isaiam cap. 26. vehementer scan-*

descens Deus in impios sic fatur. *Miserereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Dixisset iratus, affligamus, lamemus, perinfamus impium; sed grauior & seuerior ira Dei ait, misereamur, quod genus vindictæ perterrefecit Angelos. Ita D. Bernard. sermone 23. in Cant. ad Angelos suos Deus sic ait Miserereamur impio. Quibus pauentibus atque querentibus, non ergo discet facere iustitiam? non, inquit, subdensque causam, in terra, ait, sanctorum iniqua*

Mat. 5.

Chryf.

Leu. 24.

Cyri.

Isa. 26.

Bern.

iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini Expende illud, quibus pauentibus, quippe expaudent Angeli Deum adeo iratum, ut minime vellet in presenti castigari impium; nec ulla in rerum natura magis expaudentia est vindicta, quam impiorum impunitas. Id quod egregie edixit Salomon apud Iosephum maledico Semei. is enim Dauidem à regia expulsum audenter affluxit, horrendaque maledicta in illum congecit à quo scelere liber & immunis euades, aulus est iuratum exilium Salomoni frangere. Tunc Salomō ad illum. *Non euades pœnas perjury & r pestime; sed lues etiam illa quæ olim per petulantiam in patrem meum electum debachatus es, ut scias, quod nihil lucrentur nocentes, etiam si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus, quod propter impunitatem securi esse videntur, crescit illorum pœna quam iam dudum sunt promeriti.* Non lucrum, sed damnum, sed detrimentum, sed ruinam maximam affert nocentibus imputatas, quo magis secute agunt in delictis, eo expaudentia magis & horribilior eorum vindicta. Sane cum populum tuum Deus seruare sibi vellet, eum peccatis fœdatum ut expurgaret Babyloniorum carnificinæ tradidit De quo Hierem. capit. 1. *Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis.* Quasi diceret iuxta D. Hieron. D. Thom. & Theodoret. Video Hierusalem furenti Babylonio milite cinctam sic affici, ut sit mihi instar ollæ ardentibus undique circumuallatæ prunis. Longe aliter David omnino exterminandas gentes meditatur Psalm. 57. Vbi iuxta proprietatem originalem ait. *Ante quam intelligant olla vestra rhanum sic videntem, sic in ira turbine absorbebit eum.* Pulchre ut innueret indemnitate impiorum ait, antequam intelligant ollæ vestræ rhanum; petita similitudine ex olla carnis plena, cui pauca palleæ; vel leuisimi ramiruborum adhibentur, quibus instantanee consumtis sic manet olla quasi nec ignis odorem acciperet Ita Panignus, Fechx, & Isidorus Clarius; ex quorum sententia componamus modo Hieremiam, & Dauidem, vterque peccatorum supplicia præuidit, vter-

que ollam speculatus est, Hieremias ollam succensam undique ardentibus prunis vallatam; David ollam, quæ nec ignis odorem sentiebat, sed tantum à foris leuissimo quasi fulgure tangebatur. Que tanti discriminis ratio? Sane ille seruandam supplicis videbat ciuitatem; hic omnino extirpandam, *sic ira turbine absorbebit eum.* Non ob aliud impunitas impio datur, nisi ut indispositus & crudus ira turbine absorberi pœnit' possit. Etenim dū ignis flammans ollam affligit, non ira sed peccatorum purgatio; vbi olla nec ignis odorem nouit, ibi ira turbo indispositos & crudos vorat.

Text. Et sciens Iesus quia omnia dedit pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.

J. X.

Humane voluntati Christi Domini debemus largissimam effusionem sanguinis nostre salutis gratia.

Certissimæ iam mortis argumentum, idque euentissimum proponit Ioannes, eo quod sciat Dominus se ex Deo exiisse, a quo etiam liberam haberet potestatem se pro mundi amore mactandi. Huc enim temper spectabat humana Christi voluntas, ut homines usque ad sanguinis largissimam effusionem amaret, non licebat id antea, quia tempus à Patre constitutum non iam aduenerat, modo videt iam venisse tempus, iam omnia sibi à Patre tradita, nimirum facultatē, qua omnib' expetitis modis sese morti tradat, quid tunc cum liceat mori, cunctabundus hærebit? Necessum erit quod ad mortem Patris imperio solo impellatur? Absit, non est hoc illius voluntatis, quæ scitur à Deo summo genus suum, & originem esse; non est hoc voluntatis Christi feræ que tota in

Ioseph.

Hier. 1.

Pf. 57.

Pag.

Fac.

Isid. Cla.

Zeno.

in effusionem sanguinis propendebat. Pulchrè D. Zeno, serm. de Spe, Fide, & Charitate, nos in proximorum amorè nititur obligare hac sola ratione, quod sumus filij cœlestis & æterni Patris. Ecce illius verba. *Nonne pater vnus est omnium vestrū? Quisquis igitur notitatis suæ conscientiam retinet, diligat fratrem, neque aliquid audire spectet ex lege, ne admonitione pietatis aliquid derogetur.* Mille sunt Dei præcepta, mille leges, quibus quisque tenetur proximum & fratrem amare, sed his solis feruntur non ad eò perfecti homines; at illi viri qui nobilitatis suæ quæ à cœlesti parente genus ducunt, conscientiam retinent, hi protinus effunduntur in amorem fratrum, suæq; ingenuitati existimant derogari, si credantur, cum liceat amare, alterius legis admonitionem spectare. Hinc iam patet Aquilini Ioannis acumen, qui certissimæ per sanguinem redēptionis humanæ iam instantis hoc posuit argumentum singulare, quòd sciuerit Dominus Iesus se à Deo exisse, & se moriēdi liberam habere potestatem. Etenim dum à cœlesti Parente nobilitatis ortū conscientiam retinet, o quàm fratres amabit! O quàm largè pro fratribus effundet sanguinem, nec aliud quid spectat audire ex lege, ne admonitione suæ in homines amatrici voluntati aliquid derogetur! Sanè præceptum fuit Christo Domino à Patre, vt moreretur, sed ea erat illi in homines voluntas, vt nullius legis admonitionē requiret ac expectaret; sed ipsa sese vitrò & spontaneè mille modis, mille cruciatuum inuentis, mille pœnarū cogitationibus mortem ad acerbissimā pararet, & quàm omnia perficere licuit, non tardauit. Id quod expendens D. Gerard. lib. de spiritalib. Ascensionib. cap. 32. fatetur. *Christus patiebatur tantum quantum voluit.* Quasi diceret, voluntas Christi fuit regula immensæ magnitudinis pœnarum, voluntati humanæ Christi Domini potuit respōdere vastissimum illud passionum mare. Non id postulare iustitiæ rigor, non æquitas diuini Patris, non hominum nec essitas, quantumuis maxima; sed Christi voluntas humana his omnibus inuabat. Quò

Gerard.

crediderim spectasse protentum illud quando sanguis ipse effusus humanam in Christo Domino voluntatem aduersus hæreticos confirmauit. Etenim vbi Petrus, & alij humanam Christi Domini voluntatem negarent, Eucharisticus sanguis miro modo attramentum effecit, quo viri impij excommunicarētur, quasi profusi sanguinis esset voluntatem Christi humanam, a qua profuit, testificari. Rem narrat Theophanes tom. 2. conc. in vita Theodori Papæ, ita fatus. *Quo Papa Theodorus comperto, plenitudine conuocata Ecclesia ad sepulchrum verticis Apostolorum accessit, & diuino calice expostulato ex viuifico sanguine in attramentum stillauit, & ita propria manu depositionem Petri excommunicati facit.* Sanè intererat effusi sanguinis diuini, Christi feræ voluntatis humanæ testificatio, à qua habuit sic in immensum effundi pro hominū salute & libertate. Hæc enim sola voluntas posset sese in omnia cruciatuum genera parare, quæ effrænis inimicorum rabies passionis tempore excogitauit. Vnde cum summa dolorum & conuictorū tempestate lignum crucis immineret, ibique quicquid humanum in Christo erat, manifestum extaret, ait Matth. cap. 27. *Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus Rex Iudeorum.* Quæ est ista tantorum cruciatuum causa? An quòd Rex esset Iudeorum? An quòd Regnum ambiens in Cæsarem rebelaret? An quòd aliud crimen putasset? Absit, his enim omnibus à Iudice examinatis aiebat: *Non inuenio in eo causam, nec vllum scelus humanum tam immentè dolorum segetis posset esse causa.* Ea ergo erat vnica & conspicua causa dolorum immentitatis, nempe voluntas humana saluantis, & gratiosus in homines amor. Accipite D. Cyprian. serm. de Passion. sic fantem. *Causam mortis in te non esse Pilatus ipse prædixerat, & Cayphas mortem tuam pro inimico populo satisfacturam, cum esset Pontifex anni illius, prophetauerat. Tu de morte non agis, de opprobrijs non contendis; sed hoc vis intelligi quæ sit causa mortis, quis questus, vt utraque recognita peccatum appareat, & gratia.* Et quidem

Theoph.

Mat 27.

Cypri.

quidem tunc maximè gratia & beneficentia Saluatoris commendatur, cū nulla alia in eo terribilium & innumerabilium tormentorum causa inueniatur, quàm eius libera voluntas hominum amatrix. Quapropter in eo quod Pilatus nullam aliam inueniat, neque apponat causam, & Pontifex insinuet eam debere esse hominib⁹ salutarem, cogit ipse Saluator mentes creatas, vt putent vnican cruciatuum causam in Domini patientis refundendā esse in arbitrium & voluntatē, quæ suæ memor ingenuitatis, omnia tormentorum genera pro hominum salute vitrò fuit amplexata.

§. XI.

Mundi Principibus omnia fugiunt è manibus, solius Christi singulare fuit vniuersa suo habere semper imperio subiecta.

OMnibus hæc miseria est Principibus mundi, quòd nudi ab vtero matris nascantur, & nudi illuc reuertantur. Sic Eccles. c. 14. Omnia licet suæ ditioni subijciant, omnia tandem illorum elabētur manibus. Vnde Iob. cap. 21. post infinitas propè sceleritates mundialiū hominum enumeratas finit tamen. *Verūtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me.* Vnus fuit & omniū celeberrimus Helioabalus, qui eo totamentē suam contulit, vt de bonis suis haberet in manu, quando necessū fuerit animam halare, felicissimum iudicabat, si diuitijs suis immoreretur. Sed accipite Lāpridium de illo fantē. *Parauerat funes blatta & serico & cocco in tortos, quibus si necesse esset, laqueo vitā fieret. Parauerat & gladios aureos, quibus se occideret, si quis visurgeret. Parauerat & hyacinthis, & smaragdīs venena, quibus se interimeret, si quid grauius immiaeret. Fecerat & altissimā turrim substratis aureis gemmatisque antè tabulis, ex qua se precipitaret dicens etiā mortem suam pretiosam esse debere sed nihil ista valuerunt, nā & occisus est per scurris, per cloacas ductus & in Tyberim submissus est.* Hæc Lampr. Quippe ex tantis paratis, & studio cōparatis, vt mor-

tem pretiosam faceret, nihil tempore mortis habuit ad manū. Quid plura? Nec tunc temporis habent manus Sic David Psal. 75. *Astutorum ferocientem superbiā ridet: Dormierunt sonnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis.* Id quod significantiùs adhuc D. Hieron. explanat, fatus. *Non inuenerunt omnes viri exercitus manus suas.* Fidem huius rei facit ille purpuratus diues, qui Luc 15. clamabat ad Abraham. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aquam, &c.* De quo, vt acutè, & eleganter Chrysol. serm 3. *Quid est quod dicit, mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aquam? Ergo iuxta te est aqua? Si iuxta te est, quare de proximo non sumus? Quare quia vincit sunt manus tuæ.* Sane hæc est omnium purpuratorum extrema miseria, quod non habeant in manu bona sua, quòd nihil ad manum inueniant, quòd neque inueniant manus. Omnes vt nudi nascuntur, nudi in morte manent: vnus Christus Dominus vt natus est Rex, sic regio stēmate mortem adit, qui omnia mundi bona etiam ad mortem famulantur, nec quid elapsū manibus eius se eripuit potestati. Id quod eleganter attigit D. Cyril. Hieros. Cathec. 3. sic fatus. *Omnes Reges cū moriuntur, vna cum vita exiuntur omni potestate. Christus autē crucifixus nunc ab vniuerso orbe adoratur, crucifixum hunc annuntiamus, & tremunt demones, non pudeat itaque nos crucis Christi.* Cur pudeat illius mortis, qui medijs mortis faucibus omnia habet in manibus? Cui nos illi eripiem⁹, cui nihil in morte surreptū est, imò ibi imperio suo & arbitrio omnia moderatur? Hunc solum Dominum cuncta creata bona, & in ortu, & in occasu committantur. felices vos qui huius Dñi subdimini potestati, omnia bona sua habet ad manus, quibus reficiamini. Vnde Hugo Victor. l. 1. Miscel. tit. 85. hæc reddit iatic nē, cur Deus homo tactus sit, immū, *Vt siue ingrederetur, siue egrederetur, in ipso pascha inueniret natura cōdita ab ipso.* Sēper ille siue in exortu, siue in interitu omnia erunt præ manibus, nunquam ad eò nudabitur, quòd plenis manibus te non possit pascere,

Ec Text.

Eccles. 14

Iob. 21.

Lampr.

Psal. 75.

Hieron.

Luc. 15.

Chrysol.

Cyri.
Hieros.

Hugo
Vict.

Lib. III. Caput septimum.

Text. Surgit à coena: & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se:

§. XII.

Ad prælaturam ascensuri, seruire discant.

ECce vobis vni genitus Patris summi imperij hæres, depositis vestibus, præcinctus adest pauperibus hominibus seruiturus, an quia hæreditariæ dignitatis, & habiti regni oblitus est? Immo quia se rerum creatarum prænouit hæredem. Ita Rupert singulis humiliantis se Domini circumstantijs singula magna ab Euangelista præfata componens, ait: *Quia à Deo exiit, idcirco ponit vestimenta sua, quasi nulla res magis deceat eos qui ad imperium nati sunt, quam seruilis habitus, & conditio præsumpta.* Hinc Nazianz. in laudem Bas. fatur. *Nauticam legem præclarã censeo, quæ gubernatori futuro primum remos committit, deinde ad prorã collocant. Eadem rei militaris est ratio, miles primum, deinde centurio, tum Imperator.* O præclarã Imperatorum philosophiã, non in libris inuentam, non auribus haustam; sed in ipsa seruendi & obtemperandi experientia repertã. Sanè Deus cùm primum mundialium rerum Imperatorem creauit Adamum, non illi prius regni tradidit clauum, quam præceptum posuit, cui seruiret & obtemperaret. Cuius rei causa? Pulchrè D. Cyril. Alex. lib. de Adorat. in spiritu. *Quonia tam præclaris dotibus ornamentum oportebat non sinere in arrogantiam facile prolabi, præsertim ignorantem seruitutem, & conditionem mancipiorum.* Detrimentosa quidem, & plurimum detrimentosa gubernatoribus seruitutis ignorantia, & qui nescit mancipiorum conditionem per seruitutis experientiam, miror, si subditis existat salutaris. Quis sapientior, quam ipsa Dei sapientia Christus? De hoc D. Paulus ad Heb. c. 5. *Et quidem cùm esset Dei filius, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Et consumatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis.* Expende,

quo medio filius Dei sapientia diuina salutaris factus sit. Libi obtemperantibus, an quia innata ingenuitate & nobilitate pollebat? an quia omnium hæres naturalis? an quia diuina imbutus sapientia cuncta percalebat? Sufficerent forsitan hæc gubernatori maximo; sed qui salutaris voluit fieri gubernator, omnia hæc post habita aliam didicit philosophiam gubernandi, nimirum cùm esset filius Dei, didicit obedientiam. Hinc Anselmus: *Expertus est in se ipso laborem obedientie. Non enim scire potest afflictorum labores, qui afflictionis experimentum non habuit.* Quis iam ad prælaturæ clauum accedat, nulla seruitute præhibita, cùm ipse Dei filius non alio factus sit sibi subditis salutaris nisi prius seruitutis & obedientiæ præcinctus habitus? Deponat oportet herilem habitum, & seruorum laborantium fiat socius, qui regum dignitatis splendorem præluce & præoptat. Nunquam enim patientior & clarior regius splendor, quam in societate laborantium seruorum Crucifixorum seruorum socius erat Dominus, & media hac societate regia eius maiestas clarissima innotuit. Id quod meditat. D. Aug. 31. serm. 120. de temp. loquens de sancto Latrone. *Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquieuit scandalo crucis & mortis, solus hic testis est maiestatis, qui socius probatur doloris.* Expende illud, *solus hic testis est maiestatis, qui socius est doloris,* quippe nullum testimonium euidentius regie, & beneficentissimæ Christi maiestatis apparuit, quam cùm medius ipse inter laborantes sicut socios: in seruitutis, in dolorum & afflictionis societate, ibi conspicua creuit nostri dignitas Imperatoris.

§. XIII.

Christus Dominus omnium bonorum abnegationem & nuditatem persuadet homini, ut illum in filiorum Dei libertatem restituat, & in paradiso asserat.

O Præ omnibus diuitijs, foeliciore & gloriosiore nuditatem! Tecum

Naz.

Cyrl.
Alex.

Ad Heb.
5.

Ansel.

Aug.

cum filiorum Dei libertatem, & hereditatem paradisi, & Dei amicitiam habebamus, à quibus omnibus excidimus, te vna amittit. Merito Christus Dominus iuxta præfatam Rupertii ponderationem, *Quia a Deo exiit, idcirco ponit vestimenta sua*, vna enim est filiorum Dei gloria, quæ Patri placet, nempe nuditas. Stultus factus Adam à Deo fugiebat conditore, cur fugis Adam? cur parentis optimi conspectum vitas? At ipse, Genes. 2. *Ed quod nudus essem.* O stultam fugiendi Deum rationem, inquit Eucherius in Catena, *quasi, idcirco posset displicere quod nudus esset, cum utique melius Deo placeret, si sic maneret sicut cum ipse fecerat.* Utinam ab innata nuditate non ipse descisceret, vti nam ut à progenitore Deo fuit ortus, sic nudus permaneret, nulla alia re melius progenitorē referret. Proh dolor! ignarus nuditatis boni, primas ementavit vestes à ficu, & quis numeret mala, quæ nuditate explosa, cum vestibus advennerunt hominibus? Ecce in vno Ioseph quanta predicat D. Gregor. Nil. an. in illud (ad Cor. 6. *Omne peccatū quod fecerit homo, &c.* Rursus, ait, *Ioseph per vestem appetitur calūnia, fratres prius accepta eius veste per illum improbe calumniabantur, se ipse enim à bestia devoratum. Nunc autem tunica eius accepta, mulier accusat tanquam fornicatorem. Ioseph conuenit voce Dei sui, diuiserunt sibi vestimenta arca; & super vestem meam miserunt mendacium.* E vestibus profiliere calumnie, prodiciones, mendacia, & vestibus seruitus, captiuitas, vincula, & vix est vilium in orbe malū, quod cum veste non accident naturæ humanæ. Hinc Ioseph Potipharis seruis, relicta veste, cufugit, tunc primum a natus: cum veste regni pretendens præsigium. Id quod elucidat D. Nilus in Aretico hæc verba factus. *Relicto in manu eius pallio, cufugit, & cgressus est foras, tanquam in virtutis paradiso nudus irbulans, primum illum parentem ne seruum imitatus, qui præclarum nuditatis munus à Deo obtinuit, quoad per contrarietatem in vestimentorum necessitatem incurrit. Quoad enim resistit aduersarij, suadentibus, ut Dei manda-*

tum violaret, nudus ut luctator in stadio stetit, victus verò, & seruus effectus, deposita, simul cum certandi habitu, nuditate, indutus. Rectissime sanctus vir memorans regiam & victicem Iosephi nuditatem, qua auitæ & primariæ hereditatis referebat gloriam, simul desiet ab Adamo vestes fuisse excogitatas, nuditas enim & paradysum, & Deum, & libertatem nobis donabat, vestes parturere à paradiso exilium, cum Deo inimicitiam, seruitutem, & innumera mala. Hinc reformator noster totus in vestes scandet, etsi nuditatem iterum persuadeat, hominem in amicitiam Dei, in Dei filiorum libertatem, in paradysum facile reuocandum cernens, in vestes malorum causatrices irascitur. Vnde Hierosolymam appropinquans viciu accessit, ut vesceretur fructibus, cum non esset ficorum tempus, ut Marc. cap. ii. notauit, & nihilominus maledictione percussit arborem, eam iubens exsiccari? Quis non miratur Deum irascitur, quod ficus ante tempus fructum non habeat? Quæ est hæc causa diuinarum irarum? Cur in arborem tam intemptiue Dominus irascitur? Sanè non defectus ficorum, quorum tempus non aderat, sed folia ficus, quæ primas induxerunt vestes, & nuditatem hominis eliminant, irascenti Domino dederunt causam. Quod attigit D. Cyrillus Hierosolymitan Cathed. 13. aens: *Tempore peccati folijs ficus circundabantur, idcirco Iesus finem signorum dedit ficum, iurur enim ad passionem maledicit ficum dicens, non amplius quisque de te comedat, dissoluta est damnatio, cum tantum folia ficus circumsusa essent, & erat in tempore, in qua cibus non inueniebatur, sed venit sciens, quæ sit non ignorans quod non esset inuenturus, sed figuram maledictionis usque ad folia tantum faciens.* Expende prima illa verba, tempore peccati folijs ficus circundabantur, & hæc vltima; figuram maledictionis usque ad folia tantum faciens, quippe in solas vestes irascitur Dominus, & totum putat salutis nostræ negotium felicissimum, si tantum ex sufflatis è medio vestibus, antiquam

Ec 2 indua;

Gen. 2.

Euch.

Niss.

Nilus.

Mar. 12

Cyril.
Hieros.

Lib. III: Caput septimum.

induamus innocentiae nuditate. Quo circa ascensus crucem nudus apparuit, ut nobis exemplar ostenderet illorum, qui paternam obtinebunt hereditatem. Sic D. Athanasius orat de Passione & Cruce. *Exuebat vestimenta sua; decebat enim cum hominem introduceret in paradysum, exuere tunicas, quas Adam accepit, cum e paradiso egeretur. Porro nudi egressi sumus in paradiso, obstetricante manu Domini, unde necessarium est ut illuc nudi reuertamur.*

Athan.

Text. Deinde misit aquam in pelusum, & coepit lauare pedes Discipulorum; & extergere linteo, quo erat praecinctus.

S. XIII

Mundicies Christiana facile obtinetur per compendium humilitatis.

IA M ut munderis, Christiane, non tibi mare aeneum tranandum, quod vel duodecim bouum humeros premat. Totum Christianorum lauacrum pelui clauditur parua, quae vel manu hominis possit portari. Aquam in peluum Dominus mittit, & ipse eam prius tollit, ut te lauet, non enim tibi lauacrum offerre voluit, nisi facile, & cuius ipse prius graudinis experientiam faceret. *Heli. 4. Reg 4. aiebat puero suo. Tolle baculum meum in manu tua, & vade, & pone baculum meum super faciem pueri. Vbi acutè notat Ioannes Hieros. de instit. Manach. c. 41. Prophetæ facilitatem aiebat Baculum utique non dedisset ei Propbeta gestandum, nisi eum manus sua solitus esset portare. Prius ipse baculi pondus & virtutem praesensit, ponderauit, & sic illum puero tradidit, ut miracula faciat. Longè facilius Dominus, quod passionis lauacrum intulit, ut mundaret genus humanum, prius ipse sustinuit, prius*

4. Reg. 4

Ioan. Hieros.

ipse ponderauit, & sic facilitatem expertus, illud nobis tradidit. Tradidit nobis, inquam, lauacrum non de aerei maris pondere duodena iuga bouum premente, sed de facili pelui hominis ad manum data commendatum Pulchre D. Irenæus lib. 3. cap. 20. Dei aduentantis comoda sic expendit. *Quando incarnatus, & homo factus, longam hominum expositionem in se ipso recapitulauit, in compendium nobis salutem praestans. Quis prolixas legis antiquae observationes sustineat? Quis tot illa vmbatilia, & inania lauacra ferat? Igitur placeat nobis Saluator Iesus, qui prius in se ponderauit onus, quod suis imposuit, qui mundicie & salutem in compendio dedit, qui totum mare aeneum ad facile & manuale reduxit lauacrum. Naaman Syro leproso. 4. Reg. 5. dixit Eliseus: Lauare septies in Iordane. Cur septies? cur non sufficeret semel lauari? Adhuc tunc per longas ambages dabatur mundicies; nondum Christus Dominus venerat, cui soli reseruatam manebat, ut in compendio salutem propinaret, & breui lauacro antiquas omnes comprehenderet lotiones. Iubetur Naaman septies lauari, ait Tertull. lib. 4. in Marc. Quia vnius lauacri vis & plenitudo Christo soli dicebatur, facturo in terris sicut sermonem compeditum, ita & lauacrum. Solus Christi erat mare aeneum, ad paruae peluis facilitatem redigere, & animarum mundiciem in compendio praestare. Hoc à Christo Domino datum salutis compendium notabat D. Paulus ad Hebr. 10. fatus. Habemus fiduciam fratres in introitu Sanctorum, in sanguine Christi, quem initiavit nobis viam nouam & viuentem. Quibus expendo, quod sanguis Christi dicatur nobis esse initium viae nouae, & viuentis, ex quo fiduciam habemus intrare cum Sanctis. Sanè post initium viae cuiusvis multae sese offerre solent hinc inde semitae, & longissimae ambages, quae dubiam viam faciunt. At initium viae nobis à Christi sanguine oblatum sine ambagibus quaerissimè nos introitum Sanctorum pandit, quasi per nouum compendium initium sibi finem coniunctum habeat. Ut meritò dicat D. Aug. li 9. de ciuit. c. 15.*

Irenæus.

4. Reg. 5.

Tert.

Ad Heb. 10.

Beatus

Beatus, ac beatificus Deus, particeps humilitatis nostrae, compendium praeiuit participanda diuinitatis suae. Quisquis in vis compedia captas, Christum ama, qui salutis viam tibi in compendio praefrauit. Sed scire cupis, in quo situm sit compendium istud. Equidem praecclare August. ait. *Particeps humilitatis nostrae compendium praeiuit.* Compendium habet, qui humilitatis Christianae sumit documentum singulare. Quot opera fecerat Phariseus ille apud Luc. c. 18? Quas virtutum vias non praeseruit? Ieiunia peregerat bis in Sabbatho, decimas soluerat, & alia plura; publicanus homo verbulum solum fecerat dicens: *Domine, propitius esto mihi peccatori, & iustificationis viam inuenit descendens iustificatus praeter illo.* O praecclarum humilitatis compendium! Id ponderat D. Chrysof. hom. 4. in Isaiam dicens. *Phariseus opera iustitiae praestabat, publicanus verba dicebat modestiae: & verba plus potuerunt, quam facta, tantusque thesaurus cum contumelia reijcitur, & tanta inopia in diuitias commutata est.* Disce humilitatem, & salutis compendium habes, & vel verbulum humili caelestes ad te trahes thesauros.

Aug.

Chrysof.

Cell.

Chrysof.

Chrysof.

Digne stupet Saluatoris ingenium Cellensis Abb lib. de Panibus c. 12. quod in lacrima humili fecerit aded compendiosum lauacrum, quo non lepties, sed vel temel lauati salutem adipiscamur. *Mirum, ait, in hoc artificis Dei ingenium, ut lacrima de venis erumpens peccatorum, profusa humiliter absorberet omne peccatum.* Non de mari, sed de peluis, vel de oculi gutta ad animorum munditiam fecit lauacrum compendiatum. Et quam compendiatum? D. Chrysof. hom. de caeco nato, ait. *Peccasti? Luxisti? Peccatum solvisti.* Hoc compendium sciebat illa in ciuitate peccatrix, dum stans retro lacrimis coepit rigare Christi pedes. De illa idem Chrysof. orat. 2. de Prec. vbi sic. *Mulier quae intemperantia, & meretricio questu, omnem antea acta vite cursum consecerat, simul atque se ad Christi pedes abiicit, salutem consecuta est.* Aded compendiosa est via salutis, quae per humiles lacrimas fit Christianis.

S. XV.

In paruis prius exercendus est qui velit facile magna superare.

Nonne vides qualiter Dominus antequam de cruce pretioso sanguinis sui lauacro integrum hominem aggredietur mundare, aquam in pelui accipit, ut Discipulorum pedes lauet? Sic, sic se praeparat, & exercet in paruis, ut facili negotio existat victor in magnis. Paul. ad Heb. 2. iuxta D. Thom. & Glossae constructionem, sic de Iesu dicit. *Eum qui modico quem Angeli minoratus est, ut gratia Dei gustaret pro omnibus mortem: videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum.* Ecce tibi de morte triumphaturus, non prius aggreditur humiliationem mortis, quam sese antea in alijs humiliet, & minoret. Summam Dei humiliationem & abiectionem mors habebat, quam ut facilem, & breuem redderet Dominus, prius alias subiuit humiliaones, se ad pedes Discipulorum abiciens, eosque aqua lauans. Id quod notauit D. Anselmus, cum ait: *Dico quia minoratus est, & hoc ideo ut gustaret mortem, id est, horariam, & non longam, quasi aliquis gustando transiret.* Si enim quaeeres, cur Deus minoratus sit vsque ad Discipulorum pedes? vsque ad peluim? vsque ad sordium lauacra? Verè respodet Anselmus, quod illae humiliationes factae sunt ideo, ut breuior, & facilior redderetur penè incredibilis mortis humiliatio. Animus enim in paruis exercitatus, facili negotio superat magna. Quot item descensibus, & condescensibus se exercitauit Dei verbum antequam hominem assumpturus descenderet? Quippe tunc verbum summè descendit, quando homo inter homines apparuit. Quod verè notat Diuus Chrysof. oratione in B. Philogon. aiens: *Quod Christus homo factus mortuus est, cum nullum omnino peccatum perpetrasset, quid huic amplius adiungi potuit miraculo? Sed mortale corpus assumpsit. Erat quidem & hoc admirandum.*

Ad Heb.

Ans.

Chrysof.

Caterum quod Deus cum esset, voluerit homo fieri, tantumque sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maximè reuerendum, stuporisque plenum Sùma Dei exinanitio, profundissimus descensus, quòd homo ad homines descenderet, quo circa pluribus antè descensibus minoris notæ se voluit exercere, Exod. 3. ait: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius au-*

Exod. 3. *dius propter duritiam eorum qui presunt operibus, & sciens dolorem eius, descendi ut liberarem eum. Cur Domine descendis? An non posses liberare populum tuum, manens in excelsis cœlorum? An quia descendis, facilius vinces tyrannum? Equidem ex tunc descendit Verbum liberare populum, ut his minoris notæ descensibus se assuecat, & exerceat ad maximum illum, quando homo inter homines apparebit, præbens humanis infirmitatibus remedium. Ita D. Irin. lib. 4. cap. 26. vbi dicit. *Vidit vexationem populi sui, qui est in Aegypto, & descendit ut eruat eos, ab initio assuetus uerbum Dei ascendere, & descendere propter salutem eorum qui malè haberent.* Planè potens est in paruis exercitatio, ut refacili negotio deducat ad magna.*

Irin. *Quod in virtutum vitis contrariis ad huc euentius patet, vbi enim quis non cauit parua, sed in illis exercetur, inauditum erit, si non se videat statim foedari magnis. Nefarius ille iudex Pilatus enixè curauit Iesum à nece per Iudæos procurata liberare. quod ut obtineret, permisit Iudæos aliquibus illusionibus in Iesum descuire, ratus illos his paruis illusionibus contentos non vsque ad mortem sequituros. Proh nefas! Proh crudelis permissio! Necesse enim erat, quòd mēs assueta, imò inescata paruis vsque ad mortem esset laxitura. Accipite D. Leonem serm. 10. de Pass. fantem. *Ideo Pilatus Dominum Iesum diuersis contumelijs affici aut iussit, aut permisit, ut faciata iniquitas de innocentis iniurijs ulterius non seueret. Sed pertinax malitia proprijs crescebat augmentis, & in quem obtinuerat ius illusionis, exigebat & mortis. Crescit semper ex vsu humanus affectus, & agrè, & difficulter silit in paruis, vbi ad ma-**

Leo.

*gna ascendere sese offert occasio. Misissin caminum pueris ligatus, Daniel 3. Dan 3. permisit Deus igni voraci, ut sola conlumeret ligamina. Tunc pulchrè Chrysofost. *Pueri ergo iactantur in flammam, ibat circa innocuos pedes nouo libramine temperatus artifex ignis, & tot circumuolans passus, sola consumere vincula laborauit. Quippe quòd vorax flammarum vis contenta sit sola consumere vincula, nec ulterius progredi, hic opus, hic labor est. Laboratit ignis, & summo labore suo, ligaminibus solis consumptis stetit. Quando, ut dixi, potentissima est exercitatio in paruis siue virtutum, siue vitiorum, ut tandem deducat ad magna.**

¶. XVI.

Mirum diuini amoris artificium, quo nefarium carnicum scelus in sacrificium & lauacrum generis humani mutauit.

Alebat D. Ambrosius psalm. 48. *Amb.* *quòd Dominus Discipulis pedes lauit, ut lauaret venena serpentis, & quidem illud hæc lotio significabat, nempe sacrificium, seu lauacrum sanguinis, quo genus humanum à primæuo veneno mundauit. Vnde ergo hoc lauacrum Dominus effecit? an ex nefario proditoris & carnicum scelere? Sanè id notabat Rupert. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, idcirco pedes Discipulorum lauat. Expendo vnde lauacrum hominum perficiatur, nimirum ex eo, quòd omnia dedit Pater in manus Christo Domino, sed quæ omnia? Ea exponit D. Gregor. homil. 40. *Gr g.* *Sciebat, quia omnia dedit ei Pater in manus, inter quæ omnia, & ipsum traditorem, & eos, quibus tradendus erat, ut de his omnibus quæ vellet, faceret, malumque eorum sua potentia conuerteret in bonum. Miror, quòd nefariam adeò, & scelestam materiem accipiens Saluator in manus, ex illa tantorum bonorum fontem fabricaret; sed ea est ars & potentia amantis animi, diligebat, & vehementer diligebat suos Saluator. Quid***

non

non faceret actiuissimus amor? dato ei in manus sacrilegia; efficiet sacrificia, da pœnas; educet glorias, da proditorem, carnifices, opprobria, crucem; faciet lauacrum totius generis humani. O ingens amoris efficacia! O inauditū artificium! Pulchrè de illa fortissima Judith fasus Petrus Damianus lib. 8. Epist. 14. dixit, *de domo communi reclusorū fecerat, & in populosa urbe amor artifex solitudinē reperit. Vbi in vastissimis eremis, in præruptis montium vix alij solitudinē inueniunt, amor diuinus ardens in foemine pectore, populosam urbē & frequentē accipit, & in illa solitudinē facit. Quid nō potest amor artifex?* Hæsitans Virgo Maria dixit Angelo Luc 2. *quomodo fiet, istud, quoniam virum non cognosco?* Quod foemina cur cundet virum, quod virgo concipiat Deū quomodo fiet? Ad hæc D. Ildephōsus serm. 7. de assumptione paucis respōdet, *ama & peperisti*, nil impossibile est amāti, ardeat in te Dei amor, qui ea est arte, qua faciat Virginē matrem, creaturā creatoris opificē. Igitur vnus Dei in homines artifex amor, seculā & sacrilegā materiam accepit in manus; & lauacrū & sacrificium fecit, quod esset generis humani expiatio. Sic de illa lepte filia, quæ honestatis amore parricidalis cultro guttur obtulit Iud. 11 loquens Amb. 3. officior. c. 12. ait, *facit arbitrato spontaneam, ut quod erat impietatis fortuito, fieret pietatis sacrificiū* Hæc est vis & potestas amāti animi, hæc fuit diuini amoris erga homines ars, & artificum singulare, quod impietatis materiā fecit esse pietatis sacrificiū, & lauacrū labis humane, adeo vt qui antea sub durissima peccati seruitute putrescebant, iam post Christi Domini lotionem in mundissima Christi ferri corporis membra coalescant. Quod miratus D. Cæsius Arelat. hom. 7. sic negantes Eucharisticam transmutationem coarguit. *Nec dubitet quisquam primarias creaturas nutu potentis, presentis maiestatis in Domini corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio coelestis misericordie Christi corpus effectum. Vbi amoris coelestis artificium accedit, nulla est impossibilis transmutatio,*

tatio, mutabuntur panes in Dei ficam substantiam, vt nefaria scelera in sacrificia expiatoria mutantur, & meretricum membra in mundissimum Christi corpus transformantur.

J. XVII.

Bona à Deo data nobis, iure petūt à nobis proximis dari.

AD huc expendo Rupertī ponderationem, nimirum. *Quia omnia dedit ei. Pater in manus, idcirco pedes discipulorum lauit. Quasi diceret iuxta Chrysostom. hom. 69. & origenem, tom. 32. in Ioann. qui salutem, & mundiciem generis humani dedit ei Pater in manus, idcirco communicaturus illam discipulorum pedes lauit. Pro quo ex Theologorum penū notabis, in Christo Donum multa bona esse illi prorsus debita, ex vi enim vnionis hypostaticæ debebatur homini illi curulus gratiarum, virtutum, & scientiarum quæ habuit; in super debebatur illi visio beata cum omnibus gloriæ dotibus, præterea imperium rerum creaturarum, & alia huiusmodi. Verum mundiciæ, & salus generis humani non debebatur Christo præcise ex vi vnionis hypostaticæ. Sed ibi claruit Dei donum, & liberalitas, acceptantis condignissima, & præciosissima Christi merita pro debito generis humani. Igitur Christo homini Deifico dedit Deus gratiosè salutem, & mundiciem hominum: si quidem eius merita graciosè pro hominibus acceptauit, qua propter ipse statim illam nimirum hominibus communicare eorum pedes lauando aqua, & animas piatioso sanguine. Habent enim hoc bona quæ dantur à Deo, quod exigant ipsa, & proximis communicari, & dari. Hinc viget D. Hilarius illud Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, expensu* Matth. 5. *ritu promittatur, pauperibus, in quam, spiritu, qui nihil suum se habere putet, qui omnia Deo referant accepta. Cur**

Damia.

Luc. 2.

Ildeph.

Iud. 11.

Amb.

Cæsar. Arel.

Lib. III. Caput sextum.

§. XVIII.

his gaudet hominibus Deus? Id Hila-
rius: Quia conscy, sibi ex sordentibus, ac
tenuissimis se principys coalitos in hanc
formam perfecti corporis procreari, ni-
hil quicquam suum esse, nihil proprium;
sed cuncta dono parentis vnus tribui. Et
nos optimi illius, qui nobis sit ista largi-
tus exemplo perfuncti in nos bonitatis
esse amulos oportere, vt boni omnibus si-
mus, communia omnia omnibus existime-
mus. Sanè vbi quis se ita componat, vt
pro certo habeat, nihil sibi proprium
habere, nulla esse bona sua; sed cuncta
sibi ab vno parente Deo in manus da-
ta, nescio quomodo possit non largus
esse, & liberalis cum proximis. Qui ni-
hil videt in domo sua, siue in mani-
bus suis, quod nō sit donum diuinum
à Deo datum, quomodo, & ipse non
dabit? Data omnia bona, & dona acce-
ta vbiq̄ue fuerint id semper expos-
cent, quòd donetur, quòd tribuantur,
& quātumuis surdescat qui habet, ta-
mē iure ipso in elargitionē excitabitur.
Huc spectant verba diuitem, in elec-
mosynam exhortātia apud D. Anton.
in Mellisa, c. 7. ea sunt. *Quid, cum paupe-
res aliqui atepetunt indignaris? paterne
requirunt, non tua. Tibi in manus propter
illos tradita sunt, non tecum procreata.*
Etenim dum nihil tuum noueris, dum
quæcumque habes tibi sunt data ipsa
ipsa clamant, & exposcunt iure, simili-
ter à te proximis dari, & communica-
ri. Alioquin nimia esset Origenis auda-
cia, qua hom. 6. in Isaiam ita loquitur.
*Quis memundat? Quis lauat pedes meos?
Iesu ueni sordidos habeo pedes, propter
me fias seruus, mitte aquam in pelusum
tuam ueni, & laua pedes meos.* Proh
Deus immortalis! Vnde Origini, pau-
peri hpmi hęc imperiosa in Iesum
exactio? Sanè, dum mundiciem petit,
paterna bona requirit, nō debita Chri-
sto Domino, vt explicauī, illi tamen in
manus tradita à Patre, non innata, da-
ta, nō debita, quare hoc est donorum
propriū, quòd iure suo exigant do-
nari, & dari. Quo circa apud Matth.
10. ait Dominus, *gratis accepistis, gra-
tis date.* Solent enim quæ gratis
accipiuntur large, & co-
piosè dari.

Anton.

Orig.

Qui gubernandi munus subeunt,
nouerint subditorum sordes por-
tare; vt Christus portauit.

Relatorum officium spectauit ne
Sanctus Iob, cap. 20. cum ait, *Gi-
gantes gemunt sub aquis?* Equidem tunc
muneri suo satisfacit qui Gigas est, qui
ceteros dignitate, & imperio excedit
quando gemit, & laborat sub aquis,
subditorum sordes ipse reportas. Huc
refero duodecim illos aeneos bobes in
templo Salomonis aeneum mare hu-
meris sustentantes, quo lauabantur Sa-
cerdotes, de quibus sic D. Nilus in Af-
ceticis. *Bobes sub pelui declarant eos qui
subeunt onus Rectorum, nihil respicere,
aut auersari debere, sed & onera, & sor-
des inferiorum perferre, quoad sine peri-
culo fieri possent.* O quam Gigas ille diui-
nus qui exultauit ad currendam viam
suam, laborat gemens sub aquis, quan-
do quidem, & Gigas factus, & vitulus
nouellus peluum sustentat et eliateum,
quo hominum portat sordes, & pecca-
ta. Nec mirum, quòd sustentet peluum
sordenti squalore plenam qui visus ali-
quando fuit sustentare scalam ascendē-
tibus, & descendētib; hominibus
grauitatem. Id accidit Gen. 28. quan-
do Iacob adhibito lapidi vidit hærere
scalam, & cacumen illius, *tangens coe-
lum?* Angelos quoque Dei ascendentes,
& descendentes per eam. Dixi lapidi hær-
ere scalam, vt D. Anselmi mentio locū
darem, qui explicans illud Luc 3. factū
est, cum baptizaretur omnis populus,
sic ait, *Lapis capiti suppositus, & velut
fundamentum scala factus Christus est,
qui se ipsum humiliavit, vt omnes suos
exaltaret, qui sicut fundamentum omnes
portat, & per hanc scalam ascendūt, qui
proficiunt, & descendunt qui deficiunt.*
Quid dignius de tanto domino pos-
set excogitari? Ipse suis subicitur, ip-
se sordentes, & squalentes homines
solus portat non solū eos qui coelestia
scandunt; sed eos qui in ima grauitatē,
& descēdūt in rattara, nō solū pulueru-
lentos Apostolos; sed foetidū, & squalē-
tē Iudā Nonne omnes portat qui ludæ
pro

Nilus

Gen. 28.

Ansel.

Euth.

proditoris pedes lauans sordes eius portaret? Sed cur reprobati hominis lordes portat, eumque lauat? Pulchre Euthym. ait. *Simul compungi volens illum qui talia aduersus talem gubernatorem cogitaret. Notanter dixit aduersus talem gubernatorem; qui scilicet sceleratissimos etiam subditos patienter sustentabat; qui proditorum lordes perfererat, qui non solum ouiculam reducendam ad caules humeris portat; sed etiam hedos squalentes à morte de pascendos sustinet, & pro omnium sordibus lauacrum parat. Quis subditus non compungeretur conspectu gubernatoris talis?*

Text. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes?

§. XIX.

Christus Dominus dum humilis discipulorum pedes lauat summam sui exaltationem ostendit & sublimitatem.

Digne aestimauit hanc Domini dignationem Nizephor. lib. 1. ca. 28. quando quidem ait, ideo se Saluatorem ad pedes discipulorum deiecit, ut simul & nouam submissionis atque humanitatis ostenderet sublimitatem. Nulli enim sublimior apparuit Dominus quam dum lauaturus pedes, aquas ipse portans se subdit Apostolis. Etenim eam tunc sublimitatem ostendit, tam nouam, tam miram, ut eam astupere Petrus, quum se iuxta Deum humiliatum considerans ait, *Domine, tu mihi lauas pedes? Tu qui alto dominio excellis cunctos, qui volas super Cherubin mihi homuntioni humi reptantis Siccine paruitati meae accedit magnitudo tua? O merito nouam Dei hominis sublimitatem! de qua sola creditur gloriata fuisse sapientia incarnata*

quum inquit Eccles. 24. *Quasi palma exaltata sum in Cadès, & quasi platanus in Hierico; quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam. Non aliam magis optat exaltationem, quam illam qua pollet platanus appositae aquis, hanc ut ponderat, & expendit D. Anselm. ait, Cum platanus per se ipsam sit sublimis & amena, respectu tamen proximae inferioris aquae sublimior apparet, & iocundior. Hoc quaeuis arbor habet, quod posita iuxta aquas, in illis velut in speculo representata maior venienti & frondiosior apparet. Vnde necesse est, quod platanus, quae ex se caeteris est longe sublimior & praestantior, ubi iuxta aquas cernitur, incredibile praeseferat magnitudinem & sublimitatem. Ea est incarnata sapientia in se quidem arbor vitae in medio paradisi longe vniversas pulchritudines excedens, at ubi iuxta aquas apparet, mundantes Apostolorum pedes quasi platanus exaltata est iuxta aquas, nouam quandam, & inenarrabilem submissionis sublimitatem praeseferit. Iam pridem nouerat humilis submissio & paruitas eximias sublimitates & exaltationes praeseferre. I. Re. 16. etenim 1. Reg. 16. explosis maioribus filiis Iſai à Propheta, restabat adhuc paruulus Dauid, qui cum postmodum accederet, ait Dominus ad Samuelē: *Surge, & unge eum, ipse est enim.* Vbi pulchre D. Greg. *Quid est, surge, & unge eum? an tantus erat paruulus, ut sedendo ungi non posset? Sedendo quispe tangere alta non possumus. Magna est virtus, magna celsitudo humilium, si ad eorum summa nec Prophetae pertingunt. Humilis dum sis, eam attingis; magnitudinem, & sublimitatem, ut quauis alia virtute conspicui & clari, vix tecum valeant comparari. Cunctos excedit humilitas, quae nescit nisi à magnitudine existere, & procreari. id quod expendit Remigius Alusiudorensis ad caput primum Sophoniae, ponderans illud: *Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi filiae Godoliae.* Vbi ille sic fatur. *Hic ergo speculator filius Chusi, qui interpretatur humilitas, habebat auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini,***

Anselm.

I. Re. 16

Greg.

Remig.

Lib. III. Caput septimum

*de magnitudine Domini generatur humilitas. Hic talis ac tantus benedicatur fuisse in diebus Iosie Regis sanctissimi, qui interpretatur eleuatio Domini; tempore ergo eleuationis existit filius humilitatis, quia per humilitatē eleuamur ad celestem eleuationem. Nunquam humilitas sine eleuatione & celsitudine apparet, ut vel hinc conicias, quam merito Petrus Dei ad piscatorū pedes humilitatis tunc primum magnitudinem & sublimitatem fuerit miratus & expauescit. Adeo enim est noua & inaudita magnitudo humilium, ut ad eorum summa nec Prophetae, nec Apostoli pertingant. Merito vni humilitati attribuit Dauid, regalem suam exaltationem & potestatem. Etenim ait 2. reg. 7. *Ego minimus fui in tribu mea & elegisti me ex ouibus, & assumisti me.* Vbi D. Chrysost. peculiari hom. sic loquitur. *Videtis quanta culmina procedant de radice humilitatis, quam vberem fructum Deo offerat? Inde omnes virtutes, inde omnes bonae actiones, inde cunctae potentiae ascendunt, id est totum posse.* Et quidem humilis animi virtus est in ipsa humiliatione minime deprimi & quasi obrui, sed supernatare & extolli. Psalm. 136. dicit. *Super flumina Babilonis illic sedimus* Vbi ponderandum est quod humiliati & captiui tandem fixerint super ipsa flumina, minime passi obrui. Vnde D. Aug. ait. *Humiliati in captiuitate nostra, sedemus super flumina Babilonis, non infra flumina; talis sit humilitas nostra ut nos non demergat. Sede super flumina, noli in flumine, noli sub flumine: sed tamen sede humilis.* Felix qui sic humilis est, ut non se sinat obrui & conculcari.*

Textus. Non lauabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus, si non lauero te, non habebis partem mecum.

J. XX.

Qui perfectionis culmen, ad quod vocati sunt spernunt, qualibet alia mediocritate periclitabuntur.

Ecce qua culpa obstrictos despicit Dominus discipulos, illos alioquin tibi dilectissimos a se inter milia electos, nimirum si pedum hanc lotionem non admittant, an quia alioquin erant mortiferis infecti peccatis? Absit, immo praeter Iudam omnes gratiosi erant Deo & valde amici. Sed hoc sibi persuadeant quicumque Dei aguntur spiritu, quod nisi integram suae uocationis essentialis mensuram adimpleant, ad nihilum valent ultra; nisi ut mittantur foras. Huc refero D. Basil. in Regum breui responsione 233 ita sententem, *Petrus cum es tantum ac tantorum recte factorum testimonium a Domino fuisse datum, atque eo modo appellatus & beatus laudatus, ubi una tantum in re, ab obedientia visus est distedere, itaque hoc ipsum non ex negligentia, superbia ve; sed ex reuerentia honoreque, erga Dominum suum, propter hoc ipsum tantum ei dicitur, si non lauero te, non habebis partem meam.*

Quascumque virtutes habeas, etiam si beata videaris candidatus vita, dum deficiis a uocationis essentialis mensura despicias a Deo ut prorsus sibi in utilis. Sane apud Ioan. c. 4. dicitur *erat quidam regulus*, ubi in huius capite deflexus D. Anselm. exclusionem a paradiso generis humani sic ponderat nomen illud *regulus!* *Homo in eo quod amisit rex esse desijt; in eo autem quod praeter ceteris animalibus sibi relictuus est quasi regulus uicisti auit.* Idcirco nomen istius spiritus sancto uiluerat, quia peccator erat, quia infirmus, quia regulus. Expendo unde uiluerat Deo, quia regulus, quippe cum a Deo fuerat creatus in Regem ubi Regalem non adimplet thronum, etsi alioquin nobilis, & si Princeps maneat, tamen ex hoc capite merito dignus est qui a paradiso arceatur. Lamentabilis excidij sui tunc dedit manifestum signum fortissimus ille Sanson, cum Amasae inquit Iud. 16. *Si septem crines capitis*

Matt. 5.

Bas.

Ioan. 4.

Iud. 16.
mes

mei cum licio plexueris, &c Enim vero illi virtus & fortitudo diuina inerat aligata integris sui capitis crinibus; quod secretum ipse celans septem solum capillos scindi permitit, quasi parumpendēs septem capillos respectu totius integræ comæ. Ad hæc tamen egregiè Abbas Ioachimus i. p. expol. in Apoc. ait, *agere iam fortiter ut primo & secundo non poterit, quia veluti lassus crinibus ex parte illa spiritus, & non ex toto assistit.* Etenim ubi integrâ totius obsequij mensuram non seruat, timeat sibi partem cum Deo non habituram qui firmiter ex parte nequit assistere: Melioris conditionis erat illa, cui Cât. dicitur. *Vulnerasti cor meum in vno crimine collisum,* nimirum in integra criminum tuorum dedicatione Vbi Guillelmus apud Delnum. *Plusquam Sanson bac nam septem illis crinibus nouulam Dalida non timuit.* Equidem timuisset, si vel à mensura vocations vno transuerso crine defecisset. Huc retulerim pulchrum Isaïæ locum c. 18. Vbi sic. *Ite Angeli veloces ad gentem expectantem & conculcatam.* Septuag. *ad gentem sine spe & conculcatam* Forerius & Arias Mont. *gentem lineæ vitæ, & conculcationis* Sed quæ est hæc gens lineæ vitæ, quæ tandem exponitur conculcationi? Vidi aliquando opificem pulcherrimum ex lapidibus templi coronidem ædificantem qui cæteris ad amussim & perpendiculum locatis; desiderat adhuc certæ & determinatæ mensuræ lapidem. In officinam pergit, respicit singulos qui polluantur lapides, inter quos lapis vnus apparet affabrè politus, & qui videtur optatam mensuram attingere. Hunc conuenit artifex, & in coronidē signat lætus quod inuenisset, verum attentè immittit regulam inuenitur minus habēs, sed adeo paruus est defectus, vt non desperet artifex se lapidem habere, quare illum huc, illucque vertens & conuertens bis & ter lineam applicat, semper paruuillus ille defectus deprehenditur. Proh dolor! cogitur artifex illum relinquere, relinquit, inspicit alios, singulos lustrat, inter quos iterum prospicit quæ reliquerat iterum eius visu capitur, iterum defectus paruitatē delusus ac-

cedit & regulam & perpendiculum mille modis applicat. Tandem desperans alium expoliens hunc toties examinatum, & ad regulam deducendum dimittit ante ædificij ostium conculcandum. O gentem lineæ vitæ & conculcationis, quæ nimirum ita expolita est, & pulchris flexuris cœlata, vt diuino artifice amabilis & grata, ab eo in cœlestis ædificij coronidem eligatur; cui non semel, sed bis, & ter regula & perpendiculum additur, cuius mensuræ sæpè læpius lustrata, tandem vt quæ minus habeat conculcationi relicta. O quoties pulcherrimos lapides ob paruam defectum à coronide exclusos ad nihilum valent vltra; nisi vt foras relicti omnium conculcationi subiaceant! O quoties propter paruissimos defectus ij qui vocati erant in caput anguli ab artifice despiciuntur! O quoties qui mille circinos experti erant, mille flexuras sustinuerant, mille artifice placuerant ad lineam & regulam perspecti ob paruam defectum conculcandi manent! Sed vt plenius explicem quam paruus defectus maxime officiant ad perfectionem vocatus; accipite quod de se narrat D. Pauli discipulus familiaris Hermas, & habetur s. romo Biblioth. nouiciæ prima in pagina. *Qui enutrierat me, ait, vendidit quandam puellam Romæ; post multos autem annos hanc visam ego recognoui, & cepi eam diligere vt sororem. Exacto autem tempore aliquo lauari eam in flumine Tyberi vidi, & porrexi ei manum, & eduxi eam è flumine visaque ea cogitabam intra me dicens: felix essem, si talem uxorem & specie & moribus sortitus essem. Hoc solum nec vltra quicquam cogitavi. Post tempus autem aliquod cum his cogitationibus proficiscens honorificabam creaturam Dei cogitans quam magnifica & pulchra sit: & dum ambularem obdormiui. Et spiritus me rapuit, & tulit me per quandam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere; erat autem locus ille in rupibus, & abruptus & inuis ab aquis: cumque transissem locum illum veni ad planiciem & genibus positus coepi orare Dominum*

Herm.

con?

Lib. III. Caput septimum.

confiteri peccata mea. Et orante me apertum est caelum & video mulierem quam concupisueram salutantem me de caelo, & dicentem, Herma, Ave, & ego prospiciens illam dico ei, Domina, quid tu hic facis? At illa, recepta sum hic, ut peccata tua arguam apud Dominum, Domina, inquam, num tu me argues? Audi, inquit illa, qua tibi dictura sum, Deus qui in caelis habitat trascitur tibi, quoniam peccasti in me. Respondens dico ei, Domina si in te ego peccaui ubi, aut quo loco, quando tibi turpe aliquod verbum locutus sum? Nunc semper te reueritus sum velut sororem? Quid in me commiseris hac nefanda? Tunc illa: in corde tuo ascendit concupiscentia nequitia. An non videtur tibi viro iusto inquam rem esse, si ascenderit in corde illius mala concupiscentia? Peccatum ei est & quidem grande. Iustus enim vir iusta cogitat. Et ego totus eram in mœrore & metu, & dicebam intra me: si hoc mihi peccatum adscribitur quomodo potero saluus esse? Hæc magni Pauli discipulus Hermas.

Textus. Dixit ei Simon Petrus,
Domine, non tantum pedes,
sed & manus &
Caput.

J. XXI.

Male apud Deum accipiuntur
qui diuisim & per partes obsequium
suum præstant.

Expendens Glosa hoc à D. Petro obsequium Deo exhibitum, dum ait, non tantum pedes; sed & manus & caput, existimat hic Petrum lapsum fuisse. Errauit, inquit, quum se totum laudandum Deo obtulit; sed quo errauit? An quia se diuisim & per partes quasi mensurans & enumerans obsequium oblatus est? Equidem minime Deo placent illi qui sic dimensum & enumeratum partitumque munus præstant. Et cum si Ruperto credimus Caini munus oblatum æque pulchrum æque bonum

fuit in substantia, ac munus Abelis fratris; nihilominus Caini munus à Deo fuit reprobatum. Accipite causam ex cap. 4 Genes. iuxta lectionem græcam quæ inuenitur apud Hiero. in lib. trad. Hebræ. Amb. Chrysol. & August. *Dixit Dominus ad Cain, quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti?* Ecce munus oblatum bonum & rectum ex diuisione & partitione taxatur. Plurimi enim sunt adeo auari dutores, ut si aliquando animum adducant, ut vel nummos dent, vel donariolum aliud, non valeant præ paruitate animi semel & simul totum dare, sed diuisum & per partes singulas enumerando & ponderando munerera donant. Hi sane ipsis suis donis offendunt accipientes homines, cur non offendant Deum? Hinc pensare licet reprobam orationem & oblationem Pharisei illius Luc. 18. Is stans in templo Deo gratias agens singula sua opera recte facta incipit numerare & per censere: è contra quidem Publicanus illo sanctior humi stratus se Deo accusans misericordiam obtenturus postulabat. *Puichre de utroque D. Zeno. in Psalm. 129. Phariseus insulse manus tendit in caelum, oculos impudenter extollit, intonat lingua, & quod omni est maior insania Deo se laudat. Publicanus autem non membratim Deum, sed totus exorat, quia timore totus est humilis, a quo procedunt vniuersa genera peccatorum peccatus crebro percussens, quodammodo corpus suum manu verecunde castigat.* Expendo illud non membratim Deum; sed totus exorat, quasi auaram & parcam illorum mentem condenunans, qui nisi per partes diuisim & moroso censu non se offerunt. His similem faciebat D. Hilarius Synagogam, qui expeditis illud Matth. 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, inquit, Synagogam recte Dominus modio comparat, quæ susceptos fructus intra se tantum receptos certum modum dimensæ obseruantie continebat.* O quam errat qui sic diuisim eniuratis, partisque obsequijs Deo nititur placere! Ille placet qui non membratim non dimenso & enumerato munere, sed simul integre & totus sese offert. Ex quo crediderim placuisse Domino

Gen. 4.

Lu. 18.

Zeno.

Mat. 5.

Rup.

Luc. 17.

Dominus alienigena leprosus, qui ob
reddita tibi sanuam gratias agebat.
De quo Luc cap 17. *Vnus autem ex il-
lis ut vidit quia mandatus est, regressus
est cum magna voce magnificans Deum.*
Vbi Dia Anselm. expendit verbum illud.
*vnus ex illis, quasi munus diuisus, mi-
nime separans, quod dicitur, ait, vnus
intelligendum est, non diuersis voluntati-
bus se varians, sed in vna perdurans. Ac
si dicat non membratim, non diuisim,
sed vnus integer & totus, vt hilarem
debet datorem, sese presentat Deo.*

J. XXII.

In primis dandum est Deo cor.

Rursus voco in examen Glossam
illam asserentem, quod Petrus er-
rauit cum se totum lauandum Deo obtu-
lit. Qui fuit error Petri? Sane dum ait,
non solum pedes, sed & manus, & ca-
put, de corde tacet, quod alijs dimissis
debebat in primis Deo offerre. Post re-
probatum munus contristato Gaius.
loquitur Dominus Gen. 3. dicens iux-
ta sept. *Nonne si recte offeras, non recte
autem diuidas, peccasti?* Hæc tota radix
peccati in oblatione notati, non quod
non bona & pingua Deoque digna
obtulerit, sed quod male diuiserit dū
bona sua Deo offerens, de corde tacet,
illud sibi reseruans. Ita Rupert. lib 4. in
Gen. cap. 2 ait. *Cum Deo offerret sua, se
ipsum sibi retinebat. Huiusmodi portio-
nem Deus non accipit, sed præbe, inquit
filii cor tuum mihi. At illi cor suum reti-
nuit sibi, & fructus terre Deo obtulit. Er-
ras quicumque alia Deo offers, & de
corde taces, quo solo posses Deum
placare. Digne Anselmus in meditat.
ad Deum loquitur. *Aufer Domine à me
si velis substantiam, manus, pedes, oculos
solum relinque cor, quo te diligam. hoc
enim solo tibi placebo.* Vbi cor Deo nō
dederis, parum est si te membratim
findas propter illum, nil das etiam offeras
pedes, manus, oculos & caput. Non
his capitur Dei filius, qui mundissimi
cordis spatia amat. Verba sunt æterni
patris illa Psalm. 44. *Erutauit cor meum**

verbum bonum. Et quod verbum eruc-
tatur à corde Patris nisi Verbum quod
erat in principio, & Verbum apud Deum?
Diuinum equidem Verbum vt à cor-
de patris producit, sic amat huma-
na corda, sic nequit viuere extra cor-
da. Vnde D. Pascal ibi sic loquitur. *Ne-
cesse est, quod de corde refusa sit, vt ibi eum
suscipiat sponsa. Quia quod de corde proce-
dit, non nisi corde tenetur vel capitur.*
Hoc in primis Deo præbe quisquis
Deo placere cupis, capitur ille corde,
& corde trahitur, quando vero cor
mundum habes.

Textus. Dicit ei Iesus, qui lo-
tus est non indiget, nisi vt
lauet pedes, sed est mun-
dus totus.

J. XXIII.

*Sanctissimi viri huc referant cæ-
lestis gratie irrorationem,
vt suam vilitatem cog-
noscant.*

Ecce Deum suos amantem adeo,
vt eorum pedes lauet, sic summam
Dei in discipulos dilectionem cum lo-
tione pedum coniungit Euthymius. *Euth.*
*Quia iam eos erat relicturus dilectionem
intendit, signum vero intentionis fuit la-
tio pedum illorum; nam qui aliquem fer-
uenter amat, nec extremum quidem eius
ministerium deest. Ardens in pecto-
re Domini suorum amor, hanc per a-
quã eduxit lotionem, non enim aquæ
multæ extinguunt charitatem, immò
vehementius charitas dum ardet cum
aquis, simul ad suorum currit profec-
tum. Sed cur solum ad pedes? Sane flo-
ridissime plantæ hoc petunt, vt per pe-
des accipiant irrigationes: sic Sancti vi-
ri qui virtutum & gratiæ odore pollent
& flore, huc referunt cælestes omnes
irrigationes, vt sordidos pedes, nimirum
propriæ vilitatis puluere extrema ha-
beant præ oculis. Haud fallar, si pulcher-
rime Chrysol. verba iuxta hunc sen-
sum*

sum expendam. Etenim dixerat Dominus Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo; nisi ut accendatur sed & baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctior donec perficiatur.* Ecce tibi Deus simul incendens amoris igne & baptizans humanam naturam. Quid plura? Chrysol. serm. 164. ad expendit. *Urget aqua ignem: cogitanda est talis tam diuisa coniunctio, urget unda flammam: multiplicat flamma undam; Qua est talis tam concors ista discordiat* Geritur hic agricola diuini species, plena omnia calore germinant, humore nutriuntur. Vnde parens Deus ignis, & aqua commercio nos germinat, nos nutrit, quorum tanto ardet, calet, exaestuat affectu. Nunquam sane tam proceræ, tam sublimes, tam pulchræ, tam floridæ, tam odoriferæ plantæ in Ecclesia fierent sine isto aquæ, & ignis commercio, sine ignescente Dei in homines amore, & ab illo profluente gratiarum irrigatione. Sed ponderandum illud quod in hoc geritur agricolæ diuini species, non enim fit sine scientia agriculturæ, quæ cauet, ne odoriferæ herbæ, floridæ plantæ pulchrescenti coma recipiant irrorationem aquarum, alioqui æstu caloris marcescerent, sed ad huiusmodi pedes fit utilis & fecundata rigatio, qua mirifice nutriuntur & florent. Nunquam coma odorifera plantæ aquis aspersa sustinet sine offensione vim æstus, nec vit iustus celesti irroratur aspergine si le ruinæ metu, nisi quando de agriculturæ lege, gratiarum fluentum reducit puluerulentos suæ fragilitatis pedes. O quæ necessaria & utilis viro iusto quæ per pedes fit rigatio! Deduc per luteos pedes fluentia gratiarum & floridus, & aureus esto. E quidem Iob. 28. dictum est, *gleba illius aurum, quod premens D. Paschasius lib. 4. in Threnos, ait Gleba ex humore, & puluere constringuntur. Omnes ergo qui rore gratiæ infusi ex mortis debito se puluerem esse veraci cognitione consistunt, dum vitæ virtutibus clarescunt quasi aurea gleba in Ecclesia veniescunt* Ecce quid faciat ros gratiæ iunctus puluerulenti finis cognitioni, aspersus per luteos pedes, facit sane quod Ecclesiæ sata aureis fructibus reuelcant, quod humiles myricæ, Hes-

peridum paradisos aureis frondibus antecellant. Huc decucant caelestes irrorationes quicumque iustitiae rore florescunt, hoc nempe ad luteos pedes respiciant, si tui & gloriosi vitæ cursum conficere velint. Isaïas post ingentem illam visionem gloriæ, hæc intra se ruminabat cap. 6. *Ve mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum.* Vbi Chrysol. *Visio hæc, ut vilitatem propria materia agnosceret, effecit. Etenim tales sunt sancti omnes, si quando quo præmum cumulatione potuerunt honore, tunc dimissius se deiciunt.* Papæ discipulis suis aiebat Dominus Matth. 5. *Vos estis sal terre.* Simul illos ad orbis magisterium extollens & eis testaceos pedes ostendens, vt de pedum puluere aureum caput discant sustinere. Vbi D. Hilari⁹ ait. *Ideo eos sal terra nuncupatos monet tradite sibi potestatis virtute persistere.* Quam Apostolicarum virtutum firmitudo in eo sit sita, quod præ oculis habeatur vilitas humanæ terræ. Psal. 103. dicitur. *Emittit fontes in conuallibus.* Ecce qua diuinæ irrigationes dirigantur, mirum per conualles, non per cacumina montium, non per alitrinsecus viridantes arborum comas. Ita D. August. meditatatur. *Audi prophetam, super quem requiescit spiritus meus nisi super humilem & quietum & tremetem verba mea. Quid est super quem requiescit spiritus meus? Super humilem & quietum. Quis habebit fontem meum? Conuallis.* Itaque caelestis rigatio per delectam fragilitatis humum transeat, vt ex illa profectum capiat.

Textus. Postquam vero lauit pedes eorum accepit vestimenta sua, & cum recubisset iterum dicit eis, scitis quid fecerim vobis.

§. XXIII.

Humilitas mentem illuminat.

Humilitatem docti discipuli post pedum abluitionem debite interrogantur

Jo

Luc. 12.

Chrysol.

Mat. 5.

Hil.

Ps. 103.

Aug. Isa. 66.

Iob 28. Pasch.

rogantur an sciant quod factum esse
 Parens enim est sapientie humilitas,
 & humanarum mentium illuminatrix
 sicut e contra nullo magis hebescit
 mens hominis quam fumo vanitatis.
 Magnus ille Elias & Seraphinorum &
 Dei glorie spectator, 3 Reg. 19. sic ad
 Dominum precatur. *Domine prophe-*
tas tuos occiderunt, & ego relictus sum
solus. Sape fallus hic fuit propheta, cum
 enim Deus sibi reliquerat septem
 millia virorum qui non curuauerant
 genua ante Baal, ille se solum nouerat,
 illos nesciuerat. Quare rei causa? Vnde
 tantus videns cecatur ne videat tot my-
 riades sanctorum? Metuo ne illius ocu-
 los teneat aliqua elationis nebula, qua
 hebescere acutissimi olent & excaca-
 ri. Petrus Dam. ser. 2. de sancto Vita-
 li, ait. *Propheta erat Elias & saepe myste-*
ria superna cognouerat, quid ergo diffi-
le fuit agnoscere in mundo fideles Deo fa-
mulos remansisse? Sed hinc solerter intue-
dum est oculum cordis elatio quam ne-
quiter claudat, quia qui humilis & occul-
ta Dei nouerat, elatus & aperta nescie-
bat. Nulla res sic intelligentiam acuit,
 sic mentem illuminat vt humilitas, pro
 quo longa alij texuerunt commenta-
 ria, ego vnicū locum sacri textus præ-
 libabo. Is est ex Nume. 24. vbi dicitur.
Dixit quidam sermorum Dei, qui visio-
nes omnipotentis intuitus est, qui cadit &
sic aperiantur oculi eius. Ecce quo ap-
 periantur oculi collisio, nimirum hu-
 militatis casu, non dum scientie fructus
 captas, non dum ad diuinitatem vane
 eleuaris, sed dum cadis, tui aperiantur
 oculi vt videas. Cellensis lib. de Pani-
 bus cap. 13 inquit *Visum non recipit, qui*
non cadit, humilitas in casu, in visu intel-
ligentia. Eius vero qui ita cadit aperiu-
tur oculi, non quomodo primus hominibus
per præuaricationem, sed quomodo cæco
nato per Christi illuminationem. Serpens
oculos aperit ad concupiscendum, Chris-
tus ad cognoscendum & glorificandum
Deum; serpens aperit vt rapiat, Chris-
tus vt eripiat. Procidens itaque ad virtu-
tum vestigia, recipit lumen oculorum. Iam
 nimis superbus erit qui cecutiatur, cum
 in promptu sit humilitas, vnde possint
 aperiri eius oculi.

S. XXV.

Ad Christianam sapientiam alli-
cuntur Apostoli qua nullis
periculis timeant.

Pedibus discipulorum lauatis, eos
 ad Christianam sapientiam alliciēs
 Dominus ait, scitis quid fecerim vobis?
 vt iuxta Originem, mentem eorum ex-
 citet, & rei attentione eius cognitionem
 hauriant & arripiant. Nec post omni-
 modam mundiciem melius illos ad-
 uersus omnes contrarias potestates
 posset munire, quam Christianam myste-
 rii cognitione & nouitia. Etenim Ma-
 th. 16. Petro Dei hominis publicanti
 nouitiam & dicenti. *Tu es Christus filius*
Dei viui: Respondet Iesus dicens, Tu es
Petrus, & super hanc petram edificabo
Ecclesiam meam, & porta inferi non præ-
ualebunt aduersus eam. Aduersus quam
eam? an non præualebunt aduersus Ec-
clesiam, an aduersus petram quæ est
Petrus? D. Chrysost. in Catena ait. Ma-
nifestum est, quæ neque aduersus petram
neque aduersus Ecclesiam porta inferi præ-
ualebunt. Quasi hæc sit præcipua dos
 illius qui altæ Christi est imbutus sapiē-
 tia, vt nulla illum expugnent tormen-
 ta, vt vel inferorum potestates illum
 vereantur, & venerentur. Accipite pul-
 chram illius rei à D. Paulin. Epist. 9. ex
 cognitionem, ait enim. *Sapientia ædifi-*
cavit sibi domum in qua si habitemus his
operibus, quibus ciues sanctorum fieri me-
reamur, non ardebit opus nostrum; & ig-
nis ille sapiens transeuntes nos per exa-
men suum non se uero ardore ambiet pu-
mendos; sed vt commendatos suscipiens
blando lambet tactu. O inenarrabi-
 lem vim Christianæ sapientie! quam
 etiam apud inferos purgatorij ignes
 verentur, & qui rodendas & crucian-
 das accipiunt sanctorum animas, illas,
 quæ Christiana florent sapientia, sibi
 commendatas accipiunt, non vt mor-
 deant, nõ vt acuto rodant dentes, sed vt
 blando lambat tactu linguæ. Cur er-
 go qui sapientie Christianæ operam
 nauat,

Orig.

Mat. 16.

Chrys.

Paulin.

Lib. III. Caput septimum.

nauat, non melius habebit apud purgatorios ignes quando id speratur pie ab his qui Carmeli habitus gestant in-
 signe? Nil durum, nil non blandum non suauitate plenū his qui hac Christi præcellunt sapientia. Id quod nota-
 uit Rufinus hb. 2. Benedictionibus
 Gen. 49^o Patriar. vbi afferuntur illa Genes. 49.
Aser pinguis panis eius, pinguis sanè panis & deliciosus fit Christus Dominus, sed quibus? is, qui alta illius sapiant mysteria. Ita Rufin. Illi qui nihil amplius in Christo intelligunt, nisi Christum Iesum hunc crucifixum, edunt quidem & ipsi panem de cælo sed aridum, sed exilem: qui vero digni sunt ut eis thesauri sapientiæ & scientiæ reuelentur Christi, sunt, quibus pinguis est panis. Prospera omnia sunt & plena deheis viris illis, qui digni sunt, ut eis thesauri sapientiæ Christi reuelentur, qui alta Christi Domini decora norunt, qui hominem & Deum & mortuum victorem sapienter speculati sunt. Hi omnia in tuto habent, habent, inquam, Christum panem pinguem dulcedine manantem. Quid tunc? portæ inferi non præualebunt aduersus eos. Antiquissimum namque est, quod portæ inferi vereantur habentem mellitum panem. Lege apud Virgil lib. 9. Aeneid. quo astu Sybilla inferorum portas expugnarit, quippe ad illas excubabat ticeps ille canis.

Virg.

*Cui vates horrere videns iam colla colubris
 Mellem soporatum & medicatis frugibus offam
 Obicit Ille fame rabida tria guttura pandens
 Corripit obiectam, atque immania terga re soluit fusus humi.*

Ecce tibi quam infirmæ sunt portæ inferi aduersus eos, quibus suppeditat pinguis & mellitus panis, quibus Christianæ sapientiæ reuelantur thesauri: hos sanè etiam immillos inferorum faucibus non mordebit ignis purgatorius dēte rabido, sed velut mellitā offam blando linguæ lambet attra-

ctu Qui enim digni sunt, ut eis thesauri sapientiæ reuelentur Christi, sunt quibus pinguis est panis, quo inferorum potestates soporare valeant. Hinc tribulatus David multisque calamitatibus cinctus, ut pene iam ad inferorum portas stare, iure incipit ex postulare, Psalm. 68. *Exaudi me, Domine. quoniam suavis est misericordia tua, inde petit exaudiri & liberari à malis, & tibi misericors Deus erat suavis nimirum quasi pinguis & saporatus panis. Quasi si diceret ait, Diuus Augustinus. Ad hoc subuenire differebas, ut mihi dulce esset quod subueniebas. Iam ergo ultra non est quod differas. Iam mihi dulcis es panis, iam mihi suavis & saporatus altas, ut potè cui vexatio dedit intellectum, & sapientiæ reuelauit thesauros, iam non est cur me præmant hæc mala qui habeo Deum mellitum & saporatum panem. Igitur diuinissime Christus Dominus Discipulos suos post lotionem manducatuos cœlestem panem ad cogitationem & sapientiam diuinorum allicit inquit, scitis quid fecerim vobis? Ut ex sui sapientia, mellito & pin uisimo pane illos aduersus omnia moueret mala. Huc refero pueros illos qui à Babylonia fornace fuerunt liberati De quibus Daniel cap. 3. *Dedit eis Deus ingeny acumen & prudentiam Quæ hæc prudentia? Sane rerum diuinarum scientia: Quod astruens Diuus Isidor. Peius. libr. 4. Epistol. 139. sic arguit. Quod autem ita sit, etiam hinc liquet, quod Leombus illi autem igni uenerationi fuerunt. Ecce ut mala pueros & Daniele diuina pollentes sapientia uenerantur.**

Psal. 66.

Aug.

Dauid. 3.

Text. Vos vocatis me Magister & Domine & benedicitis: sum etenim.

§. XXVI.

§. XXVI.

Perfectus Magister solus est qui Dominus etiam est, ut potè qui doctrinam Discipulis imprimat; quam non contemnant, & ultra quam ipsi non addant.

Ille perfectus Magister est qui potestatem habet Discipulorum mentibus doctrinam imprimere, cuius dictis nihil quod addant habent auditores, nec illis imbuti non possint. Quare non abs re comparat D. Nilus in Ascet. Discipulum ad verum Magistrum eadem in comparatione qua Isaias comparat creaturam ad suum conditorem & verum Dominum. Etenim Ezechiel 4. ait. Dominus, *Fili hominis sume tibi laterem & pones illum ante faciem tuam, & describes in eo civitatem Hierusalem.* Quæ verba præiens Nilus ait, quod illis declarat opus esse, ut magister ex lutu discipulos faciat Dei. Hic labor, hoc opus magistri veri est, nimirum discipulos efformare, ut templa sint Dei, ea potestate & facilitate qua figulus argillam format, ut sit quod ubi vas. Sed quis sic discipulorum mentes valet convertere & figurare? Equidem hoc uno exprimit Isaias 45 summam Dei in homines dominationem dicens, *Va qui contradicit fictori suo testa de samys terræ! Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis, opus tuum absque manibus est? lutum & testa est homo conditori suo, domino suo, a quo sine ulla resistantia & contradictione spectat efformari & figurari.* Expendo modo sententiam Nili ponentis discipulum in manus magistri, ut lutum, ut testam in manu fictoris & opificis, quasi innuat; quod is sit verè magister qui discipulos tractet ut figulus lutum, ut conditor & Dominus creaturas sibi subditas illis sine resistantia & contradictione imprimens Deificas sapienzæ & doctrinæ figuras. Hinc

Tertul. aduersus Gent. educit quam necessario sint Christiani sapientes, & innocentiz disciplinis imbuti. Nos ergo soli innocentes: quid mirum, sine-
Ter. *cesse est? Enim vero necesse est, innocentiam à Deo edocti, & perfectè eam nouimus ut à perfectò magistro reuelatam, & fideliter custodimus ut ab incontentibili dispensatore mandatam.* Suos habuerunt præceptores Ethnici Platonos, Aristoteles, Senecas, & alios innumeros qui largis commentarijs tractarunt virtutes morales, regulas rectè dirigendæ vitæ. Sed nihil virtutis hæsit eorum discipulis, quorum cum domini non essent, non præualere magistri. Soli nos veram edidimus disciplinam, qui sortiti fuimus Dominum magistrum, qui nos lutum ita efformauit, ut simus Dei templa absq; eo quod testa contradicat fictori suo, nec lutum dicat figulo tuo quid facis? **V**nus perfectus & incontentibilis magister est Dominus, qui ut cordis dominatur, sic disciplinas sine resistantia imprimit; nec eius præcepta possunt omnino contemnere creaturæ. **V**nus Origenes libr. 2. contra Celsum, Christi Domini doctrinæ efficaciam in Iuda ponderat, qui in summo crimine adhuc magistri disciplinam non potuit omnino contemnere. *Habuit, inquit, Iudas una cum auaritia perdendaque Domini mala voluntate admistam in anima immatam ex Iesu verbis quandam (ut ita loquar) bonitatis speciem; quod ita scriptum est, Iudas proditor videns eum damnatum pœnitentia ductus est, &c. Quod si auarus ille Iudas furari solitus restituit triginta argenteos satis apparet disciplinam Christi efficacem in eo fuisse ad mouendam pœnitentiam; quæ non omnino contempta & conculcata proditori fuit: sed & ipsa verba (Peccavi tradens sanguinem iusti) confitentis erant. Vide quàm flagrans & vehemens pœnitentiæ dolor eum corripuerit, ut nec viuere sustineret amplius; ipse sui condemnator & carnifex: ostendens quantum potuerit Iesu doctrina etiam in peccatore fure & proditore non valente in totum contemnere quæ à Iesu didicerat.* **Hæc Origenes**
 ff qui

Orig.

Lib. III. Caput septimum

§. XXVII.

Efficax est exemplum.

Sene.

qui & verè & eleganter facit Dominum magistrum in contemptibile, cuius doctrinæ necessum sit parere, ultra quam aliud addere piaculum est. Hinc Seneca pungit salutos quosdam censes qui piaculum putabant, si quis præter ea quæ ab antiquis Philosophis tradita erant, aliqua comminisceretur ex suo. Ait enim 2. lib. epist. 35. *Qui ante nos ista docuerunt non Domini nostri sed duces sunt, patet omnibus veritas non dum est occupata. Multum ex illa futuris relictum est, expendo illud non Domini, ea est vnius magistri & Domini commendatio, cuius solius doctrinam sic sibi persuadeant discipuli, ut nec plus nec minus euulgare audeant. Ut merito dicat Salomon Prouerb. 3. Stultissimus sum omnium hominum, nec prudentia hominis mecum est. Quem locum sic in re præsentem exponit Nazianzenus orat. de statu Episcop. Qui fit igitur ut vir usque adeo sapiens atque huiusmodi beneficium consequutus stultissimum se dicat? Hoc vult nimirum, propriam se nullam prudentiam habere; sed diuina & perfectiori sapientia afflari. Siquidè & Paulus quum dicebat *Viuo ego; non iam ego; viuit autem in me Christus, non utique de seipso tanquam de mortuo loquebatur; sed tanquam præstantiorem, quam vulgus mortalium soleat vitam agente; ut potè qui vera vita, nulloque mortis sine circumscriptæ particeps esset. Sic magister & Dominus tuos potens est figurare discipulos, ut nihil aliud sciant præter Iesum Christum, nihil norint præter ea, quæ à Magistro & Domino sunt tradita.**

Prou. 3.

Naz.

Ad Gal. 2.

Textus. Si ergo laui pedes vestros Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.

QVorum non trahit corda exemplum? Videris iuvenes medio in ætatis flore, proficiente adoleſcentia in gaudia, in voluptates, in unda ad glorias inuitante, vnius senis exemplo ad mortem aduelare & cruciatus Pulchrè ridet D. Ambros lib. de Iacob, & vita beata Antiochum crudelissimum Tyrannum, qui ut septem iuvenes Machabæos deterreret, supplicio in primis afficit tenem patrem. O stultissimam hominis cogitationem! insultare, ait, licet tyranno, qui cum cæcitate à Seneca incipendum putat, magistrum eligit, quo discipulos faceret fortiores, qui non degeneres tanto duci respondent. Quid contemnis vel circumscribis ut pueros? Sed fides cana est sed valida disciplina, subyice quibus placet pæuis non inuenies corda puerilia. Nescierat sacrilegus quantum valeret exemplum, & dum frænare iuvenes præoptaret, male calidus adhibuit exempli calcanea, & cupiens à religione auertere, senis exemplo proposito in religionem iuvenes simulauit. O exempli vim maximam, qua breues iuentutis anni audent in aternitatem! qua aliquo modo quo ad nos moueri. Deus ipse gloriatur. Hac retulerim illud Lyppomani in Catena ponderantis, Deum tunc decreuisse filium suum pro mundi salute mactari, quum vidit Abrahamum gladium stringere in Isaacum, sic ille. *Quia Abraham non percisti filio tuo propter me, vicissim tibi tradam, ait Dominus, filium unigenitum meum propter te, & non parcam ei, ut enim melior sum, sic tibi amoris signum manus præstabo. Quasi recusans Deus vinci ab hominis liberalitate, sic vilo Abrahami facinore, quo filium iugularet, ad simile etſi præstantius facinus in executione se se accinxit diuinus Pater. Hinc Clemens Alexan. præd. c. 6 moribundum Abelem putat filij Dei pectus in mortem sollicitare,*

Lypp.

Clem Alex.

ait

ait enim, *vetus iustus typus novi iusti est, & sanguis vetus qui interpellat, pro nouo sanguine interpellat. Deum autem alloquitur sanguis, qui est verbum, quoniam significauit verbum qui erat passus.* Dicitur erat sanguis Abel loquutus simile ad Deum; sed quid loquebatur sane loquebatur quasi exemplo, quatenus Dei verbum sollicitabat, & vocabat in similem effusionem sanguinis: Nec frustra, adeo enim quasi per motum se se ostendit Dei filius innocentis sanguine, ut ea tunc se se morti oppignoraret, ut notauit alter Cyril. in infragmento Euang. aicens, *in Abelis innocentia mors oppignorata est quasi transmittenda foret in eum qui postea sine culpe moreretur.* Sic ut honorarent exempli efficaciam te se comparant diuinae personae ad sequenda illustra creaturarum facta. Nec post Patrem, & Filium praeterit Spiritum sanctum ex epi vis, quem in specie columbae ad Iordanem vique traxit, ut habes Luc. 3. c. vbi D. Ansel. sic dicitur. *Recte Spiritus sanctus corporali specie apparet, quia filius assumendo corporis veritatem iam descenderat.* Haecine similitudinis apparet efficacia, quam non solum homines, sed increata & diuinae personae ostendunt. Vide supra c. 1. §. 5. Ioannem Baptistam expauescentem quod sua mortis exemplum Christus Dominus sequatur.

Cyrl.

Luc. 3. Ansel.

CAPVT VII.

De Eucharistia.

Post pedum abluionem, & longum de Charitate sermonem, vltimum amoris argumentum parat suis Dominus exhibere, se ipsum sub speciebus panis tritici, & vini de vite vere & realiter existentem porrigens ad hominibus comedendum. Quis tantum amoris facinus de cantare valebit? Quae lingua tam epuli delicias enumerabit? Sane illa, quam facundus hic calix faciat disertam. Neminem mihi, quod rusticus ego falcem meto si Deus se hominum facit segetem. Nec vbi diuina charitas sic se in unum extendit

mibi aliquis est tenendus modus; sed aliqua dicā, prout se occasio dederit.

Textus. Matth. 26. Coenanti- bus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit, deditque Discipulis suis, & ait, accipite; & comedite, Hoc est corpus

meum.

Deus se se hominibus dedit comedendum, ut par pari referret pro cibis, quos ipse ex hominibus comedit.

Vade, homo, quam largiter Deus acceptum ex hominibus cenam manderet, quam referat par pari pro cibis maducans in mundo, disciturus a mundo hic liberalis & diuisus hospites refert, qui nunquam pereant, quibus immortaliter homines exsistentur. Hinc D. Damasceni in libello de Corpore, & sanguine Christi componens cum Deo existente in utero Virginis, inquit, sic hic tanquam in utero Virginis, mensa mystica posita est, materia panis, & vinum aqua misticibus enim mater nutrebat, & materiam praebebat corporis infanti. Expende verba ab illis, hic enim mater dicitur, quasi ideo sub pane, & vino in mensa mystica se se Deus tradat, quod his ab utero matris fuerit altis; sic pro cibo accepto se eorum referens & par pari. Id quod videtur ponderasse Ericus ad Luc. 14. vbi dicitur, cum intrasset Iesus in domum eiusdem Principis Phariseorum sabbato ut maducaret panem. Ad haec ille. Adibat Dominus carnalia hominum conuiuia non tam ut exterioribus epulis vesceretur, quam ut ipse, qui est panis de caelo descendens dapis superni conuiui erogaret. Sanebat enim liberi animo ab hominibus Dominus panem, quo obligabatur se panem celestem visum communicare. Aui

Luc. 14 Eric.

de humanis epulis vesceretur, quibus se sciebat adducendum, ut coelestes nobis porrigeret dapes Nullum a te, homo, fructum accipit Christus panis, quod largiter non exoluat panem hoc super substantiam. Quondam dicebat

Apo. 2. Apo. 2. Vincenti dabo manna absconditum: quae verba aliter alij, sed in rem praesentem illa egregie trahat D. Laurentius Nouariensis, hom. de Eleemo-

Laur. Nouar.

syna fatus. Qui sunt autem victuri, quam illi, quibus dixit, Venite benedicite, possidete Regnum, esuratis, & dedistis manducare? Ecce palma, & premia, pro pane modico, quem dedisti, accepisti manna absconditum; potum porrexisti, & paradysum recepisti. Hac se obligatione obstringere Christus voluit, quum se ab hominibus patitur cibari, nimirum, ut par referat pari, panem pro pane. Sed pro Deo immortalis a nobis accipit corruptibilem; & reddit eum qui reficiat immortalter, accipit micam; & reddit segotem vitarum, ut par erat referre praedictum Dominum, & omnipotentem. Sanon non mukum ab simile factum est a Rege Daud viro, vel in hoc secundum cor Dei, namque

2. Reg. 17 fugiebat Daud ab Abialon. 2. Reg. 17. cui fugienti, & famelico obuiauerunt filij Berzellai Galaadit. s. & obtulerunt fratoriam, & sapetia, & vasa siciliae frumentum, hordecum, & farinam, & polentam, & fabam, & mel, & butyrum, oves, & pingues vitulos. Dederuntque Daud, & populo, qui cum eo erat ad vesendum. Itaque pij viri fugientem Regem cibo, & potu affatum recrearunt neque id illis vanum fuit, immo vtilitatis, & questus plenum, quando quidem Rex tanto obsequio constictus, & viuens semper illis beneficentissimus sicut; & moriens illos in prius filio regnato commodaue. Sic enim

3. Reg. 2. ait 3. Reg. 2. Rex iam iam animam agens, sed & filij Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. Quod pulchra expedit paraphrasi Iosephus lib. 7. c. 12. quum ait,

Ioseph. somendasiu Berzellai Galaaditis filios, quos mea causa omni studio & honore prosequens, non auferens in eis beneficium; sed referens pro officio, quae patet, conuenit in me exalem liberalis & concessit. Qui-

bus duo se statim consideranti obijciunt. Alterum, quod moribundus Rex meta Regia muneret eos, a quibus egens accepit panem: alterum quod hoc non videatur Iosepho esse beneficium conferre, sed referre non gratiam, sed debiti exsolutionem. O vere Daud filius, immo summi Regis Dei filius Christus Dominus, quia ab hominibus in mundo famelicus & peregrinus pascaris, adeo obligaris, ut relicturus mundum iam moribundus regias & diuinas dapes hominibus pares. Quod nescio an graua putem, an debitum, an conferre, an referre beneficium, gratia est, & maxima gratia. Si nostri muneris video exiguitate; si te summum Imperatorem considero & Deum Maximum, debitum est, debent enim maximi pro paruis obugari, & pro micis regia referre munera & maxima.

II. Regale Christus Dominus in E-

charistia praetendit magni-

ficientiam.

Idisti in modo dictis, Dauidem

moribundum meta regia munerasse Berzellai filios; neutro parate degener Christus Dominus tunc regiam ostendit magnificentiam, quum moriturus viuifico famescientes homines replet epulis. Quo spectant illa D. Petri 1. Petr. 2. ut leguntur & referuntur a Clem Alex. 1. Pedag. c. 6, Quasi modo geniti infantes verbale tac concupiscite, ut in ipso crescatis in salute, si gustastis quod Christus Dominus. Non dubito quod de Eucharistico epulo loquatur; sed solum expendo illud si gustastis quod Christus Dominus, quasi regiam Christi Domini gloriam tunc maxime experiamur quum illum gustu percipimus. Ecce in gustu apparet Christus Dominus, in gustu claret eius regia magnificentia & imperatoria maiestas. Fallosi ob hoc non dicatur in benedictione Aser Genes. 49. panis pinguis & praebebit delicias Regibus, has enim regias delicias condidit viuifico panis, quae possunt in admirationem rapere ipsos

1. Petr. 2

Gen. 49

Cant. 2. ipsos Reges. O quā id experta fuit for-
sponsa Cant. 2. Vbi inquit. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* Nota vbi Regem vocat, vbi Regem experitur dilectū, nempe vbi in cellā vinariā introducit. Ad hæc pulchrè Hiero.
Hiero. Non mihi vacuum videtur, quod cum potuisset dicere sponsa, *introduxit me Sponsus, aut frater meus, aut aliquid huiusmodi,* nunc quia cubiculum dictura erat Regis dixerit cubiculum, neque aliud nomen posuerit. Propterea arbitror in his Regem Christum nominatum fuisse, ut hoc nomine ostendatur prædixit eius cubiculum ut potè regium, multisque offibus refertum. Vbi Deus osculo suauatur dilectum, meritò Sponsus vocetur, vbi generi humano inseritur, vocetur frater, aut patruelis, verum quum vinariam aperit cellam, quum miscet vinum, cum panem præterdit, Rex ipse tunc claret ex deliciis prælibatis regis. Id tunc maximè gustatur, quod Christus Dominus, vbi maxime notandum illud à Thoma Ioann. 20. prædicatū, qui vt Christi latus atugit apertum, statim exclamauit, *Dominus meus, & Deus meus.* Quid in Christi latere inuenit, ex quo Dominum, & Deū confessus est? An non fidei aptius, si Petro consentiens diceret Tu es Christus filius Dei viui? Cur nouo stylo ait, *Dominus meus, & Deus meus?* Credidimus in latere aperto, guttum esse huius divini epuli, quo non potuerunt regis illius deliciae nō præsentiri. Quo circa D. Chrysol. hom. in Dom. nouam sic inquit, *Ipsè hortatur & dicit, accipite, & edite, adhibete manus vestras, & mittite in latus meum, & omnes mea membra tenete, quoadcumque enim meum membrum ceperitis, in eo sum totus, qui à Thoma contractatus sum.* Ecce vobis Thomæ attractionem cum Eucharistia gustu componit, quasi innueret vnde regius ille splendor populiherit, quō Christus Deus præmostraretur & Dominus. Ad stipulatur D. Cyril. Hierosol. catechesi 5. sic fideles ad Christiferas sumendas dapes commonēs, nūritum, *accedens ad communionem non expansis manuum volis accede, nec cum disiunctis digitis (sumebatur tunc temporis Eucharisticus panis in ma-*

nibus) sed sinistram veluti sedem quādam subicias dextra, que tantum Regem susceptura est. Nunquam enim magis regalis Domini maiestas patitur, nunquam Regius Christi splendor patentior, nunquam eius diuitias & deliciae cumulatiores, quam in Christifera hac & Regia mensa.

S. III.

Nulla res data est homini integrā & tota, nisi Christus qui integer & totus datur nobis in Eucharistia.

Vides, panem frangi à Domino, & quod frāgmina porrigen-
 cat, Hoc est Corpus meum, quod ad creaturam panis pertinet traditur diuisum, qui ibi latet Christus non confractus; non diuisus, integer accipitur. Hoc sibi amoris deberi ab hominibus voluit Dominus, quod inter omnia bona ipse solus totus & integer tradatur nobis. Pulchrè Ecclesiastes c. 5. humanam commendans sollicitatem inter alia inquit, *& omni homini, cui dedit Dominus diuitias atq; substantiā, potestatemque ei tribuit, ut comedat ex eis, & fruatur parte sua.* Expēdo illud & fruatur parte sua; quasi nihil integrū & totum liceat homini accipere ex mundi creatura. Hinc D. Dionys. Alex. epist. aduersus Samosatenum acurè expendēs duo illa Exod. 12 de agno Paschali præscripta. Alterum est, quod sic integer deberet manducari agnus, vt dicitur *caput cum pedibus eius, & intestinis vorabitis;* alterum est, quo ita cauet, *nec os illius confringetis, siue vt est apud Ioā. 20. os non comminuetis ex eo.* Si os agni non comminui licebat, quomodo integer cū capite, & pedibus vorandus? Quis sine fractione ossis voraret caput & pedes integri agni? Non hoc est agni creati, cui tam repugnat integrè communicari, quam sine ossium fractione totum manducari, vnus est is diuinus agnus, qui solus, **FF 3** totus,

Eccles. 5.

Dion.

Alex.

Exod. 12

Ioan. 20.

totus, & integer conceditur à suis vota-
 tari. Ita Dionys *Atqui prohibebatur*
illis hoc (nempe osium fractio) ut nec
toto irrationali vesci eis permitteretur.
At Verò qui se ipsum exinanivit Chri-
stus Iesus habens in se caput Patrem fe-
dit potentiam in brachio suo & exalta-
uit humiles, Ut in eis capi possit altissi-
mus, & habitare in nobis propter suam,
qua nos dilexit, benignitatem ac bonitatem.
 Non ad creati agni legem pertine-
 bat, quod totus, quod integer vota-
 retur; non enim permittitur homini
 vesci toto irrationali; frui tota & inte-
 gra creatura. Id sibi solus diuinus re-
 seruauit agnus, qui vnus & solus se to-
 tum & integrum capiendum homi-
 nibus communicauit: Sic vbi Genes.
 18 dicitur, tulit inde vitulum tenerrim-
 um & optimum deditque puero, id ad
 Christi mysteria referens D. Amb. ex-
 pendit illud tenerrimum, & ait, *Tener,*
quia non dura ceruicis, sed molle iugum
legis agnouit, crucis patibulum non re-
trixit, & merito tener, de cuius capite,
& pedibus, & interstis nihil relictum
est, & os non est contritum ab eo, sed totus
epulantium cibo cessit. Ex quo manifestè
 apparet mysterium de Christi Domini
 vestibus decantatum à Patribus.
 Etenim exaltato Dño in cruce, iuxta
 id Psal. diuiserunt sibi vestimenta mea;
 & super vestem meam miserunt sortem, car-
 nifices exteriores Domini velles inter
 se diuidunt & partuntur: tunicam verò
 inconsultè sibi integram quisque procu-
 rat retinere. *Quæ huius rei causa? Cur*
tunica inconsultis, non aliarum vestium
intra diuisionem? Cur sola ipsa integra
& tota datur? An quia Virgineam ver-
bi carnem hominibus comunicandam
præfigurabat? Ita affirmat D. Athanas.
de Passione, verum præstat audire Cyril,
ad hæc tantè: in quatuor partes vestimè
ta diuisa sunt; tunica solè indiuisa reuè-
sit, in singulos enim transiens unigenitus
& animam atque corpus eorum per carnem suam
sanctificans impartibiliter atque integrè
in omnibus est, tam vnus ubique, sit nullo
modo diuisus. Hæc sit Christus ferre in ho-
mines magnificentie præconiū singula-
re, quod ipse solus præ omnibus bonis
impartibiliter & integer tradatur, iam
iam qui Christum non recipiunt nisi inte-

Gen. 18.

Amb.

Ath.

grum recipiunt, immò neque id audeat
 sperare. Ita ille Diues epulo apud Luc. *Luce 14.*
 14 à tormētis aiebat, *Pater Abraham, mis-*
te Lazarum, ut intingat extremum digiti sui
in aquam, & refrigeret linguam meam Vbi
acumē Chrysostr expēdit. Vide conscien-
tiā peccatoris, non totum audeat pascere di-
gitum. Sanè, quia cōscientia hoc ex bo-
 nis didicerat creatis, nihil integrum & to-
 tum extra Christum hominibus posse
 dari. Id quod in illa fidelis muliere Cha-
 nana D. Hiero. notauit, quæ ut bonum
 creatum exposculabat solū nimirum filie
 sanitatē sic ait Matth 15. *Etiā Domine,*
nā & catelli edunt de micis, quasi dicit,
ait ille, scio me filiorum panem non mereri,
hec integros capere posse cibos, sed contrita
sum reliquias catulorum. O mulieris inau-
 ditā perspicaciā! dum tantum humana
 & creata optas, bene dicis te integros
 non potes capere cibos, solus Christus
 datus integer, reliqua omnia diuidun-
 tur in frusta, extenuantur in micas. Vn-
 de pulchre D. Paschasius de Corpore, *Pasc.*
 & sanguine Christi c. 17. ait, *dum com-*
municas dilata sinum mentis tue, emittida
conscientiā, & percipe non quantum mi-
ca exhibet, sed quantum fides capit Etenim
panis species ad illa bona pertinet quæ
frustulatum accipiuntur, quod fides ca-
pit, ibi Christus est qui totus & integer
communicatur hominibus.

Chryf.

Matt. 15

Hiero.

Pasc.

Textus. Et accipiens calicem
 gratias egit, & dedit illis dicēs:
 Bibire ex hoc omnes: hic est
 enim sanguis meus noui testa-
 menti, qui pro multis ef-
 fundetur in remissionem
 peccatorum.

§. III.

Non omnium est crebrius ac-
cedere ad Eucharistiam.

Quum calicem audio, iam inde ni-
 miam frequentationem suspectā
 fore credo. Quis sobrius non tardè &
 morosè ad calicem accedit? licet in
 præsentem consuetudinē illā ex prophā-
 nis recensere, quam in Israelitis Malas

e. 66. succenset. Qua nimirum bonæ fortunæ libantes dapifera conuiuia statu ebant, ubi finitis epulis poculum sacrificij ergo circumferebatur, de quo sic Theophrastus lib. de tumulentia: *Illud de mensa dum sumunt, Deum adorant, tanquam supplices rogent, ne quicquam agant turpiter, ne huius portionis appetitiores fiant a quo, sed ex ea percipiant quod honestum sit & utile.* Nota verba ab illis; ne huius portionis appetitiores sint, &c. Nichil tale peruerant inter epulas, sed cum primum sacrificalem calicem accipiunt, id statim illis venit in mentem, nimirum orare ne appetitiores equo fiant. Quod ut persuadeat suis, Christum Dominum crediderim porrexiue poculum hoc viuificum, quasi inuauit Eucharistiæ bonum, non ab exuberanti appetentia quæ super æquum fiat, nec à frequentia nimia, sed à sobria & prudenti participatione sumendum fore. Cui consonat S. Clemens Alex. inquit. *O admirabile mysterium! veterem, & carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum et vetus nutrimentum. At autem noua Christi diæta effectas partes. Expede nouæ Christi diæte, quasi velit ea moderatione & parcitate nos ad Eucharistiam accedere, qua is, qui diæta curantur, accedunt ad cibos, ut fructus diuini epuli possimus presentire. Inde ponderandum est discrimen in miraculo panum bis peracto à Christo Domino, tunc sauate quinque millia hominum, tum quatuor millia. Verum quinque millia ita pane sauantur, ut superfuerint duodecim cophini fragmentorum: at quum sauantur quatuor millia, non tot fuerunt fragmenta residua. Cur ita? Eleganter D. Ambrosius ad Luc. 9. *Cur quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? quia quatuor millia ista triduum cum Christo fuerunt, & ideo ampliorem celestis pabuli alimoniam receperunt.* Merito qui tridui inediã sustinent, qui cum Christo triduum consumunt, prandij immemores ampliorem celestis pabuli alimoniam recipiunt. Quam per illum triduum vrgerent Dominum huius æui sacrificij, & nimirum deuotæ formæ, ut de Christi manibus refice-*

rentur: Et sanè cum paruo fenore spiritus! Hos prænuntiat Dominus in Chana nuptijs, ubi deficiente uino, Maria mater Iesu festinauit ad filium, ut subueniret: cui ille. *Quid mihi, & tibi mulier? nondum uenit hora mea.* Ad hæc D. Irenæus alibi datus, ait: *Properante Maria ad admirabile uini signum, Dominus repellens festinationem dixit, quid mihi, & tibi mulier, nondum uenit hora mea.* Expendo illud, properante ad admirabile signum uini, ut hinc dicas quam su perca debet esse nimia festinatio ad uiuifici signum calicis, quandoquidem sanctissima Virgo temperatissima, semper Deo maxime placens, quasi repellentibus excipitur uerbis, quando ad admirabile uini signum properauit.

Oportuit totius Christiferi sanguinis lauari, & baptizari pelago, ut digna puritate ad diuinissimum epulum accedamus.

Quoniam miretur quanta sustinent veteres illi Iudei, antequam ad celeste epulum peruenirent. Omnes, ait D. Paulus, in mari baptizati sunt, nisi enim post integri rubri maris lauacrum minime manna uescerentur. Nec nos Christiani ea puritate nitentur, qua dignè accederemus ad Christiferum conuiuium; nisi prius lauati fuissetus vastissimo illo sanguinis & dolorum pelago, quo demersus fuit Christus. Vnde Paulus 1. ad Cor. 5. *1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, ut aque epulemur.* Nota, quod prius diuini Agni interfectionem memorat, prius sanguineos passionis fluctus, pro celosa illa maria dolorum proponit, quibus uniuersi homines immergi sunt, ut Egyptijs enectis, noua conspersio pulluaret. Et tunc ad epulas adhortatur, quasi dicat, siquidem rubentes passionis undas excepimus, iam ergo possumus dignè epulari, quam sequellam euidentius educit D. Anselmus, fatus. *Epulemur ergo, ad est, epulis corporis & sanguinis*

sanguinis eius reficiamur. Siquidem stolas nostras sanguineus Agni torrens mundauit, siquidem rubras vastissimi maris passiones undas sustinimus, iam non moremur ad epulas, iam celesti pane reficiamur. Fallor, si huc non respexit Abbas Cellensis lib. de Panibus c. 13. ubi hæc dicit. Transendum igitur mare rubrum, ut comedas panem mundum. Hoc enim ostensum est in Apoc. ab Angelo Ioanni, quum dicit, hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni, ideo sunt ante thronum Dei. Hæc ille; solos eos dignos reputans celesti, & mundissimo pane, qui passionis maribus, hoc est, Agni sanguine fuerint abluti & dealbati. Vnde Theophyl. Alex. epist. 2. Paschali ideo solum demones ab hac Eucharistica mensa arceat, quod pro illis non fuerit mortuus diuinus Agnus. Si enim, ait, pro demonibus crucifixus est, quod erit privilegium, atque ratio, ut soli homines corpori eius, sanguinique communicent, & non demones quoque pro quibus in passione sanguinem fuderit? Sed neque demones audient, accipite, & edite. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur; neque Deus sua precepta soluet, qui Discipulis ait, ne mittatis margaritas uestras ante porcos. Ex quibus omnibus approbatur, Christum pro demonibus non posse crucifigi; ne demones corporis, & sanguinis eius participes fiant. Itaque nemo, qui rubri passionis maris non sustinuit lauacrum, potest celestis panis, & calicis mensæ appropinquare. Totus ille rubentium fluctuum pelagus nobis fuit opus, ut Christiferis reficeremur dapibus. Quocirca, ut acutè, & uere D. Paschasius, de corpore, & sanguine Christi, cap. 11. notat, aqua quæ fidelium populum significat, Eucharistico calici additur, quia prius à Christi latere percussio cum sanguine coniunctim effluxit. Et ideo, ait, rectè prouisum est, quia aqua simul cum sanguine fluxit, ut hoc in mysterio admisceatur. Quatenus & nos in illo simus, ut per hoc salutis Sacramentum diuinis obtutibus illico uniti miscè offeramur. Nam si uinum sine aqua offeratur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Quibus ponde-

Cell.

Apoc. 17

Theoph.
Alex.

Pasc.

ro illud, rectè prouisum est, quia aqua simul cum sanguine, &c. Vbi innuit rationem & causam, qua aqua, nempe Ecclesia fidelium in illa significata Eucharistiam ingrediatur, sub tanto que offeratur Deo epuli sacrificio, nimirum quia prius cum sanguine à latere manauit, quia sanguineis passionis fluctibus fuerit immixta. Non aliter reficeremur diuino hoc conuiuio, nisi toto sanguine Agni stolas prius dealbauerimus.

J. VI.

*Sanguis Eucharisticus veniam
& tolerantiam clamat
peccatorum.*

CVM sese diuinus sanguis ob ueniam peccatorum effuderit, tam diuino & præcellenti munere ubique fungitur, ubique clamans ueniam, ubi que misericordiae viscera contundens. Inde D. Cyprian. Christiferum sanguinem Abeli præfert, quia ille clamabat uindictam. At Christi sanguis de cruce clamas, pacem loquitur, & reconciliationem. Quum idem sanguis quoniam à nobis bibitur, si modò dignè bibitur, clamat in corporibus nostris uerba pacifica. Expendo illud, si modò dignè bibitur, quo Cyprianum ibi non adeò æstimatorem Eucharistici sanguinis crediderim. Quid magnum est, quod sanguis clamat ueniam & pacem in illorum cordibus, à quibus dignè bibitur? Imò cum indignè bibitur, cum nefariè tractatur, tunc etiam clamat uerba pacifica. Quod innuit D. Paulus ad Hebr. 12. fatus: *Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel.* Notabis illud. *testamenti noui mediatorem.* Vbi enim testamentum nouum, & hæres nouus est, siquidem testamentum sine hærede rescinditur. Quid plura? Accipite pulchram historiam, ex 2. Machabæor petitam. Inclytus & fortis Neazarus aduersus infensissimū hostem pugnans Antiochum cum turritum elephantum cerneret totius fidelis exercitus uastatorem, uitæ suæ immemor impeterritus bestie occurrit,

Cypr.

Ad Heb.

12.

2. Mach.

curret; & suppositus illius ventre percussus e o icu & sibi gloriosum Mautolzum, & suis insperatam victoriam obtinuit. Quo stupet factus facinore hostis Antiochus etsi multo milite, & penè innumerabili cinctus, unus territus fortitudinis pacem rogauit. Ad hæc eleganter D. Ambrosius officior. c. 40. concludit. *Igitur Eleazarus hæredem suæ virtutis pacem reliquit.* Ecce noui testamenti nouus & inauditus hæres instituitur, hæres, inquam, quæ sit pax cum hostibus infensissimis. Hinc iam Paul. Christi testatoris gloriã meritum, qui ut monens reportat triumphu, sic sui sanguinis nouum testamentum reliquit, non quæle antiquitus condidit sanguis Abelis effusus; sed cuius sit nouus hæres pax cum ipsis hostibus & inimicis. Itaque sanguis Eucharisticus sanguis noui testamenti est, qui etsi hostili peratur animo, nihil interea loquitur, nil dicit, nisi veniam & misericordiam largiendam quantum ex se est ipsis inimicis. Quod considerans D. Cyril. lib. 4. in Ioan. c. 17. aiebat. *Quia in nobis manet Christus, neque in quibus sumus peccatis considerat; sed egrotos curat, collisos reuaintegrat.* Ad hostiles animos excutiens (si attendas misericordie affectu quo ibi est) hoc curat, ut vulneribus medellam inferat, pacemque omnium mentibus æternam inferat. Nescio, an huius diuini poculi beneficentissimum morem adumbravit D. Paul. 1. ad Cor. 10. vbi de Israelitis apud desertum ait: *Bibebant de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus.* Nempe cum semel profluentem aquam biberunt, eos insequeretur petra innuens diuino poculo resectos, quos etsi fugientes, etsi reluctantes insequitur tamen Christus quasi à tergo pacem offerens, & cum venia inuitans. Ita D. Cæsar Arlat. hom. 7. de Pas. *Bibebant autem, inquit, de consequenti eos petra. Videtur, quod qui de Christi gratia biberit, sequitur et Christi misericordia.* Nec misericordia, quæ omnes nostros cogitatus antecedit, resectos diuino poculo insequeretur, nisi illi fugissent, vnde semel potos refugas sequitur misericordia Christi, ut conuertat, ut pacem exhibeat, ut venia ditet. Vide inf. § 9. & 28.

Ambrosius

Cyrillus

1. ad Cor.
10.Cæsar.
Arlat.

J. VII.

Exactissimam rationem reddere debent, qui corpus, & sanguinem Domini participant.

ADhuc hæreo illis verbis, *Sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur: & sanè quod ex testamento pro multis habetur, nunquam nisi præmissis censu, & cum obligatione rationis reddendæ apud iudicem accipitur.* Quod tibi imprimis, Christiane, inuitur, qui non utcumque accipis sanguinem Christi pro multis effusum, sed cum ex testamento acquisis, ut iam tantorum bonorum rationem reddendam extimescas. Resurgente Domino ex sepulchro, ait Matth. 28. quod *terramotus magnus factus est: de quo pulchre D. Chrysostomus in psalm. 2. dicit. Sepulchrum accepto corpore deposito territum quod patris thesaurum accepisset, depositum cum tremore reddidit.* O quam iustè tement sepulchrum, vbi depositum tantum thesaurum cogitur reddere! O quam potiori iure nos extimescere debemus, qui thesaurum eundem, nempe corpus Christi accepimus, cum necessam sit illius rationem reddere. Audisti, Mariam purissimam innocentissimam totam conturbari ad vocem Angeli? Sic Lucæ. c. 2. *Turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatorio.* Vnde, o Puella sanctissima, turbaris? Quæ in te causa turbationis, vbi regnum pacis incipit pullulare? Inter alias hanc addit D. Chrysostomus. serm. 142. causam. *Quid plura? Mox sentit in se supremum suscipi iudicem.* Et quæ nullum reatum nec ab origine traxit, quæ totius culpæ libera erat, non sentiret iudicem, nisi noui testamenti commune bonum ipsa caperet. Nil habet iudex cum Maria, nisi quia noui testamenti est arca, vbi mundi hæreditatem ex testamento capit, non sine metu iudicis, sine tremore reddendæ rationis, etiam ipsa innocentissima Virgo non spectabitur. Sic illa ardentissima Dei amatrix. Cant. 5. inquit.

Et § Dilectua

Mat. 28.

Chrysostomus

Luc. 2.

Chrysostomus

Lib. III. Capitulum octauum.

Cant. 5. Dilectus meus misit manum suam per
Psellus. foramen. Quasi diceret, iuxta explica-
 tionem Petri. Totum ostium meum ape-
 rui, ut Christum uerbam, & sponsum
 meum susceperem, tantum uix manus eius,
 eaque sola immissa est. O ingentem Dei
 magnitudinem! o sublimiorem palmis
 staturam dilecti, ut totum excipere
 mentis meae templo curabam, & aper-
 tis, uel sublati ualuis unam eius solam
 excepi manum, & cum manu Dei ac-
 cepta ecce tumor, ecce tremor super-
 uenit, quippe uenter meus intremuit.
 Unde o Virgo, uel sola manu dilecti
 accepta tremis? Iam id explicant tres
Tres
Patr. Patres, nempe, *Pariete me instium sa-
 pientiae, timorem dilecti mei tanquam iu-
 dicis.* Proh dolor! Nec sanctissima Spō
 sa capit Dei manum absque terrore
 iudicis, absque iudiciali processu & cen-
 su. Quis iam integrum testamenti san-
 guinem accipiens non timeat ratio-
 nem reddendam? non contremiscat
 iudicem depositum repetentem.

Ex Luc. 22.

Text. Hoc facite in meam
 commemorationem.

§. VIII.

In Eucharistia Christus Dominus
 omnino sui similis existit, prout
 in Cruce pondebat.

Quid aliud putas Eucharistiā esse,
 quam pulchram totius cruenti
 myuerij commemorationem, quam
 memoriam, & uiuam repraesentatio-
 nem crucis? Sanē altari accessit Chris-
 tus, ut accessit cruci mactandus. Un-
 de in B. Iacobi liturgia lector admo-
 net. *Taceant mortales, & stent cum me-
 tu & tremore, nihil terrenum cogitantes.*
Rex enim Regum Christus Deus noster
existit ut mactetur, & detur in cibum
fidelibus. Quam in cruce sustinuit ma-
 ctationem, hanc in mystica sanguinis
 & carnis separatione ostendit, dū ait:
 Caro mea uerē est cibus, & sanguis
 meus uerē est potus. Quid aliud in Eu-
 charistia audimus, quam effusionem

sanguinis, quam traditionem carnis?
 Accipite D. Damascen. in lychno de
 Corpore Christi sic factem. *Elevatur*
in manibus sacerdotis in cruce, & fran-
gitur, & distribuitur, & in nobis sepeli-
tur, & facit nos secum à corruptione li-
beros. Ad eō passionis, crucisq; myste-
 ria hoc in epulo repraesentantur, ut me-
 rito dicat D. Paschasius lib. de corp. &
 sang. Dom. cap. 11. quod nihil defuit in
 hoc Sacramento ad commemorationē pas-
 sionis, quod tunc extitit in cruce in con-
 summationem nostrae redemptionis. Quo
 circa de singulis sigillarum nobis est
 agendum.

§. IX.

Christus Dominus in Eucharistia
 ut in Cruce inimicis uentam
 largitur, & misericor-
 diam.

Ecce tibi apud Ezechielem cap. 9.
 Altari adest uir quidam uestitus li-
 neis, cuius sunt laterones sex alij ado-
 lescentes fortissimi, & ad bella doctis-
 simi, habentes acutissimos & distric-
 tos gladios, ut iussi omnes appropin-
 quantes interficiant. Hoc cernens Pro-
 pheta exclamat: *Hēu, heu, heu Domine*
Deus, ergo ne disperdes omnes reliquias
Israel? O quā aliter ego exclamarim!
 non Deum; sed adolescentes illos bel-
 ligeros; sed armatos Angelos compel-
 larim, Heus vos coelestis militiae mag-
 na pars, siquidem adestis sacro altari,
 adestis, inquam, splendenti districto
 gladio, cur ex innumeris, qui altare
 Dominicum foedant, nullum interfi-
 citis? Cur cum tot lupi quotidie diu-
 num Agnum uorent, nullus transof-
 fus occumbit? Cur non repletis inter-
 fectis aras? Cur enectorum non sudant
 sanguine templa? Sed accipite quid res-
 pondeat D. Paschasius cap. 8. Certus
 sit, quia ultores Angeli nec semel indignē
 communicanti parcerent; nisi bonitas
 Christi, in cuius iudicio pendent omnia,
 & cui commissum est et signum ponat
 in frontibus suorum, gladium suspen-
 deret, & remoueret momentaneam mor-
 tem. Christo totum debemus adscribere,

Damas.

Pasch.

Ezec.

Pasc.

qui sua etiam iniurias libenter remittit, & pro delinquentibus in se sicut prius in cruce fecerat, etiam se Patri effundendo idoneus exorator intrinsecus. Non in dilectissimis adest Dominus epulis divinis, ubi ut in cruce veniam meditatut hostibus impetrat, non enim Angeli qui adsunt, ista quos sine rem accedente impune. Sed quando in aduolant transfusum indignos, ipse qui editur & voratur Agnus temperat gladius dignus exorator pro voracibus lupis. O ingentem Dei misericordiam! O summam Christi pietatem! Christo Domino debes, o maxime peccatorum, quod indignè accedens ad epulum diuinum non ab Angelis fructu eris: adsunt illi armati gladius, & irati irruunt; sed detinentur a Christo, qui & in cruce, & in ferculo non cessat indulgere inimicis. A quibus venditus erat fratres cum possit occidere, pavit charitatis pleno conuiuio magnus ille Ioseph. Genes. 43. De quo pulchra, & Christum Dominum hylantia dicit Abbas Cellent. de Parib. c. 1. *Vbi quid ait, gratiosus Ioseph, sed in conuiuio magis, multoque amplius iocundus: in conuiuio etiam venditoribus suis non negat negatam sibi germanitatem, in conuiuio non retinet iniuriam, extendit manifestentiam, in conuiuio iuxta scripturam cibandi inimicum, extinguit inuidiam, sanat malevolentiam. Quid pulchrum? Quid Christo Domino accommodatius? Sanè in hoc conuiuio etiam venditori suo Iudae non negat pacem, non retinet iniurias, inimicos etiam, & sibi insensissimos hostes cibant, & prohibet ne milere ab Angelis victoribus perimantur.*

Gen 43

Christus Dominus in Eucharistia

ut in cruce paradisi hereditatem exhibet.

Quam a sanctissimis vitis decantatum, quod in cruce damnato altero, Latroni digno paradisi perdit reddat Dominus hereditatem. Sed eam

nullibi mellis exhibet Dominus, quam ubi scilicet praebet in Eucharistia manducandum. Quid est in toto hoc diuino conuiuio quod non oleat paradisi? quod vita arbore non praestet quod innocentia amictum non praestet? Pulchre Antipater Episc. Bostorum, orat de Ioan. Bapt. Mariani fatut. *Benedicta tu in multis scribis, & benedictus fructus venteris tui: ex quo cum comederit Adam, dicit inimicum. Benedictus fructus qui fuit mundi cibus & amictus. Sane is erat innocentiae felicissimus status; in quo Adam videri vixit arboris fructu gurgitans, nec cibum alium, nec amictum desideraret. Sed prohi dolor! accessit ad verum, & famem incurrit, & nudus exiit super praefens ligna, retinuit amictum recipere hereditatem, dum scilicet in cruce dicitur, qui cibus mundi est simul & amictus, simul factus de exortans animas. Hoc fuit privilegium caelestis pabuli, quo dum Isaac in deserto vescerentur, nulli in vellibus attritionem, neque verustatem sentiebant, quod spectans Dominus apud Olearum. c. 11 ait: *In funiculo Adam et aban vos. Quis enim Adam, nisi paradisi hereditas? Ita Rufinus huc locum interpretatur: Panibus etas, sed est, fortilo Adam primi homines, antequam peccato e felicitate decideret, qui paradisi fuerat habitator effectus, ut non laboratus, sed sponte nascentibus fructibus vesceretur. Ita est populus solis mira, uita comparata pabula suscepit. Haec erat felicissimi Adam paradisi, ubi omnia illi sine labore eueniebant, cui formationi & paradiso similes affectus, quam habuit Hebraeus in deserto, ubi manna vesceretur, ubi coelestis panis miraculis comparatus, & cibus, & amictus erat. Felicior illis Christianus, qui veram paradisi fortunam adeptus est, quandoquidem miraculis comparatus caelestis panis Christus Dominus vivens arboris fructus, & cibus illis est & amictus. Hinc maxime ponderanda ratio est, cur Eucharisticae dapis singulari & proprio iure in Christi percusso latere sedem habeant. Sic cum ait D. Chrysost. lo. 21. 19. *Quod illis ad ad-***

Antip.

Oseas. 11

Ruf.

Chryf.

ipso

Lib. III. Caput octauum.

ipso latere hauriens accedas. Cur Eucharistia in latere? an non potiores essent eius sedes Domini manus? Quid cum latere diuinum epulum? Sane Adami latus, nempe mulier ex latere profiliens Adamum ex paradiso eiecit, occasio nemque dedit, vt Deus poneret igneum gladium versatilem ante paradysum, ne vllus homo ingrederetur. Vt ergo coelestis cibus paradysi hereditatis restitutio erat; sic decuit a noui Adami latere etiam procedere. Id quod notauit Procopius in Genes. c. 2. his verbis.

*Sic Christus proprium latus seu firmamentum aliquod haste opposuit, paradysum aperiens, qui propter latus, nempe mulierem fuerat obstructus. Ecce tibi vt mulier a latere egrediens per cibum occlusit paradysum, sic a latere Christi profiliens esca paradysum aperuit, vbi latus seu firmamentum haste opponitur. Fallor si huc non respiciat illud Psal. 71. quo Dauid in omnium sententia celebrat diuinum Eucharistiae epulum sic fatus, erit firmamentum in terra in summis montium. Ij, qui hebraicas notas norunt adeo perspicue putant scriptum esse, erit memoriale tritici, aut placentia tritici, aut frumentum, vt mendose dicant insertum esse, illud erit firmamentum. Verum non mendacio; sed mysterio dictum est hoc viuudum frumentum firmamentum, firmamentum, inquã, haste, siue versali gladio oppositum & paradysum nobis aperiens. Hinc merito D. Paschal. Epist. ad Frudegardum, ait *Fecit corpus, & sanguis quod ipsum fecisse Christum in cruce legimus; dum vni eorum, qui erant cum eo in patibulo confitenti paradysi praestitit regnum: alteri vero blasphemanti iudicium determinauit. Sic illis.**

Procop.

Psal. 71.

Pasch.

S. XI.

Qui a Christo manducando abstinent iudicium damnationis metuunt incurere, ut latere a Cruce.

Vidisti in modo dictis ex Paschasio, qualiter ab Eucharistia vt a

cruce & paradysus & damnatio veniat. Paradysus obtigit confitenti; in damnationem ille latro venit qui sese a Christi corpore segregat. Eum vero iustissime percunt illi, vt docet nos ter perdoctus Salmeron, qui latronis illius instar habentes praeculis saluferum Christi corpus & sanguinem, illo veloci fugiunt & rescit. Vx tibi, o miser, qui his abstines epulis, necessum enim est, vt fame pereas. Horum voce aiebat Psalm. 8. *Omnes escam abominabilem est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Quae omnis esca dicitur? Sane vt id explicet D. Gregor. Niss. tractatu 1. in Psalm. cap. 8, premit illud Gen. 2. Vbi dicit, ab omni ligni, quod est in paradiso esca comedes. Ex quo sic loquitur Niss. vt ibidem ne lignum vocat plenitudinem omnis boni, ita & hic verum illum & omnipotentem cibum appellat omnem escam, cuius fuga eam, quae ad mortem ducit, imbecillitatem conciliat. A deo, vt merito tantam generis humani infirmitatem & ruinae eo retulit D. Chrysost. quod Adamus a Christo cibo abstinuerit. Etenim ponderat Adamum creatum in medio paradysi habens praeculis vitae arborem tot illicibus plenum, quot scatebat pulcherrimis & viuificis fructibus. Odor, pulchritudo fructus alliciebat oculos, inuitabat viuendi appetitus, iustabat tempus prope meridianum. Et tanto tempore, tot illicibus non aductus fuit Adamus, vt vitales fructus gustaret: proh hominis demetia! Quid plura? hinc in totius generis humani calum venit. Sic Chrysost. in Psalm. 1. *Huius ligni esum cum recusaret in contrarium indisce. Ne mireris, homo, si tantum tibi abstemius pereas, si habetis oculos quotidie viuificum epulam, ad quod tot ac tantae utilitates te inuitant, tot Praedicatorum voces te mouent, & tamen abstines, quod fame connectus in aeternam incidas miseriam. Miror quod Rupertus etiam Angelorum ruinae putet ortam ab huius diuini epuli abstinentia. Sic enim ait in Exod. cap. 16. *Hic panis victus & vita Angelica substantia est, nam in eum desiderant Angeli prospicere, quod quia contempsit facere. Angelus, cecidit & factus est***

Psal. 8.

Niss. Gen. 2.

Chryso.

est diabolus, qui & huius panis scripter-
 na a patris modicum est pallidus, & mors
 illum sequitur. Igitur si fortissimos spi-
 ritus sic contriue tati epuli inedia, qua-
 liter conterentur infirmi homines, ut
 se diuinis priuent opulis. Videte apud
 Luc cap. 16. illius altum, quem villicū
 putat D. Gaud. cepus fuisse diabolū
 dum totis viribus nititur ne debita sua
 serui Domino integra reddant. Is igitur
 illis, qui oleum reddere debebant,
 ex centum cada periuadet, quinquaginta
 fraudare, illis autem qui triticum
 debebant, ex centum coris, sufficiens
 putat si viginti fraudent. Quid ne mi-
 noris numeri fraus in tritico putatur
 magis seruis exitialis. Et si enim aliarū
 virtutum diuidiam tibi tollat partem
 diabolus, non tanti aestimat quam cū
 paucis vicibus, te a diuino altaris tritico
 fraudat. Vnde notanter D. Gaud.
 ibi, ait. *Nec illud ociosum est quod maior
 numerus deperit Dominus cui dehitores sumus,
 ex operibus a Deo figuratio, quam ex
 tritico ad vitalis fidei specimen compara-
 to. Pauciores dies abinentur, ex his
 qui destinati erant diuino epulo, ma-
 ius diabolo negocium fecerunt, quā
 si ab aliis virtutum operibus te fere po-
 nitus faceret cessare. Hic iuge illos qui
 agere & difficulter semel in anno sepe
 ad tantum epulum norunt, prepara-
 re Pulcherrimi illius & Regii adolef-
 centis Absalon quis memoret trage-
 diam? De hoc dicitur a Reg. 14. Semel
 autem in anno tondebatur, quis graua-
 bat eum caesaries. Id quod notans Dro-
 go lib. de Sacramento Passi inquit. Prop-
 terea lucis beatæ visionem perdidit Absa-
 lon, quia grauabat eum caesaries, & nō ni-
 si semel in anno tondebatur. Eu quot nūc
 Absalones qui criminibus grauantur, &
 nō nisi semel in anno tondentur, ut nūp-
 tialē cōiuiuo assent. Metuo ne lucis per-
 dant visionem beatæ.*

XII.

Christus Dominus in Eucharistia

se matrem nostram, & filium

nostrum exhibet.

De erga alia crucis facinora, quibus
 De erga matrem, & erga loca-

nera se piouissimum ostendit, alteri
 enim de altare dixit. *Eccce filius tuus, ecce
 mater tua.* Quis hoc es quotidie in
 Eucharistia reperit, & singulis hominibus
 dum se praebet manducandum
 dicit ecce filius tuus & id quod ele-
 ganter confirmat Rupertus c. 3. super
 Genet. dicens. *Quocumque ad sanctum
 altare diuina vocat gratia, pro se sube-
 tur illi, ut tollat filium suum & mater
 suam. Dumque ut terra ex se in hanc
 sum offerat. Hoc tibi Dominus glori-
 ter ab altari uenit, & de filio suo, tol-
 lo hunc filium tuum, & mater tuam ho-
 locantur tibi filius tuus. Ad hoc id. Pas-
 chalis sup. c. 14. Eucharisticum epulum
 vocat *matrem* & *filium*, quasi tunc non
 natiuitate. Dominus uocatur noster
 filius, quoniam sub speciebus ponitur pa-
 tris, & uisibilis filius. *Nec solum filius noster fit in Eucha-
 ristia, sed & mater omnium exhibetur
 eucharistia. In hunc epulum speciebus to-
 tus lacteus, & totus mammarum fons cla-
 mat & dicit. Ecce mater tua. Accinit
 Clemens Alex. in adig. c. 6. uers. Ver-
 bum est omnia infantis, & pater & ma-
 ter & alter condebat, inquit, carnes
 meas, quasi dicas dum te manducan-
 dum, de te la suggendum hominibus
 proponit mammas. Deus fit, mater
 omnium est. Quapropter eleganter
 D. Irenaeus lib. 3. c. 49. notans detrimē-
 tum quod faciunt quibus ab Ecclesia rece-
 dunt caeteres his diuinitatis dapibus, *Iren.
 ad. Vbi Ecclesia, ubi spiritus Dei, & ubi
 spiritus Dei illic Ecclesia, & omnis gra-
 tia, spiritus autem deitatis. Quapropter
 qui non participant eum, neque a mam-
 millis matris continguntur in usum, ne-
 que percipiunt de tempore Christi proce-
 dentem de fontem. Ecce tibi
 totus. Chriuan augmenti causa men-
 ta diuina, quae & mamillas matris
 exhibet filijs Ecclesiae, & natiuissimū
 fontem procedentem de Christi cor-
 pore. Sang qui Dei spiritum partici-
 pant, & Chriustiferum fontem & ma-
 trim habent in Eucharistia. Vnde D.
 Chycolom. 3. ait. *Non videtis quā
 ta infantis. Alacris in mamillas arri-
 piunt, quae presens papillis infigunt la-
 bis? Non minori cupiditate non quā
 adhaere matrem. Chriustiferum calicem, spi-
 ritua-****

Rup.

Pasch.

Clem.

Iren.

Chycol.

Chycol.

Lib. III. Caput octauum

ritualem accedamus. papillam, immo vero desiderio quasi lactentes pueri gratiam fugamus. Hæc Chrysoſt. adducens, vt materna charitate exhibita nobis à Deo in Euchariftia fruamur. Quæ materna viscera in hoc conuiuio cœlesti agnouit etiam Cellensis Abbas de panibus cap. 2. dicens; *Hæc mensa plena visceribus misericordie, charismatibus repleta gratia, adentium penetralia mirabiliter implendo non explet, appetitus residuum satiendo acrius, sed sacratius urget.* Expendo illud plena misericordie visceribus, & satiendo urget, omnia enim sunt de matris more excogitata. Quippe mater qui in filios est affectione pacit, & saturos adhuc ad escas urget & allicit, quasi velit semper illos in delicijs esse, adipeque sadara. Ita Dominus in mensa hæc cœlesti totus sit viscera matris, totus est in filijs nutriendis & saturandis adeo, vt etiam dum exariat, dum replet, acrius urget & allicit, vt edant amplius. Quo circa D Chrysoſt. hom. 28. in Matth. ita Christum Dominum comparat cum matribus. *Multa ait, matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt: quod ipse facere noluit; sed proprio corpore nos alit & sibi coniungit atq; conglusinat. O amor Dei in nos super amorem matrum!*

Cell.

Chryſt.

S. XIII.

Vt in Cruce, sic in Euchariftia de relictorum curam agit.

Derelictum se in Cruce queritur Dominus derelictorum omnium negotium agens, vt loquitur D. Cypr. de Cena Domini. *Derelictorum personam gerens in Cruce se queritur derelictum, & ne desperent etiam in ultimis constitutus, festinans in adiutorium illico adest latroni. Ecce tibi quam pro derelictis sollicitus in cruce sit, ita inde se prodens derelictorum pabulum. Quod plurataiebat Dominus, Eli Eli Emarua Sabaelani Et nomine ludentes carnifices per ludibrium dicebant. *Elium vocat iste, Quasi velit Deus vt omnibus innojereret tunc, quana nouerat ipse pas-**

Cypr.

cere derelictos, & quod pro derelictis hominibus faciendus erat cœlestis panis, qui modo vt frumenti granum in crucis mola tundebatur. Enim vero Eliam 3. Reg. cap. à Iezabel fugientem 3. Reg. c. ab omnibus auxiliatoribus derelictum, morti inhiantem, non semel cœlesti cibo Dominus paut; quocirca vbi derelictorum negotia in cruce tractat, non absque mysterio Eliæ mentione paritur introritti, vt derelictis omnibus cœlesti parari ostendat pabulum, fructusque paradisi vitales eisdem reseruari. Non latuit Dauidem diuinas Christi dapes pro derelictis conditi, quandoquidem Psalm 146. dicit, *qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Etenim, vt bene hic à Casiodoro notatur, coruorum pulli à parentibus destituti & derelicti cœlesti rore nouerunt ali. Vnde Propheta vt diligentiam Dei in derelictis nutriendis nobis commendaret, predicat, illam pullis coruorum inuigilare. Vnde Numeror. c. 11. de cœlesti cibo Israelitis exhibito dicitur: *cum descenderet nocte super castra ros descenderat pariter & manna, nunquam enim manna sine rore, quia nunquam diuinum concederetur epulum, nisi coruorum pulli, nimirum derelicti homines reficiendi essent cum illo.* Hinc merito Drogo libro de Sacramento Passionis, ait *Pasce, Domine, pullum coruorum, filium peccatorum clamantem ad te, quoniam etiam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; tu autem non relinquis sperantem in te.* Ita Drogo.

Ps. 146.

Num. 11.

Drogo.

S. XIII.

Christus Dominus, vt in Cruce, sic in Euchariftia sitit: & non vult bibere, omnia concedens nobis bona, nihil resumens sibi.

Miratur valde Arnoldus Carnotensis, quod Dominus actus in cruce inter supplicia sitiat, sed id miratur magis, quo limpidiſſimis manans aquis moleſtetur. *Mirum aut, deſu, tremendum relatu: profluentem de latro latere*

Arnol.

latere aquis videntibus, & emanantibus de fonte uberi sacris liquoribus, Christus sitre se perbibet. Sicut inter aquas Christus qui dicitur inter epulas, medio in dapifero conuiuio, totus manas nec rareis Eucharistia poculis, adhuc sitit; ubi non sitiat Dominus qui factus vinum sitit & potum rogat ex participibus? Accipite Chryl. hom. 2. in Epiph. Ex hac mensa spiritualium fons emanat honorum, & hanc tamen statim relinquit, & currit ad thestrum, ut istud aspiciat, sedentem iuxta donorum ecclesium Christum relinquit; nam & modo supra fontem sedet non unam Samaritanam, sed uniuersam alloquens Ecclesiam. Nec aliud loquitur quam da mihi bibere, ut vel sic sui ipsius in cruce praefera similitudinem. Etenim utrobique sitit; nec utrobique vult bibere, aut enim, & cum gustasset noluit bibere, & quidem a nulla creatura indiget accipere, cum ille sit qui omnia fiat creaturis. Id quod pulcherrime explicatum est diuinorum sponiorum colloquio. Vbi sic, sicut Rosa inter spinas, sic soror mea inter filias; sicut pomum in lignis syluae sic patruelis meus in filios. Ecce tibi sponsus est sponsa pomum, quae vesci & recreari possit aspectu & odoratu illius: verum sponsa sponso rosa est, & quis rosam manducet aut bibat? Ita verba dicta proponit Diu Greg. Niss. hom. 4. in Cant. pro quibus dicit. Recte vidit sponsa qua sit sui a Domino differentia, quoniam ille quidem & nobis sit letitia oculorum, ut qui eis sit lux, & vnguentum odoratus, & vita comedentibus; nam qui eum comedit viuunt, ut dicit Ioan. 6. Humana autem natura perfecta per virtutes solum fit flos non agricolam, nutritriens; sed se ipsam exornans; ille enim non est honorum nostrorum egens; sed nobis illius bonis egemus. Expendo illud, quod ubi Deus omnia nobis fit, & lux oculis, & odor naribus, & esca gustui, qua vescamur in vitam; natura nostra quam tumuis plena virtutibus tantum illi sit flos, non agricolam nutritriens, nullo modo pascens Christum, adeo, ut inter dapiferas mensas, inter crateres plenissimos ipse esuriat & sitiatur, cum nihil a nobis accipiat. Sed quis credat, quod nihil a nobis Dominus accipiat? Quod

Chryf.

Cant. 2.

Niss.

tanto exhibito hominibus eo nutrio nullam sibi emolumentum acquirat? hominibus, inquam, qui florentes virtutibus, qui puritate candidi sese in diuinum abiectionem effundunt? Sane eibus ipse qui datur ostendit omnia bona sic datur suscipiendi, ut nihil sibi datur ipse relinquat. Ioseph ille Aegypti Prorex fratres audite mentes triticum de pretio pasciscitur cum illis quod etiam videtur accipere, sed exhibitum ab illo triticum si inspicias & triticum ubi ibi latens totum pretium insciens, ut pateat, nihil ex venditione illa apud venditorem relinquit. Id quod exponit & componit cum Chryl. Cell. co Abbas Cellent. de panibus cap. 1. dum inquit. *Liberalitatis opus: cum sagacitate venditionis fratribus suis Ioseph exhibet. Sed libet est mensa Domini, & in conuiuio Ioseph lucem & umbram praeculis ponere. Ioseph quoque rum ventres suis impleuerat bonis, saccos ubi latens quantum possunt capere frumento replet, & precuniam propriam in ore sacculorum ligat latenter, &c.* Ecce vobis lucem & umbram, Iosephum, & Chryl. ille inter frumenti mensuras expetit, & petit nummos: hic inter crateres plenissimos sitit, & petit da mihi bibere. Sed ille cum sagacitate venditionis largitatem ostendit suam exhibens plenos saccos frumento, in quo latens integrum pretium relictur, nihil ipse resequans sibi. Hic nimirum Christus Dominus cum sagacitate sitis de famis longe liberalior eam frumenti & vini tribuit plenitudine, qua impleantur fideles cuncti. Quod si hoc dandum euoluas triticum ubi inuenies latens pretium omne quod pro illo dedisti, adeo, ut contet omnia in tuum cedere emolumentum, nihil que a Christo Domino receperis sibi. *In Eucharistia, sicut in cruce consummationem ponit sibi facinorum.* **P**retio sanguinis sui pro mundi redemptione exsoluto, dixit Dominus

72. 210

210

Cell.

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

210

*nis in cruce, Consummatum est, quasi
 ibi iam ex parte Redemptoris con-
 summata fuerit humana felicitas; sed
 patientius crediderim hanc factam esse
 in Eucharistia consummationem
 nostrae salutis, per singularem applica-
 tionem. An non aiebat ille Genes. 27.
 Frumento, & vino stabiliui eum, tibi
 ultra quid faciam? quasi in frumento,
 & vino sit omnis consummata benedi-
 ctio. Ad quae D. Paschas. de corpo-
 re, & sanguine Christi, cap. 21. inquit
 Hoc est aperte discere, firmari eum pane
 corporis Christi, & vino sanguinis; tibi
 autem filio ultra quid faciam? Patas ne,
 si fueris indignus tanta gratia, vllis quod
 polleas bonis, ultra quam nihil amplius
 in hac vita praestatur? Ecce bonorum
 omnium consummatio corporis, &
 sanguinis Christi frumento, & vino
 clauditur, exhibito namque hoc diui-
 no epulo, nullum vltra bonum restat
 hominibus communicandum. Hinc
 duo loca lucem accipiunt. Alterum
 ex 1. ad Corinth. 3. vbi sic, Lac vobis po-
 tum dedi tanquam infantibus: alterum
 sumitur ex Exod. c. 3. aientis, Ducam
 vos in terram lacte & melle manantem.
 Quae duo loca expendens D. Clemens
 Alexan. 1. Pædag. c. 6. merito dabitur,
 cur cum lac à natura, & à Paulo pro-
 mittatur paruulis infantibus, vt in eo
 crescant, & alantur, rursus fortissimis
 viris viuentium terram ingressis, post
 bellorum puluerem, post mille victo-
 rias partas lac ipsam exhibeatur? Et
 hic vbi pueritia, vbi hominum ahtur
 infantia, lac datur, & ibi vbi vincen-
 tium coronæ & præmia sunt, iterum
 lac, cur ita? Pulchrè respondit Clemens;
 Iure iustis rursus lac Dominus pollice-
 tur, vt aperte verbum esse vtrumque of-
 tendatur, Alpha, & Omega, principium,
 & finis. Etenim vbi hic datur lacteum
 hoc conuiuium, verbale hoc Eucha-
 ristiae lac, ibi omnium bonorum datur
 finis & consummatio, nil amplius restat,
 quod Deus possit dare. Post prælia
 mille, post victorias celebratas nil aliud
 obtinebis, quam hoc ipsam quod
 puerulus & infirmus in Eucharistia capis.
 Ibi est Alpha, & Omega, principi-
 um, & finis omnium bonorum, ibi
 capis, quo hic saginantur paruuli, &*

quo vescuntur in Senatorum terra vi-
 cices potestates. Hinc summam homi-
 nis felicitatem miratus Ecclesiast. *Eccl. 5.*
 cap. 5. ait: Cui dedit Deus diuitias,
 atque substantiam, potestatemque ei tri-
 buit, vt comedat ex eis, & fruatur parte
 sua. Ecce tibi felicissimus homo est,
 cui id obtigit conuiuium, in quo suam
 partem, hoc est, integram comedat
 suam hereditatem, vltra quod nulla
 ei remaneat pars alia hereditanda. Sed
 quod conuiuium est hoc? Olimpiodo *Olimp.*
 rus id explicat aiens. Qui manducat car-
 nem filij hominis, & bibit eius sangui-
 nem, futura felicitatis partem huius
 aliquam, frustionemque accipit. Quod in
 vltima hominum felicitate à nobili-
 bus triumphatoribus manducatur, id
 in presenti conuiuium manducamus.

J. XVI.

*Christus in Eucharistia manibus
 purissimis instar Dei Patris
 manuum amat tractari.*

Sacrilegas carnificum expertus ma-
 nus Christus Dominus, paternas iam
 appetens vlnas moribundus dicit. Pa-
 ter, in manus tuas commendo spiritum
 meum, quasi ex tuac insinuans quibus
 velit haberi manibus, nempe manibus
 Patris diuini. Non iam panis hic vi-
 tus conterendus traditur impijs ma-
 nibus; sed solis paternis manibus exhi-
 bendus est, vt refecionem & saturita-
 tem afferat. Monebat D. Bern. serm. *Bern.*
 de Natiu. Mariæ, nullum opus offerri
 Deo, nisi per manus matris. Etenim
 ait: O homo, quidquid illud est, quod
 offerre paras, Mariæ comendare me-
 mento, vt eodem aluco, ad largito-
 rem gratiæ, gratia redeat, quo influxit.
 Nec enim impotens erat Deus, & sine
 hoc aquæ ductu impendere gratiam
 prout vellet, sed sibi vehiculum pro-
 uidere voluit. Fortè enim manus tuæ
 sanguine plena sunt, & ideo modicum
 istud quod offerre paras, gratissimus illi
 Maria manibus offerendū tradere curat
 si non vis sustinere repulsam Sic ille, &
 tu simuliter Eucharistiæ sacrificium gra-
 tissimus

tiſſimis ſue Matris, ſue Dei Patris
 manibus offerendum trade, ne patia-
 nis repulſam. Hoc ſciuerant cœleſtes
 illi ſpiritus, qui apud Ezechielem, cap.
 i viſi ſunt tanto Domino miniſtrare,
*ſed manus hominis ſub pennis eorum, hoc
 cil, vt inquit Theodoret. manus ſub a-
 lis erant abſcanditæ,* quandoquidē nul-
 lam manum Dominus patiebatur, ni-
 ſi paternam manum. Sic Abbas Cel-
 lenſ. lib. de Panib. c. 1. *Procul abſiſtat
 creatura omnis ab hac adminiſtratione,
 quia beſtia, que tetigerit montem, lapi-
 d ibitur. Manum ſubtrahat Seraphim,
 quia manus huiusmodi manum aliam nō
 admittit, quā ſolius dextera Dei, nem-
 pe Patris.* Iam nullus Oza audeat noui
 teſtamenti arcæ prætereſſe manus,
 ſiquidem & Seraphim ipſi charitate
 feruidi, puritate conſpici puriſſimas
 ſuas ſubtrahunt manus A ſolis æterni
 Patris manibus ſpectet hunc viuicum
 panem quicumque ſapiens eſt, quicū-
 que illo cupit exſaturari. Sic iam ſibi
 redditus prodigus ille alter, Lucæ 15.
 memor cœleſtis panis, quo licet veſci
 etiam mercenarius, ait: *Surgam, & ibo
 ad patrem meum, & dicam: Pater, pec-
 caui in cœlum, & coram te. O quā ſa-
 pit, qui nullas alias, niſi Patris manus
 memorat, ex quibus ſperat ſe poſſe
 accipere diuini epuli ſaturitatem! Pul-
 chre Tertull. lib. de Pudicitia, c. 9. Re-
 cordatur Patris Dei, ſatisfactio redit, veſti-
 tem priſtinam recipit, annulum quoque
 accipit, atque ita exinde opimitate Domi-
 nici corporis veſcitur.* Expende illud,
 recordatur Patris Dei, nullus illi alius
 venit in mentem, niſi cœleſtis Pater, de
 cuius ſolius manibus potuit hoc viui-
 fico epulo ſaginari. Ad omnes fameſ-
 centes locutus Clem. Alex. in adhor-
 tat. inducit diuinum verbum ſic allo-
 quens: *Solummodo, & Fili, patrem ſitias,
 Deus tibi gratis oſtendetur, dat tibi &
 volatilia, & natalitia, & terreſtria. Hæc
 tus alimentis fabricatus eſt Pater. Nul-
 lum alimentum, nullum epulum expe-
 rendum niſi à Patre cœleſti, ipſe ſolus
 hominum alimoniam curat, ipſe ſuis
 manibus traditum habet panem vi-
 num, & vinum germinans virgines.
 Quocirca ſolummodo Patrem ſitiāt,
 ſolummodo Patrem eſuriant, qui de*

opimitate Dominici corporis ſaturari
 cupiunt. Hæc quū miniſtrabat coruus
 epulum quotidie comedebat, & quo-
 tidie fameſcebat, nec extra ſpelūcam
 ambulabat; verūm quū eidem pa-
 nem attulit Angelus, ad eum reficitur, vt
 quadraginta diebus ambulauerit in
 fortitudine cibi illi. Vnde meritō ver-
 bum diuinum quū non temporalem
 refectionem; ſed æternam hominibꝰ
 meditatur, cauit, ne animal, ne Ange-
 lus; ſed ipſe Deus acciperet hunc pa-
 nem communicandum, vt ex diuinis
 manibus guſtarent vniuerſi tanti epuli
 fortitudinem & opimitatem. Id quod
 videtur attriſſe D. Paſcaſ. lib. de corp.
 Chriſti, cap. 15. vbi premit illud Num.
 Aaroni à Deo dictum; *Inuocabitis no-
 men meum ſuper filios Iſrael, & ego be-
 nedicam eos.* Ad hæc Paſcaſ. *Sacerdos er-
 go inuocat; ſed Deus ipſe benedicit, &
 frangit: quia niſi Deus frangeret hunc
 panem, paruuli omnes ieſuni remanerēt.*
 Ecce tibi quā in hominum com-
 moditatem panis viuus ſe tradat in di-
 uini Patris manus, vt inde ſumant vni-
 uerſi paruuli maiorem tanti cibi ſatu-
 ritatem. Ecce quā vtiliter accedens
 ad altare ſolius cœleſtis Patris mentio-
 nem facis, ſolum Deum Patrem ſitis,
 & eſuris, de cuius manibus Dominici
 corporis opimitate ſaturaberis.

Rem ſinit D. Dionyſius Alexan-
 drinus epistoſa ad Samofatenum, vbi
 adducens illud D. Pauli, *Excinanuit
 ſemetipſum formam ſerui accipiens,* ita
 ſatur Dionyſius. *Seipſum excinanuit,
 non relinquens Patrem, vt à nobis capia-
 tur, abſit, imò ergo, inquit & Pater, ad
 eum veniemus, & manſionem apud eum
 faciemus. Excinanitionem dicit factam
 ad nos, ad capiendum ſacramentum vitæ
 per puras, & incorruptibiles, & diuinas
 ipſius manus, vt poſſimus fideles capere
 ipſum, ac fieri manſio Dei, accipientes
 eum totum.* Itaque Chriſtus Dominus
 non diuiſus à Patre, ſed cum Patre exi-
 panitus in Euchariſtia venit ad nos,

vt nos illum capiamus per puras
 & diuinas Patris manus; & ſic
 Patris, & filij manſio
 ſiamus.

§. XVII.

Gg

§. XVII.

*A Christi Domini latere in cruce
aqua in Eucharistiam manauit,
ut homines alites faceret.*

Solemniſſimum omnibus eſt Eucharistiam a Christi Domini manasse percusso latere; sed mirandum, quod inde manet aqua. Vbi Eucharistia in aqua? Vbi tantus potus adeo necesse dicitur aqua? Sanè Itaias 49. de fidelibus dicebat; *non esuriunt, neq; sitient*: quod referens D. Cyrill. Alex. ad cibum, & potum Eucharisticum fatur. *Postquam consecrati sumus misericordiam, habuimus cibum utilem anime. Comedimus enim panem de caelo, & bibimus aquam viuam, de qua Dominus dixit Samaritanæ: Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Cur Eucharistia aqua? an quia ex ista incubante spiritu euolant homines in caelum alites regenerati? Plane aqua in principio repleuit penatis alitibus caelum, ita modò hic viuificus potus, nimirum Eucharistica aqua caelum replet volentibus penatis. Dicebat Dominus apud Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ, ut sic pennatos fideles ad caelum usque euolutores effingeret. Sed vide quò è nido volatur hæc alites, nimirum vbi fuerit corpus Domini, ibi nidus, ibi perpetes exturgunt alites. Sic D. Ambros. lib. 4. de Sacramentis c. 2. *Bona aqua est circa altare, vbi enim corpus, ibi & aquilæ. Forma corporis altare est; & corpus Christi est in altari; aquila vos estis. Ecce altare, ecce corporis Christi nidus; vbi qui quondam reptilium induimus naturam, iam volucres facti caelum replemus volatu. Ex quò in altari corpus Christi Domini apparuit, ex quò altare manauit viuificante Eucharistica aqua, plumescunt fideles, & euolant facti alites. Vt merito dicat D. Anastasius Sinaita in Exam. lib. 7. *Hæ sunt volucres, quæ rapiuntur in nubibus obuiam Christo, de quibus etiam dicebat, vbi est corpus, congregabuntur & aquilæ, quæ supplantatorem nostrum Serpentem suf-***

*focarunt. Sanè alitem carnem, quæ in regeneratione Christo per aera ibimus obuiam, hic datumus cibus, & potus in nobis parturitur; hunc effectus est, quòd volucres ex sepulchro renascamur, quòd reptantis serpentis contrito capite aquilinos perperes imitemur volatus. Huc respiciebat D. Paulus epist. 9. quando dixit. *Cum hoc pane saginamur, serpens tabescit, cuius fames & pœna est cibus. vite nostræ Christus Iesus, qui factus est nobis in escam.* Intuere modo homines qualiter quum manducant hunc panem, quicquid in se serpentinum est tabescere faciant, & admans alis aera perpeti tranent volatur, ut Christo obuiam procedant. Vah quàm maleuacus tabescit serpens, cum a Christi corpore videat tot aquilarum alas euolare! Hinc iam colligere licet quãtus sit eorum pudor, qui vbi alij sunt aquilæ, ipsi necdum plumescant. Equidem D. Chrysoſt. hom. de sacra & diuina mensa considerans beatissimos illos Seraphinorum choros ante Dominum obuelare faciẽ, sic fatur. *O miraculum mensa tam magnifice instructa, in qua Agnus Dei pro te mandatur, ad quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui sensu præditi alis vultus demittunt. Prophominum vestas! Seraphinos sensu præditos alis adhuc pudet huic mensæ stare, & nos im plumes omnino, elata ceruice, ambabus buccis manducabimus? O quàm id pungebat D. Athanas. orat. in Paracletum, vbi inquit: *Occisa est hæc hostia propter te, & iudeis istam ipsam inbioladam aspicimus. Hæc ad altare, inquit, ibi & aquilæ, sed vs canes accedimus tanta nostræ est impudentia. Quid dolendum magis? Vbi volandæ erat, ibi reptare? Vbi dulcissimi vocis modulaminæ, ibi lattatus? Vbi aquilæ esse debebamus, ibi canes? Sed qualiter canes? Id explicat D. Anast. Sinaita de sancta Synaxi, dum ait: *Alij non dignantur vsque ad finem adesse, sed per illos interrogant quidnam in Synaxi agatur, & num demus communionis ad se; & tunc præpropere canum instar insiliunt, & pane mystico raptò exeunt. Hæc Sinaita, & rectè multorum accedendum ad altare thores effigiant.****

Paulin.

Chrysoſt

Athin

Sina.

Isai. 49.

Cyri.

Mat. 24

Amb.

Sina.

J. XVIII.

*Vt in cruce, sic in Eucharistia à
suorum peccatoribus expellit
seruilem timorem.*

DEfuncto in cruce Domino, Ioseph ab Arimathea, qui antea murmur populi metuebat, ne Christi Domini se Discipulum profiteretur; modò, vt ait Marcus cap. 15. *audacter introuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.* O quàm impauidi redduntur, qui diuino madent sanguine! Non finit sanguis diuinus, vbicumque accipitur, inesse timorem, semper sui similis est, siue in cruce, siue in calice suos audere facit. Hoc habet singulare volucrum sanguis, quòd si à rapacibus alitibus bibatur, eas facit, omni metu posito, in prædam audere. Ex quo leganter notat Imperfectus, Psalm. 109. quàm validi, quàm intrepidi fiant qui cumque de Christi Domini sanguine saginantur. Etenim Isaias 49. aiebat. *Vocans ab Oriente auem virum voluntatis mee.* Circa quod Imperfectus fatetur, *Auis ista reuera in Eucha ista sumitur, & ideo sanguis eius magnam audaciam strenuè suam prædam capiendi confert.* Quid non audeat ille, qui sanguine hoc pretioso viuit? Sanè vbi tanto sanguine aluntur Christiani, eam ebibunt audaciam, qua vniuersas potestates contrarias rideant, & omni timore liberi in ardua virtutum cacumina profiliant. Pulchrè D. Augustin. serm. 122. hoc sanguine armatus venenatas dæmonum sagittas sic exsufflat: *Ille sanguis, quem effudisti, ò demò, te vincit; me redemit. Dentque illum bibo, & veneni tui perniciosam ultra non timeo.* Nil nos timere sinit diuinus sanguis, vt perfectæ charitatis est signum, sic foras expellit vniuersos timores, non crudi, indigestique pomi venenum timendum est: vbi accipitur potus iste suavis, non venenatæ dæmonum sagittæ, non hostiles incurfus. Quid plura nec peccatorum supplicia permittit vt timeamus. Ita D. Cyrill. ad cap.

165. Isaiæ ait. *Qui quidam potus cœlestis lætitiæ participes nos efficere potest purgat enim peccata, & extrahit quod morore afficit, nec patitur, vt metus supplicij animas nostras perterreat.* Euge, euge vos qui tali pabulo reficimini, ò quàm omni metu liberamini! ò quàm impauidi vitam agitis! ò quàm audacter potestis petere corpus Iesu! ò quanta audacia à valle hac lachrymarum in æterna gaudia potestis anhelare! Ille dicebat Psalm. 68. *Pauper & dolens ego sum: salus tua Deus suscepit me; laudabo nomen Dei cum canticò. & magnificabo eum in laude.* Quid pauper & dolens cum canticò? Modò in paupertate & dolore, & statim in cantilenam audet? Vnde hoc illi aduenit? D. August. *Iam dictum est, quòd pauper iste laudat nomen Dei cum canticò, magnificat eum in laude.* Quando auderet cantare, nisi recreatus esset à fame? Vbi cœlesti recreatus fuit adipe, vbi mensæ diuinæ adfuit, ià nihil timeret, nihil dolet, non paupertatem, non miseriam luget, sed excussio cum fame timore, & lachrymis in cœlestia gaudia audet euolare; imò ad cœlestes cantus trahere audet.

Psalm. 68.

August.

J. XIX.

Cibus Eucharisticus in cruce commendatur, vt sit verus cibus scientiæ boni & mali.

ECce tibi noxia illa in paradiso arbor, in Caluario & utilis, & necessaria nobis apparet. Arborem scientiæ boni & mali ascendit in hortis voluptatis serpens, & inde esum persuasit cum promisso fallaci de apertione oculorum; sed iam prudentissimus hominum Dei filius factus peccatum, factus serpens arborem crucis scandit in Caluario, & inde verissimè nobis cibum commendat, quo veram scientiam & illuminationem oculorum acquiramus. Accinit Diuus Augustinus concione 1. in Psalm. 33. fatuus. *Verbum illud quo pascuntur Angeli, sempiternum manducabit homo: saginantur illo Angeli; sed semetipsum exinanivit,*

August.

Lib. III. Caput octauum.

ut manducaret panem Angelorum homo. Humiliauit se factus obediens usque ad mortem; mortem autem crucis, ut iam de cruce commendaretur nobis caro, & sanguis Domini. Expende illud, ut iam de cruce commendaretur nobis caro & sanguis Domini. Et quidem scientia boni & mali suspecta deberet esse sensato homini; quid necessum erat scire malum, maxime illi, qui creatus erat in delicijs paradisi Dei sui, cui omnia bona patebant? & solum malum tanquam primæuæ felicitati contrarium erat vetitum. Sane nunquam in paradiso cibus scientiæ boni & mali commendaretur, nisi à serpente seductore; verum in Caluario, in loco morte punitorum, in cruce iam à prudentissimo verbo Dei commendabilis est cibus, qui verè per experientiam mali præstabit nobis fructum summi & inamissibilis boni. Vbi arbor crucis in Caluario apparuit, ostensum est quantum mala & ærumnæ possent prodesse ho-

mini. Vnde Dominus ad suos ait, Mat. 10. Estote prudentes, sicuti serpentes;

quod explicans D. Romigijs ait: Serpens decepit primum hominem, callidus fuit hostis ad decipiendum, vos sitis prudentes ad laudandum. Laudauit ille lignum; vos laudate crucis virtutem. Iam non obest homini notitia mali; imò multum prodest malorum & ærumnarum tolerantia. Itaq; crucis arbor, in qua verè mali, & boni scientia suggitur, iam adest commendabilis. Et verbum ipsum Patris, sicut serpens isti infercus arbori esum sui corporis nobis enixè commendat, & persuadet, quo per ærumnarum & malorum tolerantiam sciamus summum coelestis gloriæ bonum explicari. Hinc D. Anastas. Sinaita in Exam. lib. 3. ait: Ecclesia germinat lignum crucis; sed nobis solum fertile; faciens autem fructum & aspectu pulchrum, & bonum ad vescendum, nempe Christum crucifixum, quem colligimus ex parte sustulæ latronis. Notum ex signis fructum arboris, quippe is erat fructus scientiæ boni & mali: de quo

Gen. 3. Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Itaque vna Ecclesia verè parturit hanc arborem

scientiæ boni & mali, arborem, inquam, crucis, quæ facit fructum bonum ad vescendum, & aspectu pulchrum. Sed expende, quæ ex parte possis hunc fructum decerpere, nimirum quem colligimus ex parte boni latronis. Non ex loco voluptatum, non ex deliciarum hortis: ibi & vetitus, & detrimens fuit homini cibus scientiæ boni & mali; sed ex cruce, ex malorum & ærumnarum tolerantia, ex crucifixi similitudine licet hunc cibum corporis Christi decerpere, ut in paradisi bona per illum restituiamur. Sic monet Gregor. Romanus lib. 4. Dialogorum, cap. 39. Neesse est, ut cum hæc agimus, nosmetipsos Deo in coris contritione mactemus, quia ut passionis Dominica mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Sic ex parte boni latronis, nimirum mactati, in cruce acti tuto decerpimus fructum, quo per malorum tolerantiam in æterna bona euolabimus.

Greg.

J. XX.

Cibus Eucharistiæ ut in arbore scientiæ boni & mali, nempe cruce decerpitur, sic hominum oculos illuminat, & aperit.

O Verè panem vitæ, & intellectus! vere fructum scientiæ boni, & mali! Dulcissimum sanè fauum, quo hominum oculi illuminantur. Vis videre; quàm verè sit hic cibus fructus scientiæ, quàm verè oculos aperiat, accipe a D. Luca cap. 24. historia Discipulorum, qui ad Emmaus pergebat enarratam. *Factum est, dum ipse recumberet cum eis, accepit panem: benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Ad hæc D. Anastas. Sinaita in Exam. lib. 10. Ecce habes escam, habes etiam per escam visus recuperationem, & Dei agnitionem, quam per escam ignorauerunt Protoplasti. Is solus cibus, qui Domini manibus diuisus, & nobis tradit verè oculos aperit; ipse solus mentem illuminat; ipse verè scientiam boni & mali comunicat mortalibus. Hinc B. Ephrem*

Luc. 24

Sicut.

Ephr. serm.

serm de iudicio, premens miraculum illud, quo cæcus a natiuitate in Siloa melius illuminatus fuit, sic in rem propositam exultat, *Si procul à nobis est Siloa, ad quam missus est cæcus; sed pretiosus calix sanguinis tui plenus vita & lumine in proximo est, tantò propinquior quant à qui accesserit purior fuerit.* Ecce tibi calix, qui & enutrit, & aperit oculos, & illuminat mentem, qui simul vitam præbet, & illuminationem, qua per tolerantiam ærumnarum, per ipsum lutum mortalitatis & fragilitatis nostræ obtinemus coelestium bonorum cognitionem. Fallor, nisi hoc præsentis Dauid Psal. 35. ubi ait. *Quoniam apud te est fons vite, & in lumine tuo videmus lumen.* Equidem siquidē fons vitæ erat illi Deus, melius dixisset & in poculo tuo nutriemur in vitam? Quid est quod dicit fonti, & in lumine tuo videbimus lumen? Vnus id Augustin. dulci & eleganti sermone pertractat. *Hic, ait, est aliud fons, aliud lumen, ibi non ita, quod enim est fons, hoc est & lumen. Si diceres, quòd lumen est solum, diceretur tibi, sine causa ergo mihi dictum est, ut esuriam, & sitiam. Quis enim est qui manducet lumen? Si lumen est, oculis meis pareret, pareret & faucibus, quia illud quòd lumen est, & fons est: fons, quia satiat sitientes: lux, quia illuminat cæcos. Hic aliquando alibi lumen, alibi fons, aliquando enim currunt fontes in tenebris, & aliquando in eremo patris Solè, & non inuenies fontem. Hic ergo possunt ista duo esse separata, ibi non fatigaberis, quia fons est, non tenebraberis, quia lumen est. Quid dulcius? Sanè vnus Christus in arbore crucis cibum hunc inuenit, qui cibus scientiæ sit, qui cibet, & illuminet, qui os impleat, & oculos aperiat. O Dei sapientiam! O cibum scientificum! O panem Angelorum! Etenim innatum est Angelis vti inuisibili cibo, nempe quibus cibus est visio Dei, diuinarum virtutum cognitio. Sed iam panem Angelorū manducat homo, quando illi exhibitus est cibus, qui & oculos aperit, & illuminat. Ita D. Hilarius homilia 5. de Pascha. *Ecquis panis Angelorum nisi Christus, qui eos cibo sua charitatis, & lumine sue claritatis exsatiat?* Hæc ille,*

Psal. 35.

August.

S. XXI.

Corpus Christi ut in sepulchro sic in corporibus nostris curandum est virtutum odoramentis, maxime mortificationis, & penitentiae.

A Cruce descendit frumenti granum in terram sepulchri, & quo integrum Christi corpus inter odoramentorum fragrantias suscipitur. Etenim gaudet Dominus vbique in odoribus deponi: qui mos illuminatus est ab utero Virginis, de quo sit Cant. 7. *Venter tuus acerbus tritici vallatus libys, quasi ex tync inueneret, qua percussione se Dominus manducandum præbeat sub speciebus tritici, nempe quòd mille condatur, & condatur odoramentis virtutū. Memorat Isaac Gen. 27. se manuisse iacobum frumento, & vino, quòd idem fuit, ac si diceret iuxta D. Paschasium, lib. de corpore Christi, cap. 21. *Firmau. eum pane corporis Christi, & sanguinis vino.* Sed libet notare quando iacob accepit a fratre tam ingentem benedictionem panis & vini Christiferi. Etenim dicitur: *Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illis ait, ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terra abundantiam frumenti & vini.* O quàm benè frumentum, & vinum Christiferum non conceditur nisi odoramentis pleno filio! Vbi iacob vestimentorum odores exhalat; vbi odoribus patrem recreat: dignus sit qui frumenti & vini benedictionem recipiat. Frumenti, inquam, illius, qui nescit esse nisi vallatus odoriferis virtutibus. Quocirca Drogo lib. de Sacramento Paschouis hortatur participantes cælestē cibum. *Esto apis virginea, collige de strobilus Man.* Hinc Eutym. notans, corpus Christi odoribus in sepulchro conditi, ait; *Et nos Dominic corpus in altari**

Cant. 7.

Gen. 27.

Pasc.

Drog.

Eutym.

Lib. III. Caput octauum.

accipientes, odoramentis illud ungamus, suauibus videlicet virtutum operibus. Et quidem omnium virtutum odores multum conducunt, vt Christi corpus in pectore debito honore condamus, verum myrreus odor, nimirum mortificationis, & macerationis virtus ea est, quæ locum Christo excipiendo maxime aptat. Etenim quantum de maceratione habueris, tantum de Christi corporis virtute hauries. Nouit hoc experientia ipsa cælestis sponsa, quæ dum in lectulo quieta sponsum expectabat, existimans se ostium habere apertum, quo sponsum introiret; didicit non fuisse apertam nisi paruum fenestram, quæ vix caperet sponsi manum. Aut enim: *Dilectus meus misit manum per foramen.* Cur per foramen? Psellus apud Theodoretum dicit: *Et si totum ostium meum aperui, vt Christum verbum, & sponsum meum susceperem; tamen vix manus eius, eaque sola missa est: itaque magnitudinem ipsius magnopere sum admirata.* Quid plura vt sese ad totum sponsum excipendam accingeret, vt id ostium aperiret, quod integrum sponsum caperet, ait: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus mee distillarunt myrrham.* Quali diceret, iuxta Psellum: *Ego vt sponsum exciperem, aperui: at ille penetrabilibus meis capi non poterat. Surrexi ad laboriosum, & magis diuinum ordinem, vt quem antea non potueram capere laboribus multis, & carnis mortificatione laborem portam patefaciens sponsum comprehendere. Vnde manus mee cum digitis continentibus myrrham distillarunt.* Equidem vbi myrreus odor est, vbi mortificatio, & carnis maceratio, ibi conditur & requiescit Christus. & quò maceratio creuerit, eò latior aptatur locus, qui plus de Christi virtute capiat. Quocirca sic monet D. Paschasius sepè dicitur, cap. 17. *Ideo, Fils, hoc mysterium dum comunicas, dilata sinum mentis tue, et munda conscientiam, & percipe non quantum mica exhibet: sed quantum fides capit; quia in Christo plenitudo diuinitatis manet, in te autem de plenitudine non quanta est; sed quantum id meum fueris, præstat. Hæc ille.*

S. XXII.

Non solum mortis, sed & resurrectionis Dominica memoria fit in Eucharistia, dum per illam quicquid animale est deponimus, & spirituales euadimus.

VIS Christifere resurrectionis imaginem in Eucharistia effigiatam? Accipe D. Paulum 1. ad Corinth. 15: *de resurrectione loquentem. Seminatur in corruptione; surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate; surget in gloria; seminatur in infirmitate; surget in virtute; seminatur corpus animale; surget spirituale. Quid plura? Omnia hæc nobis præstat Eucharistia, qua firmus incorrupti, gloriosi, validi, spirituales, deposita prorsus corruptione, ignominia, infirmitate, corpore animali. Primò enim incorruptionem prærendimus, quòd igneis partu Eucharistie flammis, medijs his flammis intudi conseruamur. Id quòd vsque modo miratur D. Ephrem, lib. de natura Dei non scrutanda, cap. 5. sic fatus. *Hoc sanè excedit omnem admirationem, quòd fecit nobis unigenitus filius Christus Saluator noster, ignem & spiritum manducandum & bibendam præstitit nobis carne vestitus, corpus scilicet & sanguinem suum. Rectè ignem vocat cibum Eucharisticum, ignis enim est Deus, qui à principio didicit præstare quòd vigeat inibus incorruptus medijs flammis, vigeat rubus in igne, & corpora nostra ipso ab igne saturata, incorruptionem præferunt, & immortalitatem. Vt dicat D. Irenæus, lib. 3: c. 33. *Corpora nostra percipientia Eucharistiam iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.***

Deinde ex hac mensa, ignobilitate deposita, surgamus in gloriam, hoc est, gloria, & honore fulgemus candidati. Vnde Diuus Ignatius Martyr epistola ad Ephesios, sic fideles vigeat. *Festinate ergo frequenter accedere ad Eucharistiam, & gloriam Dei.* O vos, qui

Cant.

Psell.

Pasc.

1 Cor 15

Ephr.

Iren.

Ignat.

qui tenēbroſi & abiecti originis maculis ſaſamini, ecce gloriam ecce de corem & nobilitatem in Eucharistia, qua inter glorioſiſſimos quoſque poteritis verſari. Panis ille cœleſtis manna Num. 11.

Num. 11

Num. 11. dicitur fuiſſe coloris bdely, ſive ut alij codices habent. ſimilis Margaritæ Et quidem de Margarita ſit factur D. Ephrem ſerm de illa. Margarita pretioſa è mari eſt, magna eſtimationis; non tamen cibum præbet, ſed gloriã, neq; potus oblectamentũ; ſed claritatẽ nominis. Nec Regnũ Dei eſt eſca & potus, nec cœleſtis panis inuentus, ut corpora præcipuè ſaginet; ſed ut illa veſtiat gloriã, non ut corruptibilẽ nutritionem exhibeat; ſed ut nominis claritatẽ, nobileq; præbeat ſtemma. Huc reſpexit Zacharias c. 9. Quid benedictus eius & quid pulchrũ eius; uili frumentum electorũ & vinũ germinans Virgines? Quod D. Paſchas c. 21. ſic expẽdit, non niſi electorũ eſt cibus, ex quo bonum ſalutis Eccleſiæ, & pulchritudo decoris præſtatur. Bonum quippe, ut ad vitam æternã præficiamus. Pulchrum verò dum immortalitatis gloria veſtimur, & ut interius fruamur vitæ dulcedine, & exterius fulgeamus nitidius de tanti benefici gratia. Ecce tibi, quam per Eucharistiã depoſita ignobilitate ſurgamus in decoris & nobilitatis gloriã. Merito de Eucharistici poculo loquuntur D. Chryſoſt. hom. 61. ad Pop. Hic terrarũ orbis eſt præcium, hoc Chriſtus emit Eccleſiã, hoc eã adornauit; ſicut enim homo ſeruos emens aurũ erogat, & rursus eos ornare volẽs, id auro facit, ſic & Chriſtus & ſanguine nos emit, & ornauit ſanguine.

Ephr.

Paſc.

Ruſius poſita infirmitate ſurgimus in virtute. Nullibi enim magis homines cõfirmantur, quam in hac mēſa, à quapoteſtates debellãt inimicas. Iſaias 21. Pone mēſam, contẽplare in ſpecula comedentes & bibentes, ſurgite Principes, arripite clypeum. Sanè à mēſa adeo in virtute ſurgunt, adeo validi & fortes, ut meritò iubeantur arma capeſſere, ut hoſtibus incurſibus reſiſtant. Ita D. Hieron. ad hunc locum, ut comedentes & bibentes corpus & ſanguinem Chriſti vertantur in Principes Eccleſiæ, arripiantq; clypeum fidei, in quo poſſunt ignita diaboli iacula extinguere. Expẽde illud,

Iſai. 21.

Hieron.

ut comedentes & bibentes corpus & ſanguinem Chriſti, quid miram, quod comedentes cõfirmantur? Alius quid excogitauit diuina Sapientia de præſtanſiſſimo hoc cibo, dum purat illum non ſolũ quum aduocatur; ſed etiam quum ſolum oſtenditur, & appetitur; poſſe proficere ad excitandas vires. Enim verò Prou. c. 9 dicitur. Sapientia Paou. 9. edificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, poſuit menſam, miſcavit vinum, & miſit ancillas ſuas, ut vocarẽt ad arcẽ, & ad mēſam, ciuitatis. Ecce tibi quum primum menſam proponit, clauicam canit & ad ſuperãdã mœnia, arcemq; expugnandã inducit. Memini aliquando Dauidem ſitibundo exercitui potum denegaſſe, donec belli eſſet finis. Cur ita? Pulchrè Iosephus de Machabæis dicit, ut & maior bellantium eſſet inſtantia, ſi non pro victoria tantum; ſed & pro poculis pugnaretur. Quasi poculorum appetitus validiores reddere poſſet milites. Eo attu Sapientia ponit menſam, & miſcet vinum; ſed ad bellum ante eſum vocat, ut ſuperentur muri. Gnara quantum valeat diuini cibi appetitus ſolus ad acuendas pugnantium vires; vbi & pro victoria, & pro poculo hoc diuino bellum ſuſcipitur. Hec refert D. Paulinus epiſt. 4. ingentem Magdalenã virtutem, qua mulier ante infirma, ruptis conſuetudinis vinculis victa & victrix ſeſe proiecit ad pedes Chriſti. Vnde tẽminã infirmã audacia tãta? Vnde adeo ingentes vires? Vnde animi illa maudita fortitudo? Audite Paulinum, Ipſum viuificum panem Paulin. 2. manibus & ore præſumpſit; ſanguinem quoque calicis, antequam fieret calix ſanguinis, & ſculis ſuggentibus prælibauit. Ibi ubi in domo Phariſæi, vbi ad pedes necet Chriſti odorata eſt illum cœleſtem cibum, potumque ſanguinis viuificum, antequam fieret, & eo ſolum valuit, infirmitate poſita, poteſtates ſuperare inimicas, ſurgens ab hac menſa in virtute.

Ioseph.

Paulin. 2.

Tandem ſeminatur corpus animale; ſurgit ſpirituale. Et quidem hoc in primis experiuntur quicumque hunc cœleſtem panem manducant, pro quo quicquid animale eſt meritò derelinquunt. Cum Aegyptijs deſiſſent pocula

Lib. III. Caput octauum

Gen. 47. *Gen. 47.* cuniz vt emerēt à Ioseph panem, quo
 47. *adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos.* Quod iam Christiani accipiamus dictum. Enimvero qui accipit cœlestem cibum, qui illo exsatiatur, necessum est, vt pecora, nimirum animale corpus relinquat. Ita elegāter Cellensis Abbas de panibus c. 13. *Quid dabo, et ad te veniam; & me reficiam? Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi pro te do. Quid palatium apertū fauces esurientes, oculos pro inopia languentes, manus patentes, pedes veloces. Tantum pascere & sint tua ista pecora mea.* Sanē post diuini epulæ pascuā nil in nobis remanere debet animale, omnia pecora, omnia in nobis brutescētia alienantur. Pro tanto cibo iure pecora nostra damus, pecuniū & animale corpus exuimus, vt spiritualis in nobis effulgeat vita. Id quod elegāti similitudine asserēbat D. Clem. Alex. *1. Pedag. satus. Sciendum est, quod panis in vinum temperatum minutatim conuersus vinū arripit, quod est autem aquē relinquit. Ita etiam caro Domini, quæ est panis cœlorum ebibit sanguinem eos qui ex hominibus sunt cœlestes, ad incorruptionem enutrens; solas autem illas carnales cupiditates ad corruptionē relinquit.* Siccine panis iste diuinus separat & absumit in nobis carnale & pecunium corpus, & id excitat quod cœleste & spirituale inuenitur. O si tantis reficere mur epulis! O quā cito brutescētem naturam in nobis exturbaret! De illo sic D. Ambros. *serm. 14. in Psalm. 118. vers. 1. accinit. Bona pasqua, diuina sacramenta. Carpis illic nouum florem; qui bonum odorem dedit resurrectionis: carpis lilium, in quo sit splendor eternitatis; carpis rosam, hoc est corporis sanguinem.* Et quid inuit Ambros. cum totum hunc cibum floridum facit? cū in Eucharistico sanguine dicit rosam manducari? Sanē id sciet qui Apulæi Philosophiam nouerit. Ibi enim adolescens medicatis vnguentis in asinum transmutatus, non prius pecuniā exiit formam, quā rosas manducauit. Hinc iam vos omnes compello qui brutescētes mores sequimini, qui pecunis conditionibus foedamini, quibus vna

tantum restat via salutis, si rosas edatis. Ecce in altari carpitis flores, ecce rosam carpitis, hoc est Domini corporis sanguinem, qua pecunia forma exuta spirituali decore niteatis. Quum sepulchrū nobis dedit rediuuum Saluatorem nimio terrore cultodes affecit & eliminauit; illisq; egressis, mille apparent mihi Angelorum examina. Sed a sepulchro peliuntur feri homines? Cur ibi cernitur soli Angeli? Chryso. *in Pl. 2. vt ostenderent Angeli Deū ibi fuisse sepultū, ad sepulchrum tanquā apud cœlum manebant.* Et quidē ex hoc euidenter patet, in hominum pectoribus corpus Domini condi, quod, exsuffiato inde animali, solū cœleste, Angelicum & spirituale inde apparet. His manifestē constat quam clarē in Eucharistia mortis & resurrectionis Christi Domini inueniatur representatio. Vnde pergo ad alia.

Ad illud Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

S. XXIII.

Cur Eucharistia fiat sub specie hostiæ macæatæ?

Inescam hominibus paradus Christi Dominus sese prius mystice iugulauit, potū nobis instituens sub specie sanguinis à carne separati & effusi. Quod elegāter notauit Nissan^{us} hom. *1. de Resurrect. his verbis. Cuilibet perspicuum est, quod oue vesci homo non potest; nisi comestionem macæatio præcesserit. Quum igitur dedit discipulis suis corpus ad comedendum apertè demonstrauit iam fuisse perfectā & absolutam immolationem.* Immolationem vocat sacrificalem iugulationem, & sanguinis effusionem mysticē à diuino & agno & sacerdote Christo peractam. Sed quæ ratio Deum impulit, vt manantem necesse cibum sanguinis effusi mysteria fecerit purpurascere? Hanc attingit Cyprian. *serm. de Pas. hæc de sanguine à latere scatente satus, Tu, Domine, sacerdos in æternum, qui in tempore iracundiæ factus es reconciliatio sanctorum*

Chryso.

Niss.

Pasc.

huius sanguinis permanentem plenitudinem reliquisti, & beneficiū huius sancti liquoris in perpetuum tradidisti & constituisti nobis inconsumtibiliter potū uiuificum, crucis signum, & mortificationis exemplum. Itaque ideo sub sanguinis effusi specie nobis Christus Dominus escam parauit, ut sanguineum calicem crucis signum mortificationis exemplar propinaret.

S. XXIII.

Sanguinei calicis exhibitione summam Deum mundiciem commendat his, qui calici communicant.

QUAM calicē sanguine plenum ab immaculata diuini agni carne de cisternā potaturus aspicio, statim sese mihi obiciunt mille illæ lotiones, mille illa maria, quib⁹ veteris legis sacrificuli tangebantur, ut sanctē & pure hircorū vitulorumq; sanguines tractarent. Statim auribus unnit illud propheticum *lauamini & mundi estote qui affertis uassa Domini.* Cur nō lauer magis, qui sanguineum hunc calicem pertracto? qui diuini & immaculati agni accedo potaturus sanguinem?

Adeō necessaria uisa est lotio his, qui cōmunicant Domini sanguini, ut cū primum Christi sanguis nobis bibendus manauit, simul secū aquæ fontem fecerit in lauacrum manare; sic ex percusso Dei latere unde hic calix continuo exiit sanguis & aqua; non sese prius sanguis diuinus propinauit, quā simul porrigeret aquā ne potatemus nisi lauati Pulchrē Tertul. lib. de Bapt. c. 16 ideo continuo exiit sanguis & aqua, quia, ait, qui sanguineum crederet, aqua lauarentur, qui aqua se lauissent, etiā sanguinem potaret. Sanguinē es potaturus? Lauare prius, lauare septies in Iordane, ne illot⁹ potes, nūquā sanguis diuinus exiit à cruce sine aqua. Pasturus Christus Dominus ingentē hominū turbā non præacquistiuit materiam aliquā, quā conuerteret in toridē panes; sed nulla supposita materia panes multiplicauit. Longē aliter paucos cōuiuas nuptiarum ut uino rigaret, iussit prius afferri ingentē uim aquæ, eamq;

in uinū cōmutauit. An quia uinū facere nō posset sine aqua, qui panes fecit nulla requisita alia materia? Absit, inquit, Chrysol. serm. 5. de Epiphā. qui panes quinq; fragmēto profuuo & furto uo incremēto ad quinq; milia hominum tetēdit & dilatauit saginā, potuit augmētis crescētibus ad nuptiarū festa uini ampliare & perpetuare mensuras. Sed aqua in sanguinis erat cōuertenda mysteriū, ut mera pocula de uasse corporis sui Christus bibētis us propinaret. Itaq; ubi mysteriū sanguinei poculi pandebatur, intrōmittēda erat aqua, ut ex illa cōstaret quā lauati, quā mundi prærequiruntur qui sanguineo Domini liquore iuitiamur. Ad eos qui cēnam Paschæ erāt paraturi, in qua primo portigēd⁹ hic noui testamēti calix, dicitur Lucæ 22. *Ecce introeuntibus ciuitatē occurret uobis homo quidā amphorā aquæ portās, sequimini eū.* De quo in rē præsentē Beda animaduertit elegāter, *parēt pascha, ubi amphora infertur aqua.* Cōsumunt sanē Christi sanguis & aqua ne illotus bibas; sed sancta mūdiciē nitens & puritate tūc solū immaculati agni sanguine madeas. Zacharias 9 dicit. *Quid bonū eius, & quid pulchrū eius, nisi frumētū electorū?* Hinc pergit Paschal lib. de Corp. & Sang. Christi c. 21. *Pulchrum eius est corpus, ex quo tā speciosa (nēpe anima) per lauacrū amplius pulchrescit, ut cādors lily, & rubore sanguinis in hoc mysterio decoretur.* Potrō formosa spōsa, ut mundū muliebri adhibeat, ut pulchritudines cōdiat, prius lauat faciē, & præmissō lauacro rubeū suffundit minū genis, splendorē unguenti cuti addit, quo eius pulchritudo uehementer exacutur. Sic meditatur Paschal in corpore & sanguine Christi omnem pulchritudinē immorari, ibi liliorū splendor cādors adest, ibi minium rubescit; sed prius lauetur ille qui tantā hanc pulchritudinē cupit participare. Nec dicat, mūdus sum, non indigeo lauacro. Etenim ueritas ait Ioan. c. 13. *Qui mūdus est nō indiget; nisi ut pedes lauet.* Igitur etiā mūdus & mundissimus debet amplius lauari, nec sine lauacro attingere tantū sacrificium. Numer. 19. de ru-fa boue incinerata. *Deus cauet. Colliget autem uir mūdus cineres uacca: & effun-*

Chrysol.

Luc. 22.

Beda

Zacha. 9.

Pasch.

Tert.

Ioan. 13

Num. 19

Gg 5

effun-

Lib. III. Caput octauum.

effundet eos extra castra in loco purissimo: cumque lauerit qui uace & portauerit cineres, immundus erit usque ad uesperam. Cur immundus erit? Nonne mundus accessit? nonne sese lauit? an sacrificio pollutus est? Minime; immo qui hanc exagitat quaestionem Rodolphus respondet, quod omnis qui sancta trahat non exinde pollutatur, sed quia se mundum reputat, quum Deo approximat, inter immundos & superbos reputatur. Etenim quantumuis mundissimus debemus lauacrum sacrificatui desiderare.

Rodul.

S. XXV.

Deifica mortis meditatio escam Eucharisticam maxime adauget.

Praterepotum uisificum dedit nobis Dominus in Eucharistici sanguinis effusione iuxta Cyprianum *Cru- cis signum*. Nunquam enim Eucharistia fructuosius accipitur, quam quum in ea recolitur memoria passionis Deificae. Quando Christus Dominus hanc Eucharistiae mensam patefecit suis dicens: *Ego sum panis uerus*, statim rebelles quidam (ut meminit Carthusianus) protulerunt illa cap. 11. Hierem. uerba *Misti amus lignum in panem eius; & eradamus eum de terra uiuentiu*, quasi dicerent sese mutuo in Christum hortantes. Eia agite, panis est, immisso ligno exsuffletur ab area. Sic illi. Verum lignum immisum pani vehementer nobis panem auxit, & caelestes condidit dapes. Eleganter Orig. ad haec Hierem. uerba hom. 8. *Ego, inquit, admirabile quiddam inferam, lignum missum in panem eius panem fecit meliorem* Tunc lapidior, tunc cumulatior haec diuina esca, quando accipitur ex ligneis crucis brachijs.

Hierem. 11.

Orig.

Prou 14

Hic crediderim spectasse illud Pro- uerb. 14. *Vbi plurime segetes, manifesta est fortitudo bobis, seu iuueni iuxta Aquilam, seu tauri iuxta Symacum* Nihil enim magis facit patere fortitudinem primogeniti tauri, quam segetum

multiplicatio. Ecce tibi a Propheta Abacuch iuuenus describitur diuinus *Abac. 3.* ventilans nationes, dicit enim *cornua in manibus eius, sibi abscondita est fortitudo eius*. Adest, adest tauri primogenitus mundum ventilaturus; duo fortissima cornua, nimirum crucis brachia praemanibus habet, mira illis facinorosa patiat; uetus mortis ferreos confregit, aeneas inferni portas est labefactatus, sed tamen *sibi abscondita est fortitudo eius*, nondum quod potest clariuit. Vbi ergo manifestabitur? *Vbi plurime segetes, sibi manifesta est fortitudo tauri*. Hic in hac Eucharistiae mensa patentissime ostenditur & cruciferi aratri & diuini tauri labor & efficacia. Adeo sub crucis & passionis memoria multiplicantur gratiae Eucharistici panis, adeo illius segetes crescunt, adeo candicant Ecclesiae aerae, feruentique calicis musto rumpuntur torcularia, ut vel hinc manifestetur potentissima crucis potestas & fortitudo tauri.

Hoc mirum Eucharisticae segetis augmentum a Cruce & passione profectum eleganter uenatur D. Chryso- st. orat. in Parasceue his uerbis. *Pasti sunt quinq; milia, Vbi igitur sunt cibi reliquiae? Duodecim super fuerunt fragmentorum copias, quibus respondet par gratia. Crucifixus est Dominus & semper pascemur, ac saturi rursus querimus, & plus reliquum est, inexhausta est gratia.*

Crysof.

Quibus uerbis id maxime expenden- dum est, quod ante Crucem quinq; milia hominum saturarunt pane diuinae mannae, paucis reliquis manentibus. Verum uniuersalis ista omnium hominum saturatio, hic adipeus & pinguis- simus panis, quo & saturamur, & nec calicem, nec panem exaurimus quotidie saturi, cruci & passioni debetur Dominicae a qua segetes adeo largae dimanarunt. Hinc acutissime Abbas Cellens. lib. de panibus c. 1. Hanc, qua possit totum mundum satiare indig- rat passionis officinam Christo Domino Philippum interrogati, *Vnde et nus panem, ut manducant?* Ecce ait Cellensis, *dicit Dominus ad Philippum, unde ememus panem, ut manducant?* Domine Iesu, non queras a Philippo, quare a proditore tuo, hic habet

Cellen.

Ioan 6.

habet marsupium unum cum Scribis, & Phariseis, hic infidatur sanguini tuo, hic habet de meritis triginta, unde panes emantur ad satietatem omnis carnis. Etenim non aliunde maius augmentum potest recipere panis Christi ferus, quam ex dira passionis cruciatibus: hæc vna crucis & mortis excogitatio eas divini panis fegetes dabit, quibus possint obtundi vniuersæ fames, quibus cuncti satiati mortales vanas mundi escas valeant aspernari.

Ad Heb. 10. Denique huic meditationi haud obscure suffragatur D. Paulus ad Hebr. 10. Vbi de sacrificio Abelis, quod viuiticum Eucharistia cibum representat, hæc verba facit. *Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo. Expendo, fide plurimam. Vnde sacrificium vna fide multiplicatum commendat, alioquin omnino æquale sacrificio fratris. Hoc notauit Rupert. lib. 4. in Gen. c. 2. fide, inquit, plurimam, nam cultu vel religionis parem eoque obtulit hostiam. Vna fides sacrificium Abelis discernit, vna fides illud auxit multiplicauit, sed quæ fides? Pergit Rupert. in fide passionis eiusdem filij Dei, quem talis sacrificio præsignari condecuit. Ecce fides passionis plurimam fecit hostiam alioquin æqualem, communem hostiam Eucharistia qui sine passionis memoria mandunt, parum sanæ hostiam mandunt. At passionis memores qui crucis mysteria recolentes accedunt, plurimam hostiam faciunt, maxime sibi multiplicant gratiarum in Eucharistia abundantiam.*

§. XXVII.

Eucharistiam sumturi crucis mortificationem debemus adamar.

DE corticatas virgas ideo Iacob ouibus bibentibus obiecit, vt nate similem in se varietatem effigiarēt. Eodem prorsus actu Summus diuinusq; Pastor Christus sub crucis mortificatione suæ memoria porrigit nobis potum viuifici calicis, vt similem in me-

bris nostris mortificationem mundo & vniuersis exhibeamus. Etenim, vt antio loco Cyprianus. Sanguis, qui in calice propinatur mortificationis exemplar tellatur. Vnde Orig. homil. de Bapt. primo sic huc communicatos mensæ adhortatur. *Oportet accedentem ad corpus & sanguinem Domini non solum purum esse, ne ad iudicium edat & bibat, sed ostendere in vita memoriã eius, qui pro nobis mortuus est, in eo quod mortificatus est peccato & mundo, ac sibi ipsi & Deo viuere.* Hanc iure exigit in vita nostra mortificationem qui à nobis bibit, effusus sanguis: hæc rebus omnibus mundialis mortem suggerit panis sub crucis memoria manducandus. Huc apprimè spectant verba illa mulieris Sareptanae Elize data 3. Reg. 17. c. *Viuat Dominus Deus tuus, inquit, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farina in hydria. En collige duo ligna, vt ingrediar & faciam illud tibi & filio tuo, vt comedamus, & moriamur.* O sanctitatis plena illatio! farina accepta duo ligna colligo, vt comedamus, & moriamur. Vnde locus? An factum duobus lignis præparatam sequitur mors necessaria? Eleganter id attingit Teophanes Cramerus orat. de Cruce, dum ait, *Ceterum farina carnis Dominica, qua nutrimur typum gessit. Duo ligna indicant illa duo ligna, ex quibus crux. Quæ ergo farinulam hanc dominicæ carnis sub crucis mysterio paratam manducamus, nil aliud nobis restat accommodari, quam manducemus & moriamur. Hanc à nobis petit mortem, mors ipsa saluatoris Eucharistico epulo representata. Prover. 23. sic monet. *Accedens ad mensam potentis, considera quæ ibi apponuntur tibi, sciens quia & talia te oportet parari. De quo Chrysost. Psal. 22. ait. Quid est talia te oportet preparare, nisi sanguinem & corpus quod accipis? Accipis effusum sanguinem saluatoris, & tu para proprium effundendum sanguinem. Accipis corpus mortis pro te datum, similiter te ad mortificationem subeundam para. Sanè D. Paulus 1. ad Cor. 11. sic præcauet. *Quæ presumentique manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini ann-***

Cypr.

Orig.

3. Reg. 17.

Apud Gretse de Cruce tom. 2.

1. Cor. 11.

nun.

Lib. III. Caput octauum.

Pasc.

nuntiatibus. Ecquis mortem annuntiat nisi moriens? nisi veterem exuens vitam, noua exurgat vita reparatus? Pulchre Paschal. de Corp. & sang. Christi cap. 21. quem calicem quum bibimus quid aliud quam mortem Domini annuntiamus? Idcirco necesse est, ut unusquisque prior moriatur huius seculo, quia sicut nemo nisi sepultus mortem nuntiat; ita nemo ex inde vitam sumit; nisi resurgens in nouitate vite ambulet, & iam in Christo maneat. Moriamur prorsus mundo & voluptati quanta Dominicę mortis sacramento pascimur, hac mystica enutriti morte, mortem in membris nostris, exhibeamus omnino mortui carni & sanguini. Ob hanc causam ait, Greg. Niss. *Esculentum se nobis proponit is qui semper est, ut accipientes illum in nobis, illud efficiamur quod ipse est. At enim caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Quare qui hanc carnem amat non est sua carnis amicus, & qui hunc sanguinem à sanguine sub sensum cadente purus est. Vehementer inimicatur sanguis hic & caro, carni, & sanguini. Dominico passus sanguine & carne omnibus immori debet carnalibus voluptatibus, omnes has respuat sanguine plenas; delicia mundiales, totus fiat spiritus, totus ex sanguis. Vni mortificatę Saluatoris carni sese debet assimilare. Id quod egregie meditatur Paschal. cap. 10. examinans illud Apostolicum dictum Paschę nostrum immolatus est Christus. Quid quod immolatus sit Paschę? Sane, ait, Paschę transitus appellatur, ad quod qui vult venire, ipse transeat sicut & Christus transit de hoc seculo, ut totus iam spiritualis spiritualia ista digne percipiat.*

Pasc.

Vix autem homini illi, qui veterem nondum exuens vitam, sed carnalibus acquiescens voluptatibus accesserit pransurus hunc panem, equidem à vita exufflabitur. Vnus id in Iuda proditore animaduertit Cyprianus serm. de Coena Domini his verbis. *Quandiu cibi illi, qui ad diem festum erant parati à conuescentibus Apostolis sumebantur, veteris Paschę agebatur memoria, nec dum Iudas ad veterem vitam pertinens, diabolo inuadente & occupante eius animum egredi cogebatur. Sed ubi sacrum ci-*

Cypr. 1.

*bum mens perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intrauit, parricidalis animus vim tanti sacramenti non sustinens quasi pallea de area exufflatus est & præcepit cucurrit ad proditionem, & pretium, ad desperationem & laqueum. Quib' pondero illud, nimirum, quod Iudas ad veterem vitam pertinens quietus in Coena legali, ubi sacrum hunc cibum tetigit, mox quasi pallea exufflatus præcepit cucurrit ad laqueum. O miserum hominem! tu qui veteri incubas vitę, inueteratusque vetusti hominis vitis hærens sacris communias altaribus, caue tibi ab epulo diuino, exufflabens sine dubio ab electorum area, & inter palleas constitutus æternis daberis flammis. Ille solum secure hunc cibum attingit, qui salutaris accedit contritione, & mundo & vitis viuificante penitentię mortificat. Etenim, ut de Eucharistico cibo ait Orig. *Hic est vitulus saginatus, quem pro recepto penitente filio iugulat pater. Iugulatur quidem hoc in sacrificio; sed pro filio penitente iugulatur, qui penitentię & mortificatiõnis expertus accedit, non cibum præsumere audeat. Taceat ergo mortales, ait D. Iacobus in liturg. Et estent cum metu & tremore, nihil terrenum cogitantes. Rex enim Regum Christus Deus noster existit, ut mactetur, & detur in cibum fidelibus. Quis cum occiso Christo non sese dabit mactandum?**

Orig.

Text. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.

J. XXVII.

Maximum emolumentum accrescit ex coniunctione Christi, & hominis, quę fit per Eucharistiam.

Hoc summum Eucharistię escę commodum est, quod homo maneat

Eccl. 4.

maneat in Christo, & Christus in homine nempe, quod eo vinculo societatis arctentur homo, & Christus quo separentur nunquam. Huc respiciens Ecclesiasticus, cap 4 aiebat. *Melius est esse duos quam unum, habent enim emolumentum societatis sue, si unus ceciderit ab altero fulcietur, si dormierint duo fouebuntur mutuo; et si quispiam praeualuerit contra unum, duo resistunt ei.* Hæc in qualibet societate hominum commoda reperiuntur? Huiusmodi esse potest societas humana? Potiori iure crediderim, hæc esse emolumenta, quæ percipit homo ex intima vnione & societate cum Christo Domino, qualis fit per Eucharistiam. Me in hanc mentem adduxit D. Hieron. huius loci in rem præsentem commentator, ait enim. *Melius est labentem in se habere Christum, quam solum patere insidys aduersarij; si enim unus ceciderit, Christus erigit participem suum. Va quippe ei, qui eum ruerit Christum in se non habet erigentem. Quod si etiam unus dormierit, hoc est, si morte dissolutus fuerit, & secum Christum habuerit, calefactus & viuificatus est, tuus reuiuiscit. Etsi aduersus hominem robustior in expugnando diabolus stiterit stabit homo, stabit & Christus pro homine, pro sodali suo.* Hæc D. Hieron. vt pulchre & vere commentus est, modo libet singula perpendere & illustrare.

Hier.

§. XXVIII.

Christus Dominus in Eucharistia sumtus quam citissime erigit hominem ad humane fragilitatis lapsibus.

OVos qui frequentibus ruinis fracti præcipitium æternæ damnationis ex pauescitis, hunc fidelissimum procurate sodalē Christū, qui semper vobiscum maneat, cuius in Eucharistia sumti mos est in homine arcto societatis vinculo manere. Ex quo in primis hoc iuxta Hieronymum surget emolumentum, nimirum si vnus ceciderit; Christ⁹ eriget participem suum. Semel Eucharistico nexu sociatus ho-

mini Christus, etsi homo offendat, etsi misere cadat; eriget tamen participem suum, nec illum labi in præcipitium sinet.

Cuius fuit maior vnquam casus, quā Iudæ qui sele temerarie in profundū coniecit malitiæ barathrum, tamen adeo sperauit de Eucharistico nexu D. Leo, vt crediderit illo reuocandam Iudam in meliorem frugem. Vnde serm. 3. de Passione proditor em ad laqueum euolantem alloquens inquit. *Informis lethi suspendium distulisses: illa saltem a præcipitio tuo sacramenta te reuocassent, quæ in Paschali cœna acceperas.* Quid miser ad laqueum festinas, cum participes fueris cœnæ Eucharisticæ? Vides te lapsum, vides te mortifero casu decidisse? Quid nū? Expecta paulisper, potens est Eucharistica cœna præsumpta te reuocare à tanto præcipitio. O quæ nouerat id seductor diabolus, qui te impulit in casum, sic vt vidit tanta cœna, resectum Iudam facit illum festinare ad præcipitium: & ideo Ioan. 13. *Cum accipisset ille bucellam, exiuit continuo.* quæ tanta festinationis ratio? Eleganter D. Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 19. *Tum moram; tum benedictionis virtutē timens, ne scintillam in animo eius accenderit, ac deinde illuminauerit magna præcipitem agit diabolus celeritate.* Ea enim est Eucharisticæ cœnæ virtus & efficacia, de qua sperari posset, quo d etiam lapsum Iudam reuocarent à præcipitio. Hinc pulcherrima vsus methaphora Oseas lapsi populi erectionem prælagiens ait cap 11. *Ero eis quasi exaltas iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum, vt resceretur.* Simacus legit, *& declinaui ad eos cibos.* Itaque labentem populum; immo præcipitem ferri videns Deus; vt tanto malo medellam afferat, appositum remedium ex cogitauit nimirum illi frænum inijcere, quo optimi equis de more & lapsum erigeret, & labentem reuocaret. Nonne vidisti aliquando, qualiter strenuus eques vel fragilem, vel indomitum equum agat? Insiliit equo qui ob fragilitatem crurum passim labitur, vel ob ferociam in præcipitium ruit; eius tamen ora sic fræno constringit eques, vt paulo compressis & leuatis habentis

L. 0.

Ioan. 13.

Cyrill.

Ose. 11.

Lib III. Caput octauum.

habenis sine offensione currat & saltet
Sic ait Dominus, non te moueat, quod
sicut equus & mulus populus offendat
palsim, in precipitum teratur, ero eis
quasi exaltans iugum super maxillas,
more equitis eorum medebor ori, his
constringam eorum ora lupatis, ut vel
leui manus exaltatione illos sine offen-
sione vitæ cursum faciam consummare.
Sed quid est, quod tam vtiliter ora conf-
ringit? iam explicat dum ait iuxta Si-
macum, *declinauit ad eos cibos*, nimirum
ait D. Hieronymus. *Dedit eis esum corpo-
ris mei*. Hunc si semel ore suscipias, o
quam leui duceris moderamine! O quam
facili motu ab offendiculis à casibus li-
beraberis! Te ergo compello homi-
nem, non qui pennata mente specie-
rum umbras transuolans diuini So-
lis ibi occultati potius securus radios;
sed qui sicut equus, & mulus à vitis
tuis raptaris, qui crebris ruinis frange-
ris, his constringito ora lupatis, hunc
esum diuini corporis sume ore, quo si-
nedubio reuocatus à casibus feliciter
vitæ cursum ages.

J. XXIX.

*Christus Dominus in Eucharistia
sumtus resurrectionem mor-
tuorum etiam facit.*

Addit Hieron. contociati Christi
in nobis emolumentum aliud, ne-
pe, *quod si etiam vnus dormierit, hoc est,
si morte dissolutus fuerit, & secum Chris-
tus habuerit calefactus & resuscitatus
citius reuiuifcet*. Quid plura? Hoc de-
beshomo Eucharisticæ cœnæ, quod
mortis somno minime æternum se-
pultus maneat. Quis alto mortis sopo-
re correptum hominem excitaret? Quis
in frigidis cineribus viuificum
germen inueniret? Quis arborem hu-
manam a terra viuentium abscisam ad
vitæ reuocaret? Sane Eucharisticæ
panis, hinc D. Paschas. lib. de Corp. &
Sang. Christ. cap. 22. hos diuinos me-
morans panes ait, *hec sunt vitæ semina*.
Cuius acumen ut percipias reuoca in
memoriam agriculturæ artem, ea est

Pasc.

enim agricultura, ut plantas abscisas ite-
rum & summa celeritate reuiuifcere fa-
ciat solo triticeo vel hordaceo grano in-
uamine. Etenim cum recitam vitæ
terræ mandat, illi addit aliquos triti-
ceos vel hordaceos granos, quibus he-
betata vitæ virtus acuitur, & radices a-
git, & fructiferos crescit in ramos. Quæ
ergo arbor emortua magis, quam ho-
mo à regione viuentium rescisus? Quis
in hominis frigido & languido cada-
uere virorem inueniet excitandum?
Sed ubi natura defecit, ibi claret ars
cœlestis hortulani, qui resciso homini
triticea hæc grana adseminauit, quibus
sic vitæ emortuus excitatur, ut inde
surgat vita candidatus immortalis: ut
merito dicat Paschas. *hec sunt vitæ se-
mina*. Nec credo aliud ab Osea signifi-
cari cap. 14 ubi populus Israelis post
ruinam subito fatur *Radix eius, ut liba-
ni, sicut rami eius, & erit quasi oliua glo-
ria eius*. Sed quæ tam subitæ reparatio-
nis ratio? Qui fieri potest quod homi-
nes adeo fracti adeo enecati instar oli-
uæ viridatis reuifcant? Ea est cau-
sa, nempe, *uisent tritico & germinabunt
quasi vinea*. Sane ubi refecatis & enec-
tis ramis triticea grana adduntur, semi-
na hæc apponuntur vitalia, certum est
quod reuiuifcent, quod fructu & pul-
chritudine plenam comam alent. Hinc
merito ponderauit Diu. Irenæus cir-
cumstantiam à Luca in Eucharisticæ in-
stitutione euulgatam, ait enim, quod
Christus Dominus, *discubuit, & duode-
cim Apostoli cum eo*. Stantibus solebat
Pascha communicari, cur Eucharisti-
cæ cœna non nisi discumbentibus da-
tur? Irenæus lib. 4. cap. 39. *Recumbenti-
bus eis ministrabat escam significans eos
qui in terra recumbebant, quibus venit
ministrare vitam*. Etenim vitalia grana
vitæ immortalis seminaria recumben-
tibus in terra apponenda erant, quæ
hinc illos ad vitam suscitare valeant.
Sed adhuc sto ad D. Hieron. ver-
ba initio allata, qui ob mortuorum ex-
citationem non quamlibet fieri insi-
nuat vi Eucharisticæ societatis; sed il-
lam, quæ per calefactionem fit. Ait e-
nim, *quod calefactus citius reuiuifcit*. Et
sane miror quam argute Clem. Alex. *Cle. Alex.*
hinc Eucharisticæ communioni tribue-
rit,

Oseas. 14

Iren.

Cle. Alex.

rit, quod per natiuam calefactionem, faciat homines ad vitam immortalem renasci. Sic enim inquit lib. 1. in Pedagog. cap. 6. *Corpus Christi nouum carni uerbo nutrit, quem ipse Dominus, carnali labore peperit, quem ipse fascis illigauit Dominus pretioso sanguine. Quod partum sanctum, et sanctus fascis! Ecce tibi ut pueri recensiter nati fascis in uoluntur, quibus calefiant, & calefacti in vitam nutriantur, sic regenerato populo datur sanguis Christi pro fascis, quibus calefactus citius crescat in vitam immortalē. Sic moribundis hominibus conceduntur hæc Eucharistici sanguinis fascis, quasi, ex tunc præparentur, quæ opus habet futura natiuitas immortalitatis. Nil iam timeas, etsi ab arbore uitæ refecatus cadas, adfunt tibi hæc uiuida semina quibus rediuuus pullulabis; etsi gelido mortis sopore corpiatis, alligatus es fascis pretiosi sanguinis cuius vitali calore confotus excitaberis. Merito Dauid plectendus à Deo aut fatis, aut bellis, aut morte, his terribilius malum mortem eligit. Sed cur mortem eligit? Notanter autem textus 2. Reg. 24. *Elegit sibi Dauid mortem: erant autem dies messis tritici & dedit Dominus mortem in Israël à mane usque ad horam præandæ. Pendente tempore, quod erat messis tritici, & uidebis quam bene hoc dicitur Dauid elegit mortem, quæ uel in cor, odores diuini pabuli non poterat iam durare. Sic D. Cyril Alexand. lib. 3. de Iustificat. in Chrit. ait. *à mane igitur, hoc est à primis huius seculi temporibus mors de præta est eos, quia terra erant, usque ad horam præandæ hoc est usque ad mensis tempus: ubi in tempore aduentus sancti mensis tempus, unum est illud in Christo, & mystice, in qua panis uescimur illa uoluntus data, quæ prius terribilis erat, mors cessauit. Hinc nascobatur cura illa qua Patres antiqui morituri, Hierosolymorum sepulchra ambiebant, Iacob aiebat Genes. 47. *Ne sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, cur ea cura in morituris? Petrus Dam. serm. de Transl. S. Hil. ait. *Illis terra stantibus bentis uis iam medullitus aggriscobant, quam interioribus oculis iam uidebant pretioso Dominici corporis sanguis.*****

ne purpurari Nec credebant ossa riganda Deifico sanguine, non esse in vitam & resurrectionem, fouenda. Quippe aridissimum crucis lignum, ut sanguine Saluatoris maduit, eam uirtutem imbibit, qua in patres quotidie sciunt re integrabatur. Sic D. Paulin. Episto. 11 loquitur de cruce. *Quotidie lignum suum commodat ut detrimenta non sentiat, & quasi intacta permeneat. Sed iam imputrescibilem uirtutem & inextinguibilem soliditatem de illius carnis sanguine bibit, que passa mortem non uidit corruptionem. De quo etiam sanguine diuodum bibant ossa arida reuiuiscunt in vitam immortalem.*

Christus Dominus in Eucharistia sumatur pro nobis sicut aduersus tenebras & mundias potestates.

Quonia fidelis sociale nouitur bonum sanguinem per diuinum cibum sumtionem hominum Christo maneat. Et Eucharistia in hoc rene, si quisquam præuolunt contra uoluntatem dubitatum, sic Eucharistia siquis aduersarius aduersus hominem insurrexerit, ac Hieronymus *Sedit homo, stabit & Christus pro heremine suo, pro socialis suo. Non enim solus homo resistet contrariis potestatibus, sed scro sociale amarus uiuentis uictor, & detrumphabit. Antequam exterminator illa Angelus una nocte totam penam perenteret Aegyptum, inbetur Arahia, quæ in mthæulati agri cõtinuit. Exod. 1. Sed cur inter uicino rura internectiones ipse uocabunt epulæ & conuiuius. Id attingit D. Ambrosius in Psal. 118. serm. 8. dicens *Ne meritis & uacuos spiritualis alimenti nocturna specula tenebræ hostis opprimerent. O quam tunc tenebræ hostis oculos, qui tanto cibo illuminati claritatis radios emittunt! O quam securi & stant degunt illi media in omnium vastitate, quos diuine alimonie & pocula defendit murus! Hunc suus postulabat scutum Christus Dominus quum ad Pater,**

Exo. 11

Amb.

1101

Lib. III. Caput octauum.

Pater, si possibile est, transeat à me calice iste. Etenim paulò ante sanguinis sui pretiosi calicem cum effecisset, cõfertissimosque hostes appropinquare iam cerneret, & tenebrarum potestates cum illis nullo ipse egens munimine, id postulat transferri ad suos, quo potius manus euadere hostiles. Fallosusque non respexit D. Cæsarius Nazianzeni frater dialogo 4. quum inquit. Illud incarnatus Pharaonis cum toto exercitu Aegyptiorum demonum, inuisibiliter summerso ipso, per id quod inquit, Pater, si fieri potest transeat à me poculum hoc. O poculum diabolo vulnerans, demones fugans, peccata ventilans, aeternam vitam operans. O vtinam ad nos transiret poculum hoc, & in nobis maneret, quo facile vniuersas tenebrarum potestates, vel summergere possemus, vel abigere. Hinc merito D. Paschasius de Corp. & Sang. Christi præponit poculum hoc arbori vitali paradisi. Quanto magis ex hoc præstatur, ne homo moriatur in carne, sed ne ledatur à diabolo, dum eum virtus sanguinis defenderit? Vitalis illa arbor erat fructusque vitæ nouerat parturire, sed miror, quòd tanta arbor esset sine sepe, sine muro patens ipsis inimicis adeò, vt illa elapsus hostis genus hominum feriret. Felicius poculum hoc nõ solum vitam propinans, sed ea medicatum virtute qua propellens hostes hominem conseruat securum ab eorum icibus. Id crediderim insinuationem esse verbis illis: Ecce ego vobiscum sum usque ad consumationem sæculi, quibus compertum est significari præsentiam & assistentiam Domini in Eucharistia. Sed quam presentiam? An solam quam habet nobiscum inhabitando? Sanè nunquam Deus scit cum hominibus esse & inhabitare, nisi vt strenuus miles, vt homines propugnet. Ioan. 1. dicitur. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vbi eleganter Chrysof. Quid inducit? & habitauit in nobis, tentoria fixit in nobis, significat in habitationem, & quasi in tabernaculo mansionem. Non aliter in nobis scit Deus habitare, nisi vt in militari tentorio & tabernaculo, non tam habitat, quam excubat pugnaturus & de-

Cæsar.

Pasc.

Ioan. 1.

bellaturus quascumque potestates hostiles, quæ in nos insurgant. O vos felices qui tanti pabuli estis participes, cuius communione cum socium acquiritis, à quo reuocemini à præcipitio, per quem calefitis in immortalem vitam, qui vos tutos & secutos reddat ab inimicis! Sic D. Chrysof. hom. 61. ad Pop. fatus. *Hic mysticus sanguis demones expellit & procul esse facit, ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi namque Dominicum viderint sanguinem demones quidem fugiunt, concurrunt Angeli.*

Chrysof.

Textus. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuit propter me.

J. XXXI.

Qui Eucharistico reficitur cibo non nam & diuinam instituat vitam, caueat ne veteri insinat.

HIC est germanus sensus similitudinis in textu propositæ, nimirum, quòd sicut Christi Domini humanitas Deo vnita vitam Dei participat; sic qui Christi carnem manducat ex hac communione & vnione vitam Christi induat, veteri prætermittat. Et sanè panis hic Christusiferus non sumendus est, vt veteri insinamus vitæ; sed vt ad nouam transeamus & diuinam. Id quòd satis demonstratum est in illo pane oblato Eliæ 3. Reg. c. 19. Ego enim itinere fatigatus Prophetes se & vmbrae arboris & somno commendavit: & ecce Angelus soporatum excitans panem obtulit illi, vorat ipse panem, & paruis fructis relicus se iterum inclinat, & rursus obdormiuit. Vix oculos clauserat, & Angelus instat, Heus Eliæ, surge, grandis tibi restat via: Et age viam arripe, cape iter. Quorsum hæc? Nonne salutare est viatori post prandium dor-

3. Reg 19

dormire? Fatigatus nimium est Elias, dormiuit aliquantulū, comedit & iterum somno indulget, sine modo Angele Dei illum rursus dormire, ne illū excitare festinēs, aut dic cur excitas? Sanē is erat panis, post quem primum somno incumbere lethale esset. *Pasc.* que. Accipite modo D. Paschas ubi de Corp. Sang. Domini cap. 10. *Idcirco & nostra ad accipiendum paranda sunt corda, ut tali epulo refecti ad altiora in fortitudine transeamus. Nemo igitur digne accipit; nisi qui transit. Nemo, qui pristinae inhaeret vitae, nemo eisdem se occasionebus tradit, nemo qui altiora non meditat, qui ad superiorem viuendi modum non contendit, digne accipit. O quoties te vitiorum somno sepultum Angelicæ voces excitarunt, excitatoque paulisper obrulerunt hunc diuinissimum panem, quem tu aude arripis; sed vix à sacro ferculo discedis, & rursus obdormis vt antea. O lethale malum! Transcundum erat ad altiora: nemo enim digne accipit, nisi qui transit. Post panē Eucharisticum exhibitum discipulis ait Dominus secundū Marc. 14. *Mar. 14* *Vnus ex vobis tradet me qui manducat mecum.* Quæ verba premens Victor Antiochenus in Iudā vehementer scandens ait. *Victor Ant.* *Iudas tamen si diuinorum participes effectus sui semper similis mansit, hoc est tremenda illius mensæ refectus cibo, nihil prorsus mutatus aut emendatus est. Proh Iudæ digna communitio! proditor erat ante & proditor mansit post diuinam panem manducatū, nullo modo similis Christo, quem sibi incorporatum habebat; sed sui ipsius similis in nullo emendatus erat. Quam ille viuendi spem haberet? Cur præceps ad mortē non festinavit? Recte inde cauet. *Pasc.* D. Paschas ubi supra c. 22. *In seculi actibus remorantes non digne comedunt Pascha, videlicet carnes agni & ideo satis tremendum talibus, ne cū Aegypti nocte premuntur, dū sopore peccati premuntur. Cuius sententiæ vim vt percaleas memorare totū id quod apud Aegyptū nocte liberationis Israeliticæ accidit. Enimvero Israelitæ præcincti ad transcundum comedebāt Pascha, Aegyptij iacebāt vt heri & nudus tertius. Hinc ex termi-***

nator præcinctis & māducātib; parcens dormientes iugulabat. Caue ergo ne pristinos vitiorū actus habeas dum māducas carnes agni, caue, ne in sæculo moreris, vt antea, & si nolis nocturnis peccati tenebris interim tanto epulo refectus ad altiora trāsi, nil in te appareat, quod Christū nō oleat, Christum nō sapiat. Ita D. Cyprian. de Cœna Domini. *Cypri.* *Cum saturati fuerint vide quid agant, intellige quæ loquātur, quæ sancti odoris sit quicquid illa eructat plenitudo, verbū bonū, mores cōpositos, affectus pudicos, sensus pacificos illa interior sinceritas ubiq; diffundit. Sic qui manducat Christū, Christū eructat, vitā moresq; induit Christianos, nec aliud nouit loqui, nisi Christū vt Abbas Cellent. lib. *Cel.* *de Panib. c. 1 ait, Ad hanc mensam verbi caro facti & carnes agni sumuntur, & verba quæ sunt spiritus & vita in lingua Iesu resonantia oberrimè post cenam inueniuntur. Hæc ille.**

§. XXXII.

Christus Dominus in Eucharistia traditur, vt sanctorum Ecclesiæ si a parturiat examina.

Verius forsā textus verba explicarim retenta ngorosa notione Patris, qui est prima in diuinis persona eaq; secunda, adeò, vt producat filiū sui characterē & imaginem. Hunc Christus Dominus Eucharisticæ institutionis rationē reddit, vt nimium sicut Pater diuinus producit filiū sui imaginē, estq; filij principium, sic filius ipse manducatus in Eucharistia principium est producens & progignens iustorum, qui Dei seruant imaginem immaculatam. Accipit D. Paschas. de carne & Sang. *Pasc.* *Christi. c. 22. aiens. Hæc sunt vite femina, quibus virgines generantur, quasi rationē redderet, ob quam sub triticeis speciebus tradatur caro Christi Domini, eaque est sumpta ex fine Eucharisticæ institutionis, quæ ideo inuēta fuit, vt sicut propter patrem progignitur patris imago, nempe filius, ita propter filium Ecclesiæ arua virginum germinarent examina. Quorum principium*

Lib. III. Caput octauum.

& semina foecundissima existunt ca-
 lix & panis consecratus. Itaque dum
 semina vocat, id interim facit, vt foecu-
 tissimi ac praestantissimi seminis ratio-
 nem meditantibus Christi Domini se ad
 Eucharistiam praeparantis facinus re-
 noscamus. Etenim de praestantissimo
 semine Plinius lib. 18. cap. 24 sic fatur,
 quod in una area subsedit ad semen reser-
 uandum est: id enim optimum, quoniam
 grauisimum neque alio modo utilius dis-
 scernitur. Ecce modo Christus, dum
 sese comedendum parat, in imo Ec-
 clesiasticae areae subsedit, nimirum ad
 pedes Apostolorum iacuit, quoad Eu-
 charistiam procelisit semen adeo viu-
 dum & foecundum, vt virginis choris
 progenitus steriles Ecclesiae campos fa-
 ceret ditescere. Ad haec eleganter D.
 Methodius in Symposio decem Vir-
 ginum inquit. Excipit autem illud sp-
 sum semen & format Ecclesia ad gene-
 randam virtutem & alendam. Non
 enim potest aliter Ecclesia concipere cre-
 dentes & regenerare per aquarum; nisi
 & Christus propter eos se exinanens, vt
 capi possit secundum commemorationem
 passionis, iterum moriatur à caelo descen-
 dens. Expendo verba ab his; nisi &
 Christus, &c. quibus seminis foecu-
 ditatem attingit: etenim, vt videre est
 apud Ioan. c. 12. Nisi granum frumenti
 cadens in terram mortuum fuerit, ipsum
 solum manet; si autem mortuum fuerit,
 multum fructum offert. Et quidem vt
 Ecclesiae lata germinent, multoque
 ditescant sanctorum fruëtu, necessum
 est, vt granum frumenti Christus Do-
 minus iterum & iterum a caelo in ter-
 ram descendat, & moriatur secundum
 commemorationem passionis, quod
 accidit per Eucharistiam vbi se adeo
 exinanens, vt capi possit, casta iusto-
 rum prole replet Ecclesiae lata. Id quod
 Christi corpori adscribit alias datus
 Clemens Alex. 1. Praedg cap. 6. aens.
 Corpus Christi nouum caelum verbo nu-
 trit, quem ipse Dominus carnali labore
 peperit, quem ipse fascijs illigauit Do-
 minus pretioso sanguine. O partum san-
 ctum! Verbum est omnia infanti, & pa-
 ter & mater & altor, comedite, inquit,
 carnes meas. Ecce tibi cum se Chri-
 stus Dominus tradit manducandum

nouum caelum fit pa-
 ter & mater & altor. Hinc D. Cae-
 rius Arcl. hom. 7. ponderans, quod in
 sacris aqua vino misceatur, adducit
 illud Ioan. 2. Vbi deficiente vino in
 nuptijs aquam Dominus in vinum con-
 uertit Quid nisi deficiente fide in Israel,
 Dominus Sacramento sanguinis sui
 populos fideles effecit. Ita Caerius
 exspectauit Dominus, vt faceret uas fe-
 cit autem spiritus, unde fertum spiritum
 capiti Redemptoris imposuit, quando
 Dominus nuptiali tempore aquas in vi-
 na conuertit manifeste praefigurans mul-
 titudinem gentium de sanguinis sui gra-
 tia esse venturas. Quod iam facit, dum
 caeleste proculum populus reliquit bi-
 bendum: sicut enim in principio spiri-
 tus Domini incubabat super aquas, vt
 variae creaturarum species gignerentur;
 sic modo sanguis Domini misce-
 tur aquis populorum, vt inde fidelium
 alitum examina generet Vnde Exod. 16.
 vbi manna descensus ponitur, ex
 Hebraeo legi debet manna fuit cuba-
 tio. Rem tandem finit illa Drogonis lib.
 de Sacram. Pas. obsequario, nimirum,
 quod memoras textus Gen. 1.2 par-
 tus de illa dicat, quod parere cessauit;
 non autem id dicat de Rachel. Cur
 ergo de Rachel non dicitur, parere
 cessauit? Rachel iuxta Bethlebem sub-
 ter silicem crucis superposita est, nimi-
 rum sedet ad pedes Iesu, vt de domo panis
 semper foecunda pariat. Haec Drago Ec-
 clesiae foecundos partus ex caelesti pa-
 bulo auspiciatus Hic tandem ponde-
 randa sunt verba D. Basil. data in Mis-
 sa, vbi ait. Quam reuerenda est hora ista
 dilectissimi, cum spiritus uiuus & san-
 ctus à superis caelorum sedibus descen-
 dit, atque incubat, manetque super hanc
 Eucharistiam propositam. Expendo il-
 lud, incubat, sicut enim in principio
 Gen. dicitur spiritus, iuxta Sept. quod
 incubabat super aquas, fouens & foec-
 undans eas ad caelestium corpo-
 rum partus, sic in presenti spi-
 ritus sanctus incubat super
 Eucharistiam vt multitu-
 dinem caelorum
 etiam pa-
 riat,

Ioan. 2.

Caer. Arcl.

Exod. 16

Drog.